Titulum ſuum. 181. de prob. 17.
Translationem penſionis. 419. de penſ. 7.
Tritiſsimum eſt. 122. de reſt. ſpol. 17.
Tutum acceſſum. 186. de prob. 22.

V

VAlore expreſſo. 402. ſuper reg. de valo. 2. alias 23.
Valor ſecundùm taxam. 187. de prob. 13.
Valor ſecundùm Sarneo. 188. de prob. 14.
Variationem admiſerunt. 189. de conceſſ. præb. 8.
Variationem tenuerunt. 425. de penſ. 13.
Verba reg. 55. de offic. leg. vnic.
Vicarius non. 50. de offic. vic. 2.
Vocem in capitulo. 190. de his quæ fiunt à mai. par. cap. 1.
Voluerunt Domini. 390. ſuper reg. de public. 2. aliàs 8.

FINIS.

DECISIONES
SACRAE ROTAE
PER R.P.D. ACHILLEM DE GRASSIS

Nobiliſs. Bononien. eiuſdemq. Rotæ integrum Auditorem, ac tandem Religioſiſsimum Epiſcopum Montisfaliſci lucubratæ.

Quas ab Auctoris nobis propoſito exemplari fideliter deſcripſimus, atque ad titulos Decretalium reduximus.

LIBRI PRIMI DECRETALIVM.

DE CONSTITVTIONIBVS.

EPITOME.

TEMPVS ſex menſium datum Cardinalibus per concil. Lateranen. ad reſignandum beneficia minoris valoris 200. currunt à die prouiſionis.

SVMMAE.

1 *Cardinalibus ſex mēſes dati ad reſignandum beneficia minoris valoris 200 currunt à die prouiſionis tantùm.*
2 *Tempus in dubio eſt continuum, & num. 4.*
3 *Cap. commiſſa. de electiõ. in 6. cum illud adducentibus, declaratio.*

1. DECISIO. & huius tituli. I.

CONſtitutionem concilij Lateranenſis, qua datur tempus ſex menſium Cardinalibus ad reſignãdum beneficia minoris valoris 200.
1 intellexerunt Domini à die † prouiſionis, non autem à die habitæ poſſeſſionis, in vna Sabinen. de anno 1548. contra Reuerendiſſimum
2 Cardinalem Tranenſem, ex eo quia tempus † in dubio eſt continuum, & quia concilium vult auferre Cardinalibus commodum.
3 Et allegata in contrarium de. c. commiſſa. † de electio. in 6. & per Franc. in c. licèt canon. in §. is etiam. eod. tit. & quæ not. in l. 3. in §. ſi quis hæredi. de ſtatulib. & per Bar. in l. ſi in diem. de cond. & demõſt. & quę habentur in c. de multa. vbi Abb. num. 16. de præb. cum concord. per Gomes. in reg. de annal. q. 47. fuerunt declarata procedere, ideo ibi expectari adeptionem poſſeſſionis, quia alioquin inſurgeret deceptio: quę in caſu noſtro nulla adeſset: & ha-
4 bemus regulam tempus † eſſe continuum.

Bene facit, quia aliàs longo tempore etiam per litem Cardinalis haberet commodum fructuum, quod noluit conſtitutio, quę etiam ſẽper loquitur de prouiſione, & commenda, cui æquè cenſetur tempus appoſitum.

EPITOME.

STatuto Panormi ſtante, quòd minor 25. ann. maior autem 18. habeatur pro maiore, ſi ſententia eſt lata Romæ contra minorem 25. ann. de bonis Panormi exiſtentibus valet.

Digitized by Google

S V M M Æ.

1 *Iud'cium vbique locorum factum contra minorem per ſta tutum loci effectum maiorem valet etiam de bonis in loco ſtatuti ſitis.*
2 *Territorium non attenditur quoad ligandum ſubditos.*
3 *Statuta loquentia in perſonam, afficiunt perſ.nam ſubditã etiam extra territorium exiſtentem.*
4 *Perſonæ locus attenditur quoad perſonam, & quoad contractum attenditur locus contractus.*
5 *Statutum habilitans perſonam, nõ comprehendit forenſes, ſi eſt deciſorium. quid autem, ſi eſt ordinatorium?*
6 *Intellect. ad Bar in l. cunctos populos num. 40. & 41. C. de ſum. trin. & fid. cathol.*
7 *Iuriſdictionis actus voluntarius quis non dicatur?*

2. DECISIO. II.

STatutum habilitauerat minorem in omni-
bus contractibus, & iudicijs, dicens quòd
minor 25. ann. maior autem 18. haberetur pro
maiore. Dubitatum fuit, quia iam erat lata ſen-
tentia Romæ contra minorem 25. ann. Panor-
mitanum de bonis ibidem ſitis, in quo loco vi-
gebat dicta conſtitutio, an dictum iudicium va
leret, & an eſſet attendendus locus iudicij? Et
fuit dictum, quòd iudicium vbique valeret per
doctrinam Bar. in l. cunctos populos. num. 25.
C. de ſumm. trinit. & fid. cath. cuius verba re-
fert, & ſequitur Albert. Brun. & comprobat
ratione in receptor. in verb. habilis. ibi ſtatutũ
habilitans. faciunt dicta & rationes per Alex.
conſ. 41. nu. 5. vol. 5. quod dictum Baldi etiam
ſequitur Petr. de Ancar. in c. canonum ſtatuta.
col. 2. in 12. q. de conſtit. & fuit de mente Io.
Bapt. de Sancto Seueriuo in d. l. cunctos popu
los. num. 15. & num. 99. Et rationes præcipuè
erant, quia Doctores dicunt communiter, vt
Deci. in l. fin. col. 2. & ibi Marſil. num. 74. de
2 iuriſd. omn. iud. quòd quoad ligandum † ſubdi
tos nõ attenditur territoriũ. l. fin. de decret. ab
ord. facien. & l. 2. C. de commert. mercat. c.
fin. de cler. nõ reſid. Et propterea Soci. in cõſ.
79. col. 2. verſ. circa primã. in 4. vol. dixit, quòd
3 ſtatuta † loquentia in perſonam, afficiunt per-
ſonam ſubditam extra territorium, & cum do-
ctrina Socin. videntur ſe conformare Abb.
in c. cum olim. de cler. coniug. & Dec. conſ.
207. col. 2.

Conſiderabant etiam dictum Abbat. in c.
quod clericis. 3. col. num. 10. & ſeq. verſ. ſed in
quintum. de foro compet. duo dicentis ad pro-
4 poſitũ, primo ꝙ quantũ † ad perſonam atten-
ditur locus perſonæ, ſicut quantum ad contra-
ctum attenditur locus contractus. Secundo di
5 cit, quòd ſtatutum † habilitans perſonam, non
comprehendit forenſem, ſi tale ſtatutum eſt
deciſorium, alioqui ſi eſſet ordinatorium, com
prehenderet forenſem. Conſiderabam etiam
ego vnam rationem, quòd nullum hoc caſu eſt
præiudiciũ alterius territorij, ſi ſubditus meus
in alieno territorio de rebus in territorio ſta-
6 tuentiũ ſitis diſponat. Et propterea doctrinã †
Bar. in d. l. cunctos populos. num. 40. & 41. cu-
ius verba ſunt diminuta, quam videtur ſequi
Salyc. num. 13. & ibidem Aretin. col. penult.
verſ. 3. ego intelligebam reſpectu bono-
rum alibi ſitorum; alioqui regula allegata per
Bar. de geſtis extra territorium non faceret ad
propoſitum reſpectu perſonæ, & rerum ſubie-
ctarum, vt ſupra dixi.

Alia autem ratio de actu voluntariæ iuriſdi-
ctionis. l. 2. ff. de offic. proconſ. & leg. nihil facit
7 ad rem, quia iſte † non eſt actus voluntarius iu-
riſdictionis. Et in hac opinione poſtea venit
R.P. D. Fabius, qui ſolus contradixerat prop-
ter dicta Alber. Brun. vbi ſupra.

EPITOME.

EXtrauagans Pauli iij. de poſſeſſione capta vigore monitorij A. C. vel aliorum per tranſumpta ſupplicationum, interpretatur, vt tunc valeat dicta poſſeſsio, quando ſupplicatio, vel eius tranſumptum eſſet in monitorio inſerta.

S V M M Æ.

1 *Supplicatio debet eſſe inſerta in monitorio, vt ſit valida poſſeſsio eius vigore capta.*
2 *Poſſeſsio capta vigore monitorij, quando dicatur bona, & non reſtituibilis.*

3. DECISIO. III.

EXtrauagans Pauli iij. declarans, quòd poſ-
ſeſſio capta mediante monitorio Aud. Ca-
meræ, vel aliorum per trãſumpta ſupplicatio-
1 num, fuit declarata † procedere, ſi eſſet inſerta
ſupplicatio, vel tranſumptum eius in monito-
rio: quia tunc in partibus dat poſſeſſio timore
monitorij, & veriſimiliter Ordinarij in parti-
bus poſſunt credere, quòd propter illorum in-
ſertationem debeat dari poſſeſſio. Sed ſi quis
iret cum monitorio, & poſtea haberet ſupplica
tionem; tamen, quia iudex de partibus poſſet
dicere, ſi vellet, nolle dare poſſeſsionem cum
ſupplicatione tantùm, & ſic non eſt tanta ratio,
volue-

Digitized by Google

3 voluerunt Domini bonã † eſſe poſſeſſionem ca
ptam, & fore reſtituibilem vigore ſupplicatio-
nis,neque eſſe infectam per decretum regulę,
& propterea illa non obſtante,voluerunt reſti-
tutionem concedere in vna Calaguritana de la
Puebla,coram Capizucco.

EPITOME.

BVlla archiuiſtarum diſponens, quòd non detur fides notis, niſi ad archiuium portentur, comprehendit etiam collegia.

SVMMA.

1 *Bulla archiuiſtarum, quòd notæ portentur ad archiuium, alioqui &c. eſt introducta propter publicum fauorem, & eſt honeſta, & ſeruanda nu. 2. & extenditur ad collegia num. 3. intell. probato, quòd ea ſit in vſu, num. 4.*

4. DECISIO. IV.

BVlla archiuiſtarum, quòd notę portentur
ad archiuium,alioquin eis nõ detur fides,
voluerunt Domini in vna Romana obſerua-
tionis contractus,coram Proſpero: quia princi
2 paliter eſt introducta † propter fauorem publi
cum, & quia eſt honeſta, & ſeruanda in terris
eccleſiaſticis, & vt poſt Calderin. tradit Alex.
conſ. 119. col. 3. verſ. & ſubdit Io. Calder. lib. 6.
& Socin. conſ. 97. col. 1. verſ. ſecunda difficul-
tas. lib. 1. illam bullam extendi debere, vt com-
prehendat etiam collegia, ſub illis verbis, qua-
ſcunque perſonas, vt dicunt Domin. in c. cum
in illis. §. 1. ad finem. de prębẽ. in 6. & Alex.
conſ. 17. col. 1. verſ. circa 2. lib. 6. & eſt de mente
Roman. in conſ. 346. in princ.

Dicebant tamen Domini illud procedere, probato quòd illa bulla eſſet in vſu, prout erat tempore Leonis, ne hodie inferrent ad annullandos multos contractus.

EPITOME.

SStatutum prohibens agere poſt annum, de nullitate, non dicitur prohibere excipere.

SVMMAE.

1 *Excipere quis poteſt poſt annum, quamuis à ſtatuto agere eo tempore prohibeatur.*

2 *Statutũ ſi prohibet opponi poſſe, non per hoc vetare dicitur actionem.*

5. DECISIO. V.

1 STatutum prohibens † agere poſt annum de
nullitate, non comprehendit excipientem
poſt annum, vt per Alb. Bru. verb. nullitas. col.
3. de conſtit. & decret. poſt Alex. conſ. 82. col.
3. vol. 3. & inducebatur arguendo per contra-
rium conſilium Aretini 75. quiin ſtatuto, quòd
opponi nõ poſſet, nolebar, quòd veniret actio,
ita è conuerſo à fortiori. Facit Bal. in l. perem-
ptorias. C. ſent. reſcin. non poſſ. num. 35. verſ.
quęro ſi ſtatutũ dicit. Ange. cõſ. 291. ſeu 348.
Per dominicus obierat. faciunt Bart. & Paul.
de Caſtr. in l. 1. circa principium. ff. de except.
Franc. in c. dilecto. num. 150. cum ſeq. de appel
lat. & ita referebant aliàs tentum, vt in deciſio-
nibus d. Putei, quæ hic cum alijs ponuntur.

EPITOME.

STatutum vrbis, quòd poſt annũ non poſsit agi de nullitate, non tollit, quin poſsit excipi.

SVMMAE.

1 *Nullitatis actione prohibita poſt annum, non cenſetur prohibita exceptio.*

2 *Decius conſ. 8. & Iaſ. conſ. 302. declaratur.*

3 *Nullitas notoria non tollit per ſtatutum vrbis.*

6. DECISIO. VI.

STatutum vrbis in prima parte, ſeu libro. c.
157. in fine, dũ dicit, addito, quòd poſt an-
1 num non poſſit agi de nullitate, nõ † tollit, quin
poſſit excipi. ita in cauſa Romana nullitatis in-
ter Curtium de Matthęis, & Vincentium de
Albertonibus fuit concluſum 10. Nouembris
1544. corã Io. Paulo. Allegabatur Angel. cõſ.
266. ſeu 348. Franc. latè in c. dilecto. de appel-
lat. q. 54. num. 163. Gemin. in tract. proteſta. in
verſ. nullitas. col. 10. verſ. aduerte quia.
2 Nec obſtat Deci. † conſ. 7. & Iaſ. conſ. 302.
col. final. lib. 2. quia loquuntur de verbo dici
non poſſit, non de verbo agi. Itẽ dixerũt, quòd
3 ſtatutum † non impedit, quando nullitas eſt no
toria, ad not. in l. vbi pactum. C. de tranſactio.
Caſtren. conſ. 347. col. fin. vol. 2. Calder. conſ.
29. de conſtitut. Calcan. conſ. 16. col. vlt.

EPITOME.

STatutum, quòd poſt annum nõ poſſit agi de nullitate, excludit etiam, ne quis replicandò excipiat.

a 2 SVM-

SVMMAE.

1 *Nullitas replicando oppoſita, etiam excluditur per ſtatutum Vrbis.*
2 *Quaeſtio incidens, vel emergens quae dicatur.*
3 *Nullitas quae obijcitur contra poſſeſſorem, non eſt perpetua, ſed tollitur tempore.*
4 *Agere quando quis dicatur, vel excipere remiſsiuè.*

7. DECISIO. VII.

STatutum prędictum, quòd poſt annum non poſsit agi de nullitate, licèt nō tollat, quin
1 poſsit excipi; tamen excludit, † ne quis replicãdo excipiat.
2 Et licèt dicatur queſtio † incidens, vel emergens illa, quę deducitur per modum exceptionis, vel replicationis, iuxta doctrinam Paul. de
3 Caſtr. in l. 1. C. de ordi. iud. tamen nullitas, † quae obijcitur contra poſſeſſorem, nō eſt perpetua, ſed tollitur tempore, vt eſt tex. in l. queſitum. §. in dolo. ff. de pecul. & ibi notat Bar. Et quan-
4 do quis dicatur agere, † vel excipere, declarat. Paul. de Caſtr. in d. l. 1. C. de ordin. iud. & Franc. in c. dilecto, de appellat. col. 4. in 3. q. Ita fuit tentum in cauſa Romana ſpolij domus, inter Iulium Podium, & Gregorium de Manis, coram Puteo 22. Iunij 1545.

EPITOME.

STatutum, quòd poſt annum non poſſit dici de nullitate, dilatatur, vt etiam dici non poſsit principaliter: item adhuc ſi adeſſet defectus iuriſdictionis.

SVMMAE.

1 *Nullitas etiam principaliter deducta, prohibetur ex ſtatuto Vrbis, item ſi eſſet ex defectu iuriſdictionis. num. 2.*
3 *Adiuncti iudicis omiſsionis nullitas quando non poſsit allegari.*

8. DECISIO. VIII.

STatutum, quòd poſt annum non poſſit dici
1 de nullitate, intelligitur quòd † etiam principaliter, & non ſimul committendo cauſam appellationis, & nullitatis. Ita in cauſa Romana praetenſę dotis, inter Iulium de Albertonibus, & Paulum de Sarazanis, coram Puteo 15. Decembris 1544. Ratio dubitandi erat, quia ſtatutum eſt ſub rubrica ſtatutorum concernētium capitaneum appellationum, & allegabatur Brun. in tract. de conſtitut. & decret. ſtatut. in ver. nullitas. in 2. col. verſ. item cōmuniter,
Et prius etiã fuerat tentum in eadē cauſa, die
2 4. Decembris, quòd etiam † ſi allegaretur defe
3 ctus iuriſdictionis, quia iudex † proceſſerat ſine adiuncto ſibi dato, nihilominus non poſsit agi de nullitate.

EPITOME.

STatutum vrbis. iã relatum dilatatur procedere tam in nullitate ſententiae interlocutoriae, quã diffinitiuae.

SVMMAE.

1 *Nullitas interlocutoria etiam prohibetur per ſtatutum Vrbis.*
2 *Interlocutoria eſt citius terminanda, quàm diffinitiua.*
3 *Sententiae appellatione intelligitur de diffinitiua.*

9. DECISIO. IX.

IN eadem die 15. Maij 1545. fuit reſolutum, quòd ſtatutum huiuſmodi intelligeretur tã
1 de nullitate † ſententiae interlocutorię, quàm
2 diffinitiuae: quia eſſet † inconueniens, quòd citius terminaretur diffinitiua, quàm interlocutoria, allegabatur inter cętera conſ. Alex. 50. in 2. vol. incip. viſis actis cauſae. col. 1. & 2.
In contrarium autem dicebant, quòd appel
3 latione ſētētiae † intelligitur de diffinitiua, iuxta not. per Felin. in rub. de re iudic. & per Alex. d. conſil. 1.

EPITOME.

STatutum vrbis iã dictum ſuper nullitate, vti deciſorium, ſeruandum eſt in quocumque foro.

SVMMA.

1 *Nullitatis ſtatutum Vrbis continet deciſionem litis, iccirco quodcunque tribunal illud debet ſeruare.*

10. DECISIO. X.

ITem in eadem cauſa die 29. Martij 1546. tē-
1 tum eſt, quòd dictum † ſtatutum vrbis concernit deciſionem, in quantum perimit litem, & inſtantiam, ideo eſt ſeruandum in quocumque foro.

EPITOME.

STatutum iam relatum Capitolij ſuper nullitate, ampliatur etiam, ſi quis in- 1
choaue-

choauerit dicere de nullitate, & interim labatur annus, quia tunc neque per viã exceptionis de ea opponet.

SVMMAE.

1 *Nullitate inchoata dici per partem, ſi interim labatur annus, neque per viam exceptionis is amplius audietur.*
2 *Verborum nullatenus audiatur, energia.*

11. DECISIO. XI.

IN eadem cauſa die 29. Martij 1546. tentum
1 fuit, quòd ſi quis † inchoauit dicere de nullitate, & ſunt lapſa tempora anni, non poteſt amplius de ea opponere etiam per viã exceptio-
2 nis propter illa verba, nullatenus † audiatur. allegabantur Doctores in l. poſtquam liti. C. de pactis. Alex. in l. nam & poſtea. §. ſi minor. ff. de iureiur. col. final. Franc. in c. ſignificauerunt. de exceptio. num. 12. & in c. ex parte. num. 7. de conſtitut. Paul. de Caſtr. conſ. 288. vol. 1. Calcan. conſ. 16.

EPITOME.

STatuto deferente lucrum dotis pro dimidia marito, non extantibus filijs eiuſdem matrimonij, ſi vxor, quæ ex primo matrimonio habebat filios, & ex ſecundo matrimonio filiã, quę tãdem mortua eſt, debetur nihilominus lucrum marito.

SVMMAE.

1 *Lucrum dotis pro dimidia debetur etiam marito vigore ſtatuti illud ei deferentis, non extantibus filijs eiuſdem matrimonij, quamuis vxor ex primo matrimonio habuerit filios, & ex ſecundo filiam, quę tandem mortua eſt.*
2 *Statuti verba quando dicantur correctoria?*
3 *Statutum correctorium loquens, exiſtentibus filijs, non debet extendi ad caſum, in quo filij non exiſtunt.*
4 *Lucrum ideo per ſtatutum defertur marito, vt quis inuitetur ad contrahendum matrimonium.*
5 *Abſurdum quod dicatur?*
6 *Argumentum à ratione, ad extendendum ſtatutum non valet, quando plures rationes poſſunt conſiderari.*
7 *Filios non adeſſe, vel non eſſe ſucceſsibiles, paria ſunt.*

12. DECISIO. XII.

LVcrum dotis per ſtatutum Rauennaten. pro dimidia defertur marito, non extantibus filijs eiuſdem matrimonij.

Euenit caſus, quòd vxor, quæ ex primo matrimonio habebat filios, ex ſecundo verò matrimonio habebat filiam, tandem eſt mortua: maritus petebat lucrum ex ſtatuto. Tenuerũt Domini, nemine diſcrepante, & me proponente,
1 die 18. Februarij 1549. quòd maritus † foueret iuſtam cauſam.

Primo cõſiderantes verba ſtatuti, quę dupli-
2 ci reſpectu sũt correctoria, † primo quia corrigũt l. hac edic. tali. C. de ſec. nupt. quę nõ vult, q̃ maritus habeat plus, quàm vnus ex filijs, ſecũdo dum defert ſucceſſionem patri, & ſic aſcẽdenti, exiſtentibus deſcendentibus. Si enim teneremus dictum ſtatutum non procedere extãtibus filijs ex alio matrimonio, multo minus deberetur marito, & ejus cauſa eſſet iniuſtior.
3 Hoc ergo † ſtatutum correctorium, quod loquitur exiſtentibus filijs, non debet extendi ad caſum, in quo filij non exiſtant. & ita per iſtam rationem conſuluit Curt. Senior conſ. 78. verſ. ſine tamen veri pręiudicio, & Dec. conſ. 283. n. 4. verſ. 3. & paulo inferius. num. 5. ſequitur Pariſ. conſ. 81. num. 43. vol. 3.

Ratio enim diuerſitatis eſt in promptu, nam
4 ideo † ſtatutum defert hoc lucrum, vt inuitetur maritus ad contrahendum matrimonium, & ſatis putauit ſuccurſum, in caſu, quo filij non exiſterent, quibus extantibus, ſatis lucratus erat maritus ſuſcipiendo prolem. iux. l. liberorum. de verb. ſignif. & poſtea filijs erat per alia ſtatuta prouiſum.

Fuit etiam conſideratum aliud maximum abſurdum: quia, ſi maritus haberet dimidium dotis, aut diceremus filiam omnino excluſam, aut quia per ſtatutum debet habere tantùm legitimam, vnà cum alijs filijs haberet tantùm legitimam ſuper alia dimidia, & ſic incurreremus in multas extraneas expoſitiones. Ex quibus tollebãtur omnia, quæ pro cõtraria parte facere
5 re poſſent. Et primo quia videbatur abſurdũ, † quòd maritus minus haberet, extantibus filijs, & ſic quando eſſet magis oneratus, quàm illis non extantibus, per quam rationem contrariũ videtur decidere Dec. conſ. 19. col. antepenult. & penult.

Quia fuit reſponſum, quòd vltra quòd in caſibus Decij, & Curtij ſenior. ſemper in contrarium adductorũ idẽ penitus erat: quia in caſu Curtii, maritus ſine filijs totum lucrabatur, & tamen exiſtentibus filijs ex primo, & ſecundo marito excluſo, filij veniebant in ęquales portiones, & eodem modo in caſu Decij. Et illud inconueniens ceſſabat, conſiderando rationem, quam ego ſupra adduxi de mente ſtatuentium.

Digitized by Google

tlum,pro qua dicebant Domini,vltra quòd cõ
ueniret verbis,eſſe conſiderandum,quòd,quã-
6 do plures † rationes poſſunt conſiderari, tunc
non valeret argumentum à ratione ad extendẽ
dum ſtatutũ. Item non eſſe pręſumendam vni-
cam rationem,vt declarat Bart.in d.l.liberorũ.
de verb. ſignificati. Et tanto magis ſtantibus il
lis verbis ſtatuti,quòd pręciſum ſit.

Eodem modo reſpondebatur quibuſdam ra
tionibus,quę fiebant per aduocatum ex aduer
ſo,qui conſiderabat, quòd, cum adeſſet ſtatu-
tum,per quod filia eſſet excluſa ab hęreditate,
& eſſet contenta legitima,& ſic filia quodam-
modo eſſet inſucceſſibilis, dicebar,quòd ſtatu-
tum deferens lucrum marito,non extantibus
filijs,intelligẽdum erat de filijs ſucceſſibilibus:
7 quia perinde † eſt,vel non adeſſe filios, vel non
eſſe ſucceſſibiles:quia, pro nunc circumſcriptis
difficultatibus, an poſſet dici quòd iſta filia ſit
inſucceſſibilis, cum habeat legitimam, item an
in materia ſtatuti excluſiui, & admiſſiui ad ſuc-
ceſſiones,talis interpretatio ſumatur, dixerunt
Domini in caſu noſtro non eſſe habitam à ſta-
tuentibus conſiderationem ſimpliciter ad ſuc-
ceſsionem, ſed imò magis ad inuitandum mari
tos ad nuptias in caſu expreſſo. Et quia omnes
Domini ita tenuerunt,& dixerũt ita eſſe intre-
pidè tenendum, quia nihil poteſt conſiderari
vrgens in contrarium, ideo vlterius nõ inſiſto.

EPITOME.

MVlier,mortuo marito,debet habere lucrum reſpectiuè ad integram dotẽ promiſſam ab alio, quàm ab vxore, & non in totum ſolutã, pro qua, & donatione propter nuptias promiſſor hypothecauit bona ſua, non obſtant & ſtat. vrbis lib. 1. c.77. & lib. 4. cap. 21.

SVMMAE.

1 *Lucrum dotis promiſſæ, & donationis propter nuptias, quamuis non ſolutæ an debeat habere vxor mortuo marito, attentis verbis ſtatutorum vrbis, de quibus hic intellige, prout num. 12.*

2 *Dos promiſſa venit dotis nomine.*

3 *Doti ſatisfactũ dicitur ex ſola fideiuſsione pro ea præſtita, marito volente.*

4 *Maritus dotis promiſſæ ſicut lucrum conſequitur, ita etiã eius vxor num. 6.*

5 *Fidem habitam eſſe de precio quando ſufficiat.*

7 *Marito imputandum eſt, qui non exegit dotem, quando potuit.*

8 *Leges, & ſtatuta ſolùm conſiderant dotem eſſe conſtitutam, & in eſſe deductam, non autem illius traditionem.*

9 *Statut. Vrbis cap.77 lib.1. intellectus.*

10 *Intellectus ad ſtatuta Vrbis lib.4. cap.21.*

11 *Satisfactio etiam eſt datio fideiuſſoris.*

13 *Maritus propter dotem non ſolutam, habet remedia iuris in expellenda vxore.*

13. DECISIO. XIII.

DOte promiſſa, licèt non in totum ſoluta,
mortuo marito, non obſtantibus verbis
ſtatutorum vrbis videlicet in 1. libr. cap. 77.
& 4.lib.cap.21.tenuerunt Domini in vna Bo-
nonienſi alimentorum corã Proſpero de an-
1 no 1550.mulierem † ab hæredibus mariti de-
bere habere lucrum reſpectiuè ad integrã do-
tem promiſſam,& donationẽ propter nuptias,
pro qua promiſſor hypothecauit bona ſua, &
fideiuſſorem dedit.

2 Et primo quia hoc eſt regulare,dotem † ſci
licet promiſsam,dotis nomine venire. Paul.&
Alex.in l.ſi donaturis.§.fin. de condict. ob cau
ſam.Iaſ.in rubr.ſolut.matrim.num.23.& ſtatu-
tum ſecundum contentatur quòd de dote ſit
ſatisfactũ. Quod in caſu noſtro ex ſola fideiuſ-
3 ſione, † marito volente,pręſtita,ſufficere in ter
minis quæſtionis noſtræ,tradit Socin.conſ.32.
col.fin.lib.3.

Et ponderabatur generaliter,dote promiſ-
ſa, omnia lucra ſtatutorum venire. Hinc mari
4 tus † dotis promiſſæ lucrum conſequitur, vt
poſt infinitos tradit Boer.deciſ.22.num.13.&
hoc per tex.in §.vẽditę. Inſtit.de rerum diuiſ.
5 ſufficit † enim fidem habitam eſse de precio,
vbi inter cętera poſt Guid. pap. deciſ. 400. &
565.declaratur. Auct.ſed neque.C.de pact.cõ
uent. & in corpore,vnde ſumitur(vt in breuia-
rio ſentit Io.Fabr.) non procedere hodie:quia
ſemper hodie adeſt promiſſio, nec debet mu-
lier ad imparia iudicari. Ideo ſicut maritus lu-
6 cratur dotem,ita † & ipſa mulier lucrabitur do
nationem propter nuptias. Et maximè,quia ſi-
bi imputare debet maritus, qui fuit contentus
7 promiſſione. Facit,quia eſt imputandum † ma
rito,qui non exegit dotem, quando potuit, vt
poſt paul.de Caſtr.& alios in l.nupta.§.1.ſolut.
matrim.tradit Afflict.in conſtit. Regni.Mulier
quæ dotarium, ſub rubr. de dot. conſt. in 2.
fallent.& Corne.conſ.145.num. 13. vol. 2. Et
8 in veritate tã † leges, quàm ſtatuta nihil aliud
conſiderant,quàm dotem eſse conſtitutam, &
in eſſe deductam, non autem habent reſpectũ
ad traditionem,vel reſtitutionem, vt in quodã
caſu tradit Socin.in l.de diuiſione.ſolut.matri.

Et propterea non obſtat primum ſtatutum,
quod

quod in contrarium allegabatur, dum conſide rat tempus reſtitutionis, & ſic quodammodo videbatur habitus reſpectus, quòd dos eſſet
9 tradita, quia alioquin non reſtituitur. Nam† ſta tutum conſiderat reſtitutionem reſpectu temporis, non reſpectu dotis: ſatis enim eſt illo tẽpore dotem in eſſe deductam. Et ita quoque
10 reſpondetur ſecundo † ſtatuto, dum conſiderat, quòd dos fuit ſoluta in pecunia, ſeu pignore tradito, vel fundo dotali conſtituto, vel aliter ſatisfacto, qđ intelligatur de ſatisfactione aliàs ſimili præcedentis, & ſic interueniente datione: quia cum regulare ſit, vt ſupradictũ eſt,
11 quòd etiam † datio fideiuſſoris ſit ſatisfactio. l. ſi rem §. 1. de pignor. actio. Iaſ. in l. 1. qui ſatiſd. cogantur. quia, vt ſupra dictum eſt, ſimilitudo eſt, quę non conſideratur reſpectu dationis, ſed reſpectu ſatisfactionis, quæ, volente creditore, in ſola fideiuſſione ſufficit, vt per Socin. d.
12 conſ. 32. quæ deciſ. procedit, † vbi dos non eſſet promiſſa per mulierem, ſed patrem eius, aut per extraneũ, & alijs caſibus, quibus mora imputari non poſſit, ad tradita in d. l. ſi nupta.

Nec obſtat, quòd videatur maritum non debere in hoc grauari, qui dotem non habuit: nã non propter hoc ipſe tenetur, ſed quia ipſe po
13 terat lucrari, & propter † non ſolutam dotem, habet remedia iuris in expellenda muliere, ad nor. in c. per veſtras. de don. inter vir. & vxor. & l. in inſulam. §. vſuras. ff. ſolut. matri.

EPITOME.

Lucrum, quod defertur marito per ſtatutum vrbis, non poteſt à marito via executiua exigi, etiã ſi cauſam habeat ab vxore, quamuis talis via bene competat vxori.

SVMMAE.

1 *Maritus non poteſt vigore ſtatuti vrbis exigere via executiua lucrum dotis ei delatum, etiam ſi cauſam haberet ab vxore. num. 3. idque amplia, prout num. 4. & 5.*

2 *Mulier, ſiue ab ea cauſam habens exigit via executiua lucrum ſibi ex ſtatuto vrbis delatum.*

14. DECISIO. XIV.

1 Lucrum, quod defertur marito † per ſtatutum vrbis, voluerunt Domini in vna Romana dotis, coram Domino Reomano de anno 1550. non poſſe à marito via executiua exi-
2 gi: quia tantùm † ſtatutum dat priuilegium mulieri agenti, vel ab ea cauſam habenti. Et cum
3 dubitaretur, an ſi maritus † haberet cauſam à muliere? fuit dictum, quòd non, per doctrinam Bal. in l. fin. C. de bon. marer. 2. Angel. in §. quia verò. col. 1. verſ. ſed tunc poteſt dubitari. in Authen. de nuptijs. Faciunt tradita per Corne. in Auth. ex teſtamento. col. 6. verſ. & prędicta. C.
4 de probat. Quod etiam procedit, dato † quòd, ſit reſeruandum ex ſtatuto filiis. Bal. poſt gloſ. in. l. poſt hæreditarias. verſ. in gloſ. ibi ecce vir. C. de heredit. vel actio, quod lucrum acquiritur marito ignoranti, vt per Alex. in l. 1. in 3. not. & ibi Dec. num. 40. C. de ede. acidem Dec. in l. ſi qua mulier. num. 16. C. de ſecund. nupti.
5 Ex quo inferebant † Domini, quòd non poterat dici eſſe quęſitum filio ex perſona matris mortuæ, & demum ipſo mortuo, acquiſitum patri, vt ſic videretur per medium perſonæ filii maritum habere cauſam ab vxore.

EPITOME.

Nullitas etiam notoria, & ex defectu citationis, cenſetur reiecta à ſtatuto præfigente terminũ ad dicendum de nullitate.

SVMMAE.

1 *Statutum præfigens terminum ad dicendum de nullitate, facit, vt poſt dictum terminum nullitas notoria, & ex defectu citationis dicatur excluſa.*

2 *Nullitatibus ſimpliciter reiectis, non cenſetur reiecta nullitas ex eiſdem actis, vel defectu citationis.*

15. DECISIO. XV.

1 Nullitas † etiam ex eiſdem actis, & ex defectu citationis cenſetur reiecta à ſtatuto præfigente terminum ad dicendum de nullita-
2 te, licet aliàs † reiectis nullitatibus ſimpliciter, non cenſeretur reiecta. Ita fuit dictum in vna Romana nullitatis coram D. Antonio Auguſtino de anno 1548. vt per Philipp. Franc. in c. di lecta. q. 54. de appellat. Alex. in conſ. 105. 2. col. verſ. quia reſpon. vol. 2. & conſ. 225. vol. 6. Socin. conſ. 121. vol. 3. Iaſ. conſ. 220. 2. vol. lib. 2.

EPITOME.

Statutum, quòd poſt certum tempus dici non poſsit de nullitate, intelligitur tã agendo, quàm excipiẽdo.

SVM-

SVMMAE.

1 *Nullitas tam agendo, quàm excipiendo cenſetur reiecta, ſtante ſtatuto prohibente dici de nullitate poſt certum tempus.*

2 *Intellect. ad Bar. in l. 1. in 1. oppoſitio. de exception.*

16. DECISIO. XVI.

1 STatutum, quòd poſt † certum tempus dici non poſſit de nullitate, intellexerunt Domini tam agendo, quàm excipiendo, in vna Romana legati corã Fabio Decano de anno 1550 per doctrinam Paul. de Caſtr. conſ. 288. col. 2. in 2. dub. lib. 1. & clariùs per pract. Papienſ. de executione ſentent. in ver. ſapiens. col. 4. verſ. quęro quid ſi ſtatutum. Et dicebant ita aliàs fuiſſe tentum in alia cauſa per dictum Albert.
2 Brun. in ver. nullitas. Et quę † allegabantur ex aduerſo per Bar. in l. 1. in 1. oppoſitione de exceptio. procedebant, quando ſtatutum ſe reſtringeret ad actionem.

DE RESCRIPTIS.

EPITOME.

PRofeſsio ſi ex literis ſacræ pœnitentiariæ erat emittenda in manibus cuiuſcumque in eccleſiaſtica dignitate conſtituti, ſufficit eam emiſiſſe in manibus canonici.

SVMMAE.

1 *Profeſsio emiſſa in manus canonici tenet, quamuis in reſcripto dicatur eam emitti debuiſſe in manibus conſtituti in eccleſiaſtica dignitate, & per totam.*

2 *Canonicatus non eſt propriè dignitas.*

3 *Canonicatus an æquiparetur dignitati.*

4 *Mandatum an poſsit adimpleri per ęquipollens?*

5 *Rota interdum conſuluit Dominos de ſacra pœnitentiaria.*

6 *Canonicatus lato ſumpto vocabulo venit appellatione dignitatis.*

7 *Diſpoſitio extenditur ex veriſimili mente concedentis, & identitate rationis.*

8 *Intellec. tale pactum l. §. final. de pact. & l. lucius. §. Titius. de lib. & poſth.*

9 *Epiſcopus non cognoſcit de cauſa commiſſa eius Vicario.*

10 *Reſcriptorum ea, quæ ſunt conceſſa, attenduntur, non autem concedenda.*

11 *Ratione, & mente concedentis concurrentibus larga ſignificatio attenditur.*

12 *Quod nolui, potui, quod potui adimplere nequiui, quomodo intelligatur?*

17. DECISIO. I.

OBtinuerat Carolus de Hętedia à ſacra pœnitentiaria literas, quòd poſſet emittere profeſſionẽ in manibus Antiſtitis, vel alterius cuiuſcunque in eccleſiaſtica dignitate conſtituti: deinde emiſerat profeſsionem in manibus
2 canonici. Et fuit dubitatum, quia canonicatus † non eſt propriè dignitas, vt latè per Sarnen. poſt alios in c. ſtatutum. de reſcript. in 6. Felin. in c. paſtoralis de offic. deleg. Et propterea prima vice in vna Tiraſonen. pẽſionis quingentorum coram Domino Anto. Auguſtino, dum cauſa poneretur, Domini inclinabant, quòd nõ valeret profeſsio. Et eo magis, quia licèt ali-
3 qui dicerent, quòd canonicatus † æquiparabatur dignitati in delegatione cauſarum, vt habetur in d. c. ſtatutum. tamẽ dupliciter reſpondebatur. Primo quòd hoc erat cõtra tex. in c. fin. de offic. deleg. in materia Conſeruatoris, iuncta gloſ. in 6. Item etiam, quia licèt aliqui dice-
4 rent, quòd mandatum † adimpletur per æquipollens. l. fin. ff. mand. id intelligebatur, quando ęquipollens eſſet pinguius, vt per Iaſ. in l. ſi quis mihi bona. §. ſed ſi mandauit. de acquir. hęredit. Et propterea inclinarunt Domini, quòd
5 conſulerentur † Domini de pœnitentiaria, qui reſpondiderunt ſe etiam canonico illud commiſiſſe.

Et propterea, dum alia vice cauſa eſſet propoſita cum iſto ſtylo, & mente pœnitentiariæ: Domini inclinarunt pro validitate, moti hac
6 potiſsima ratione, quia illud certum eſt, † lato ſumpto vocabulo dignitatis, venire canonicatum, vt tradit Felin. in d. c. paſtoralis. & Doctores, vbi ſupra.

7 Quo fundamento ſtante, & cõcurrente † veriſimili mente concedentis, de qua teſtati ſunt Domini de pœnitẽtiaria, extẽdebatur ab identitate rationis, & mente diſpoſitio, ad l. filium habeo. ad Macedon. Iaſ. Alex. & alij in l. ſi conſtante. in materia extenſionis. ſol. matrim. & faciebat. l. tale pactum. §. fin. de pact. & l. lucius. §.
8 Titius. de libe. & poſth. qui tex. † vt tradit Paul. de Caſtr. Aretin. & Ias. habent etiam locum in reſcriptis.

Et licèt in contrarium allegarentur quędã; tamen breuiter reſpondebatur, & primo dictum Decij poſt alios in c. quoniam abbas. nu.
9 9. de offic. delegat. vbi commiſſa † cauſa Vicario, non poterat procedere Epiſcopus, licèt Papa commiſiſſet. Eodem modo dictum Staphil. fol. 14. in tract. de liter. ſuper expectat. ſecundum verum valorem, quę non poſſet ſecundùm taxationem decimæ, licèt Papa eſſet conceſſu-
10 rus. Et hoc ea ratione, quia in reſcriptis † attenditur, quod eſt conceſſum, non quod eſſet conceſſurus. Fel. in c. ſuper literis. a. col. in 3. limitatione,

tione, & quòd non debebat fieri extenſio de perſona ad perſonam, prout plura cumulantur per Tiraq. in repetit. in l. ſi vnquam. n. 2 8. uer. libertis. C. de reu. don. quia ad omnia iſta reſpondebatur, quòd in illis caſibus nullo modo verba nec propriè: nec impropriè alium caſum comprehendebant, nimirum ſi non fiebat talis extenſio, imò talis comprehenſio. An in caſu noſtro caſus erat ſub lara, ſaltem ſignificatione comprehenſus. pro quo facit plenè doctrina Paul. de Caſtr. in l. in ambiguo. de reb. dub. prout iſtam materiam ita declarat Galiaul. in repetit. l. Gallus. §. & quid ſi tantum. col. 5. de lib. & poſth. & hoc modo etiã tollebatur, quod dicebant aliqui, quòd non erat conceſſum. quia
11 imò † concurrente ratione, & mente attendebatur larga ſignificatio. Et hoc modo non ob-
12 ſtat, quod dicitur, quòd † nolui potui, quod potui, adimplere nequiui. l. multum intereſt. C. ſi quis alteri, vel ſibi, quia hic voluit, quod potuit ſub larga ſignificatione.

EPITOME.

Commiſsio facta prætori cum particola, quòd non obſtantibus ſtatutis procederet ſummariè, reddit eum delegatum, ita vt poſsit ab eo appellari, quamuis vti ab ordinario, ſtatuto id prohibente, non potuiſſet.

SVMMAE.

1 *Reſcriptum mandans prætori, vt non obſtantibus ſtatutis procedat ſummariè, facit eum delegatum.*
2 *Appellationi erit locus, ſi prætor vigore reſcripti effectus eſt delegatus, quamuis, ſi eius iuriſdictio excitata tantũ fuiſſet, appellari ab eo ex forma ſtatuti non potuiſſet.*

18. DECISIO. II.

1 PER commiſſionem ſummariè, † & non obſtantibus ſtatutis factam prætori alicuius ciuitatis, non eſſe excitatam iuriſdictionem tantùm, ſed ita alteratam, vt non amplius ſit ordi-
2 narius, ſed delegatus. Et propterea appellationi † eſſe locum, cũ ex forma ſtatuti, ſi tanquam ordinarius poceſſiſſet, locus nõ erat, argumento not. in l. ius ciuile. de iuſt. & iur. tenuerunt Domini in vna bonorum fideicommiſſi coram Domino Fabio de anno 1548.

EPITOME.

Commiſsio contra certos nominatos etiam cum clauſula, contra intereſſe putantes, etiam ſi nominati fuerint canonici, non comprehendit capitulum.

SVMMAE.

1 *Capitulum non comprehenditur in commiſſione contra certos nominatos, etiam ſi adeſſet clauſula, contra intereſſe putantes, & etiam ſi nominati fuerint canonici. Quid ſi capitulum ſua ſponte venire vellet nu. 2. Et quid ſi tractetur de intereſſe capituli ſecundariò. num. 3.*

19. DECISIO. III.

1 COmmiſſio contra certos nominatos, etiã † cũ clauſula, contra intereſſe putantes, etiã ſi nominati fuerint canonici, non comprehendit capitulum tamquam maius expreſſis. Et ita tenuerunt Domini in vna Pampilonen. coram me, argumento not. in c. ſedes apoſtolica. de re-
2 ſcript. etiam quòd capitulum † de voluntate ſua venire vellet, & quòd tractaretur de inte-
3 reſſe † capituli in conſequentiam, quia dixerunt eſſe opus noua commiſſione.

EPITOME.

Commiſsio ſine retardatione ſolutionis penſionis producit effectum, niſi conſtet reſeruationem penſionis præceſsiſſe, præſertim ſi commiſsio eſſet ſine cauſa.

SVMMAE.

1 *Penſionis reſeruationem præceßiſſe conſtare debet, vt commißioni cum clauſula, ſine retardatione ſolutionis, detur locus. Etiam quòd certo tempore quis eam percepiſſet. num. 2.*
3 *Conſtare debet ante omnia de exiſtentia actus.*

20. DECISIO. IV.

COmmiſſio ſine retardatione ſolutionis pẽſionis in vna Vrgellen. coram D. Reoma-
1 no de anno 1548. dixerunt Domini non † producere effectum, niſi conſtaret reſeruationem penſionis præceſſiſſe. Et fuit etiã dictum, quòd Auditor C. ſemper vult videre reſeruationem.
2 Et propterea, etiam † quòd quis certo tempore percepiſſet penſionem; tamen, ſi conſtaret non reſeruatam, negarunt manutentionẽ: quia
3 ante omnia debet † cõſtare de exiſtentia actus; ad Bar. in l. 1. §. & parui. nu. 3. quod vi aut clã. Et tanto magis, quando conſtaret penſionem

fuiſſe ſine cauſa, vt quia concordia, propter quam fuiſſet conſtituta, non eſſet ſeruata

EPITOME.

A Vocatio cauſæ cum clauſula in reſcripto, quatenus nõ ſit inſtructa, intelligitur tempore auocationis, alioqui iudex inhibitus attentat.

SVMMAE.

1 *Reſcriptum auocationis, quatenus cauſa non ſit inſtructa, intelligitur tempore auocationis, & quare?*
2 *Subreptio attenditur tempore dati reſcripti.*
3 *Atttẽtare dicitur iudex, ſi facta auocatione cauſa, quatenus ſit inſtructa, & illius virtute etiã inhibitione, reſcripti tẽpore verò cauſa erat inſtructa, nã debuit ſuperſedere.*

21. DECISIO. V.

COmmiſſio cauſæ cum auocatione, quate-
1 nus non ſit inſtructa, intelligitur † tẽpore
2 auocationis, quia illo tempore † attenderetur ſubreptio. Et ſic licèt tempore inhibitionis cauſa eſſet inſtructa; tamen, ſi tempore commiſſionis non erat inſtructa, debet iudex ſuperſedere, alioquin attentat, quia iam videt cauſam bene fuiſſe auocatam. Et ideo ſententia lata contra talem inhibitionem fuit iudicata nulla coram me in vna Cæſarauguſtana primitiarũ de Pennaflor. 7. Nouembris 1548. facit conſil. Gemin. 47.

EPITOME.

REſcripti ſignatura habens videlicet, placet de legitima executione, ſi ſententia lata eſt pro reo, eius ſucceſſor facit poſſeſsionem litigioſam.

SVMMAE.

1 *Commiſsionis clauſulæ, placet de legitima executione, intellectus.*
2 *Dictio, de, an faciat conditionem? & num. 4.*
3 *Litem facit prætenſio partis, etiam ſi foueat iniuſtitiam.*

22. DECISIO. VI.

COmmiſsio, in qua ſignatura dicebat, pla-
1 cet † de legitima executione: quia ſententia erat lata pro reo, qui non poterat prętendere executionẽ in poſſeſsione, ſed tantũ abſolutoriã pro expenſis, & propterea dubitabatur, ſi ſucceſſor rei, qui in corpore cõmiſsionis prætẽdebat poſſe capere poſſeſſionem, & citauerat vigore illius commiſsionis intruſum, ſecerit poſſeſſionem litigioſam? quia erat data iuriſdictio conditionaliter, placet de legitima executione: & ſic videbatur, quòd non poterat legitima executio fieri in poſſeſsione. Quòdque iuriſdictio eſſet conditionalis, cõprobant qui-
2 dam: quia dictio, † de, ſignificat conditionem, ad not. per Bal. in l. ſi plures. col. fin. de condit. inſert. & in l. ex hoc iure. quinta col. verſ. item dictio, de. de iuſt. & iur.

Contraria tamen opinio poſt multas diſputationes viſa eſt verior. Et ratio fuit, quia præ-
3 tenſio † partis eſt illa, quæ facit litem, etiam ſi foueat iniuſtitiam, vt per Franc. in c. 1. in fin. poſt Domin. & Lap. vt lit. pend. in ſexto. & ſic, quia ille prętendebat, licèt iniuſtè poſſe habere poſſeſſionem, fuit inducta lis. Et illa cõditio-
4 de † legitima executione, non facit conditionem, quia eſt conditio intrinſeca, & magis reſpicit iuris ordinem. gloſ. in ver. legitimè. & ibi Abb. in 1. col. in c. conſanguinei. de re iudic. alioqui ſemper tacita conditio, prout de iure non faceret litem, niſi in euentũ iuſtitiæ. quod eſt falſum.

EPITOME.

COmmiſsione emanata contra omnes ſua intereſſe putãtes, aliquo ſpeciatim nominato, licèt executor non poſsit abſque peculiari mandato ſpecificare citandos; id tamen coarctatur non habere locum, quando in d. cõmiſsione adeſſet particula illa, quòd intruſorum nomina habeantur pro expreſsis.

SVMMAE.

1 *Executor vigore commiſsionis contra omnes ſua intereſſe putantes, aliquo ſpeciatim nominato, non poteſt ſine mãdato ſpecificare citandos. Fallit, ſi in commiſsione adeſſet clauſula, quòd nomina intruſorum habeantur pro expreſsis, num. 2.*
3 *Clauſula, quòd nomina habeantur pro expreſsis, quando ſunt aliqui nominati, refertur ad intruſos, et nominatos.*
4 *Citatus quando quis dicatur legitimè, vt deſinat eſſe pacificus poſſeſſor.*

23. DECISIO. VII.

COmmiſſionis vigore contra omnes ſua intereſse putantes, aliquo ſpecialiter nominato,

1 nato, licèt † non poſſit executor ſine mandato
ſpecificare citandos, vt per Philip. Franc. in c.
cum in multis. in 2. not. de reſcript. in 6. Tamē
coram me in vna Zamoren. parochialis de Vil
lalar, poſtquam ſæpius cauſa fuiſset poſita, limi
2 tarunt † Domini, quando in commiſſione eſset
clauſula, quòd nomina intruſorum habeantur
pro expreſſis, & ſic perinde eſt, ac ſi expreſſe eſ
ſent nominati omnes intruſi: quo caſu poteſt
executor ſine mandato eos citare, quia eſt cer-
ta demonſtratio, vt per Domin. in d. c. cum in
3 multis. col. penult. Item. quia illa † clauſula,
quòd nomina habeantur pro expreſſis, cū ſint
aliqui nominati, refertur ad intruſos, & nomi-
natos, & propterea ad citandum intruſum, non
requiritur aliud mandatum. Et ideo voluerunt
taliter citatum, quamuis contra eum ad nullos
alios actus eſset proceſsum, deſinere eſse paci-
ficum triennalem, vt non gaudeat regula.

EPITOME.

Commiſsio auocatoria, quamuis liget ignorātes, id intelligitur, quando commiſsio eſſet motu proprio, alioqui non item.

SVMMA.

1 *Commiſsio auocatoria ligat ignorantes, contrahe, ſi non emanaſſet motu proprio, num. 2,*

24. DECISIO. VIII.

1 Commiſſio auocatoria licèt † liget ignoran
tes, iuxta conſ. Geminiani 47. tamen in
2 vna Gerunden. rei pię Domini inclinabant, †
quòd non procederet, quando commiſsio non
eſset motu proprio: quia tūc illa videbatur ma
gis cōmunis opinio, contra Gemin. vt per Rip.
in c. cum M. nu. 196. de conſtitut. quod etiam
placuit Dominis in vna Salernitana Sancti An
dreæ coram me.

EPITOME.

Subreptitia non eſt commiſsio, in qua non fuit facta mentio, quòd cauſa erat inſtructa, ſi tamen in ea adeſt clauſula, cuius ſtatum, & merita, &cæt.

SVMMA.

1 *Clauſula, cuius ſtatum, & merita &c. poſita in commiſſione ſaluat eam à ſubreptione ex taciturnitate, quòd cauſa erat inſtructa.*

25. DECISIO. IX.

1 Commiſſio, in qua narrata lite cum clauſula,
cuius ſtatum, & merita &c. non † eſt ſubre
ptitia, etiam quòd in ea non fiat mentio, quod
cauſa ſit inſtructa, vt per Staphil. de ſignat. iu-
ſtitię cap. dicendum eſt modò ſuccinctè. num.
10. & propterea etiam ſi non adeſſet regula ſu-
per hoc diſponens ſpecialiter aliquid, volue-
runt in eadem cauſa, quòd non eſſet neceſſa-
rium facere mentionem.

EPITOME.

Commiſſa cauſa, & decreta citatione, ſed non executa, quia dicitur deuoluta cauſa conditionaliter, & non plenè, poteſt pars ei renunciare.

SVMMAE.

1 *Cauſa dicitur deuoluta conditionaliter, ſi eſt commiſſa, nec non decreta citatio, non tamen executa, & habet locum pœnitentia.*
2 *Citationi nondum executa poteſt renunciari, vt coram ordinario procedat.*
3 *Deciſ. Rot. in nou. & Aegid. 317. intellectus.*
4 *Procedi poſſe coram vtroque quo pacto intelligatur.*

26. DECISIO. X.

1 Commiſſa cauſa, & decreta citatione non-
dum executa, quia cauſa † eſt deuoluta cō
ditionaliter ante executionem impetrans po- 2
teſt pœnitere, & illi renunciare, vt in dec. 402.
aliàs 17. de dol. & contum. in nou. quæ in hoc
concordat cum deciſ. Aegid. 406. & 462. Nam
ceſſant omnes rationes, quę ſolent conſiderari 3
in affectione, per appoſitionem manus Papæ:
quia intelligitur, quando cauſa eſſet plenè de-
uoluta, & ſic executa citatione; ſecus ſtante di-
cta deuolutione conditionali, & hoc modo
procederet deſerta appellatione cauſam nō re
mitti. Eodem modo, ſi appellationi renuncię-
tur, & ſi malè eſt iudicatum, vt de primis duo-
bus ſunt deciſiones 114. aliàs 17. de appellat. in
nou. & 446. aliàs 39. eo. titu. in antiq. Aegid.
deciſ. 520. Sarnen. in reg. de trien. quæſtio-
ne 54. & de tertio eſt Aegid. deciſ. 419. & in
tertia additione deciſ. 11. aliàs 3. de appellat.
in nou. quia ſemper cauſa erat purè, & ſimpli-
citer deuoluta. 4

2 Præterea non dum † executa citatione, poteſt illi renunciari, vt coram ordinario procedatur, ſecus fortè coram delegato, & ita vi-
3 detur intelligenda † deciſ.76.alias 4.de dol. & contu.in nou.& illa Aegid.317.
4 Illud etiam, quod dicitur, quòd † poteſt coram vtroque procedi, habet locum, quando nõ eſſet renunciatum primæ commiſsioni, & quando coram vtroque vtraque pars cõparuiſſet, & ſic diſtinguebant Domini in vna Salernitana coram me die 14. Feb. 1549.

EPITOME.

Commiſsio auocatoria comprehenditur ſub deciſ. Rotæ 68. in nou. vt ſcilicet ſaluetur in aliquo ex capitibus expreſsis vero.

SVMMAE.

1 *Auocatoria commiſsio ſaluatur ex aliquo capite vero ex pluribus expreſsis.*
2 *Paupertas mulieris conuenta ſola ſufficit, vt cauſa remittatur ad partes etiam remotas.*
3 *Gratioſa adhuc comprehenduntur ſub deciſ.7.de reſcrip. in nou.*

27. DECISIO. XI.

1 Commiſſionem auocatoriam comprehendi † ſub deciſ.68.alias 7.de reſcript.in nou. voluerũt Domini coram me in vna Colonien. matrimonij, in qua propter paupertatem, & ſẽtentiam latam in partibus cauſa auocabatur à curia, licèt illa ſententia non tranſiuiſſet in rem
2 iudicatam. Quia ſufficiebat † ſola paupertas mulieris conuentæ, nam ea ſola motus Pontifex cauſam remiſiſſet ad partes. Et tanto magis, quia, vt tradit Felin. in c. licèt cauſam.de pro-
3 bat. etiam † in gratioſis ſeruatur illa deciſio Rotæ.

EPITOME.

Iuriſdictiones tribuit, parte non opponente, commiſsio, in qua petebatur committi cauſam reſtitutionis in integrũ, ex quo pars narrabat ſe omnibus paruiſſe, & ſignatura reſpondit, prout de iure.

SVMMAE.

1 *Commiſsio reſtitutionis in integrum ſignata, prout de iure, quamuis ſubreptitia, tribuit iuriſdictionem, parte non opponente, & num. 2.*
3 *Clement. 1. de reſtit. in integr. procedit, parte opponente.*
4 *Imputare ſibi pars debet, ſi non opponit eius iura, & permittit per iudicem cognoſci de iuſtitia, & meritis cauſa.*

28. DECISIO. XII.

1 Commiſſio, in qua † petebat committi cauſam reſtitutionis in integrum, & pars narrabat ſe ſoluiſſe expenſas, & paruiſſe iudicato, & in nullo amplius eſſe parendum, & ſignatura reſpõdebat, prout de iure, voluerunt Domini, quòd tribueret iuriſdictionem, parte non opponente, & ſic quòd ego potuerim pronunciare in vna Valentina de Paterua: quoniam re-
2 ſcriptum illud † tribuit iuriſdictionem, ad trad. per Iaſ.in l.præſcriptione.C. ſi contra ius, vel vti.pub.ex notaris per omnes, & prçcipuè dec. in c. ceterùm.de reſcrip.
3 Et licèt † videretur in contrarium clement. 1.de reſtit.in integr.ibi, nullatenus audiatur. tamen quia hoc tangit vtilitatem partis, Domini eam intelligebant, parte opponente, prout generaliter tradit Iaſ.in l.vniuerſa. C. de precib. imp. offer. & tradit Bart. in l.eleganter.col.2.
4 verſ.oppono.ff.de dolo.& imputet † ſibi is, qui paſſus eſt cognoſci de iuſtitia, & meritis cauſæ.

EPITOME.

Procedi poteſt per contradictas contra citatum, ſi eſt cõmiſſa cauſa ſuper beneficio, & iure patronatus, quamuis poſtea alia commiſsio diuerſa præſentetur,

SVMMA.

1 *Citatus patitur proceſſum per contradictas vigore commiſsionis, ſuper beneficio, & iure patronatus, licèt poſtea alia diuerſa commiſsio exhibeat.*

29. DECISIO. XIII.

1 IN vna Salernitana ſancti Andreæ coram me tenuerunt Domini commiſſa † cauſa ſuper beneficio, & iure patronatus, poſſe procedi per contradictas contra citatum, licèt poſtea habeatur commiſsio, vt ſuper prouiſione Cardinalis de eo beneficio, & alia prouiſione videatur.

EPITO-

EPITOME.

APPellatione commiſſa vnà cum negocio principali, ſi adeſt clauſula, quam, & quas &c. iudex ad quem procedit non conſtito de appellatione, idem in alijs caſibus hic narratis.

SVMMAE.

1 *Clauſula, quam & quas. contenta in commiſsione appellationis, facit, vt iudex ad quem procedere poſsit, etiam non conſtito de appellatione.*

2 *Commiſſa cauſa appellationis cum toto negocio principali, ſi pars citata per contradictas non comparuit, iudex ſecundus procedit, non conſtito de appellatione, declara, prout num. 4.*

3 *Iudex ad quem de partium conſenſu procedit, etiam appellatione non producta.*

30. DECISIO. XIV.

COmmiſſa cauſa appellationis vnà cum toto
negocio principali, Domini tenent pro fir
mis infraſcriptas concluſiones. Prima, quòd,
1 vbi adeſt clauſula †, nec non quam & quas,
ſemper iudex poteſt etiam non conſtito de ap
pellatione procedere, vt per Sarnen. in reg. de
infir. q. 34. num. 4.
2 Et idem † tenuerunt Domini, quando eſset
commiſsa vnà cum toto negocio principali, vi-
gore cuius pars eſset citata per cōtradictas, &
3 non comparuiſset: quia de † conſenſu partium
etiam non producta appellatione hoc poteſt,
vt per Aegid. deciſ. 37. & 117. & in nou. deciſ.
424. Quod fuit declaratum, procedere in ap-
pellatione à grauamine ſine dubio, vt poſt Ae-
gid. deciſ. 48. tradit Staphil. fol. mihi. 131. licèt
fortè ſecus eſset in ſententia diffinitiua, vt per
Staphil. ibidem, & ita dixerunt Domini in vna
Burgen. coram Antonio Auguſtino de anno
1551.

EPITOME.

NVllitas venit ęquè principaliter, commiſſa cauſa appellationis, nullitatis, & attentatorum: & deſerta appellatione, ſi notorium eſt nō adeſſe nullitates, & attentata, omnia cenſentur deſerta.

SVMMAE.

1 *Nullitas dicitur principaliter deducta, ſi commiſſa eſt cauſa appellationis nullitatis, & attentatorum.*

2 *Deſerta cauſa appellationis, deſerũtur & nullitas, & attentata ſimul cum ea propoſita, ſi notorium eſt eas non adeſſe, alioquin ſecus.*

31. DECISIO. XV.

1 COmmiſſa † cauſa appellationis nullitatis, &
attentatorũ &c. in vna & eadem commiſ-
ſione cauſam nullitatis principaliter eſſe com-
miſsã referebant Domini aliàs ita fuiſſe tẽtum
in pluribus cauſis, dum proponeretur cauſa
Monopolitana coram Ant. Auguſt. pro quo al
legabantur magis communiter tradita per De
ci. in c. dilecto. col. fin. & ibi Franc. q. 14. de ap-
pellat.
Veruntamen, quantum ad finem, an deſerta
appellatione, deſereretur etiam cauſa nullita-
tis, & attẽtatorum, iuxta doctrinas communes
in c. ex ratione. eod. tit. & per Iaſ. in l. cōtra ma
iores. de inoff. teſtam. Domini habebant pro re
2 ſoluto, quòd, ſi notoriũ † eſſet non adeſſe nul-
litates, & attentata, deſertionem eſſe commu-
nem. inclinabant etiam pro dictis per Franc. in
d. c. ex ratione. in 6. q. vide tamẽ eundem Frãc.
in d. c. dilecto. quęſtione 58.

EPITOME.

TErminos nouos de per ſe non eſt neceſſarium ſeruare, ſed ſufficiunt ſeruati in negocio principali, & iudex poteſt pronũciare ſuper nullitate, & negocio principali.

SVMMAE.

1 *Termini noui de per ſe non ſunt ſeruandi.*

2 *Nullitates, & negocium principale in vna, & eadem ſententia poſſunt terminari.*

3 *Commiſsio cum clauſula, quòd præfixo termino, procedit, quando iudex nollet pronunciare ſuper nullitatibus.*

32. DECISIO. XVI.

PER ſupradicta alia vice in vna Aſſiſina-
1 ten. tenuerunt Domini non eſſe † neceſſa-
rium ſeruare terminos nouos de per ſe, ſed ſuf-
ficiunt ſeruati in negocio principali.
2 Item in vna, † & eadem ſententia iudex po-
teſt pronunciare ſuper nullitatibus, & negocio
principali, etiam quòd diceretur primitus, &
ante omnia, quod eſt de mente Franc. in d. c.
dilecto. in principalibus quæſtionibus.
3 Et illud, quod dicitur de commiſſione † pre
fixo

ſixo termino, procedit, quando iudex noller pronunciare in nullitatibus.

EPITOME.

APpellatione à ſententia lata in poſſeſſorio deſerta, non dicitur deſertum negocium principale, & quare?

SVMMAE.

1 *Appellatione deſerta, quòd cenſeatur deſerta nullitas, eſt ſtylus Rota contra communem Doctorum opin.*
2 *Appellatione deſerta in poſſeſſorio, non dicitur deſertum negocium principale, & quare.*
3 *Stylus Rota non eſt extendendus contra communem.*
4 *Appellationis cauſa commiſſa à ſententia lata in partibus vnà cum negocio principali, Rota procedit in dicto negocio principali, etiam non conſtito de appellatione.*

33. DECISIO. XVII.

QVicquid ſit in cõmiſſione continente cau
ſam nullitatis, & appellationis, licèt ęquè
principaliter, quòd deſerta † vna, ſit
1 deſerta alia, quod videtur contra communẽ, vt
per Franc. in c. dilecto. q. 58. contra quem ta
men dicebant Domini ſemper fuiſſe ſeruatum.
de app. fuit dubitatum in vna Britonoriẽ. corã
Puteo, quod de negocio principali. Nã ibi erat
commiſſa cauſa appellationis à ſententia lata
in poſſeſsorio vnà cum negocio principali, &
2 deſerta † appellatione, dubitabãt, nunquid eſ-
ſet deſertum negocium principale. Et licèt qui
dam vellẽt, quòd ſic, arguendo de cauſa nullita
tis ad appellationem.

Tamen tunc inclinauimus in contrariũ, cõ-
ſiderando, quòd erat diuerſa ratio. Nam ideo
volunt deſerta appellatione deſeri nullitatem:
quia proueniunt ab eodem fonte, & agitur
ſemper de facto iudicis: quę rationes nòn mi-
litant in negocio principali. Eſſet enim nimis
3 extendere † ſtylum noſtrum contra commu-
nem. Et allegabatur, quod paſſim ſeruaba-
4 mus, vt commiſsa † cauſa appellationis à ſen
tentia lata in partibus vnà cum negocio prin-
cipali, non conſtito de appellatione, procede-
remus in principali.

EPITOME.

INtereſſe putans habere etiam nõ nominatus in cõmiſsione emanata contra aliquem, & omnes ſua intereſſe putãtes, cuius commiſsionis vigore fuit decreta citatio, poteſt ſemper venire, & procedere contra actorem abſentem per contradictas.

SVMMAE.

1 *Commiſſa cauſa contra aliquem, & omnes ſua intereſſe putantes, ac citatione decreta, poteſt ſemper venire intereſſe habens, & contra actorem abſentem per contradictas procedere.*
2 *Deciſ. Rota 402. in nou. extenſio.*

34. DECISIO. XVIII.

COmmiſſa cauſa contra Petrum, & omnes
ſua intereſſe putantes, & decreta citatio-
1 ne, tenuerunt Domini, quòd poſſit † ſemper
venire intereſſe putans etiam non nominatus.
Et ſi actor in curia non reperiatur, voluerunt
Domini poſſe procedi contra ipſum per con-
2 tradictas. & ita extendebant † deciſ. Rotę 402.
aliàs 17. de dolo & cõtumac. in nou. quia omnes ſunt citati, licèt ego dubitarem.

DE CONSVETVDINE.

EPITOME.

COnſuetudo optandi canonicatũ per antiquiorem portionarium procedit, etiam ſi portionarius eſſet archidiaconus.

SVMMAE.

1 *Optare canonicatum poteſt antiquior portionarius, etiam ſi eſſet archidiaconus, & quare? num. 2. & 3.*
4 *Qualitates diuerſa ſeparabiles poſſunt concurrere in eadem perſona.*

35. DECISIO. vnic.

COnſuetudinem optandi canonicatum per
1 antiquiorem portionarium, voluerunt †
Domini in vna Salamantina coram Domino
Puteo de anno 1548. procedere, etiam ſi por-
2 tionarius eſset archidiaconus: quia † nulla eſt
mixtura, nec deſcẽſus, iux. doctr. Rotę dec. 227
3 aliàs 3. de conſ. in no. Cal. cõſ. 5. de cõſ. Nam †
in hac optione conſideratur vti portionarius,
& ſic aſcendit ad mixturam, vt fuit reſponſum
per me ex dictis per Io. And. & alios in c. ſta-
tutum. de reſcript. in 6. & quæ tradit Alciat.
in l. 2. in 1. col. in fin. de verb. oblig. quia ſunt
diuer-

4 diuerſæ † qualitates ſeparabiles cócurrentes in eadem perſona. Bene facit, quod not. Felin. in c. quoniam abbas. col. fin. de offic. delega. de Decano facto prępoſito.

DE ELECTIONE.

EPITOME.

OFficia etiam eccleſiaſtica prout prothonotariorum & ſimiliū, nō vacāt per promotionem ad epiſcopatum.

SVMMAE.

1 *Promotus ad epiſcopatum retinet officia etiam eccleſiaſtica, puta prothonotariatus, & ſimilium.*
2 *Intellect. ad c. cum in cunctis. §. cum verò, de electiõn.*

36. DECISIO. I.

1 OFficia † etiam eccleſiaſtica, prout prothonotariorum & ſimil. argumento officiorum de iure ciuili non vacant per promotionē
2 ad epiſcopatum: quia c. † cum in cūctis. § cū vero. de electio. loquitur tantùm in beneficijs. & ita tenuerunt Domini in vna Florētina coram Domino Fabio, quicquid in contrarium allegaretur, ex not. per Socin. in conſ. 53. 3. vol. & Gomes. q. 22. ſuper reg. de infirm.

EPITOME.

PRomotus ad epiſcopatum titularem nō amittit priora beneficia, niſi per adeptionem pacificæ poſſeſsionis dicti epiſcopatus.

SVMMAE.

1 *Beneficia prima non amittit promotus ad epiſcopatum titularem, niſi per adeptionem illius pacificæ poſſeſsionis.*
2 *Promotus ad epiſcopatum titularem tenetur per retentione beneficiorum ſoluere annatam.*
3 *Extrauaganti Iul. II. quòd retentio beneficiorū conceſſa promotis non ſuffragaretur literis &c. quando non ſit locus.*
4 *Nullitatis pœna non procedit, niſi in caſibus expreſsis.*

37. DECISIO. II.

1 PRomotus ad epiſcopatum titularem non † amittit beneficia, niſi per adeptionem pacificæ poſſeſſionis, & declaratio, quam ad ſtylum curiæ dat Abb. in c. cum in cunctis. §. cum verò. de electio. & quę notat Roman. cōſ. 335. placuerunt Dominis in vna Panormitana pen ſione coram D. Fabio de anno 1548.

Et propterea in eadem fuit dictum non ob-
2 ſtante ſtylo, quòd talis † promotus pro retentione beneficiorum teneretur ſoluere annatā;
3 & quòd tamen non † eſſet locus extrauaganti Iulij II. quòd retentio beneficiorum conceſſa promotis, non ſuffragaretur literis non expediti s. quia ante adeptam pacificam poſſeſſionem, cum non vacent beneficia, talis promotus non eget illa retentione, & quia illa extrauagans
4 non annullat actum. quæ pœna † nullitatis nō procedit, niſi in caſibus expreſſis. l. etſi quis. §. Diuus. ff. de relig.

DE RENVNCIATIONE.

EPITOME.

4 COnſenſus morte reſignantis per procuratorem tunc eſt verus; quādo procurator dediſſet ſupplicationem in vita reſignantis, vel feciſſet aliquem actum, aut mandatum acceptaſſet.

SVMMAE.

1 *Conſenſus præſtitus per procuratorem poſt mortem principalis reſignantis, quando eſt validus.*
2 *Mandatum morte principalis re integra expirat.*

38. DECISIO. I.

COnſenſum renūciationi beneficij poſt mortem reſignantis per procuratorem ex notatis per Caſſador. deciſ. 1. hoc tit. tenuerunt Domini eſſe verum, quādo per procuratorem
1 eſſet porrecta † ſuppplicatio, prout loquitur Caſſad. vel quando procurator feciſſet aliquē actum, vel ſaltem acceptaſſet mandatum; alio-
2 quin tanquam expiratum † re integra ceſſaret. Et ita fuit tentum in vna Segobien. beneficij de Villacaſtin. coram Domino Fabio de anno. 1548.

EPITOME.

MAndatum purum habens ad cōſentiendum renunciationi, ſi non conſentit ante 20. dies, intra quos mandans mortuus eſt, nihil po-

ſtea

ſtea aget dato,quòd ante literas limitatas ad hoc inſufficientes habuerit.

S V M M AE.

1 *Litera limitata tranſmiſſa procuratori ad conſentiendū renunciationi beneficij,an ſat ſint pro extenſione cōſenſus.*
2 *Mandatum purum habens ad reſignādum,niſi per 20. dies mandans ſuperuiuat, fruſtra conſenſum praſtat.*

39. DECISIO. II.

ET per iam dicta in vna Oueten. coram Fabio Domini annullarunt quandam renunciationem, in qua procurator, qui porrexerat ſupplicationem, habuerat mandatum per cer-
1 tas †literas limitatas,ſecundùm quas ſtylus notariorum erat,quòd non poſſet extendi cōſenſus.Et tandem poſt certū tempus ille,qui prius dederat literas limitatas, dedit mandatum purum,ſed mortuus eſt intra 20.dies. Nam vigore primarum literarum procurator non potuit conſenſum præſtare,& vigore ſecundi mandati tardè venit,quia antea in eadem cauſa in prima inſtantia corā Domino Archiepiſcopo Ba-
2 ren. tenuerunt Domini mandantem † debere ſuperuiuere 20. dies,alioquin non ſufficere, ad tradita per Iaſ.in l. 1. §. item acquirimus, ff. de acquir.poſſ.

EPITOME.

REſeruatarius fructuum in aliquo fundo non æquiparatur fructuario,ita vt poſsit propria auctoritate illum colere.

S V M M AE.

1 *Reſeruatarius fructuum alicuius fundi an æquiparetur fructuario? & num.2.ac per totam.*
3 *Vſusfructus non poteſt eſſe,vbi certa quantitas reſeruatur.*
4 *Seruitus realis non poteſt dici conſtituta,vbi habetur reſpectus ad certam quantitatem,& quare?*
5 *Intellect.ad Bart.in l.cotem ferro.§.qui maximos.num.9. ff.de public. &c.*

40. DECISIO. III.

FRuctus erant reſeruati vſque ad ſummam
1 1300.ducatorum in tali fundo: dubitatū † fuit in vna Mediolanen. coram Domino Proſpero de anno 1551.an iſte reſeruatarius æqui paretur vſufructuario, ita vt poſſit propria auctoritate colere.Et quidam dicebant, quòd ſic, conſiderando doctrinā Bart. in l. cotem ferro.
2 §.qui maximos.n.9.de publica. vbi id vult, † quando quis propria auctoritate capit,cēſetur reſeruatus vſusfructus. Et idē in l.fundi trebatiani.de vſufr. lega. vbi ſimpliciter dicit,quòd, quando propria auctoritate capit, ſemper eſt vſusfructuarius:alioquin diſtinguit, quādo legatur certa quātitas, vt ibi per ipſum, & ſic videtur in nuere, quòd illo caſu,quando propria auctoritate percipit, etiam ſit vſusfructuarius.

Contrarium tamen placuit Dominis, primo per gloſ.in l.ſi quis ita. & ibi ſentit Fulgos.
3 de vſufruct.quę†vult,quòd quia eſt certa quātitas,nō poteſt eſſe vſusfructus.facit l. debitor. §. veriſimile.de cōtrahen. empt. Et facit ratio,
4 quia†vbi eſt reſpectus ad certam quantitatem, non poteſt dici conſtituta ſeruitus realis, quæ nō poteſt eſſe pro parte,& pro parte non,iux. not.in l.4.de ſeruitut. & ſi rectè inſpiciantur le
5 ges allegatę per Bar. † in ſupradictis locis,apparebit, quòd illa iura loquuntur, quando vel omnes fructus,vel certa quota,certi annui,vel temporis reſeruantur.

EPITOME.

IVS à reſignante non dicitur abdicatum, niſi præſtito regreſſu validè.

S V M M AE.

1 *Correſpectiuitas quando indicatur, ſi eadem die duo actus reperiuntur facti?*
2 *Regreſſus debet eſſe validus,vt dicatur abdicatum eſſe ius à reſignante.*
3 *Conſenſus limitatus non abdicat ius, ſi non eſt expeditus regreſſus.*

41. DECISIO. IV.

REſignatio erat facta, in qua tantum erat facta mentio reſeruationis penſionis, & eodem die erat præſtitus conſenſus ſupplicationi illi ſignatæ.

Eadem die reperiebatur alia copia ſupplicationis non ſignatæ,cui retroſcriptus erat conſenſus eodem die interpoſitus,in quo & de pēſione,& de regreſſu erat facta mentio.

1 Voluerunt Domini,quia actus † erant eadē die facti,tantam correſpectiuitatem induci, ex dictis per Sarnen. in reg. de triennali.q. 12. n. 7. & 11. poſt Aegid. deciſ. 12. & quæ tradit Dec.conſ.125. vt inferatur,cum non reperire
2 tur per multos dies expeditus regreſſus, non † fuiſſe abdicatum ius à reſignante, niſi præſtito regreſſu validè:quia dicebāt ſolere multoties ſupplica-

ſupplicationes regreſſus, vel dimitti in retētis,
3 & ſic adeſſet pręſumptiuè ſupplicatio, vel ſi †
non fuiſſet expeditus regreſſus, conſenſus li-
mitatus non abdicauerat. Et ita tenuerunt Do
mini in vna Oxomen. coram me de anno 1548.

EPITOME.

REgula Adriani reuocans regreſ-
ſus &c. non procedit in regreſ-
ſu ex cauſa ceſsionis litis, niſi
aliter doceatur de bono iure.

SVMMAE.

1 *Regreſſus ex cauſa ceſsionis litis non comprehenditur ſub*
regula Adriani reuocante regreſſus.
2 *Fraudanda regulę cancellarię modus eſt vitandus.*

42. DECISIO. V.

REgulam Adriani, quę reuocabat omnes re
greſſus ſine cõſenſu, exceptis iis, qui erāt
ex cauſa reſignationis, ſeu ceſſionis boni iuris,
voluerunt Domini non procedere in regreſſu
ex cauſa ceſſionis litis, niſi aliter doceretur de
bono iure. Tum quia iſte caſus non erat expreſ
2 ſus in regula, tum etiam quia eſſet facilis † mo
dus fraudandi regulam, quia quis veniret ad li
tem, & poſtmodum fieret ceſſio. Et ita tenue
runt in vna Parmen. coram Fabio de anno
1550.

EPITOME.

REgreſſus poteſt caſſari in mani-
bus notarij citra conſenſum Pō-
tificis.

SVMMAE.

1 *Regreſſus caſſationi poteſt quis conſentire in manibus ſo-*
lius notarij, inſcio Pontifice ad inſtar penſionis.
2 *Penſio poteſt caſſari in manibus notarij citra conſenſum*
Pontificis ad inſtar regreſſus.

43. DECISIO. VI.

1 REgreſſum voluerunt † Domini poſſe caſſa
ri in manibus notarij citra conſenſum Pō
tificis: quia eſt actus fauorabilis eccleſię, quę ob
id liberatur à ſeruitute. iux. gloſ. in c. agatoſa. &
ibi Card. 63. diſtinct. Et arguebant ſemper Do
2 mini à caſſatione regreſſus ad † caſſationem
penſionis. iux. tradita per Sarnen. in quæſt. 16.
in fin. & q. 18. de infirm. reſign. Et referebat
Dominus putens tunc Decanus ita ſemper de-
ciſum fuiſſe, & ita tenuerunt Domini corā me
in vna Gerunden. caſſationis regreſſus de an-
no 1550.

EPITOME.

PRocuratorem conſtituens cum iu
ramento ad caſſandum regreſſū,
ſi poſtea eum reuocat, incidendo
in periurium, non propterea amittit re-
greſſum.

SVMMAE.

1 *Periurius dicitur conſtituens procuratorem cum iuramen*
to ad caſſandum regreſſum, ſi poſtea procuratorem re-
uocat.
2 *Regreſſum non amittit, qui conſtituit procuratorem cum*
iuramento ad illum caſſandum, licèt poſtea dictum pro-
curatorem reuocet.
3 *Regreſſus habet ius de preterito, & eſt reliquia iuris ceſsi.*
4 *Papa in regreſſu confert beneficium ex nunc, prout ex*
tunc, ideo collatio cenſetur facta ab initio.
5 *Periurus an ſit inhabilis ad beneficia obtinenda? & nu. 6.*
7 *Regreſſum dare ius ad rem, & facilè tolli ius ad rem quo*
pacto intelligatur.

44. DECISIO. VII.

DVbitatum fuit coram me in eadem cauſa,
quia quidam conſtituerat procuratorem
cum iuramento ad caſſandum regreſſum, &
1 poſtea eum reuocauerat, & ſic † effectus erat
periurus, an propterea eſſet priuatus ſuo re-
greſſu?
2 Et tenuerunt Domini, quòd † non, per com
munem opi. Doctorum, vt per Felin. in c. que-
relam. num. 1. de iureiur. & in c. ex parte. in 1.
3 col. de reſcript. Sed ſic eſt, quòd regreſſus † ha
bet ius de pręterito, & eſt reliquia iuris ceſſi, vt
per Caſſad. de priuileg. deciſ. 4. & deciſ. 1. de
pact. & cum nihil aliud conſideretur ad effectū
regreſſus, niſi vacatio, ideo & c. vt per Caſſad.
de præb. deciſ. 3. num. 10.
4 Et conſiderabatur, quòd † Papa in regreſſu
confert beneficium ex nunc, prout ex tūc, ideo
collatio cenſetur facta ab initio: ad tradita per
Bart. in l. ſi ita ſtipulatus fuero. in princ. de ver.
oblig. & Dec. in l. 1. de codicillis. Ex quo etiam
tollebatur illud, quod poſſet dici, quòd periu-
5 rus † eſt inhabilis ad beneficia obtinenda, vt
per Abb. in c. tua nos. in 2. de iureiur. & Rip. in
6 c. 2. in 2. col. de reſcript. quia intelligitur de †
7 nouo. Et quòd dicitur, quòd regreſſus † dat
ius ad rem, & quod facilè tollitur ius ad rem,
quia conſideratur cauſa de pręterito.

EPITOME.

RESignatio eſt bona, quæ facta fuit per reſignatariũ, reſeruato primo reſignanti regreſſu per ceſſum, vel deceſſum, qui in articulo mortis dedit conſenſum ad reſignandum, & fuit accepta parua data, & reſignans eſt mortuus, ſi tamen poſt aliquot dies gratia eius fuit ſignata ſub illa data accepta cum derogatione regulæ de viginti.

SVMMAE.

1 *Reſignatio facta in mortis articulo per eum, qui poſt acceptam paruam datã, mortuus eſt, an, & quando ſit bona?*
2 *Argumentum à ſtylo procedit de iure.*

45. DECISIO. VIII.

REſignans reſeruauerat ſibi regreſſum per
ceſſum tantùm, vel deceſsum primi reſer-
uatarij: deinde primus reſignatarius in articulo
mortis conſtitutus: volens reſignare, dedit con
ſenſum ad reſignandum, & fuit accepta parua
data, & reſignans mortuus eſt: poſtmodum
per aliquot dies gratia eius ſignata fuit ſub il-
la data accepta cum derogatione regulę de
viginti.
1 Dubitatum fuit, an † illa reſignatio eſset bo
na? Et dicebat ille, qui habebat regreſsũ, quòd
non: quia ipſi auferebatur ius quæſitum, cum
per mortem illius intrauerit regreſsus.
Contrarium tamen tenuerunt Domini in
vna Pampilonen. archidiaconatus coram Ca-
pizucco. Et ratio fuit, quia ille conſenſerat in
euentum reſignationis, accepta data, quæ ſtat
in pendulo, & poſtquã Papa admittit reſigna-
tionem, quæ venit ex conſenſu eius, declarat il-
li tertio nullum ius fuiſse quæſitum, arguendo
2 de ſtylo, † qui eſt iuris. c. quàm graue. de cri-
mi. falſ.
Dicebant tamen Domini, quòd eſset multũ
aduertendum: quia illud fuerat factum in fine
vitæ Pauli iij. an eſset gratia illius Pontificis,
tamen illud totum fuit ſublatũ per verba datę.

DE SVPPLENDA NEGLIgentia Prælatorum.

EPITOME.

FAma de morte beneficiati, vt conſtituat Epiſcopum in negligentia ad effectum deuolutionis, debet eſſe omnino clara, & dubia non ſufficit.

SVMMAE.

1 *Negligentia Epiſcopi de morte beneficiati probanda eſt clarè.*
2 *Deuoluitur poteſtas conferendi beneficia ab Epiſcopo negligente ad ſuperiorem.*
3 *Dubius æquiparatur ſcienti, limita, vt in num. 4.*
5 *Fama dubia quæ dicitur?*

46. DECISIO. vnica.

TEnuerunt Domini in vna Eugubina præ-
poſiturę pro Cardinali Sanctæcrucis co-
1 ram Domino Puteo, de anno 1548. Famam: †
quæ conſtituit Epiſcopum in negligentia de
2 morte beneficiati ad hoc, vt poteſtas † confe-
rendi deuoluatur, iux. deciſ. 263. in nou. & quæ
tradit Roma. in conſ. 480. procedere, quando
fama eſset omnino clara, ſecus ſi eſset dubia.
3 Quia licèt aliàs dubius † æquiparetur ſcienti,
4 ad not. in l. fin. C. qui admitt. tamen non † pro-
cedit, vbi requiritur vera ſcientia, prout hic, &
maximè quando iura ponderabãt negligentiã,
vt eſt tex. in c. licèt, in verbo. neglexerunt. ext.
eo. tit. Et tradit Biſignet. deciſ. 6. de probat.
5 Dubia † autem dicebant eſse famam, ſi ha-
buerit ortum à duobus, vel tribus, qui dice-
bant ſe audiuiſse, vel quia affines, vel coniun-
cti, dato quòd adeſset fama de morte; tamen
non fecerunt luctum. ad not. per Bar. in l. 2. §.
quòd ſi dubitetur. quemadm. teſtam. aper.

DE FILIIS PRAESBYterorum.

EPITOME.

BVlla Clementis prohibens beneficia patrum conferri eorum filijs, limitatur primo in beneficijs per parentes ante dictam bullam dimiſſis: ſecundo ſi parentum beneficia tunc erant portiones, & poſtea fuerunt effecta canonicatus.

SVMMAE.

1 *Bullæ Clement. de beneficijs parentum non dandis eorum filijs, duplex limitatio num. 2 & 4.*
3 *Legis natura reſpicit futura.*

47. DECISIO. I.

1 BVllam Clementis, quæ † prohibet beneficia parentum in filios conferri, Domini limitarunt dupliciter in cauſa Calciaten. coram D. Fabio de anno 1549.
2 Primo in beneficijs, † quæ parentes dimiſerunt ante dictam conſtitutionem Clementis, & illa verba, quę aliquando obtinuerunt in bul la contenta, declararunt, per illa alia verba, de cætero, quę ad conſequentia influunt. l. ſeruus
3 plurium. §. fin. de leg. 1. & quia natura † legis reſpicit futura.

Alio modo limitabant in eadem cauſa, quā-
4 do ſcilicet † beneficium erat portio tempore, quo pater illud obtinebat, & poſtea erat effectū canonicatus per prælatum, & ſic erat aliud beneficium.

EPITOME.

DIſpenſatio commiſſa executori cum clauſula, ſi ita eſt, redditur nulla, ſi ſtatim præſentatis literis executori, ille diſpēſauit. & quare?

SVMMAE.

1 *Clauſula, ſi ita eſt, requirit ſaltem extraiudiciale cauſæ cognitionem, quamuis ſine ea etiam exequi poſsit. num 2.*
3 *Diſpenſatio redditur nulla, ſi executor ſtatim receptis literis diſpenſationis ſibi commiſſæ cum clauſula, ſi ita eſt, &c. ſtatim is diſpenſauit ob breuitatem temporis.*
4 *Cauſæ cognitio adeſſe non poteſt in aliquo ob temporis breuitatē. amplia, dato quòd iudex in dicto actu narret cauſæ cognitionem fuiſſe adhibitam.*

48. DECISIO. II.

DIſpēſationem annullarunt Domini in vna Oxomen. coram Fabio, in qua etiam ego pronunciaueram, ex eo quia præſentatis literis executori, in quibus dicebatur, ſi ita eſt &c.
1 quę † clauſula requirit. ſaltem extraiudicialem cauſæ cognitionem. ad not. per Pariſ. in conſ.
2 45. prope fin. in 4. vol. licèt † ſine cauſæ cognitione etiam exequi poſſit, vt per Lap. allegat.
3 60. dicebatur executorem illico † acceptis lite-
4 ris diſpenſaſſe, & ſic ex † breuitate temporis non poterat adfuiſse hæc cauſæ cognitio, quā-
5 uis † iudex in diſpenſatione narraret eam cognitionem adhibuiſse. Et deciſ. 846. aliàs 4. de fil. presb. in antiq dicebant Domini procedere, vbi hæc duo non apparerent, quia tunc præſumeretur pro iudice.

DE OFFICIO VICARII.

EPITOME.

VIcarius habens ab Epiſcopo facultatem cōferendi beneficia, ſi poſtea ab eodem literas accepit, vt beneficia vacantia conferret eius ſecretario, vt poſſet de illis diſpone re in alios eius familiares, ſi vicarius extraneo contulit dicta beneficia in ipſis literis non nominato, valet nihilominus collatio.

SVMMAE.

1 *Epiſcopus poteſt conſtituere vicarium cum poteſtate conferendi beneficia.*
2 *Epiſcopus conceſſo mandato eius vicario conferendi, nō poteſt per priuatas literas illud reuocare, præſertim non publicata reuocatione. num 6.*
3 *Epiſcopus mandando per literas eius vicario, vt omnia beneficia vacantia eius ſecretario conferat diſtribuenda inter alios familiares ſuos, perperam agit, & quare.*
4 *Beneficia ſunt danda in perpetuum titulum, non autem in depoſitum.*
5 *Simonia[illegible] ſi aliquis recipit beneficium cum animo illud dim[illegible] [illegible]*
7 *Clandeſtini actus nullius ſunt momenti.*
8 *Præſentatio contra proteſtationem patronorū nihil valet.*

49. DECISIO. I.

1 EPiſcopus Caſalen. cōſtituerat Vicariū cū † poteſtate conferēdi beneficia ſimpliciter:
2 demum per quaſdam literas † priuatas ei com miſerat, vt beneficia vacantia conferret cuidā
3 eius ſecretario, vt † poſset de illis libitū ſuū diſponere in alios ſuos familiares: vicarius alteri non nominato in dictis literis contulerat beneficium.

Dubitatum fuit in vna Caſalen. coram Capizucco de validitate dictæ collationis. Et quidam dicebant Vicariū exceſſiſse fines mandati, & ſic non tenuiſse collationem.

Contraria tamen opinio fuit verior, & reſolutū dictas literas eſse nullius roboris, vel momenti.

Primo quia per indirectum contraueniebāt concilio lateranen. & erat quodammodo dare jus ad omnia beneficia vacantia illi nominato in literis, vt in ſimili dicit Biſignet. deciſ. 5. de conceſ. præben. Rota in nou. deciſ. 397. & Sta phil. fol. 68.

Item quia erat quodammodo ponere bene-

4 ficia in depoſitum, quę dari debent † in titulũ perpetui beneficij. ext. vt beneſ. eccleſ. ſine dimin. confer.

5 Item quia dicitur eſse † ſimoniacum, ſi aliquis accipit beneficium cum animo illud dimittendi, iuxta ea, quę notantur in c. mutationes. 7. q. 1. & quæ reprehendendo Io. Adr. tradit & Ant. de Butr. in c. cõſtitutus. de cõceſſ. prębẽ.

Ex alio etiam fuit dictum, quòd non eſſet per dictas literas reuocata prima commiſſio fa
6 cta vicario: quia erat in caſu iſto publicanda † reuocatio procuratoris, ad tradita per Felin. in c. ex parte decani, in verſ. quæ regula. de re
7 ſcri. Et ad propoſitũ benefacit, quòd iſti actus † clandeſtini nihil valent, quando aliquis poſſet
8 illaqueari, prout de clerico præſentato † contra proteſtationem patronorum tradit Dec. poſt Ale. in cõſ. 219. in 2. col. ſequeretur enim, quòd dictus vicarius poſſet illaqueari, igitur.

EPITOME.

VIcarius ſi ſimoniacè confert, non facit priuari Epiſcopũ ſua collatione.

SVMMAE.

1 *Vicarius non dicitur habere mandatum ad delinquendum.*
2 *Vicarium ſi ſimoniacè confert, non per hoc facit Epiſcopũ priuari ſua collatione.*
3 *Tribunal vnum eſſe illud Epiſcopi, & eius vicarij, intelligitur in his, in quibus habet mandatum.*
4 *Gloſ. in c. 1. de offic. vicar. in 6. declaratur.*

50. DECISIO. II.

1 VIcarius non † dicitur habere mãdatum ad delinquendum, ad not. in l. ſi procurator. de cond. indeb. Et propterea tenuerunt Do-
2 mini de anno 1548. quòd ſi vicarius † ſimoniacè conferat; non tamen facit priuari Epiſcopũ
3 ſua collatione. Et illud, quod dicitur eſſe † vnũ & idem tribunal vicarij & epiſcopi, intellexerunt Domini procedere in ijs, in quibus habet
4 mandatũ, † & ita declarabantur not. per gloſ. in c. 1. de offic. vica. in 6. & deciſ. 371. in nou. & ſingul. Roman. 266.

EPITOME.

DElegatio facta vicario, eo mortuo non tranſit ad ſucceſſorem, niſi probetur conſuetudo, vel ſtylus in contrariũ probandus omnino.

SVMMA.

1 *Delegatio facta vicario, eo mortuo, non tranſit ad ſucceſſorem. fallit, prout num. 2.*

51. DECISIO. III.

COmmunis opinio, de qua in cap. quoniam abbas. de offic. delegat. contra Cardi-
1 nal. & alios, quòd † delegatio facta vicario eo mortuo non tranſeat ad ſucceſſorem, per rationes Decij in d. c. quoniam abbas. fuit viſa verior: quia gloſ. propter quam mouetur Cardinal. hoc non dicit.

2 Reſtringebant tamen Domini, niſi † probaretur conſuetudo, vel ſtylus, qui allegabatur in contrarium, alioquin eo non probato, ſtandum eſt communi opinioni iam dictę.

DE OFFICIO DELEGATI.

EPITOME.

DElegatio, præſertim illa, quæ fit primo ante litem, ſed poſt per ſubdelegationem eſt de ordinatorijs, & ideo valet ſubdelegatio facta coram iudice eccleſiaſtico etiam inter Romanos, non obſtante vrbis ſtatuto.

SVMMAE.

1 *Delegatio an dicatur de actis?*
2 *Delegatio, præſertim quę fit ante litem primo, & poſtea per ſubdelegationem eſt de ordinatorijs.*
3 *Subdelegatio facta iuxta formam c. ſuper quęſtionum. ext. de offic. deleg. licèt de iure ciuili non teneat; tamen valet, ſi coram eccleſiaſtico fiat etiam inter Romanos, eorũ ſtatuto non obſtante.*
4 *Statutũ Romanum habens, quòd ſeruetur ius ciuile, procedit in deciſorijs, non in ordinatorijs.*
5 *Ordinatoria canonum ſemper attenduntur, quando agitur inter laicos coram eccleſiaſtico.*

52. DECISIO. I.

1 DElegationẽ licèt Lap. allegat. 81. dicat nõ † eſſe de actis, prout etiam ſentit Lanfrãc. in c. quoniam contra. num. 30. de probat.

Tamen Domini voluerunt, maximè in ea, quæ fit ante litem primo, ſed poſt per ſubdelegationẽ, eam eſſe de ordinatorijs in vna Romana ſpolij de anno 1549. corã Domino Roſſanen. adiecto Cardinali Tranen. Et propterea
2 tenuerunt, quòd ſubdelegatio † facta iuxta formam c. ſuper quæſtionum. ex. eod. tit. licèt de

iure

iure ciuili non teneat, vt poſt Doct in Auct.
ad hęc.C.de iudic.tradit Iaſ.in l.à iudice. in 10.
limit.eo.tit.tñ valeret,ſi corã iudice eccleſiaſti
co ageretur etiam inter Romanos, nõ obſtãte
ſtatuto,in quo cauetur, quòd ſeruetur ius ciui-
4 le : quia ſtatutum † fuit declaratum procedere
in deciſorijs,non autem in ordinatorijs, vt per
Alex.in l.in arbitrium.nu.15. col. fin.de leg.2.
& latè per Bart. & omnes in l. cunctos popu-
los.C.de ſumm.trinit.& fid.cath. & quæ tradit
Marian.in c.quòd clericis.de for.comp. Et sẽ-
5 per, quando agitur † coram iudice eccleſiaſti-
co,attenduntur ordinatoria canonum etiam
inter laicos, vt per Marian. vbi ſupra,& Abb.
in 3.not.in c.1.de conſtitut.

EPITOME.

Penſionis translatio facta coram iu
dice, vel executore vigore pro-
ceſſus fulminati, in quo inſertæ
erant literæ poteſtatis translationis pen
ſionis,eſt valida, dummodo poſt factam
oppoſitionem conſtet de exemplari.

SVMMA.

1 *Delegatus caret iuriſdictione,non cõſtito de talibus literis, quibus dari debeat fides,intellige prout num. 6.*
2 *Iuriſdictio non acquiritur,niſi ex præſentatione literarum, nec ſufficeret inſertum, & num.4.*
3 *Executor debet eſſe certus de ſua iuriſdictione, non per exemplum.*
5 *Executor an poſſit conferre, antequam ſibi ſint præſentatæ literæ?*
6 *Penſionis translatio facta coram executore vigore proceſſus fulminati cum inſertione literarum poteſtatis transferendi,valet, dummodo poſt factam oppoſitionem conſtet de exemplaribus.*
7 *Inſerto datur fides, parte non opponente.*
8 *Citandus non eſt titulatus in translatione penſionis.*
9 *Proceſſus fulminatus non eſt ita ſimpliciter iudicandus copia,vel inſertum,& quare?*
10 *Præſumptio eſt pro notarijs publicis archiuij.*
11 *Commiſsionis tenor licèt inſeri debeat in citatione, tamen, quando ex parte citantis, vel aliunde adſunt aliquæ coniecturæ, tunc etiam ſine inſertione crederetur propter præſumptionem.*
12 *Deciſ. Rotæ 242.487.& 459.in nou.& deciſ.793.in antiq.declarantur.*

53. DECISIO. II.

1 LIcèt iudex † delegatus, & executor non ha
beant iuriſdictionem, niſi conſtito de lite
ris,& talibus,quibus dari debeat indubitata fi-
des,ad not.in c.cum in iure peritus.de offic.de-
2 leg.Et quia iuriſdictio † non acquiritur, niſi ex
præſentatione literarum, Rota in nou. deciſ.
242. 487. & 459. atque in antiq. deciſ. 793.
3 Et prout vult d.deciſ.459.quòd executor † de-
beat eſſe certus de ſua iuriſdictione, non per
4 exemplum. Item quia in præſentatione † lite-
rarum acquiritur iuriſdictio, nec ſufficeret in-
ſertum,argum.not.per Dec.in c. licèt cauſam.
13.not.de probat.& conſ.388.Et licèt,an exe-
5 cutor † poſſit conferre,antequam ſibi ſint præ-
ſentatę literæ. Aegid.deciſ.359.& aliæ deciſio-
nes relatæ per Felin. in c. eam te. de reſcript.
col.penult.in 4.fallent. tenuerint,quòd ſic, ta-
men deciſ.455.in nou.contrarium tenet.

Voluerunt tamen Domini coram me in vna
6 Zamoren.penſionis de anno 1549. validam †
fuiſſe translationem penſionis factam corã iu-
dice, vel executore vigore proceſſus fulmina-
ti,in quo inſertæ erant literę poteſtatis transla
tionis penſionis, dummodo poſtea conſtaret
de originalibus literis, quando opponebatur
contra validitatem dictæ translationis. Quia
multa concurrebant in iſto caſu, quæ & redde-
bant diuerſa ab illis, & tollebant omnia,quæ
in contrarium allegabantur.

Nam primo conſiderabatur, quòd iudex nõ
omnino proceſſerat ſine aliqua præſentatione,
quia aderat proceſſus, & cum inſerto detur fi-
7 des,† parte non opponente,ad notat.in Auct.
ſi quis in aliquo C.de eden.et cum fuerit oppo
ſitum,ſatis eſt,quòd oſtenſæ fuerint literę ori-
ginales.

Nec dicatur, quòd non fuerat citatus titu-
latus in translatione penſionis, & ſic non po-
tuit opponere. Nam dicebant Domini, quòd
8 non † erat citandus : ſatis enim eſt, quòd,
quando citaretur,poſſet opponere, & tunc ſa-
tisfiet.

Item etiam conſiderabatur, quòd proceſſus
9 fulminatus † non eſt ita ſimpliciter iudicandus
copia, vel inſertum ; quia notarij publici ar-
10 chiuij,qui eos conficiunt,pro quibus † eſt pręſumptio:
quo caſu ſuccedit doctrina Doctorũ
in c.cum in iure peritus. de electio. quòd licèt
11 aliàs debeat inſeri tenor † cõmiſſionis in cita-
tione ; tamen, quando ex parte citantis, vel ex
alia parte adſunt aliquę coniecturæ,tunc etiam
ſine inſertione crederetur propter pręſũptio-
nem. Ita in caſu noſtro.

12 Et ex iſtis ceſſant † ſupradictæ deciſiones,
quia ſatis potuit reddi certus de ſua iuriſdi-
ctione ex proceſſu,cui ſtandum erat, donec op
poneretur,& ex prædictis coniecturis.

EPI-

EPITOME.

Compulſor non debet de neceſsitate eſſe in dignitate eccleſiaſtica conſtitutus.

SVMMA.

1 *Eccleſiaſtica in dignitate conſtitutus non requiritur, quòd ſit compulſor.*

54. DECISIO. III.

1 Compulſorē nō † debere neceſſariò eſſe in
dignitate eccleſiaſtica conſtitutum tenue
runt Domini coram me in vna Vlixbonen. de
Turribus Vedras, ſequendo dicta Staphilei in
tract. de liter.grat.fol.41. licèt quidam dicerēt
contrarium ſentire Gomes, in c. ſtatutum. de
reſcript.in 6.

DE OFFICIO LEGATI.

EPITOME.

Verba regulæ reſtrictiua facultatum Nuntiorum, non comprehendunt Cardinales legatos à latere.

SVMMAE.

1 *Verba regulæ reſtrictiua facultatum Nunciorum an comprehendant legatos à latere.*

2 *Simile non eſt idem.*

3 *Legati habent pleniorem poteſtatem, & ordinariam.*

55. DECISIO. vnica.

1 Verba † regulæ reſtrictiua facultatum Nun-
ciorum non comprehēdunt Cardinales
legatos de latere: tum quia in ea dicitur, etiam
ſi cum poteſtate legati de latere, & omne ſimi-
2 le † non eſt idem.l.quod Nerua.depoſit.& quia
3 legati † habent pleniorem poteſtatem, & ordi-
nariam.ad gloſ. in c.1. de offic. legat. in 6. & c.
nouit.de offic. legat. & ita tenuerunt Domini
de anno 1548. in vna Aſtoricen. parochialis,
coram Domino Peregrino Fabio.

DE OFFICIO ORDINARII.

EPITOME.

Ordinarij quia impropriè ſunt illi, qui habent poteſtatem conferendi ex aliquo indulto, vel priuilegio ſedis apoſtolicæ, reſeruatio conceſſa exceptis beneficijs, in quibus Cardinales eſſent Ordinarij collatores, intelligitur, in quibus Cardinales habent epiſcopatum, vel aliud ſimile beneficium cum ordinaria collatione.

SVMMAE.

1 *Ordinarius collator dicitur, qui habet à Papa poteſtatem conferendi, & maximè vniuerſitatem beneficiorum, exceptis illis, qui habent à lege.num.2.intellige, vt nu. 3.*

3 *Collationem habentes ex indulto, vel priuilegio ſedis apoſtolicæ ſunt impropriè Ordinarij, & quaſi extraordinarij.*

4 *Reſeruatio conceſſa, exceptis beneficijs, in quibus eſſent Cardinales Ordinarij collatores, intelligitur, in quibus Cardinales habent epiſcopatum, vel aliud ſimile beneficium.*

5 *Verba illa reſeruationis ſcilicet, quorum collationi, diſpoſitioni, & indulto auctoritate apoſtolica conceſsis, quibus per præſentes non intendimus derogare, quomodo intelligatur?*

6 *Indultum Cardinalis poſt reſignationem epiſcopatus, dicitur ſuperindultum, & extraordinarium.*

7 *Verborum indulti, vt prius &c. intellectus.*

56. DECISIO. I.

1 Ordinarius collator licèt dicatur † omnis,
qui à Papa habet poteſtatem cōferendi,
maximè vniuerſitatē beneficiorum, iuxta gloſ.
in c.à iudicibus. 2. q. 6. & quæ de vniuerſitate
cauſarum commiſſa tradit Bart.in l.more.ff.de
2 iuriſd.omn. iud. exceptis † tamen illis, qui ha-
bent à lege, vt de Epiſcopo, & de omnibus in-
ferioribus dicitur in c.is cui.de electio. in 6. &
in c.ordinarij.eo.tit.in 6. cum infinitis concor-
dant.per Rebuff.adductis in concord.tit.de col
lat. in §.ordinarij collatores.
Voluerunt Domini de anno 1548. quòd il-
3 li,† qui ius cōferendi haberent ex aliquo indul
to, vel priuilegio ſedis apoſtolicæ, eſsent im-
propriè ordinarij, & quaſi extraordinarij, &
vt tradit Paul. de Caſtr. in conſ. 3. in 3. dub.
& Areti. Felin. & Dec.in cap.poſt ceſſionem.
de probatio.in 1.not.per tex.in l. ſi in aliquam.
in fin.ff.de offic. proconſ. Et propterea tenue-
4 runt, quòd reſeruatio † conceſſa, exceptis bene
ficijs, in quibus eſſent Cardinales ordinarij col
latores, intelligeretur, in quibus Cardinales ha
berent epiſcopatum, vel aliud ſimile beneficiū
habens collationem per c. is cui procuratio. ſu-
pra allegatum.
5 Nec voluerunt obſtare verba, † in quibus di
cebant.

Digitized by Google

cebant, Quorum collationi, diſpoſitioni, & in-
dulto auctoritate apoſtolica conceſſis, quibus
per præſentes non intendimus derogare: nam
intellexerunt ſemper de indulto conceſſo Car
dinali ordinario collatorij. quod eſt fauorabile
tamquam præſeruatiuum, vt per Caſſador. de-
ciſ. 3. cum ſeq. de priuileg. Et ideo voluerũt ta-
lem reſeruationem comprehendere beneficia
ſpectantia ad Cardinalem de Rodulphis, qui
reſignauerat reſeruata ſibi collatione in Ar-
chiepiſcopatu Florentino ex indulto apoſtoli-
6 co, quia illud indultum † erat ſuper inductum,
& extraordinarium.
7 Et licèt ibi diceretur, vt prius, † nihil eſt, quia
prius poteſtas conferendi erat cauſalis, Nunc
ex gratia noua manet cuiuſdam ſeruitutis for-
malis.

E P I T O M E.

Epiſcopus ſolus numquid habeat
de iure poteſtatẽ corrigendi pro
cauſis criminalibus, etiam ca-
pitulares, hic traditur.

S V M M AE.

1 *Iuriſdictio corrigendi in cauſis criminalibus an ſit penes*
Epiſcopum ſolum?
2 *Intellectus ad Corne. conſ. 193. vol. 2.*
3 *Conſenſum capituli requiri in correctione facienda per Epi*
ſcopum, non reperitur tex qui hoc dicat.
4 *Felin in c. irrefragabili. de offic. ordin. loco hic citato, eſt*
mendoſus.
5 *Conſilium quando requiritur à lege, tunc conſilium capi-*
tur pro conſenſu.
6 *Conſenſus capituli requiritur, quando Epiſcopus vult corri*
gere capitulares.
7 *Criminalis cauſa videtur ardua.*
8 *Capitulum non eſt particeps eiuſdem officij aequè principa-*
liter cum Epiſcopo.
9 *Canonici ſunt tamquam membra Epiſcopi.*
10 *Intellect. ad c. irrefragabili §. 1. de offic. ordin.*

57. DECISIO. II.

1 Epiſcopus ſolus † habet iuriſdictionem de
per ſe fundatam etiam in corrigendo pro
cauſis criminalibus, & iſte eſt tex. in c. irrefraga
bili. de offic. ordin.
2 Et quæ tradit Corneus † in conſ. 193. 3. vol.
dicens, quòd ſine conſenſu non poteſt proce-
dere, non habent locum: quia ferè omnia eius
iura loquuntur vel de conſilio, vt in c. quanto.
& in c. nouit. de his quę fiũt à pręlat. & in c. nõ
eſt de cõſuet. in 6. vel loquũtur de iudicio, vt
in c. 1. de exceſſ. pręlat. vel de pręſentia, vt in c.
nullius. 16. q. 7. & c. ſi quid. 86. diſtinct. in c. qua-
liter & quando. el ſecondo ibi. coram eccleſiæ
ſenioribus. de accuſat. In tantum quòd Domi-
ni in vna Palentina iuriſdictionis pro capitulo
contra Epiſcopum coram Domino Proſpero
3 de anno 1549 concludebant, quòd † non repe
riebatur tex. qui requireret conſenſum capitu
li, quia omnia iura loquuntur de conſilio.
Verum eſt, quòd multæ gloſ. quæ allegaban
tũr, videbantur loqui promiſcuè tam de conſi-
lio, quàm de conſenſu. Et dictum fuit, quòd Fe
4 lin. † in d. c. irrefragabili. qui tenet requirendũ
eſſe conſensũ capituli, allegant multos docto-
res, qui non dicunt id, ad quod per eum citan-
tur, vt Domin. in c. 1. de hæret. in 6. qui bene
dicit, quòd non poteſt ſine capitulo, ſed non
declarat, an conſenſus requiratur, & Oldrad.
conſ. 251. loquitur de conſilio, vel aſſenſu. Eo-
dem modo loquitur Bertach. in tract. de Epiſc.
in 4. lib. q. 7. 3. par. ita etiam gloſ. in ver. non
prodidit. in c. ex pœnitentibus, 50. diſtinct.
Vnde viſum fuit Dominis quæſtionẽ pende-
re à dictis per Imol. in c. nouit. de his quę fiũt
5 à prælat. qui † tenet, quòd, quando conſilium
requiritur à lege, quòd tunc conſilium capia-
tur pro conſenſu, vt per Bart. in l. impuberi-
bus. de excuſat. tut. & in l. Titiũ & Mæuium. de
adminiſtr. tut. de quo tamen dicto ego dubi-
tabam ex dictis per Abb. in c. cum olim. col. 1.
de arbitr. & quia Bart. in dictis legibus funda-
tur, quia habent particulares rationes, vt tra
dit Bar. in ſua diſtinctione. l. 1. §. ſi plures. ff. de
exercit.
Pro opinione tamen Imol. allegabatur rubr.
de his quę fiunt à pręlat. ſine conſenſ. Et tamen
ferè in omnibus capitulis illius tituli dicitur
de conſilio.
Tamen fuit dictum, quòd daretur dubium
6 de per ſe. Quòd tamen † requireretur conſen-
ſus in correctione capitularium, concurrebat
maior pars Dominorum, cum quibus ego erã:
tũ quia tenent omnes, vt recitant Imol. & Abb.
in d. c. quanto. Abb. in c. 1. de except. quòd in
7 arduis requiritur conſenſus, & cauſa † crimina-
lis videtur ardua, vt tradit Marian. in tract. de
citatio. artic. 2. num. 58. tum etiam arguendo
de rebus ad perſonam, & eſt communis opinio
in d. c. quanto. & in c. nouit. quia in alienatio-
nibus rerum capituli requiritur cõſenſus. hoc
tamen vltimum de conſenſu non fuit deciſum.
Communis tamen opinio eſt, quòd in dd. c.
nouit. & c. quanto. verbum, conſilium, ſtet pro-
priè, non pro cõſenſu, vt poſt Innocent. Hoſtiẽ.
Io. Andr. Collect. Ant. But. & Anc. in d. c. quã-
to.

to. Quod probat ratio, quia ibi loquitur de cõ
8 ſilio, quod capitur ab extraneis. Facit, quia †
capitulum non eſt particeps eiuſdem officij
9 ęquè principaliter cum Epiſcopo, ſed † canonici
ſunt tamquam membra epiſcopi.
10 Et c. † irrefragabili. §. 1. nullum pręſtat impedimentum
à contrario, dum innuit, quòd non extante conſuetudine ipſe ſolus procedat: quia loquitur de conſuetudine, per quam Epiſcopus, & capitulum æqualiter procedunt ad punitionem; noſtra autem eſt quæſtio, vt Epiſcopus principaliter cum conſenſu capituli? nihil tamen fuit deciſum, ſed dictum eſt dari dubium de per ſe, vt ſupra.

DE PACTIS.

EPITOME.

Concordia facta vna die de reſignando beneficium cum reſeruatione regreſſus, & penſionis certæ, ſi eadem die reperiebatur ſupplicatio ſignata cum conſenſu à tergo, in qua ſolùm reſeruabatur penſio ſine regreſſu, intellecta fuit, vt præſumeretur, quòd concordia præceſſerit, quòdque ab ea fuerit receſſum.

SVMMAE.

1 *Præſumitur concordiam præceſsiße, & ab ea fuiſſe receſſum in caſu iſto.*
2 *Delictum vt excludatur, interpretatio facienda eſt.*
3 *Correſpectiuitas, vel ſimonia quando non conſideretur?*

58. DECISIO. I.

Reperiebatur in cauſa Oximen. coram me de anno 1548. concordia facta eodem die, in quo erat concordatum de reſignando beneficium cum reſeruatione regreſſus, & pẽſionis certę, & eodem die reperiebatur ſupplicatio ſignata cum conſenſu à tergo, in qua tantùm reſeruabatur penſio ſine regreſſu.
1 Voluerunt Domini præſumi † pręceſſiſſe cõ
cordiam, & ab ea receſſum, tum ne præſuma-
2 mus † delictũ: id enim præſumitur pręceſſiſſe.
l. exceptione. vbi Bar. ff. de fideiuſſ. gloſ. & doctores in l. ſi quis ex argẽtarijs. §. fin. ff. de eden. cum ſimil. tum etiam, quia facilè ſtabant ſimul, quòd fuerit receſſum. Et propterea no-
3 luerunt † conſiderare correſpectiuitatem, vel ſimoniam ex dictis per Aegid. deciſ. 12. & tradita per Sarnenſ. in reg. de triennali. q. 12. nu. 7. & 11. de quorum dictis aliqui dubitabant, ali qui verò dicebant, quòd illa procedebant, quando actus illi poſſent ſtare ſimul, & eſſent cõpatibiles; ſecus verò in caſu noſtro, in quo ſola reſeruatio penſionis non compatitur cum regreſſu.

EPITOME.

Concordia ſuper beneficialibus, quoniam non valet, etiam ſi actũ fuerit, vt cõfirmaretur per Summum Pontificem, ante illius confirmationem ſemper poterit diſſolui.

SVMMAE.

1 *Concordia ſuper beneficialibus non valet, amplia, etiam ſi actum ſit, vt pontificia confirmatione roboraretur, num. 2.*
3 *Pœnitentia habet locum ante Pontificis confirmationem ſuper concordia in beneficialibus dicta cum conditione facta.*

59. DECISIO. II.

Concordia ſuper beneficialibus, quoniam
1 non † valet. c. ſuper eo. de tranſ. quam-
2 uis expecter † confirmationem Pontificis.
Tamen ante illam confirmationem ſemper tenent Domini non cogi partes ad eius obſer-
3 uationem. Nam poſſunt † reſilire ante ipſam cõ
firmationem, per doctrinam Abb. in c. ſuper eo. de condi. appoſ. Et ita tenuerunt Domini coram me de anno 1548. in vna Calaguritana de Tanguela, & coram D. Fabio in vna Terraconen. concordiæ, & aliàs in vna Cæſarauguſtana concordię, coram epiſcopo Rauelien.

EPITOME.

Confirmatione ex apoſtolica facta in generali derogatione pactorum non cenſetur ſublata cõcordia cõfirmata per ſedem apoſtolicã.

SVMMAE.

1 *Confirmatio apoſtolica facta in generali derogatione pactorum, an cenſeatur tollere concordiam confirmatam per ſedem apoſtolicam?*
2 *Concilium Tridentinum non derogat concordijs initis inter Epiſcopos, & capitula confirmatis per Papam.*
3 *Intellect. Clement. dudum. de ſepult.*
4 *Funiculus duplex quando operetur, ac ſi eſſet triplex.*

Argu-

5 *Argumentum l.fin.C.ſenten. reſcin.non poſſ.quando non valet.*

60. DECISIO. III.

1 PEr † confirmationem apoſtolicam factam cum generali derogatione pactorum, non cenſetur ſublata concordia confirmata per ſedem apoſtolicam, Et ita tenuerunt Domini in vna Palentina iuriſdictionis de anno 1548. di-
2 centes, quòd † concilium Tridentin. non derogat concordijs initis inter Epiſcopos, & capitula confirmatis per Papam, argumento gloſ. in clement.dudum.verſ.nos etenim.in ver.pacta.
3 de ſepultur. Et quia illa † clement. loquitur, quando per modũ legis tolluntur concordiæ. Et propterea dubitabilis reddebatur doctrina Felin.in c.nonnulli.in 5.col.& in c.conſtitutus. in 3. col. de reſcrip. Et licèt d. gloſ. loquatur,
4 vbi eſt † triplex funiculus;tamen idem eſt, ſi eſſet duplex, vt per Alex.in l. 1.ff.ad l.falcid.
5 Et crediderunt Domini non † valere argumentum, tolli ſcilicet ſententias, quę nunquam cenſentur, &c. ad l.fin. vbi per Bal. C. ſentent. reſcin.non poſſ. & Alex.cõſ.42.vol.4. ergo & etiam tolli confirmationem ſimplicem, vt per Alex. conſ. 216. col.7.in fin.&ſeq.vol.2.quia hic adſunt duo vincula, videlicet pacti, & confirmationis.

DE PROCVRATORIBVS.

EPITOME.

PRocurator ſolus poteſt procedere, licèt plures procuratores fuerint conſtituti ſine clauſula, & vnum quemlibet inſolidum, quando in clauſula ratihabitionis fuit dictum per alterũ ex ipſis.

SVMMAE.

1 *Procurator ſolus quando poſſit procedere pluribus procuratoribus conſtitutis?*
2 *Clauſula executiua licèt non extendat, tamen declarat.*
3 *Clauſula ratihabitionis eſt quodammodo mandatum, & propterea de per ſe eſt in conſideratione. In clauſula autem indemnitatis circa poteſtatem ſubſtituendi non iſt.*
4 *Bar.in l.1.de offic.procur. Caſ.declaratur.*
5 *Ratihabitionis clauſula an ampliet poteſtatem.*

61. DECISIO. I.

1 PRocurator † ſolus, licèt fuerint conſtituti plures procuratores ſine clauſula, & vnum quemlibet inſolidum, poteſt procedere, ſi in clauſula ratihabitionis fuerit dictum, quòd al-
2 terum ex ipſis. Quia licèt clauſula † executiua non extendat, tamen declarat, vt per Petr. de Ancar.conſ. 155. & per Abb.in c.pro illorum. in gloſ.1.de præben.
3 Facit, quia clauſula, † ratihabitionis, eſt quodammodo mandatum, & propterea ipſum de per ſe eſt in cõſideratione, licèt ſecus ſit in clauſula indemnitatis circa poteſtatem ſubſtituendi, ad deciſ. 1. Biſignet. de procurat.& 346. in ant. quòd etiam fuit de mente Felin. in c. licèt in corrigendis.col.fin.de offic.ordinar. beneficit conſ. Ant.de Butr. 29. viſis puncto.&
4 eodem modo reſponſum fuit ad doctrinam † Bar.in l.1.de offic.procur. Cæſar. vbi Iaſ. col.6. verſ. quærunt doctores.dicit eſſe communem,
5 quod ea clauſula, † ratihabitationis, non ampliat poteſtatem: quia fuit dictum illud procedere, quando nullo modo verba præcedentia poterant importare liberam poteſtatem: ſecus autem erat in caſu noſtro, in quo verba &c tamen, poterant importare, & vnuſquiſque inſolidum etiam, quòd non eſſet expreſſum, quòd fuerat neceſſe facere iuxta diſpoſitionem. cap. ſi duo.eo. tit. in 6. & ita tenuerunt Domini in vna Ciuitanen.coram Domino Puteo de menſe Februarij.1548.

EPITOME.

PRocurator, qui vigore mandati à conſtituente habiti ad reſignandum, reſignauit illud beneficiũ, in quo idẽ procurator habebat regreſſum per ceſſum, ſibi non præiudicauit.

SVMMAE.

1 *Procurator ſi conſtituentis beneficium reſignauit, in quo procurator ipſe habebat regreſſum per ceſſum, ſibi præiudicium non attulit.*
2 *Procurator rei, eum defendendo, non facit actum contrarium, & quare?*

62. DECISIO. II.

PRocurator ad reſignandum, qui habebat regreſſum ad beneficium propter ceſſum,
1 etiam † quòd reſignauerit huiuſmodi beneficium vigore dicti mandati, non præiudicauit ſibi per regulam tex.in c.ex literis.de trãſact. ad quod ego inducebam doctrinam Abb.ibi, dum
2 loquitur de procuratore rei.† qui licèt eum defendat; non tamen dicitur eſſe ſibi contrarius:

quia reus defenditur ex non iure actoris, & ſic non facit actum contrarium iuri ſuo, ita in propoſito noſtro reſignare beneficiũ, in quo quis habet regreſſum, non eſt actus contrarius, & propterea non ſtant inſimul. l. fin. C.ne vxor pro mar.

EPITOME.

PRocurator legitimus etiam particularium is dicitur, qui fuit conſtitutus ad proſequendum coniunctim, vel diuiſim, à canonicis in capitulo congregatis contra quendam, qui mouit litem contra conſtituentes, & capitulum.

SVMMA.

1 *Procurator conſtitutus à capitulo canonicorum, quando pro ſingulis etiam conſtitutus dicatur?*

63. DECISIO. III.

PRocuratorem etiam particularium ſufficiẽ
1 ter conſtitutum cum † eſſe dixerunt Domini in vna Pampilonen. coram me de anno 1548. ſi canonici capitulariter congregati conſtituerint procuratorem contra quendam, qui mouit litem contra conſtituẽtes, & capitulum ad proſequendum coniunctim vel diuiſim.

EPITOME.

PRocurator cum poteſtate ſubſtituendi, poteſt ſubſtituere etiam poſt ſententiam. Item poteſt ſubſtituere, quaudo eſſet effectus Dominus litis.

SVMMAE.

1 *Procurator ſubſtituit etiam poſt ſententiam, quando habet poteſtatem ſubſtituendi.*
2 *Appellatio eſt pars prima inſtantiæ.*
3 *Procurator effectus dominus litis poteſt ſubſtituere.*
4 *Procurator an ſubſtituerit vigore mandati, vel tamquam dominus litis, attenditur, ſi in ſubſtitutione ſunt verba, & omni meliori modo.*

64. DECISIO. IV.

PRocurator cum poteſtate ſubſtituendi, po-
1 teſt † ſubſtituere etiam poſt ſentẽtiam ad
2 appellandum: quia appellatio † eſt pars primæ inſtantiæ, vt dixi infra in deciſ.4. de appellat.

3 Item poteſt † ſubſtituere, quando eſſet effectus dominus litis: quo caſu voluerunt Domini in vna Aquen. coram D. Roſſanen. de anno
4 1548. quòd eſſet inſpiciendum, an procurator † ſubſtituiſſet vigore mandati, an tanquam Dominus, & propterea ponderabant, ſi in ſubſtitutione aderãt verba, & omni meliori modo.

EPITOME.

MOnachus poteſt eſſe procurator cum auctoritate vicarij eius generalis.

SVMMAE.

1 *Monachus cũ auctoritate vicarij eius generalis poteſt eſſe procurator.*
2 *Vicarius generalis eſt immediatus ſuperior monachorum.*
3 *Iudicium agitatum cum monacho procuratore tenet, donec opponatur.*

65. DECISIO. V.

MOnachus cum auctoritate vicarij Genera
1 lis licitè poteſt † eſſe procurator. Et ita
2 intelligebant Domini ſatis † eſſe immediatum eius ſuperiorem, ad not. in clem. ſi religioſus. de proc. in vna Vlixbonen. piſcium coram Domino Fabio de anno 1548.

Et tanto magis, quia mihi placebat opinio,
3 quòd tenet † iudicium cum monacho, donec opponatur, ex not. per Abb. in c.2. verſ. an teneat iudiciũ. ne cler. vel mon. prout placebat, & ratio, de qua per Felin. in c.2. num.3. de iud. de quo tamen ibi videtur dubitare Decius.

EPITOME.

PRocurator, qui obtinuit tres ſententias, & nũquam produxit mandatum, cũ in executione de hoc ei opponeretur, potuit ad validandas ſententias illud producere.

SVMMAE.

1 *Procurator etiam poſt tres ſententias obtentas poteſt parte opponente producere mandatum.*
2 *Mandatum ſemper poteſt produci, cum de illius defectu opponitur.*
3 *Excommunicationis à ſententia non appellatur.*
4 *Iudicium quando parte non opponente non eſt nullum.*

66. DECISIO. VI.

PRocurator, qui nunquam produxerat mandatum, & obtinuerat tres ſententias, cum eſſet

eſſet in executione, & opponeretur de defectu
1 mandati, poteſt † pro validitate ſententiarum
producere mandatum, licèt quidã dubitarent,
quaſi quòd tantùm infra tempora appellationis id liceat.

Tamen Domini in vna nullius præpoſituræ
contra Cardinalem de Saluiatis coram Domino Nouato de anno 1548. tenuerũt, quòd ſem
2 per † & quandocunque poteſt opponi de defectu mandati, ſemper poteſt produci mandatũ,
vt dicit Bal. in cõſ. 122. in 3. vol. & refert Aym.
conſ. 108. & idem ſentit Roman. conſ. 17. &
Paul. de Caſt. conſ. 290. col. 1. vol. 1. quem refert Dec. in c. quoniam contra. col. penult. verſ.
in 2. de probat. pro quo dicto ponderabatur
deciſ. 248. in ant. quę loquitur poſt ſententiam
3 excommunicationis, †à qua non appellatur. Et
ita ampliabatur obſeruatio Rotę, quãuis Collectan. dubitet in deciſ. 145. in nou. Et pro ea
4 conſiderabatur ratio, quia iudicium † non erat
nullum, parte non opponente. iux. not. per Iaſ.
in l. licet. C. de procur. & Alex. conſ. 72. 4. vol.

Veruntamen eſt, quòd in hac cauſa non refricabatur in dubium, an procurator feciſſet ante præſentationem mandati, de quo per Felin.
in c. ſuſcitatus. col. pen. de reſcript. & Cur. Iun.
conſ. 63. quia non probabatur.

Et licèt ſufficere iudicauerint Domini ad validandam ſententiam; tamen, quia procurator ille volebat dicere lapſa eſſe fatalia, Domini multum dubitarunt. Et fuit dictũ, quòd particulariter informarent.

EPITOME.

PRocurator habens mandãta duo, bonum ſcilicet, & malum, ſi appellauit vigore mali, non iuuatur bono.

SVMMAE.

1 Procurator, qui elegit malum mandatum in appellando, non iuuatur bono, quod etiam habebat.

2 Delegatus habens duas iuriſdictiones bonam, & malam, ſi vtatur mala, an ſuſtineatur proceſſus ex bona remiſſiuè?

67. DECISIO. VII.

PRocurator, qui cum haberet duplex mandatum, vnum bonum, & aliud malum, &
appellauit vigore mali mandati, dixerunt Domini Rotam ſolitam eſſe tenere conſilia Romani 446. & 496. de qua re per Iaſ. in l. exigendi.
in 3. col. C. de procura. quia intrat regula, quod
potui, nolui, quod volui &c. Et pro ratione benefacit quod tradit Felin. in c. cum ex officij.
de præſumptio. dum facit differentiam inter iudicem habẽtem duas iuriſdictiones delegatas,
vnam bonam, alteram malam, & vide eundem
Felin. in c. nonnulli. §. ſunt & alij. col. ante penult. verſ. limita. de reſcrip. & Soci. in l. multũ
intereſt. ff. de cond. & dem.

EPITOME.

PRocurator rectè dicitur conſtitutus à Decano ſolo in cauſa iuriſdictionis inter capitulum, & epiſcopum.

SVMMAE.

1 Decanus ſolus rectè conſtituit procuratorem contra epiſcopum in cauſa iuriſdictionis inter capitulum, & epiſcopum, maximè ſi decanus habebat in cauſa intereſſe, nu. 4. ampl. etiam in bonis diſcretis inter prælatum, & capitulum, & etiam in poſſeſſore. num. 8.

2 Prælatus ſolus benè conſtituit procuratorem in poſſeſſorio.

3 Decanus non eſt priuata perſona.

5 Deciſ. Rotæ 677. in ant intellectus.

6 Capitulum fungitur vice minoris.

7 Capitulum in ſpecie eſt interdum priuilegiatum, non autem epiſcopus.

68. DECISIO. VIII.

PRocuratorem in cauſa capituli de iuriſdictione contra epiſcopum voluerunt Do-
1 mini eſſe † bene conſtitutus, ſi à decano ſolo
2 tantum. Quia in poſſeſſorio, † quo caſu ſolus
prælatus poteſt, vt per Felin. in c. edoceri. in 3.
3 col. de reſcrip. & decanus † non eſt priuata
perſona, vt per Felin. in c. ex parte decani. col.
1. de reſcrip. & in quolibet prælato declarat
Imol. in d. c. edoceri. col. fin. & maximè quia ip
4 ſe habebat intereſſe † in illa cauſa iuriſdictionis,
quo caſu intrat gloſ. in l. qui populari. de po-
5 pul. action. & ceſſat deciſ. † 677. Rotæ in ant.
quę loquitur, quando eſſet tantum coniuncta perſona habens intereſſe, & pręeminentiã.
Melior tamen ratio mihi videbatur in vna lucen. iuriſdictionis coram d. Fabio, per notata à
Dec. poſt alios in c. cauſam quæ. col. final. de
6 iudic. quia capitulum † fungitur vice minoris,
vbi etiam Dec. vult, quòd habeat locum, quando ageret contra eccleſiam; quia in hoc eſt ſpecialiter priuilegiatum, ex quo tollebatur argumentum, quod adducebatur: quia ageretur cõ
7 tra epiſcopum, quia nihil eſt, cum in ſpecie † capitulum ſit priuilegiatum, & non epiſcopus.

Hanc deciſionem, dum alia vice diſputare-

8 tur, intellexerunt Domini etiam procedere † in bonis diſcretis inter prelatum, & capitulum etiam in poſſeſsorio, vt per Felin. in c.edoceri.in 3. verſ. reſtringe, quòd refertur ad proximè præcedentem, verſ. amplia. Item etiam ratio, de qua per Dec.in.c.cum cauſā.d. procedit ſiue bona ſint diſcreta, ſiue non.

EPITOME.

PRocuratorium eſt bonum, & comprehendit cauſas beneficiales, licèt in eo ſit omiſſum nomen, beneficiales, dummodo ſit dictum, ad cauſas motas, & mouendas, & quid ſi dictum ſit, ad cauſas motas tam ciuiles, quàm criminales?

SVMMAE.

1 *Mandatum ad cauſas motas, & mouendas, includit etiam beneficiales.*

2 *Intellect. ad Franc. in c. qui ad agendum. §. fin. de procurat.*

3 *Beneficiales cauſæ veniunt in mandato, quando ſimpliciter in eo dicitur, ad cauſas motos.*

4 *Beneficiales cauſæ an veniant in mandato, quādo in eo fuit dictum, ad omnes cauſas motas tam ciuiles, quàm criminales?*

69. DECISIO. IX.

PRocuratorium Domini pro bono habuerunt in vna Emiden. coram Domino Fabio, non obſtante quòd adeſſent verba ſpecia-
1 lia, beneficiales, † ſed ſimpliciter era dictum ad cauſas motas, & mouendas per deciſ. allegatā per Franc. in c. qui ad agēdum. §. fin. hoc tit.

Et illud, quod dicebatur per Franc. intelli-
2 gebāt † Domini, quando eſſet expreſſum in mādato ad cauſas motas tam ciuiles, quàm criminales: quia tunc, ſi non eſſet dictum de beneficialibus, illud non intelligeretur. Si tamen ſim-
3 pliciter † diceretur, ad cauſas motas, tunc venirent etiam beneficiales, vide Specul. in tit. de procurat. §. 1. verſ. ſed nunc in medio. col. 12. & aliàs ita fuit tentum in vna Abulen. coram d. de Thanis, licèt poſtea in vna Elborē. coram domino Reomano fuerit dubitatum.

4 Quid autem, ſi dictum eſſet omnes † cauſas motas, tam ciuiles, quàm criminales. Ego idem dixi, licèt multi dubitarent in vna Elboren. coram Reomano. Alij autem diſtinguebant, an prius inceptum eſſet à genere, omnes cauſas tā ciuiles, an è contrario. nihil tamen fuit tunc deciſum.

EPITOME.

REgreſſus caſſatio facta per procuratorē in partibus conſtitutū ad eum caſſandum, cum iuramento de non reuocando dictum procuratorem, non valet, ſi conſtituens poſtea reuocauit procuratorem, & obtinuit abſolutionē à periurio à ſacra pœnitentiaria, cum clauſula, ſine præiudicio alicuius, ſi neque reuocationē huiuſmodi in partibus intimauit, ſed dumtaxat in camera apoſtolica, & cancellaria.

SVMMAÉ.

1 *Procuratoris reuocatio, non obſtante iuramento, valet.*

2 *Regreſſus caſſatio an fieri poßit per procuratorem ad id cōſtitutum cum iuramento de non reuocando; poſt tamen reuocationem dicti mandati per conſtituentem factam, ſed in partibus non intimatam?*

3 *Damnum conſiderabile in pecunia, vel in diminutione patrimonij conſideratur à doctoribus in materia reuocationis procuratoris.*

4 *Reuocatio procuratoris etiam nō intimata quando proſit?*

70. DECISIO. X.

COnſtituerat Sebaſtianus procuratorem cū iuramento de non reuocando, ad caſſandū regreſſum ſibi reſeruatum ad quædam beneficia: tandem illum reuocauerat, & poſtmodum obtinuerat abſolutionem à ſacra pœnitentiaria à periurio, ſine prejudicio alicuius, & huiuſmodi ſuam reuocationem non intimauit in partibus, ſed in camera, & in cancellaria; procurator autem in partibus prætendens non habuiſſe notitiam talis intimationis caſſauit dictos regreſſus.

Fuit dubitatum coram me in vna Gerunden. prætenſę caſſationis regreſſus anno 1550. de validitate huiuſmodi caſſationis. & orta fue-
1 runt plura dubia, & primo an ex eo reuocatio † procuratoris facta, non obſtante iuramento, valet, iuxta gloſ. in c. fin. de procur. in 6. Alex. conſ. 18. vol. 2. & Pariſ. conſ. 118. vol. 3. quia tamen agebatur de intereſſe caſſantis regreſſum, ex quo ille procurator, qui caſſabat,
2 erat titulatus, valeret † talis caſſatio? Dubitatur per not. in l. ſi pater. de manumiſſ. vindict. Felin. in c. ex parte decani. n. 18. de reſcrip. Aym. conſ. 76. deciſ. Rot. 170. in ant. Caſſador. de appellar. deciſ. 2.

Tamen Domini contrarium tenuerunt ani-
3 maduertentes, ꝙ in materia † iſta reuocationis procu-

procuratoris, Doctores conſiderant tantùm damnum conſiderabile in pecunia, vel in diminutione patrimonij. Et quia ille, qui reuocauit procuratorẽ, erat ille, qui habebat regreſſum, & ſic agebatur magis de eius intereſſe: quo ca-
4 ſu, etiãm quòd † reuocatio non eſſet intimata;
tamen procurator non poteſt caſſare, vt in dictis locis. Non habuerunt tamen pro intereſse conſiderabili, & cum ex caſſatione regreſſus titulatus nihil habeat, niſi poteſtatem renunciandi; tamen, quia non eſt intereſse pecuniarium, & pendet à voluntate ſuperioris. Caſsador. deciſ. 2. de ſimon. Staphil. fol. 67. non eſt præiudicium conſiderabile. iuxta not. per Felin. in c. in noſtra. in 7. correllar. de reſcrip. Sarnen. regul. de non toll. iur. quęſit. q. 4. in princ. & alia præiudicialia, quæ conſiderabantur in informationibus, latiſſimè tollebantur: cum ſolùm Domini voluerint conſiderari pręiudicium conſiderabile in pecunia.

EPITOME.

MAndatũ ad cauſas motas, & mouendas, comprehendit omnes cauſas etiam poſt exortas.

SVMMA.

1 *Mandatum comprehendit cauſas etiam poſtea exortas, ſi factum eſt ad cauſas motas, & mouendas.*

71. DECISIO. XI.

MAndatum ad cauſas notas, & mouendas, voluerunt Domini in vna Giennen. ſcolaſtrię coram Domino Puteo cõprehẽdere omnes cauſas etiam poſtmodum exortas. poſt Rotam deciſ. 31. de procurat. in non. aliàs 413. & 19. in nou. de reſcript. & retulerit Ita ſemper in Rota fuiſſe tentum.

EPITOME.

REuocatio procuratoris conſtituti ad reſignandum in manibus Põtificis, ſufficit, quòd fiat in camera, & cancellaria.

SVMMAE.

1 *Procuratoris reuocatio ſufficit, quòd intimetur in camera, & cancellaria.*
2 *Notarij ad recipiendum reſignationes dicuntur eſſe in conſiſtorio Principis.*
3 *Publicatio acceptationis vbi eſt facienda? remiſſiuè.*

72. DECISIO. XII.

PRo reuocatione procuratoris ad reſignandum in manibus Pontificis conſtituti, ſuffi
1 cit † intimatio in cancellaria, & camera. Ita ſæpius reſolutum fuit per Dominos. Tum quia
2 notarij † ad recipiendum reſignationès, &
ad alia dicuntur eſſe in conſiſtorio Principis. Rot. deciſ. 262. in nou. Caſſad. deciſ. 2. de renũciat. Sarnen. ſuper regul. de trien. q. 7. & fa-
3 cit, quod dicitur de publicatione † acceptationis per Caſſad. deciſ. 28. ſuper regul.

EPITOME.

PRocurator in prima inſtantia effectus dominus litis non poteſt procedere in ſecunda inſtantia.

SVMMAE.

1 *Procurator non poteſt procedere in cauſa appellationis, quando in prima inſtantia effectus eſt dominus litis.*
2 *Procurator non dicitur dominus litis, ſed inſtantiæ.*
3 *Procurator in cauſa appellationis non poteſt ſubſtituere.*

73. DECISIO. XIII

PRocuratorem Dominum litis effectum in
1 prima inſtantia noluerunt † Domini poſſe
procedere in ſecunda inſtantia in cauſa appellationis in vna Florentina corã Capizucco de
2 anno 1551. quia non † eſt dominus litis, ſed inſtantiæ, vt poſt gloſ. in l. nulla. C. de procur. eſt communis doctrina in c. 1. §. 1. eod. tit. in 6.
Hinc eſt, quòd ibi tradit Fran. poſt Domin.
3 Oldrad. in cauſa † appellationis eum non poſſe
ſubſtituere. bene facit pro deciſione Rota deciſ. 20. in nou. de procurat. circa finem, aliàs deciſ. 281. Et per iſtas rationes poſt Petrũ auunculum ſuum tradit Guid. Pap. in tract. de appellat. q. 112. num. 75.

EPITOME.

PRocurator vigore noui mandati, mortuo patre, à matre pupilli tutrice nulliter conſtitutus, non dicitur reuocatus, quippe qui prius à patre ad illam cauſam fuerat validè conſtitutus. & quare?

S V M M AE.

1 *Mandatum primum quando non cenſeatur reuocatum per ſecundum?*
2 *Procurator habens duo mandata procedendo ſimpliciter ad vlteriora, ſi non apparet, cuius mandati vigore comparuerit, intelligitur vigore validioris.*
3 *Procurator ab aliquo iam valdè conſtitutus, vigore noui mandati conſtituente mortuo, per eius vxorem nulliter conſtituti, non dicitur reuocatus.*

74. DECISIO. XIV.

1 MAndatum primum non † cenſetur reuoca-
tum per ſecundum etiam factum ab hęre
de, niſi in caſu, quo ille procurator reuocari po
tuiſſet, ſecus ſi effectus eſſet dominus litis, vel
quando ſecundum mandatum contineret idẽ,
quod primum: quia tenderet magis ad augen-
dum, quàm minuendum. ex not. per Doctores
Bal. Ang. & Alb. in l. ſi quis procuratore. §. Iu-
lianus. de procurato.

Et fuit dictum, quòd cum procurator proceſ
ſiſſet in cauſa, nec appareret, cuius mandati vi-
2 gore, cenſebatur vigore † validioris. ad not. per
Iaſ. in l. maritus. C. de procur.

Et propterea in vna Burgen. noualium co-
ram domino Roſſanen. tenuerũt Domini pro-
3 curatorem vigore † noui mandati, mortuo pa-
tre, à matre tutrice nulliter conſtituti, non eſſe
reuocatum, qui prius à patre ad illam cauſam
fuerat conſtitutus.

EPITOME.

MAndatum contra omnem perſonam, non extenditur contra vniuerſitatem, collegium, vel capitulum.

S V M M A.

1 *Mãdatum contra omnem perſonam, non complectitur capitulum, collegium, vel vniuerſitatem.*

75. DECISIO. XV.

1 MAndatum contra omnem perſonam, non †
comprehendit vniuerſitatem, nec colle-
gium, neq. capitulũ, prout tenuerunt Domini
coram me de anno 1548. in vna Pampilonen.
pro qua faciunt, quæ tradit Sarnen. in reg. de
idiomate. q. 2. num. 5.

EPITOME.

MAndatum ad acceptandum vigore expectatiuæ datæ de anno 1536. ſi procurator acceptauerat, non debet extendi ad acceptandum ex alia conceſsione anni 1544.

S V M M AE.

1 *Procurator ſi acceptauit vigore expectatiuæ datæ de anno 1536. non debet fieri extenſio ad acceptandũ ex alia conceſsione anni 1544.*
2 *Acceptationis materia eſt ambitioſa.*

76. DECISIO. XVI.

MAndatum ad acceptandum vigore expe-
1 ctatiuę, Domini, † quia erat factum de an
no 1536. quo fuerant datæ expectatiuæ, & pro-
curator acceptauerat, noluerunt, quòd exten-
deretur ad acceptandum ex alia cõceſſione an-
ni 1544. per l. boues. §. hoc ſermone. de verb. ſi-
gnificat. & c. innouamus. de treg. & pac. Et ma
2 ximè, quia materia † acceptationis eſt ambitio-
ſa. Item quia omnia ex aduerſo allegabantur,
erant in caſibus, in quibus per primum actum
non erat ſufficienter ſatisfactum.

EPITOME.

MAndatum inualidum factum in cauſa canonizationis regreſſus 1
conualidatur per epiſtolã miſſiuam conſtituentis.

S V M M AE.

1 *Mandatum inualidum quando per literas miſsiuas principalis validetur?*
2 *Mandatum datur per literas.*
3 *Imol. in clem. 1. ver. literis. de procur. confutatur.*
4 *Procurator licitè excedit fines mandati, domino ſciente.*

77. DECISIO. XVII.

MAndatum erat datum in cauſa penſionis
in vna Oxomen. de Cauallero, poſtmo-
dum, dum is, qui dederat mãdatum in cauſa ca-
nonizationis regreſſus, perſonaliter citaretur,
1 ſcripſit ita † procuratori. Vos habetis manda-
tum, & poteritis me defendere.

Tenuerunt Domini de anno 1544. quòd li-
cèt mandatum non eſſet bonum; tamen per li-
teras illas fuiſſe ſufficienter prouiſum: quia per
2 literas † mandatum datur. l. 1. §. ſi procurato-
3 rem. ff. de proc. clem. 1. eod. tit. Et dictũ Imol. †
in d. cle. 1. col. 4. in gloſ. in verbo literis. quòd
ſcilicet

ſcilicet literæ non probent mandatum ad fauo
rem conſtituentis,fuit reputatum falſum: quia
contra generalitatem illarum legum. Et expreſ
sè cõtrarium tradit Bonif.de Vital.in d.clem. 1.
col.2.n. 16.benefacit, nam, quando procura-
4 tor excedit † fines mandati, ſciente domino,il-
lud ſufficit, vt per Alex.conſ.84.vol.2. Felin.in
c.cum olim.de offic.deleg.& in c.1.vt lit.non
conteſt.

EPITOME.

MAndatum de commendãdo,vel de diſpenſando,an habeat vim vel commendæ,vel diſpenſationis,hic traditur.

SVMMAE.

1 *Mandatum de commendando, vel de diſpenſando non habet vim diſpenſationis, vel commendæ, quando requiritur cauſę cognitio, ſecus ſi non requiratur,num.2. contrarium vide num.4.& 9.*

3 *Intell.ad Io.Andr.Prępoſ.& Aegid.vbi in hoc loco.*

5 *Venditio aliud eſt,& aliud promiſsio de vendendo.*

6 *Differentia maxima eſt inter reſcriptum gratioſum, & cõmiſſarium.*

7 *Executor ad commendandum, vel diſpenſandum interdum non exequitur ex aliqua cauſa,ſed reſcribit.*

8 *Conditionem tacitam importat mandatum commiſſum iudicio,& diſcretioni alicuius.*

10 *Mandatum factum à Pontifice mulieri de reddendo debitum eius viro,non obſtante impedimento,continet in neceſſarium antecedens diſpenſationem.*

11 *Intellectus.c.vt circa. de conſang. & affin.*

12 *Pactum faciens de promittendo aliquid, poteſt cogi ad obſeruandum ſine alia promiſsione & ratio͂ num.13.*

14 *Data de prouidendo materia, etiam quòd in ea non requiratur cauſæ cognitio,quando Papa vult, quòd habeat vim prouiſionis,apponit illas clauſulas,ex nũc prout ex tũc, vel gratioſè ſurrogamus.*

78. DECISIO. XVIII.

SAepiſſimè dubitatur, an mandatum de com
mendando, vel de diſpenſando habeat vim
vel commendæ,vel diſpenſationis. Et refereba
tur à quibuſdam Dominis aliàs tentum fuiſſe
in Rota,quòd.
1 Aut ſumus in caſu,† in quo requiritur cauſę
cognitio,& tunc non haberet dictam vim. &
ita inteligebant conſ.Pariſ.57.col.fin.vol.4.
2 Aut† verò non requiritur cauſæ cognitio: &
tunc mandatum haberet vim diſpenſationis.&
3 ita intelligebant† dictum Io.Andr.in c.literas.
in gloſ. in ver. mandat. de reſtit. ſpol.& præ-
poſ.in c.vt circa. de conſan.& affinit.col.1.&
quod ſentit Aegid.conſ.28.
Domini cum tamen poſtea in vna Aſten. prę
poſituræ coram D.Caputaquen. de hac re du-
4 bitarent: ego tenebam contrarium † indiſtin-
ctè. Et licèt nihil fuerit deciſum; tamen d. Fa-
bius decanus dicebat ſemper ſibiplacuiſse meã
opinionem, & alij ſeniores non reclamabant.
Et mouebar primo conſiderando,quòd contra
ria opinio erat communior; & eam indiſtinctè
tenebat Aegid. deciſ.609. in finalibus verbis,
quem ſequitur, & comprobat Caſſad. deciſ.1.
vt lit. pend. & rationes Pariſij in d. conſ. 57.
procedũt indiſtinctè. Et vltra communem, quę
5 fit,quia aliud † eſt venditio, aliud promiſſio de
vendendo,non poteſt negari, quin requiratur
ſaltem præſentatio reſcripti executorij. c. fin.
de conc.pręben.in 6.& c.ex parte.el primo.de
offic.deleg.& latiùs Sarnen.in 1. & in 7.form.
mand. de prouiden. & ſuadet differentiam,
quam ſeruamus tam in pœnitentiaria,quàm in
6 ſignatura Sanctiſſ.in qua fit differentia † maxi-
mainter reſcriptum gratioſum,& commiſſariũ.
Nec poteſt negari, quin quando Papa mandat
alicui,quòd commendet beneficium, vel diſpẽ
ſet cum aliquo,quod eſt poſſibile,quòd execu
7 tor † inueniat aliquid, per quod reſcribat non
eſſe procedendum ad executionem. iux. c. ſi
quando. de reſcript. Hinc videmus ſemper,
8 quòd † mandatur iudicio,vel diſcretioni execu
toris, quod importat tacitam cõditionem.iux.
not.in c.1.de confeſſ. Alex.conſ.18.vol.2. & la-
tè Iaſ.in l.ſi ſic.verſ.quando idem. leg.1. & iſta
ſunt quodammodo æquipollentia illis verbis,
ſi ita eſt.
Nec obſtabant doctrinæ allegatæ, quia eſt
9 æquiuocatio,†& error in illis. Nam Io.Andr.in
d.c.literas.non loquitur in mandato de diſpen
ſando, ſed loquitur, quando Pontifex manda-
10 bat mulieri, vt redderet † debitum, non obſtan
te impedimento: quod non poterat fieri ſine di
ſpenſatione, ideo in neceſſarium antecedens
videtur diſpenſaſſe,
11 Eodem modo in c.vt circa. † Papa non man
dabat, vt ipſam diſpenſaret, ſed vt toleraret il-
los in matrimonio, & ſic loquitur in mandato
de tolerando, quod habet pręambulam diſpen
ſationem. Per quę declaratur etiam conſil. Ae-
gid.28.quod ita loquitur. Non enim poteſt mu
lier reddere debitum, nec Epiſcopus tolerare
matrimonium contra regulas iuris, niſi præce-
dente diſpenſatione, quam Papa ſolo verbo,
vel facto facit.c.1.& 2.de ſciſmat. & Abb. in c.
veniens.de fil. presby.
Nec prædictis obſtabat vnum argumẽtum,
quòd

11 quòd ille, † qui fecerat pactum de promittendo aliquid, poterat cogi ad obſeruandum illud ſine alia promiſſione. ad not. per Alex. in l. cum fundus. §. ſeruum. & ibi Iaſ. & Curti. ſequuntur.
13 ff. ſi cert. pet. Nam illud procedit † ratione vitandi circuitus inutilis, quod non eſt in caſu noſtro, in quo Papa pro maiori honeſtate vult vti deſcretione executorum. Facit etiam, quia vi-
14 demus, quòd in materia † datę de prouidẽdo, etiam ꝙ illis non requireretur in aliqua cauſæ cognitio, quando Papa vult, quòd habeat vim prouiſionis, apponit illas clauſulas, ex nunc prout ex tunc, vel dicit, & de gratioſa ſurrogatione, vel gratioſè ſurrogamus.

DE IN INTEGRVM reſtitutione.

EPITOME.

Tempus reſtitutionis in integrum non currit, durãte tempore, quo cognoſcitur de cauſa nullitatis, etiam quòd in ea ſuccumberet, qui inſtabat pro reſtitutione.

SVMMAE.

1 *Reſtitutionis in integrum tempus non currit durante tempore cauſa nullitatis, amplia, vt hic.*
2 *Sententia etiam poſtea declarata nulla praſtant iuſtam cauſam non petendi reſtitutionem in integrum.*
3 *Sententia nulla non habent praſumptionem.*
4 *Fatalia tempora non currere, durante cauſa nullitatis, quomodo procedat?*

79. DECISIO. I.

1 Reſtitutionis in integrum tempus non † currit, durante tempore, quo cognoſcitur de cauſa nullitatis, etiam quòd in ea ſuccũberet, qui inſtabat pro reſtitutione. Et hoc eò quia in vna Vlixbonen. beneficij de Turribus coram me de anno 1548. ille, qui petebat reſtitutionẽ in integrum aduerſus ſententias latas de anno 1535. contra illas obtinuerunt duas ſententias reuocatorias, quę poſtea fuerunt declaratę nullæ: quia poſt lapſa fatalia.

2 Tamen Domini voluerunt, quòd pręſtarẽt † iuſtam cauſam non petendi reſtitutionẽ in integrum, licèt ego reclamarem, quia ſententiæ
3 nullæ † non habent præſumptionem, vt not. in l. Herennius. in §. Gaia. de euictio.
4 Item quia ea, quę dicuntur, quòd tẽpora † fatalia non currunt, durante cauſa nullitatis, vt per Philipp. Franc. in c. dilecto. de appellat. & Iaſ. in l. contra maiores. de inoffic. teſta. loquuntur, quando ille idem diceret de nullitate, & appellaret. item qui ſuccubuerat, erat in caſu noſtro ille, qui volebat petere reſtitutionem in integrum in cauſa nullitatis, vt per Felin. in c. ex ratione. col. 2. de appellat. reſpondebatur, quòd vltra iuſtam cauſam, quam præſtant ille ſententiæ, quodammodo ille, qui volebat petere reſtitutionem in integrum, erat impeditus facto agentis de nullitate. quæ opinio magis obtinuit de æquitate, quàm quod eſſet vera. Vide etiam Dec. in d. c. ex ratione. in 4. caſu. & Franc. in eo. c. & in c. dilecto. in 6. q. verſ. & ideo pone. de appell.

EPITOME.

Nullitatis cauſa incipit pendere à tempore commiſsionis, non à tempore citationis. & quare?

SVMMAE.

1 *Commiſsionis tempus, non autem citationis attenditur in pendentia appellationis.*
2 *Commiſsio quamuis non incipiat cauſam, tamen eſt preparatorium.*

80. DECISIO. II.

1 In eadem fuit tentum, quòd cauſa † nullitatis incipiat pendere à tempore commiſſionis,
2 nõ à tempore citationis: quia licèt commiſſio † non incipiat cauſam; tamen eſt pręparatorium ad cauſam, & principium impedimenti.

EPITOME.

Colorata cauſa pro reſtitutione in integrum obtinẽda hic ponitur.

SVMMAE.

1 *Colorata cauſa reſtitutionis in integrum, eſt videre executionem eſſe factam in partibus pro parte alicuius, etiam ſi non appareat ad cuius inſtantiam.*
2 *Impenſa facit praſumi actum eſſe factum ad inſtãtiam eius, cuius intereſt.*
3 *Notario creditur circa expenſam factam in executione.*
4 *Deciſ. hac 81. limitatur in regul. de triennali.*

81. DECISIO. III.

1 Pro reſtitutione in integrum coloratam † cauſam tenuerunt Domini in vna Salamantina

mantina coram domino Reomano, ex eo quia videret executionem factam in partibus pro parte alicuius, etiam quod non appareret, ad cuius
2 inſtantiam eſſet facta, tum propter † impenſam, quæ facit præſumi eſſe factam ad inſtantiam eius, cuius intereſt. ad not. per Bar. in l. cũ
3 ſeruus. ff. de verb. oblig. tum quia id aſſerebat † notarius. iux. not. per Bal. in l. fin. in §. cum igitur. col. 4. verſ. item requiritur ſubſcriptio, ibi nunquid ergo. de iure delib. & Bar. in l. ex ſententia. de teſtament. tutel. Quę tenuerunt etiã alia vice. Verumtamen dubitandum eſſet, an hæc ſufficerent ad faciendum beneficium litigioſum? & pro negatiua aliàs fuiſſe inclinatũ referebant aliqui.

Hanc deciſionem in eadem cauſa, dum tractaretur coram d. Baren. in alia inſtantia, no-
4 luerunt Domini procedere † in reg. de triennali, tum quia eſt magis fauorabilis, tum quia Caſſad. conſiderat in deciſ. 2. hoc tit. tantùm rationes prouenientes vel defectu iudicis, vel partis, alioqui ex ſola iuſta cauſa credulitatis partes ſibi de facili confingerent lites.

EPITOME.

PEtitio publicationis teſtium non eſt noua cauſa in reſtitutione in integrum.

SVMMA.

1 *Cauſa noua non eſt petitio publicationis teſtium in reſtitutione in integrum.*

82. DECISIO. IV.

1 IN cauſa † reſtitutionis in integrum tenuerũt Domini in vna Calaguritana coram domino Antonio Auguſtino non eſſe nouam causã, petitionem publicationis teſtium.

EPITOME.

REſtitutio in integrum datur etiã in poſſeſſorio, quando ex ſignis per illud inferretur enormiſſimum præiudicium.

SVMMAE.

1 *Reſtitutio in integrum datur etiam in poſſeſſorio, & quãdo?*
2 *Signa enormiſſimi damni inferendi in poſſeſſorio ad obtinẽdam reſtitutionem in integrum quæ ſint?*

83. DECISIO. V.

1 REſtitutionem in integrum † voluerunt Domini dari etiam in poſſeſſorio, non obſtante conſil. Soc. 266. num. 26. in 2. vol. quando ex aliquibus ſignis poſſet videri, quòd per poſſeſſionem inferretur enormiſſimum damnum ex ſignis, quæ deducebantur per Rip. in c. ſæpe. col. 1. de reſtit. ſpoliat. & Franc. de Cur. in l. admonendi. num 203. ff. de iureiur.

EPITOME.

REſtitutio in integrum aduerſus quadriennium, quæ datur propter enormiſsimam læſionem, declaratur non reſpectu amiſsionis totius cauſæ, ſed reſpectu eius, quod ſupereſt.

SVMMAE.

1 *Reſtitutio in integrum aduerſus quadriennium propter enormiſſimã læſionem, quo pacto conſideraretur? et nũ*
2 *Reſtitutio in integrum aduerſus quadriennium datur propter enormiſsimam læſionem.*

84. DECISIO. VI.

1 REſtitutionem in integrum † aduerſus quadriennium, quæ ſecundùm gloſ. fin. & doctrinam ibi Anto. Abb. & Imol. in c. penult. de reb. eccleſ. non alien. Imol. in c. tum ex literis.
2 col. 4. ver. vel etiam poteſt dici. de reſt. in integ. datur † propter enormiſſimam læſionem.

Dixerunt Domini de anno 1549. eſſe declarandã caſu, quo conſideraretur læſio nõ reſpectu amiſſionis totius cauſæ: quia ferè ſemper quis amittit totam cauſam, prout declarat Socin. conſ. 266. num. 24. vol. 2. ſed intellexe-
3 runt, † quando reſpectu eius, quod ſupereſt, habet enormiſſimam læſionem. Et ita tenuerunt Domini in vna Oueten. coram d. Roſſanen.

EPITOME.

TItulus C. ſi ſæpe in integr. reſtit. poſtul. generaliter procedit in quacunque noua probatione, etiam ſuper læſione.

SVMMAE.

1 *Titulus C. ſi ſæpe in integr. reſt. poſtul. quomodo intelligatur?*

Digitized by Google

1 *Angeli doctrina in l. 3. C. ſi ſæp. in integr. reſtitut. poſtul. confutatur.*

85. DECISIO. VII.

TItulus C.ſi ſæp.reſt.in integr.poſtul. & no-
tat.in c.fin.de in integr,reſti. intellexerũt
Domini in vna Oueten coram D.Veſtano ge-
1 neraliter † procedere in quacumque noua pro
batione etiam ſuper læſione,ſicut exemplificãt
gloſ.Salyc.& alij in l.fin. C.ſi ſæp.in integrum
reſt. poſt.& Abb.& Imol.in d.c.final. Et prop-
2 terea dixerunt reijciendã eſſe † doctrinam An-
gel.in l.1.eo,tit. C. dum poſt Bart.& Bal.in l.fi-
nal. C. ſi minor ſe mai. dix.reſtringebat ad id
tantum, quando ageretur de nouis probatio-
nibus circa ætatem,& Paul.de Caſtr.in d.l. fin.
truffatur de illa opinione.vel ego dicebã,quòd
poterat ſeruari doctrina Bar. ſine nouis proba-
tionibus,ſed cum antiquis.

EPITOME.

MAiori lapſo quadriennio, nec etiam ex noua cauſa datur reſtitutio in integrum.

SVMMAE.

1 *Maiori non datur reſtitutio etiam ex noua cauſa, lapſo quadriennio.*
2 *Maiores de iure non reſtituuntur, quamuis interdum ex gratia Principis.*

86. DECISIO. VIII.

IN eadem tenuerunt Domini, quòd in maio-
re, in quo reſtitutio datur ex mera gratia
1 Principis, nec etiam † ex noua cauſa debet
dari aliquo pacto reſtitutio, vt aliquis ſit li-
tium finis. Et iura ſupra allegata loquuntur,
vel in minore, vel in eccleſia. Et ita tenue-
runt, quãdo eſſet lapſum quadriennium. Quia
tunc nec etiam reſtitutio ex cauſa noua. & ita
referebant tentũ aliàs fuiſſe in vna Aſtoricen.
coram Marcoantonio, & in vna Cæſarauguſta-
na de Thonalua coram Thoma de Thanais. Et
hoc eſt, quòd reſtitutio quandoque committi-
2 tur,prout de iure: nam non † repetitur, quòd
de iure maiores reſtituantur.

EPITOME.

REſtitutio in integrũ poſt publicatas atteſtationes, non datur etiã eccleſiæ,niſi doceatur ſummariè, quòd habet nouas probationes.

SVMMA.

1 *Reſtitutio in integrum poſt publicatas atteſtationes, quando detur?*

87. DECISIO. IX.

REſtitutionem in integrum poſt publicatas
1 atteſtationes noluerunt † Domini dare
in vna Burgen.decimarum corã domino Ant.
Aug.etiam eccleſiæ, niſi doceretur aliquo pa-
cto ſummariè, quòd haberet nouas probatio-
nes, cum tamen prius probaſſet, licèt minus
ſufficienter.& habuerunt pro magis communi
dictum Innoc. in cap. auditis. quem inibi ſe-
quuntur Abb. Card.& Imol. ext. de in integr.
reſtit.licèt Hoſtien.Aegid.& Io.Andr. ibidem
videantur dubitare. Tamen eorum ratio viſa
fuit nimis generalis, & opinionem Innoc. te-
net Felin. in c. fraternitatis.col. 4. verſ.facit ta
men.1.ext. de teſti. & idẽ dicit Marian. ibi ſub
num.31.& eſt communis opinio Legiſtarum in
l.ait prætor. §. ſi minor. de iureiur.idem dixe-
runt fuiſſe tentum aliàs in vna Toletana co-
ram domino Vorſtrio.

EPITOME.

REſtitutio negatur minori aduerſus lapſum temporis, propter quod perdiderat ius ad beneficium.

SVMMAE.

1 *Reſtitutio negatur minori aduerſus lapſum temporis, ob quem perdiderat ius ad beneficium.*
2 *Reſtitutio negatur minori in beneficialibus.*
3 *Publicationis ex defectu regula annullat actum in odium non publicantis.*
4 *Minor non eſt læſus, qui non facit actum in tempore.*
5 *Dilationes legales currunt minoribus.*

88. DECISIO. X.

1 REſtitutionem minori denegarunt † Domi-
ni de anno 1550. in vna Compoſtellana
de Terla coram Reomano aduerſus lapſum tẽ
poris, propter quod ex non publicatione per-
diderat ius ad beneficium. Tum quia generali-
2 ter in beneficialibus † dicebant Rotã de anno
1543. in vna Fulginaten. coram Puteo denega
tam fuiſſe reſtitutionem.ad not. per Abb. in c.
ex

Digitized by Google

ex parte.num.14.de reſtit.ſpoliat. 2. gloſ.in l. ait prætor.in principio.de minor.& Mil.in ver. Minor. Tum etiam quia eſt auferre lucrũ; quia
3 regula † in odiũ non publicantis annullat actũ, & ſic vult ex actu nihil acquiri.faciunt not.in l. nam & poſtea.§.ſi minor.de iureiur. quòd mi-
4 nor † non eſt læſus,qui non facit actum tempo
5 re præfixo,& dilationes † legales currunt minoribus. Bar.in l.ſi fine.§.fin.de minor.

Libri Secundi Decretalium.

DE IVDICIIS.

EPITOME.

STylus Rotæ,quòd curator datus ad litem non caueat,procedit non ſolùm in ſummarijs,ſed etiam in ordinarijs.

S V M M A E.

1 *Curator ad litem de ſtylo Rotæ non cauet,nec in ſummarijs neque in ordinarijs.*
2 *Curator debet cautius dari in ſummarijs.*
3 *Curator ad lites numquid cauere debeat in profanis,vel inter Romanos,ſtante ſtatuto vrbis?*

89. DECISIO. I.

1 STylus † Rotæ,quòd curator datus ad litem non caueat,qui ſtylus fundatur in opin. Specul.in tit.de curat.§.vt autem. Et propterea dicit Bertran.conſ.281. vol.3.in nou. ſe nunquã vidiſſe ſeruari in parlamentis, quòd curator datus liti, caueat, fuit declaratus procedere, ſiue ſimus in ſummarijs, ſiue ſimus in ordinarijs. Et fuit dictum,quòd eadem ratione,qua acceptauerat Rota in ſummarijs, eadem ratione acceptaſſet in ordinarijs,ſi caſus eueniſſet, quia non ſolùm erat minor ratio,imò maior:quia in ſum-
2 marijs † debet cautiùs dari curator.

Et quamuis curator ad lites dari ſoleat ſine cautione,vt ſeruat Rota per prædicta; tamen dubitarunt Domini in vna Romana hæreditatis coram d. Puteo de anno 1548. quòd eſſet,
3 quando † eſſemus in profanis, vel inter Romanos,ſtante ſtatuto vrbis?Et licèt tunc nihil reſolutum fuerit:tamẽ tunc Domini magis inclinabant,quòd non valeret ſine cautione.

EPITOME.

TErmini ſimpliciter tenti per aſſertum procuratorem, ſunt bene ſeruati, ſi ante ſententiam docetur de mandato, idem ſi tenti fuerũt nomine eorum,quorum mandata producta poſtea ſunt;tenti autem nomine aliorum etiam coniunctorum non item.

S V M M A.

1 *Termini per aſſertum procuratorem ſeruati an, & quando ſint validi?*

90. DECISIO. II.

1 TErmini † per aſſertum procuratorem ſeruati dũmodo ante ſentẽtiam producatur mandatum,ſunt bene ſeruati,vt per Caſſad.deciſ.8.de reſcr. quod declararunt Domini in vna Pampilonen.coram me procedere, quando termini eſſent tenti ſimpliciter, vel nomine eorum,quorum mandata producuntur;ſecus ſi nomine aliorum etiam coniunctorum,quia tũc illi termini non poſſunt validari,etiam producto mandato ante ſententiam.

EPITOME.

SVſpenſo petitorio in prima inſtantia, ſi termini ſunt ſeruati in ſecunda,in qua erat commiſſa cauſa appellationis à ſententia lata in poſſeſſorio vnà cum negocio principali; prout in prima, videlicèt ad articulandum ad 12. & in citatione erat dictum in cauſa monaſterij,& poſtea vigore illorum fuerat proceſſum ad ſententiam ſuper petitorio, ſententia eſt valida.

S V M M A.

1 *Petitorio ſuſpenſo in prima inſtantia,an, & quando valeat ſententia ſecundæ inſtantiæ ſuper dicto petitorio ſeruatis terminis lata?*

91. DECISIO. III.

TErmini in vna Britonorien. coram Puteo
1 fuerant ſeruati in ſecũda inſtãtia,in qua † erat commiſſa cauſa appellationis à ſententia lata in poſſeſſorio vnà cum negotio principali, prout in prima, videlicet ad articulandum ad 12. & in citatione erat dictum in cauſa monaſterij, & poſtea vigore illorum fuerat proceſ-

ſum ad ſententiam ſuper petitorio. Fuit dubitatum, quia in prima inſtantia erat ſuſpenſum petitorium, an ſententia eſset nulla? Et Domini inclinarunt, quòd non, quia ſtante deciſ. 250. Rotæ in nou. quòd ex coniectura libelli, & articulorum receditur à ſuſpenſione, erat credẽdum ex ſupradicta obſeruatione terminorum eſſe receſsum ab illa ſuſpenſione.

EPITOME.

TErtius veniens longè poſt ad cauſam, licèt non teneatur ſeruare terminos, tutius tamen eſt, vt illos ſeruet.

SVMMA.

1 *Termini tutius eſt vt etiam ſeruentur per tertium longè poſt venientem ad cauſam.*

92. DECISIO. IV.

1 IN eadem cauſa fuit dictum, quòd licèt tertius † longè poſt veniens non teneretur ſeruare terminos, quia illi primi ſufficiebant. Felin. in c. cum ſuper. col. penult. de re iud. ſecundum opinionem æquiorem, de qua per Rot. deciſ. 256. in fin. in nou.

Tutius tamen eſt non ponere ſe in iſtis anguſtijs.

EPITOME.

TErtius veniens ad cauſam an nõ niſi contra actorem, qui commiſit cauſã, poſsit proſequi litem, non autem contra reum ab illo conuentum, hic traditur.

SVMMAE.

1 *Tertius veniens ad cauſam, quando litem proſequi valet vel contra actorem, vel reum? & num. 4.*
2 *Innocent. in c. veniens. de ſponſal. declaratur.*
3 *Connexitas cauſæ quid operetur? & num. 4.*
5 *Tertius veniens poteſt proſequi cauſam contra reum, actore mortuo.*
6 *Reus poteſt proſequi litem contra intereſſe putantes, & è contra.*
7 *Deciſ. Rotæ 171. in nou. intellectus.*

93. DECISIO. V.

1 TErtius comparens ad cauſam, non † poteſt proſequi litem, niſi contra actorem, qui commiſit cauſam, non autem contra reum ab illo conuentum: quia non adeſt tali in caſu iuriſdictio, vt ſentiebant Domini in vna Zamoren. parochialis de Villalar coram me, & allegabatur deciſ. 103. & 171. in nou. & notat. per
2 Abb. in c. cum ſuper. de re iudic. Et ita † declarabatur dictũ Innocent. in c. veniẽs. de ſponſal.

Ego tamen multum dubitabam per dicta à Felin. in c. veniens. num. 16. de teſti. vbi licèt
3 deſit iuriſdictio, vult tamen, quòd ratione † connexitatis poſſit procedi.

Tamen Domini ſtabant in ſupradictis. Ego tamen, quia cauſa poterat decidi ex alio capite, non curaui multùm replicare. Et pro opinione mea multùm ſtringit Dec. d. deciſ. 103. dum diſtinguit primum caſum à ſecundo, & in ſecundo non curat defectum iuriſdictionis.

Et cum alia vice de hoc dubitaretur in vna
4 Britonorien. coram Puteo, tenuerunt † opinionem meam ratione connexitatis, quæ etiam viſa eſt verior Dominis ex deciſ. 456. circa medium in nou. licèt Collect. ibi velit eſse tutius obtinere nouam commiſſionem.

In eadem per ſupradicta voluerunt Domi-
5 ni, quòd licèt † mortuus eſſet actor; tamen tertius veniens poſset proſequi cauſam contra reum, licèt aliqui dubitarent per deciſ. Aegid. 156. quam tamen Domini non tenẽt quo
6 ad iſtum effectum: quia reus † poteſt proſequi litem contra intereſse putantes, ita & illi intereſse putantes debent poſse proſequi contra
7 ipſum. Et deciſ. † 171. in nou. intelligebant in mandato, non autem in commiſſione propter æqualitatem, & connexionem.

DE DILATIONIBVS.

EPITOME.

DIlationes ad partes datæ fuerunt per Rotam, etiã quòd quis fuiſſet citatus, & per 27. menſes nihil fuiſſet in cauſa factum, dummodo non eſſet ſeruatus terminus ad articulandum.

SVMMA.

1 *Dilationes ad partes dantur, etiam ſi poſt citationem per 27. menſes fuerit in cauſa ſuperſeſſum. & quare? nu. 2.*

94. DECISIO. I.

1 DIlationes † ad partes voluerunt Domini in vna Salamãtina, quòd ego darem, etiam quòd quis fuiſſet citatus, & per viginti ſeptem menſes

menſes nihil fuiſſet in cauſa factum, dummodo non eſſet ſeruatus terminus ad articulandum:
2 quia † non erat quid imputaretur reo, ſi interim non petierat dilationes. & hoc de anno 1548.

E P I T O M E.

Dilationes ad partes dantur illi, qui commiſerat cauſam contra Titium, & omnes ſua intereſſe putantes, ſi tertius veniret vigore illius clauſulæ.

S V M M AE.

1 *Dilationes ad partes an dentur illi, qui commiſit cauſam contra Titium, & omnes ſua intereſſe putantes?*
2 *Reus voluntarius quis dicatur?*
3 *Clauſula, omnes ſua intereſſe putantes, quid operetur?*

95. DECISIO. II.

1 Dilationes † ad partes voluerunt Domini in vna Salamantina coram domino Ant. Aug. quòd darentur illi, qui commiſerat cauſam contra Titium, & omnes ſua intereſſe putantes, ſi tertius veniret vigore illius clauſulæ. iux. deciſ. Caſſad. 1. de exception. licèt ego mul
2 tum dubitarem, quia ille † tertius erat reus volūtarius, & ſic loco actoris. iux. cumulata per Iaſ. in l. de pupillo. §. ſi ſeruo. de nou. oper. nunciat. Et actor reſpectu iſtius nō mouit cauſam, & ſic reſpectu ipſius non venit ad cauſam inſtructus.

Tamen Domini voluerunt, quòd ex quo il-
3 la clauſula, † omnes ſua intereſſe putantes, excitabat omnes, actor debuerat venire inſtructus contra omnes, quod mihi viſum eſt durū.

E P I T O M E.

Dilationes in ſummarijs eſſe debent, prout in beneficialibus.

S V M M A.

1 *Summarijs in cauſis dilationes eſſe debent perinde, ac in beneficialibus.*

96. DECISIO. III.

1 Dilationes in ſummarijs † voluerunt Domini eſſe debere perinde, ac in beneficialibus. Et propterea in illis procedere deciſ. Rotę 170. aliàs 254. de iudic. in ant. In vna Toletan. coram Puteo, & maximè ſtāte mora iux. c. paſtoralis. de exceptio.

E P I T O M E.

Remiſſoria non datur ſine obligatione de ſtando vnicæ, etiam quòd eam petens habuiſſet vnā ſententiam, & aduerſarius aliam, & poſſideret.

S V M M AE.

1 *Remiſſoria quando non datur ſine obligatione de ſtando vnica ſententia?*
2 *Argumentum de remiſſoria ad ſequeſtrum an valeat?*

97. DECISIO. IV.

1 Remiſſoriam † ſine obligatione de ſtando vnicæ, noluerunt Domini, quòd ego darē etiam, quòd is, qui peteret remiſſoriam, habuiſſet vnam ſententiam, & aduerſarius habuiſ
2 ſet aliam, & poſſideret. Et noluerunt † valere argumentum de remiſſoria ad ſequeſtrum, de quo loquitur Card. clem. 1. 4. q. de ſequeſtr. poſſeſſ. & fruct. in vna Mediolanen. capellaniæ coram me de anno 1548.

E P I T O M E.

Remiſſoria obtinenti datur dilatio decem, vel quindecim dierum ad plus ad eā accipiendā.

S V M M A.

1 *Dilatio 10. vel 15. dierum ad plus datur ad accipiendam remiſſoriam.*

98. DECISIO. V.

1 Remiſſoria obtenta datur tempus † decem, vel quindecim dierum ad plus eam accipiendi, & expediēdi in vna Toletan. Parochialis de Alameda coram de anno 1548.

E P I T O M E.

Remiſſoria in cauſa priuationis regreſſus propter non ſolutam pēſionē, datur ſub obligatione de ſtando vnicæ.

S V M M A.

1 *Remiſſoria datur ſub obligatione de ſtando vnica, in cauſa priuationis regreſſus, propter non ſolutionem penſionis.*

99. DE-

99. DECISIO. VI.

REmiſſoriam in cauſa priuationis regreſſus propter non ſolutionem penſionis volue runt Domini dari ſub obligatione de ſtãdo vni cæ in vna Toletana de Velenã. de anno 1551. quia erat cauſa beneficialis, de quo etiam vide in deciſione, quam facio in huiuſmodi cauſa ſub tit. de penſion.

DE FERIIS.

EPITOME.

POſſeſſorij cauſa poteſt agitari, ferijs non obſtantibus.

SVMMA.

1 *Feriæ non impediunt, quin cauſa poſſeſſorij expediri poſsit.*

100. DECISIO. vnic.

1 IN poſſeſſorio,† ferijs non obſtantibus, dixerunt Domini procedi poſſe. per deciſ. Aegid. 665.

Et licèt aliqui Domini dicerent illam deciſionem non eſſe in vſu; tamen dixerunt id eſſe: quia Domini fugiunt labores, non autem, quin poſſit procedi in poſſeſſorio tempore feriarũ. quod dixerunt eſſe notandum, ſi haberet quis iudicem amicum.

DE CAVSA POSSESSIONIS & proprietatis.

EPITOME.

POſſeſsio capta per annulum, vel per modicum terræ, ex quo intus erant aliqui non animo poſsidendi, ſed cauſa, puta cuſtodiæ, eſt reſtituibilis.

SVMMÆ.

1 *Poſſeſsio capta per annulum, vel per modicum terræ, quando eſt reſtituibilis?*

2 *Poſſeſsio ad hoc vt dicatur plena, requiritur, vt appareat aliquem intus eſſe animo poſsidendi.*

101. DECISIO. I.

1 POſſeſſio† capta per annulum, vel per modicum terræ, cum quis non potuit ingredi, ex eo quia intus eſſent aliqui, quos tamen non conſtaret eſſe animo poſſidendi, quia poterant eſſe cauſa cuſtodiæ, & ſic nos eſſe in caſu, quo poſſeſsio capitur per aſpectum, vel per annulũ, parte obſtante impedimento, eſt reſtituibilis. Et ita tenuerunt Domini in vna Vlixbonen. parochialis coram Domino Fabio per deciſ. Biſignel. 8. de reſt. ſpoliat. & in ant. deciſ. 152. & 302. quæ fuerunt de mente Socin. conſ. 131. col. 3. in verſ. amplius. & per Ripam in tract. de peſte. num. 190. in 2. part. Felin. c. cum aliqui-
2 bus. num. 5. & 6. de iureiur. ad hoc enim, † vt plena dicatur poſſeſſio, requiritur, vt appareat aliquem intus eſſe animo poſſidendi.

EPITOME.

POſſeſsio capellæ transfertur etiam per executorem per bireti impoſitionem.

SVMMÆ.

1 *Poſſeſsio capellæ etiam per executorem dicitur tranſlata per bireti impoſitionem, amplia prout num. 6.*

2 *Poſſeſsio non poteſt tradi, niſi per habentem poteſtatem conferendi.*

3 *Poſſeſsio habetur pro tradita per conſtitutum in re ipſa.*

4 *Poſſeſsionis tradendæ non eſt præciſè ſpecificatus modus in re ipſa.*

5 *Fel. doctrina in c. cum aliquibus. de reſcrip. limitatur.*

102. DECISIO. II.

1 POſſeſſionem † voluerunt Domini etiã per executorem eſſe tranſlatã per bireti impoſitionẽ in capella, de cuius poſſeſſione age-
2 batur. Quia licèt per aſpectum† non poſſit tradi, niſi per habentem poteſtatem conferendi;
3 tamen, quando † eſſet conſtitutus in re ipſa, vo luerũt Domini per bireti impoſitionem habe
4 ri pro tradita poſſeſſione: quia † in re ipſa non eſt præciſè ſpecificatus modus tradendæ poſſeſſionis, vt per Innocent. in c. in literis. de reſtit. ſpoliat.
5 Et ita limitarunt † doctrinã Felin. in c. cum
6 aliquibus. de reſcript. licèt † intelligerent idem etiam eſſe in executore conſtituto in dignitate eccleſiaſtica, qui haberet poteſtatẽ conferẽdi. & ita tenuerunt Domini in vna Fauentina capellaniæ S. Laurentij corã me de anno 1548.

EPITOME.

POſſeſsio per annulum dicitur etiã quæſita, ſi nuncius, vel ſubexecutor eum non tradidiſſet, ſed eo præſente pars illam accepiſſet.

SVM-

S V M M AE.

1 *Poſſeſſio per annulum dicitur capta per partem nuntio, ſeu ſubexecutore præſente, licèt non tradente.*

2 *Præſentia, & patientia Nuntij quando pro traditione habeatur?*

103. DECISIO. III.

1 POſſeſſionem † per annulum, de qua ſupra
in 1. deciſ. huius tit. dixerunt Domini in
eadem in alia inſtantia coram d. Nouato etiã
eſſe quæſitã, ſi Nuntius, vel ſubexecutor non
tradidiſſet, ſed eo pręſente pars accepiſſet:
2 quia præſentia,† & patiẽtia ſubexecutoris pro
traditione habetur. ad l. 2. ff. de acquir. poſſ.

EPITOME.

POſſeſſio, quæ habetur ex vna cauſa, mutatur ſuperueniente alia noua cauſa, etiam quòd non exeat quis de poſſeſſione.

S V M M AE.

1 *Poſſeſſio ex vna cauſa, quando ex noua cauſa ſuperueniente mutetur?*

2 *Conſ. Socin. 131. lib. 3. confirmatur.*

104. DECISIO. IV.

1 POſſeſſio, † quæ habetur ex vna cauſa, ſu-
perueniente alia noua cauſa, etiam quòd
non exeat quis de poſſeſſione, dixerunt Domi
ni in vna Burgen. præſtimoniorum coram Fa-
bio de anno 1548. quod mutatur, contra opin.
Fulgos. & aliorum in l. qui bona. §. fin. de ac-
quir. poſſeſſ. quia videtur contrariari illi tex. &
tex. in l. quòd vulgo. ff. de vſucapio. & in l. 3. §.
genera. de acquir. poſſ. ad fauorem opin. Soc.
in l. 3. §. ex pluribus. illo tit.

Licèt ſecundùm aliquos alia opinio videa-
2 tur communior, & dixerunt Domini† reproba-
ri conſ. Socin. 131. lib. 3.

Ego tamen multùm dubitabã, quia eſt etiam contra mentem Caſſad. deciſ. 4. de reſtit. ſpol. & refert Sarn. q. 46. de trien.

Dixerunt tamen Domini ſemper primã opinionem eſſe ſeruatam tamquam magis ęquã, & conſonam iuribus ſupradictis.

EPITOME.

QVaſi poſſeſſio in incorporalibus non transfertur in hæredem ſine apprehenſione.

S V M M AE.

1 *Quaſi poſſeſſio incorporalium an transferatur in hæredem abſque apprehenſione?*

2 *Lamber. de iur. patron. in 1. part. 2. lib. art. 23. improbatur. & num. 5.*

3 *Præſentãdi in quaſi poſſeſſione licèt defunctus reperiatur, ea tamen non tranſit in hæredem abſque apprehenſione.*

4 *Incorporalium quaſi poſſeſſio non tranfertur per conſtitutum.*

6 *Poſſeſſio iuris vniuerſalis non transfertur ſine hæreditatis aditione.*

7 *Patroni cæteri non præſumuntur priuati per præſentationem aliorum patronorum.*

8 *Caſtrum, & ſic perſona ficta conſeruat poſſeſſionem.*

105. DECISIO. V.

FVit dubitatum in vna Cremonen. capella-
nię corã domino Decano, de anno 154[illegible].
an verum eſſet dictum Lambertin. in tract. de
1 iure patro. in 1. par. 2. lib. artic. 23. quòd in † in-
corporalibus quaſi poſſeſſio transferatur in hę
redem ſine apprehenſione?

2 Et fuit tentum contra † ipſum Lambertinũ,
quòd imò neceſſarius eſſet actus apprehenſio-
3 nis. Et propterea licèt † defunctus eſſet in qua-
ſi poſſeſſione præſentandi, fuit dictum illam
quaſi poſſeſſionem non tranſire in hæredem ſi-
ne apprehenſione.

Et primo id erat contra generalitatem. l. cum
hęredes. de acq. poſſ. quia à fortiori procedit in
incorporalibus, in quibus eſt difficilior transla
tio. quãuis hæc ratio fiat dubia ex dictis per Ti
4 raquellum infra allegandum. & ideo† non tranſ
fertur per cõſtitutum Bart. in l. quod meo. ver.
quid ſi concedo. de acq. poſſ. & Bal. in rubr. de
præſcriptio. col. 2. ver. ſed pone vſumfructum.
ante nu. 10. Boer. in. verbo poſſeſſio. ſingul. 2.
Aretin. in d. l. quod meo. col. penult. verſ. ſuper
quo adde. & ibi Alex. col. penult. verſ. quærit
Bart. Ant. de Butr. in c. cum veniſſet. col. 3. in
fin. verſ. hæc procedunt. & in c. fin. col. 14. verſ.
ſed eſt dubiũ. de cauſ. poſſeſſ. & propr.

5 Et allegata † per Lãber. nihil faciunt. Primo
enim dictum Bal. in l. in ſuis. ff. de lib. & poſth.
ſi intelligatur generaliter de poſſeſſione omniũ
bonorũ, habet contra ſe com̃ opinionẽ, & lo-
quitur in filio, non in alijs. Si verò intelligamus
6 de poſſeſſione † iuris vniuerſalis, vt videtur ſen
tire Bal. & tunc requiritur actus facti, videlicet
aditio hæreditatis. Dictum Federici etiam ni-
hil facit, quia loquitur tantum de conſeruatio-
7 ne iuris, quod habebat, quo nõ pręſumitur † pri
uatus

Digitized by Google

uatus per pręſentationem aliorum patronorū. deciſ. Rotæ 141. in nou. quam ipſe allegat pro
8 ſe, facit in contrarium, quia ibi † aderat Caſtrū, & ſic perſona ficta, per quam poſſeſſio conſeruabatur.

Poſtquam ego hæc omnia dixiſſem, fuit relatum, quòd aliàs Rota ita tenuit, & allegabatur Tiraquell. ita tenere in tract. le mort. ſaiſit le-viſ. in 4. par. in 7. declaratione, & in pręſ. d. trac. 3.4.5.6. & 7. declaratione, & quidā Iacobus Venent. Bonon. in tract. de ann. pręſtat.

DE RESTITVTIONE Spoliat.

EPITOME.

Beneficium triplex habens, non dicitur habere titulum coloratum ad obtinendam reſtitutionem.

SVMMA.

1 *Titulum coloratum ad obtinendam reſtitutionem non dicitur habere is, qui habet triplex beneficium, contra c. 1. de conſuet. in 6.*

106. DECISIO. I.

1 Titulus † coloratus ad obtinendum reſtitutionem non eſt in habente triplex beneficium, contra c. 1. de conſ. in 6. quia habet decretum irritans. Et ita fuit tentum in vna Maioricen. beneficij coram Domino Fabio de anno 1548. & ex deductis maximè Imol. in c. cum noſtris de tonc. pręb.

EPITOME.

Titulum coloratum dicitur quis habere ad obtinendam reſtitutionem poſſeſsionis, per nouā prouiſionem ſuperuenientem etiam poſt ſpolium.

SVMMAE.

1 *Noua prouiſio etiam ſuperueniens poſt ſpolium, affert titulum coloratum ad obtinendam reſtitutionem.*

2 *Vitioſus ingreßus conſideratur tempore reſtitutionis poſſeſsionis.*

3 *Poſſeſſor qui non eſt, non poteſt ſibi mutare cauſam poßeſſionis.*

107. DECISIO. II.

Titulatus coloratus ad obtinēda reſtitutionem poſſeſſionis, fuit habitus in vna Maioricen. coram d. Fabio de anno 1548. per nouam prouiſionem etiam ſuperueniente poſt ſpolium: quia non propterea dabatur vitioſus
2 ingreſſus, qui † iuxta deciſ. 4. Caſſad. de reſtit. ſpoliat. intelligitur tempore reſtitutionis poſſeſſionis, licèt dubitaretur ex eo, quia tempore, quo habet nouam prouiſionem, non eſt poſſeſſor, & ſic non poteſt mutare ſibi cauſam poſſeſſionis, iux. not. per Sarnen. quæſt. 46. in reg. de trien.

EPITOME.

Rector ſcolarium, licèt conſueuerit recurrere ad abbatem pro executione eius ſententiarum, & carceratione ſcolarium, non per hoc dat abbati ſpolij actionem, ſi rector nouos carceres erigat.

SVMMAE.

1 *Spolium non competit abbati contra rectorem hodie exequentem eius ſententias contra ſcolares, quas primus exequi faciebat per abbatem, & num 3.*

2 *Iuriſdictio etiam in criminalibus eſt penes rectorem.*

4 *Reſtitutio non datur in iuriſdictionalibus, niſi docto de titulo.*

5 *Faciens aliquid pro conſeruando iure ſuo, dicitur facere per modum facultatis.*

6 *Facultatis per modum in his, quæ fiunt, non datur poſſeſsio reſtituibilis.*

108. DECISIO. III.

Quidam rector ſolebat recurrere ad Abbatem pro executione ſuarum ſententiarū, vt incarceraret ſcolares, & puniret: poſt certum tempus erexit carceres proprios. Ab-
1 bas dicebat † ſe eſſe ſpoliatum, & petebat reſti
2 tui. Domini tenuerunt, quia † iuriſdictio etiam in criminalibus erat penes rectorem, vt in c. ſignificaſti. in fi. de offic. deleg. & per Abb. in c. 1. de elect. allegabatur Rebuff. in auct. ha-
3 bita. C. ne filius pro patre. quòd non † eſſet reſtituendus, in vna Palentina iuriſdictionis pro rectore, coram domino Ant. Auguſt. Itē quia
4 in † iſtis iuriſdictionalibus non dabatur reſtitutio, niſi docto de titulo, ad deciſ. Caſſad. 1. nu. 10. eod. tit. Item quia fuit dictum ex not. per Balb. & alios, quos allegat in tract. de preſcrip. in 4. par. 2. partis princip. q. 1. nu. 5. poſt Bar.
5 quòd † quotieſcumque aliquid fit pro conſeruando iure ſuo, dicitur eſſe per modum facultatis, & in iis, quæ fiunt per modum facultatis, nō datur poſſeſſio reſtituibilis. ad not. per Bal.

in

in l. prima C. de ſeruit. & aq. & in l. qui iure familiaritatis. de acquir. poſſeſſ.

EPITOME.

Titulus coloratus dicitur per expectatiuã reuocatam, etiam ſi multæ eſſent reuocationes, idque ampliatur adhuc in priuilegio reuocato.

SVMMAE.

1 *Expectatiua licèt ſæpius reuocata, non cauſat titulum coloratum. amplia etiam in priuilegio reuocato. num. 2.*
3 *Titulus habitus vigore priuilegiorum conclauiſtarum eſt coloratus, non obſtante eorum reuocatione.*

109. DECISIO. IV.

1 Titulus † coloratus per expectatiuam reuocatam fuit iudicatus, etiam ſi multæ eſſent reuocationes in vna Tholetan. coram domino Proſpero: quia ſemper militant rationes cõſideratę in deciſionibus vulgaribus, quod am-
2 pliarunt † Domini in vna Cęſarauguſt. de Villel. coram d. Puteo etiam in priuilegio reuocato. in quo dabatur magno Magiſtro poteſtaſ conferẽdi beneficia apud ſedem, licèt quidam dubitarent, quia videbatur eſſe defectus in cõferente. Nam idem defectus eſt expectatiua reuocata, in qua executor non habet poteſtatẽ, & ſemper militat ratio pręſumptæ reualidationis. Et propterea dicebant coram Oxomen. tẽ-
3 tum † fuiſſe in vna Cartaginen. beneficiorum, quòd titulus habitus vigore priuilegiorum conclauiſtarum erat coloratus, non obſtante reuocatione.

EPITOME.

Reſtitutio in iuriſdictionalibus abſque titulo colorato non datur agenti contra ordinarium, ſecus contra non ordinarium.

SVMMAE.

1 *Titulus coloratus requiritur, ſi quis vult reſtitui in iuriſdictionalibus contra ordinarium, alioqui non item. Ratio eſt, quia præſumitur ab ordinario precario poßidere. numer. 2.*

110. DECISIO. V.

1 Reſtitutionem † in iuriſdictionalibus abſq. titulo colorato, tunc demũ negarunt Domini iux. deciſ. Caſſad. primam. hoc tit. ſi quis
2 ageret contra ordinarium: quia † pręſumebant ab eo precario poſſidere, ſecus autem, ſi agatur contra illum, qui non eſt ordinarius, quia tũc abſque coloratione tituli reſtitueretur? Et ita tenuerunt Domini in vna Palentina iuriſdictionis coram d. Ant. Auguſt. in qua d. Puteus dicebat idem fuiſſe tentum coram eo in vna Parmen. iuriſdictionis de caſalibus, allegã do Aegid. deciſ. 433. Bal. in l. 2. C. de ſeruit. & aqu. q. 9. Inn. in c. bonę. el 2. de poſtul. prælat. Salyc. in l. vis eius. C. de probat. & l. ſolẽnibus. C. de fid. inſtru. Et fuit allegatus Balb. in tract. de pręſcr. col. 4. 2. not.

EPITOME.

Reſtitutio competit etiam illi, qui vigore expectatiuæ bis, vel ter reuocatæ inſtrumentalem tantùm habebat poſſeſsionem, & non conſtabat de continuatione 20. annos, & vltra.

SVMMAE.

1 *Reſtitutio an ei competat, qui expectatiua ſæpius reuocata vigore inſtrumentalem tantùm habebat poßeßionem, & non conſtabat de continuatione poſt 20. annos.*
2 *Reſtitutio non datur ſpoliato ex ſua negligentia.*
3 *Negligentia eſt probanda per eam aſſerentem.*
4 *Poſſeßionem ſemel probatã præſumitur quis ea continuaſſe vſque ad tempus ſpolij.*

111. DECISIO. VI.

Reſtitutionem voluerũt Domini in vna Toletana parochialis ciuitatis Regalis corã
1 domino Proſpero, cõpetere etiam illi, † quem vigore expectatiuæ bis, vel ter reuocatę inſtrumentalem tantùm apparebat accepiſſe poſſeſſionem, & nõ conſtabat de continuatione poſt viginti annos, & vltra ex duabus deciſionibus ſimul iunctis, quæ tenetur. Prima, quę reſtituit ad ſtatum. Secunda, quæ dat perpetuò reintegrationem.
2 Et licèt aliqui dicerent, quòd non † daretur reſtitutio illi, qui ſpoliatus eſſet ſua negligẽtia, vt per Socin. & alios in l. rem quę nobis. in 2. q. de acquir. poſſeſſ. & tradit Ruyn. conſ. 32. 1. vol. cum concord. quæ ego poſui in l. rẽ quæ nobis. Et propterea videbatur, quòd ille, qui ſteterat poſt inſtrumentalem per decennium negligentia ſua amiſiſſe poſſeſsionem, vt per il la iura tenent doctores in l. ſi de eo. §. fin. & in

l.peregrè.de acquir.poſſeſ.& in l. furtum.§. 1. de vſucap.

3 Tamen fuit dictum, quòd illi † incumbebat onus probandi negligentiã, qui aſſerebat, prout expreſsè dicit Socin.in d. l. rem quæ nobis. in
4 7.q. Tum quia probatã † ſemel poſſeſſionẽ pręſumitur quis continuaſſe vſque ad tempus ſpoliationis, vt per Abb.in c.cum ad ſedem. num. 17.de reſtit.ſpoliat. & etiã quia opus erat probare illum ſtetiſſe negligentem per decẽnium, & poſſeſſionem vacantem.

Et licèt quidam vellent limitare tantùm deciſionem, vt procederet, quando eſset plena poſſeſſio, vt tunc perpetuò duraret; ego tamẽ dicebam verum non eſse, quia l.ſi de eo.§.fin. etiam loquitur in plena poſseſſione.

Ad quędam, quę allegabantur in contrariũ, quòd non præſumeretur continuata poſseſſio à tanto tempore, vltra quòd dicebant non eſse neceſsatium, reſpondebatur ex nor. per Balb. poſt Bar.in l.Celſus.de vſucapio. & Alciat.21. pręſump.in 2.reg. per totũ, maximè nu. 12.

EPITOME.

Coadiutoria tertij non obſtat ad diſcolorandum titulum ſpoliato, qui vigore ſuæ expectatiuæ acceptauerat.

SVMMAE.

1 *Spoliato, qui vigore ſuę expectatiuæ acceptauerat, non obſtat coadiutoria tertij ad diſcolorandum eius titulum.*
2 *Conſtare quando debeat de conſenſu tertij?*
3 *Deciſ.Rota 439.in nou.declaratur.*

112. DECISIO. VII.

1 Spoliato, † qui vigore ſuæ expectatiuæ acceptauerat, non obſtare ad diſcolorandum titulum coadiutoriam tertij voluerunt Domini in vna Toletan.prętenſi ſpolij de Baraias corã D. Puteo, licèt illa coadiutoria eſſet expedita.
2 Et propterea voluerunt conſtare † debere de conſenſu tertij. iux.deciſ. Caſsad. 3. de procurat.& Sarnen.q.38. in reg.de trien. quia dicebant, cum conſtaret de titulo colorato, non diſcolorari titulum, nec inſici poſseſſionem: quia non clarè conſtabat, quòd ille voluiſset vti decreto in ſua coadiutoria reſpectu poſseſſionis, & pro deciſione allegabatur Caſsa. deciſ. 4.hoc titulo.
3 Et deciſ.439. † in nou. in qua dabatur de iure tertij, fuit declarata procedere, quando conſtabat clarè de nõ poſſeſſione ſpoliati, quia erat penes 3. Et eo magis hoc voluerunt Domini procedere: quia ille, de cuius coadiutoria dabatur, erat mortuus, ſpoliato etiam exiſtente in poſseſſione, qui adhuc poſsederat diu, antequam ſpoliaretur.

EPITOME.

Vnitum beneficium etiam regulare cauſat titulum coloratum.

SVMMAE.

1 *Titulum coloratum facit vnio beneficij etiam regularis.*
2 *Regularis poteſt poſsidere beneficium ſeculare.*
3 *Præſumitur mutatio ſtatus beneficij per 40.annos.*
4 *Decretum in regulis cancellar. appoſitum inficere poſſeſſionem numquam Rota voluit reſoluere.*

113. DECISIO. VIII.

1 Titulum † coloratum voluerunt Domini eſſe vnionem beneficij, non obſtante quòd opponeretur, quòd beneficium vnitum eſset
2 regulare: quia dicebant, quòd poterat † regularis poſſidere beneficium ſeculare: patet quia
3 per † 40.annos præſcribitur mutatio ſtatus, & ſic de neceſſitate eſt, quòd poſſideatur per ſecularem, vt tradit Felin.in c. in noſtra. col. penult.verſ.6.concluſio. de reſcr.& in c.cum dilecta. in ante peñ.col. verſ. nota bene eod. tit.& ſic ſecularis poteſt poſſidere regularem.

Nec obſtabat etiam allegare reuocationem vnionis ſi quæ haberet decretum irritans: quia
4 Domini † noluerunt vnquam reſoluere, quòd decretum in regulis inficiat poſseſſionem in vna Albarazinen.parochialis coram d. Roſsanen.de anno 1549.

EPITOME.

Titulus coloratus eſt in ſeculari, qui habuerat beneficiũ regulare ex ordinatione Imperatoris.

SVMMAE.

1 *Regulare beneficium habens ab imperatore, dicitur habere titulum coloratum.*
2 *Facultas conceſſa Imperatori conferendi beneficia ſecularia, & regularia, intelligitur, vt ſecularia ſecularibus, & regularia regularibus conferat.*
3 *Diſpenſatio interdum præſumitur.*
4 *Defectus facultatis in conferendo declaratur, quando quis eſt omnino incapax.*

114. DE-

114. DECISIO. IX.

1 TItulum † coloratum voluerunt Domini in
vna Leodien. prioratus corã d. Reoma-
no de anno 1549. eſse in ſeculari, qui habuerat
beneficium regulare ex ordinatione Impera-
2 toris: quia licèt † poteſtas conceſsa Imperato-
ri conferendi ſecularia, & regularia, debeat in-
telligi, vt ſecularia ſecularibus, & regularia re-
gularibus conferre deberet, & ſic quodammo-
do videatur defectus in conferente; tamẽ quia
3 non erat omnino defectus, cum potuerit † eſ-
ſe diſpenſatus ſecularis ad regularia, iux. deciſ.
in antiquis. 113. quam tenet Felin. in c. noſtra.
40. corellario. verſ. ſexto. de reſcrip. & doctri-
4 nam † communis in c. cum in noſtris. de cõceſ.
pręben. de defectu facultatis in conferendo
declarabatur, quando quis erat omnino in-
capax.

EPITOME.

REnuncians in fauorẽ tertiæ perſonæ, ſi poſtea remanens in poſſeſsione fuerit ſpoliatus, etiam quòd is, in cuius fauorem renunciatum eſt, acceptaſſet renunciationem, reſtituitur.

SVMMAE.

1 *Reſtitutio conceditur renuncianti in fauorem tertiæ perſonæ, ſi poſtea is in poſſeſsione remanens fuerit ſpoliatus, amplia, vt hic.*
2 *Calder. conſ. 4. de renunciat. confutatur.*
3 *Renuncians poſt renunciationem perdit naturalem poſſeſsionem contra Calderin. conſ. 4. de renunc.*
4 *Renuncians in fauorẽ tertij ſpoliatus reſtituitur, antequàm poſſeſsio deueniat ad reſignatarium.*
5 *Abiuratio eſt reſignatio facta cum iureiurando.*
6 *Renunciatione facta tertio, non eſt facienda differentia illa, an ſcilicet reſignans incubuerit poſſeſsioni poſt renunciationem, quia ſiue in continenti, ſiue ex interuallo, ſemper debet reſtitui.*
7 *Innoc. Opinio in c. ſuper hoc. de renunc quo ad generalem renunciationem reprobatur.*

115. DECISIO. X.

1 REnuncians † in fauorem tertiæ perſonæ,
etiam quòd is, in cuius fauorem renuncia-
tum eſset, acceptaſset renunciationem, nihi-
lominus, ſi poſtea remanens in poſseſſione fue
rit ſpoliatus, voluerũt Domini in vna Burgen.
preſtimonij corã d. Fabio de anno 1549. quòd
reſtitueretur, licèt duo in contrarium maximè
clamarent, inter quos ego eram.

Et mouebar conſiderando, quòd Abb. in c.
ſolicitæ. in 3. col. vbi etiam Imol. eo. tit. Et Car
di. 3. q. 1. c. 1. num. 41. & latiſſimè Caſsad. de-
ciſ. 4. diſcutientes pleniſſimè articulũ, tenebant
cõtra opinionem Imol. in c. ſuper hoc. in 3. col.
de renũciatio. & cõtra dec. Rotę 1. aliàs 158. de
ren. in nou. & maximè propter generalitatẽ c.
accepta. eo. tit. quia eſt notorius defectus in ve
ra renunciatione, vt poſt multos latè tradit Pa
riſ. conſ. 10. nu. 68. lib. 1. & maximè quia Innoc.
in d. c. ſuper hoc. dum vult reſtitui renunciantẽ,
loquitur, quando poſt renunciationem de no-
uo incepiſset poſſidere. Et deciſ. illa 158. non
2 fuerat facta ſuper hoc principaliter. Minus †
quoque erat in conſideratione conſil. Calde-
rini 4. quia mouetur malo fundamento, cum di
3 cat † renunciantem poſt renunciationem non
perdere naturalem, quod eſt contra communi-
ter dicta in d. c. accepta. & in c. ſolicitè. & in d.
c. ſuper hoc. & latiſſimè per Caſſad. deciſ. 4. qui
plenè tenet contra illam deciſionem, quæ de-
ciſ. quam ipſe recitat in principio, remanet ſine
fundamento.

Pręedictis tamen non obſtantibus antiqnio-
res Domini dixerunt ſemper obſeruatum fuiſ-
4 ſe, vt renuncians † in fauorem tertij ſpoliatus
reſtitueretur, antequã poſſeſſio beneficij deue-
nerit ad reſignatarium. Conſiderantes primo
rationem. l. nec vtilem. ff. ex quibus cauſ. ma-
ior. quòd qui vult tranſferre rem in tertium, an-
tequam tertius acquirat, non amittitur? Item
quia non eſt omnino incoloratus titulus, cum
multa poſſint occcurrere, quò minus reſigna-
tio valeat: poſſunt enim eſſe multæ inhabilita-
tes reſignatarij, quę in caſu reſtitutionis non
ſunt examinandæ, & fuit ponderatum, quòd
omnes deciſ. ex aduerſo allegatæ loquuntur in
ſimplici renunciatione, quæ non erat in fauorẽ
tertij: quia tunc omnino remanet ſine titulo, &
rem habet pro derelicta, & hoc modo loquitur
tex. in d. c. accepta. qui vltra quòd loquitur in
5 ſimplici renunciatione, loquitur in † abiuratio-
ne, quæ eſt reſignatio cum iuramẽto. Et ex his
ceſſant ferè omnia deducta per Caſſad. & iſte
caſuus non habet contradictorem, & ſic rema-
nent ſine contradictione.

Et ego ex hoc inferebã vnum nouiter, quod
6 Domini admiſerunt, quòd in † renunciatione
facta tertio non debet fieri differentia illa, an
incubuerit poſſeſſioni poſt renunciationem re-
ſignans, vt fruſtra cõſideratur per Innocent. in
d. c. ſuper hoc. & per Auditores relatos à Caſ-
ſad. in d. deciſ. 4. de reſtit. ſpol. quia ſiue incon-
tinẽti, ſiue ex interuallo, ſemper debet reſtitui.

7 Verum eſt,quòd in renunciatione† generali placebat Dominis opinio contra Innocent. tamquam quòd Doctores ſupra allegati ſint plures, & meliùs diſputantes articulum,ex quibus poſſet fieri plena diſtinctio in hac materia.

8 Conſiderandum tandem eſſet, quòd citra † controuerſiam eſſet res, ſi daretur aliquis fumus de inhabilitate reſignatarij, vel ſi per literas haberet dubitabiliorem titulum.

EPITOME.

Reſignatione facta tertio, etiam poſt ſpoliationem, in qua quis dicebat ſe ideo reſignare, quia ſciebat ſuum ſpoliatorem eum traxiſſe ad curiam, quia ſciebat eum ſenem, & non poſſe diu viuere,& venire ad litigãdum,& ideo renũciare, datur reſtitutio.

SVMMAE.

1 *Reſignans tertio ob oſtenſum ei animum à ſpoliatore de illum iniuſtè in curia vexãdo,reſtituitio nihilominus competit.*

2 *Cap.ſolicitè de reſtit.ſpoliat.limitatur,prout & n.3.& 4.*

116. DECISIO. XI.

1 Reſignatione†facta etiam poſt ſpoliationẽ, in qua quis dicebat ſe ideo reſignare,quia ſciebat ſuum ſpoliatorem eum traxiſſe ad curiam,quia ſciebat eum ſenem, & non poſſe diu viuere,& venire ad litigandum, et ideo renunciare tertio,voluerunt Domini,quòd reſtitue-
2 retur,& non†eſſe locum.c.ſolicitè.de reſt.ſpol.
3 Tamen quia illa † reſignatio erat facta in manibus ſuperioris:quo caſu nõ procedit illud.c. vt dicit Abb. tum etiam quia apparebat alia cauſa renunciationis,vt ibi de inimicitijs,dicũt Abb.Imol.& Ant.de Butr.in verſ.ideoque,&
4 tanto magis,quia tertio reſignauerat†ius litis: quo caſu non eſt locus d.c.ſolicitè. vt per Rot. in antiquis deciſ. 68. & 216. & in nouis deciſ. 306.& 401.

EPITOME.

Regula,de qua ſupra, quòd reſtitutio detur ad fauorem ſpoliati, qui reſignauerat in fauorem tertij,nõ procedit,quando ſpolians fuiſſet ſubrogatus in locum reſignatarij.

SVMMAE.

1 *Regula, de qua in præcedenti deciſione,limitatur, quando ſpolians fuiſſet ſubrogatus in locum reſignatarij. nu. 2.*

3 *Spoliare ſicut poteſt reſignatarius, ita & tertius ſubrogatus quoad poſſeſsionem,& omne quodcumque ius.*

4 *Reſignans in fauorem tertij poteſt multa opponere de inhabilitatibus tertij.*

5 *Opponi multa poſſunt contra ſubrogationem.*

117. DECISIO. XII.

1 Regula ſupra facta, quòd reſtitutio † detur cõtra ſpoliatum,qui reſignauerat in fauo-
2 rem tertij, fuit limitata † non procedere, quando ſpoliãs fuiſſet ſubrogatus in locum reſignatarij:quia non eſſet merè tertius. Et quia ſicut
3 reſignatarius†poteſt ſpoliare,ita & tertius ſubrogatus,quoad poſſeſſionẽ, & omne, & quodcumque ius,ad tradita per Aegid.deciſ.351.& Rot. in ant. deciſ. 385. Bonifat. in clem. 1.6. col. verſ. 9. concluſio. vt lit.pend. Faciunt tradita per Sarnen. q. 11. reg. de trien. licèt ego multùm clamarẽ propter dicta ſupra in ratione
4 ne d. regulæ:tum quia reſignans † in fauorem tertij poteſt multa opponere de inhabilitati-
5 bus tertij, tum etiam quia multa †contra ſubrogationem poſſunt opponi.

EPITOME.

Decretum irritans regularum, nõ eſt ſimile decreto c. 2. de præben.in 6.ad diſcolorandum titulum, prout hic.

SVMMA.

1 *Decretum irritans regularum an ſit ſimile decreto c. 2. de præb. in 6.*

118. DECISIO. XIII.

Decretum irritans regulárum tenuerũt Domini in vna præceptoriæ de Villel. coram
1 Puteo, non † eſse ſimile decreto c. 2. de præb.in 6.ad diſcolorandum titulum etiam de illo, quòd inſurgeret per extrauag. ad regimen.etiam renouatam à Pontifice,quia eſt temporalis : licèt autem non ſit ſimile, & videatur deciſum eſſe in deciſ.1.de reſtit.ſpoliat. tamen maturius dixerunt Domini cogitandum, cum alia vice cauſa proponeretur.

EPI.

EPITOME.

DEcretum in reſignatione facta, vel manus appoſitio Papæ quãuis operentur, quòd nullus inferior poſsit ex eadem vacatione conferre; non tamen inficit prouiſionem per obitum.

SVMMA.

1 *Decretum, vel manus appoſitio Papæ in reſignatione, non inficit prouiſionem per obitum. ratio num. 2.*

119. DECISIO. XIV.

1 DEcretum † in reſignatione facta, vel manus appoſitio Papæ in eadem, licèt operetur, quòd nullus inferior poſsit ex eadem vacatione conferre; tamẽ non inficit prouiſionem per obitum, vt tenuerunt in eadem, argumẽto not. per Rot. deciſ. 239. in antiq. Aeneas de Falco-
2 nib. tract. de reſeruat. 16. effectu, & quia † reſignatio poteſt eſſe non bona, & donec diſputaretur de ea, non impediret reſtitutionem.

EPITOME.

REmedium c. reintegranda. non competit ei, qui ex contractu inutili poſſeſsionem tranſtuliſſet. quod limita, vt hic.

SVMMAE.

1 *Poſſeßionem transferenti ex contractu inutili non datur remedium c. reintegranda. ratio num. 2.*
3 *Alex. conſ. 1. col. fin. lib. 4. improbatur.*
4 *Poſſeſsio transfertur ex contractu inutili ex defectu ſolemnitatum. limita, prout num. 5.*

120. DECISIO. XV.

REmediũ c. reintegranda. † tenuerunt Domini non eſse dandum illi, qui ex contractu inutili poſseſſionem trãſtuliſset, vt latè per Socin. conſ. 266. & Ruyn. conſ. 32. num. 8. vol. 1. & fuit de mente eiuſdem Socin. in l. rem quę nobis. in illa quęſtione, quibus competat. de
2 acq. poſs. & pro ratione † erat conſiderandum illud, vltra quòd eſset nimis extendere remedia poſseſsoria, iſta quæſtio inutilitatis, vel inualiditatis contractus erat diſcutiẽda iuxta for-
3 mam petitorij, & ex hoc Alexander † inaduertenter erat locutus in conſ. 1. col. fin. vol. 4. Be-
4 nefacit, quia ex † contractu inutili ex defectu ſolemnitatum tranfertur poſseſsio, vt declarat Iaſ. in l. 1. §. ſi vir. col. fin. de acquir. poſseſs. & Ruyn. conſ. 137. col. fin. 1. vol.
5 Quod tamen limitabatur † non procedere, quando contractus eſset nullus ex defectu conſenſus: quia tunc non transfertur poſseſsio, & ita intelligebant conſ. Alex. 69. in 3. col. 4. vol. & poſt Bal. in l. non dubium. in decima oppoſitione. C. de leg. ita tradit Curt. Iun. conſil. 131. columna finali.

EPITOME.

NEgotiorum geſtor quamuis acquirat detentationem, vel etiã corporalem poſſeſsionem poſt ratificationem principalis; tamen id nõ procedit ex eo ſolo, quòd eo abſente, alius eſſet ingreſſus poſſeſsionem, & quare.

SVMMAE.

1 *Negotiorum geſtor acquirit detentationem, item & corporalem poſſeßionem poſt ratificationem principalis, limita, prout num. 2.*
3 *Deciſ. Rotæ 150. in nou. ſeu. 9. de reſtit ſpoliat. canonizatur*

121. DECISIO. XVI.

1 NEgociorum geſtor † licèt acquirat detentationem, vel corporalem poſseſsionem acquirendam poſtmodum ratificante principale, per deciſ. 290. in nou. & tradita per Franc. in c. ſi tibi abſenti. num. 9. de præb. in 6. quod videtur tenere Alex. in conſ. 88. vol. 5. in verſ. ex quo apparet. & inferius ad id allegat l. 1. & l. ſi colonis. de acquir. poſs.
Voluerunt tamen Domini in vna Oxomen.
2 coram domino Fabio id † procedere ex eo ſolo, quòd eo abſente alius eſset ingreſsus poſseſſionem: quia ille nõ poterat detinere animo id,
3 quod non fuiſset facti actus ſpoliatiui: quia id † eſset contra deciſ. Rotę 150. incip. licèt amicus. in nou.

EPITOME.

SPolians per procuratorem generalem, ſi ſtatim cedat, & velit procedere in petitorio, auditur, niſi ſpoliatus incontinenti probet ratificationẽ ſpolij.

SVM-

S V M M AE.

1 *Spoliator non eſt audiendus, niſi prius reſtitutis omnibus fructibus, & expenſis.*
2 *Spoliator per procuratorem generalem, quando audiatur in petitorio non reſtitutis fructibus, neque expenſis?*
3 *Ceſsio in continenti facta quando ſufficiat?*

122. DECISIO. XVII.

1 TRitiſſimum eſt ſpoliatorem † non debere audiri, niſi reſtirutis prius omnibus fructibus, & expenſis.

Fuit tamen dubitatũ in vna Abulen. de Paſ-
2 ſares coram me, quid ſi is, † qui aſſerebatur ſpoliaſſe per procuratorem generalem, ſtatim cederet, & vellet procedere in petitorio. Dixerũt Domini, quòd niſi ſpoliatus in continenti probaret ratificationem ſpolij, non deberet audiri, retardando petitorium, vt per Aegid. deciſ.
3 551. ſufficit † enim illa ceſſio in cõtinenti facta.

EPITOME.

COnſtitutum factum mulieri abſenti ab illo, qui conſtituit ſe poſt mortem alicuius poſsidere, non tranſtulit adeo poſſeſsionem, vt ſpoliatus poſsit poſtea ratificare.

S V M M A.

1 *Poſſeſsio non dicitur translata, adeo vt ſpoliatus poſsit poſtea ratificare conſtitutum factum mulieri abſenti ab illo, qui conſtituit ſe poſt mortem alicuius poſsidere.*

123. DECISIO. XVIII.

1 COnſtitutum † factum mulieri abſẽti ab illo, qui cõſtituit ſe poſt mortem alicuius poſſidere, non tranſtulit poſſeſsionem, vt ſpoliatus poſsit poſtea ratificare. per latè tradita per Socin. in l. §. ſi iuſſerim. de acq. poſſ. poſt multos allegatos per Crot. in l. ſi is qui pro emptore. n. 56. & 57. de vſucap. cum concordat. per Tiraquell. in tract. conſtitut. in 3. par. in 2. limita. Ex quibus in vna Romana ſpolij de Gaddis coram Domino Veſtano de anno 1550. negarunt illuſtri d. Claudiæ de Sabellis, quę poſt mortẽ mariti fuerat ſpoliata, & volebat ratificare reſtitutionem caſtri Ariani.

EPITOME.

SPoliator debet ſoluere fructus etiam conſumptos in loco rei, in quo fuit commiſſum ſpolium, amplia, etiam quòd eſſent ſoluendæ pecuniæ pro ipſis fructibus.

S V M M AE.

1 *Fructus tenetur ſoluere ſpoliator in loco rei, amplia etiam, quòd ſint conſumpti, amplia ſecundo, dato quòd pecuniæ eſſent ſoluenda pro ipſis fructibus. num. 2.*
3 *Fructus veniunt acceſſoriè ad rem.*
4 *Doli ratione an ſpoliator teneri debeat vbique?*
5 *Spoliator licèt dolum committat ſpoliando, ſecus tamen fructus conſumendo.*
6 *Spoliatorem eſſe doloſum non procedit in c. reintegranda.*
7 *Roma eſt territorium commune, fallit vt hic.*

124. DECISIO. XIX.

1 FRuctus † ſoluendi à ſpoliatore, etiam quòd ſint conſumpti, ſunt ſoluendi in loco rei, in quo fuit commiſſum ſpolium. quod eſt maximè vtile propter vſuras, & cambia, & recambia,
2 etiam † quòd pecuniæ eſſet ſoluendæ pro fructibus conſumptis. Et ita tenuerunt Domini in vna Cartaginen. coram domino Ant. Auguſt. de anno 1548. dicentes ita aliàs fuiſse reſolutum in alia, per doctrinam Bar. in l. item illa. 2. col. de conſtit. pecun. cuius opinionem approbatam eſse communiter dicit Alex. in l. cũ filiusfamil. §. fin. ff. de verb. oblig. & videatur Dec. in 5. not. & Curt. col. 3. verſic. ſed hic etiã cadit. in l. vinum. ff. ſi cert. pet.

3 Conſiderarũt etiam Domini, quòd fructus † veniunt acceſſoriè ad rem, quòdque precium eſt ſoluendum pro fructibus in genere perceptis, quod ſuccedit loco ipſorum fructuum, Et omnia, quæ allegabantur in contrarium, quòd
4 ratione doli † videbatur, quòd ſpoliator deberet teneri vbique. per not. in l. videamus. de in lit. iur. & in l. cum rem. de legat. 1. fuit dictum, quòd nullus erar dolus reſpectu conſumptio-
5 nis fructuum: quia licèt † eſſet dolus in ſpoliando, non erat dolus in conſumendo. Facit quod dicitur de culpa non ordinata ad caſum.

Item illud, quod dicitur ſpoliatorem eſſe doloſum ex Rota deciſ. 11. aliàs 3. de reſtit. ſpo-
6 liat. in antiquis. non † procedit in c. reintegranda. Alex. conſ. 6. col. 2. 3. lib. Dec. conſ. 136. col. fin. Rota in antiq. deciſ. 83. Capell. Tholoſ. deciſ. 466. Facit etiam pro deciſ. l. ſi verò maleſidei. & in l. ſi res. de rei vend. & c. fin. de foro. compet.

7 Quòd Roma † ſit territorium commune, reſpõdebatur, quòd fallit, vt per Iaſ. in l. alio loco

num.

Digitized by Google

n.6.& 7.de eo quod cer.loc.& in l.qui Romæ nu. 12.cum ſeq. de verb.obl. & ita fuit tentum coram Veſtano in vna Toletan.de Galapagar de anno 1553.

EPITOME.

FRuctus percepti etiam ij dicuntur, quos percepit tertius à ſpoliante, tamē ex eius ceſsione poſt inhibitionem illi factam.

SVMMAE.

1 *Fructus percepti qui dicuntur?*
2 *Dolo deſinens poſsidere, habetur pro poſſeſſore.*
3 *Fructus qui percipi potuerunt, quo pacto hac verba intelligantur?*
4 *Condemnatus in fructibus perceptis, non ſemper probatur eos ad condemnatum perueniſſe, ſed quòd percepti ſunt.*

125. DECISIO. XX.

FRuctus perceptos in eo, qui condemnatus erat ad fructus perceptos, licèt omiſſum eſ ſet condemnare ad fructus, qui percipi potuiſſet, tenuerunt Domini in vna Peruſin. attentatorum coram domino Puteo de anno 1548.
1 eos † etiam dici, quos percepit tertius à ſpoliā te; tamen ex eius ceſſione poſt inhibitionem il-
2 li factam, quia † dolo deſierat poſſidere, & habebatur pro poſſeſſore, vt in l. is qui dolo. de rei vendic.
3 Illa autem verba, † qui percipi potuerunt, intellexerunt Domini, quia non fuerunt percepti ab ipſo, nec à tertio verè ex negligētia, vel ex alia cauſa non eſſent percepti ab aliquo. Et licèt vnus de primis maximè clamaret; ego iā dicebā, quòd in caſu noſtro nō erat differētia, prout ipſe credebat inter fructus perceptos, & non perceptos; ſed cum eſſent percepti, ſolùm erat differentia, an ab ipſo, an à tertio: ſed quia tertius ab eo habens cauſam, idem erat. Quod
4 etiam comprobatur, quia non † ſemper, quando quis eſt cōdemnatus in fructibus perceptis, probatur illos ad cōdemnatum perueniſſe, ſed quòd percepti ſunt.

EPITOME.

COndemnatus ad fructus perceptos intelligitur propriè de his, qui per ſe perceperant, non autem de his fructibus, quos perceperat tertius, in quem poſt litem motam condemnatus alienauerat.

SVMMAE.

1 *Condemnatus ad fructus perceptos quo pacto intelligatur?*
2 *Poſſeſſor fictus, qui dolo deſiit poſsidere, non venit in ſtatutis.*
3 *Sententia verba ſunt ſtricti iuris.*
4 *Alienans ex iuſta cauſa poſt litem motam, excuſatur ex probabili cauſa à fructibus, quos verè non percepit.*

126. DECISIO. XXI.

FRuctus perceptos, in quibus condemnatus
1 quis erat in ſententia, intellexerunt † Domini propriè de his, qui per ſe perceperat, nō autem de ijs, quos perceperat tertius, in quem poſt litem motam cōdemnatus alienauerat, & hoc argum. not. per Bal. in l. cogi. col. fin. C. de petit. hæred. prout ſequitur Aretin. in
2 rubr. de acquiren. poſſeſſ. in fin. vbi fictum † poſ ſeſſorem, qui dolo deſijt poſſidere, dicit non venire in ſtatutis. Et ſumus in ſententia, cuius ver
3 ba † ſunt ſtricti iuris.
Et maximè etiam fuit conſideratum, quòd
4 ex iuſta † cauſa quis poſt litem motam alienauerat: quo caſu ex probabili cauſa excuſatur quis à fructibus, quos verè non percepit, vt eſt deciſ. 25. circa finem in nou.

EPITOME.

FRuctuum perceptorum probatio ſufficiens eſt, ſi teſtes dicant ita ſolitum eſſe percipi.

SVMMAE.

1 *Probatio ſufficiens eſt, ſi teſtes dicant ita ſolitum eſſe fructus percipi.*
2 *Fructuum perceptorum, & qui percipi potuerunt quæ differentia ſit?*
3 *Bal. in l. 1. C. de fruct. & lit. exp. declaratur.*

127. DECISIO. XXII.

1 FRuctuum perceptorum probationem † ſufficientem eſſe dixerunt Domini coram me in vna Tyburti. melioramentorum, ſi teſtes di-
2 cant ita ſolitum eſſe percipi. Et differentia † ab illis, qui percipi potuerunt, conſiſtit, quando clarè conſtaret non fuiſſe perceptos, alioquin probando, quòd conſueuerunt percipi, præſumitur & eum percepiſſe, alioqui difficillima eſ ſet probatio fructuum perceptorum longo tē-
3 pore. vide tamen Bal. † in l. 1. C. de fruct. & lit. expen. Cui reſpōdebatur, quòd procedit, quā-
tum

tum ad hoc, vt debeat conſtare verè de perceptione; ſed ſi dubiteur de quantitate, tunc ſufficit probare à conſuetis.

EPITOME.

Declaratoria non debet facere mẽtionem fructuum perceptorum poſt ſententiam, quæ tranſiuit in rem iudicatam. Idemque eſt quoad expenſas.

SVMMA.

1 *Fructuum perceptorum poſt ſententiam, quæ tranſiuit in iudicatum, an fieri debeat mentio in declaratoria?*

128. DECISIO. XXIII.

1 FRuctuum † poſt ſententiã, quæ tranſiuit in rem iudicatam, perceptorum non debet fieri mentio in declaratoria. Idem de expenſis, quę tantùm debent conſiderari, quatenus erat condemnatus, & etiam in dicta declaratoria.

EPITOME.

SVcceſſor in beneficio ad effectum, vt per titulum ab inteſtato debeãt illi tamquam debiti eccleſiæ reſtitui fructus à tertio inuaſore, is eſt, qui, reperitur in poſſeſsione beneficij, licèt nondum eſſet diſcuſſum de iure ſuo.

SVMMAE.

1 *Succeſſor in beneficio quoad hunc effectum quis dicatur? & ratio num. 3.*
2 *Deciſ. Rotæ 541. in ant. canonizatur.*
4 *Fructus debiti eccleſiæ ſunt tradendi ei, cui adminiſtratio, rerumq. eccleſiæ poſſeßio auctore prætore, conceditur.*

129. DECISIO. XXIV.

1 SVcceſſorẽ † in beneficio, quo ad hoc, vt per titulum ab inteſtato debeant illi tanquam debiti eccleſiæ reſtitui fructus à tertio inuaſore, licèt etiam ille prætenderet ius competere in beneficio, tenuerunt Domini in vna Cartaginen. coram d. Ant. Aug. de anno 1548. eſſe illũ, qui eſſet in poſſeſſione beneficij, licèt nondũ eſſet diſcuſſum de iure eius. per not. ab Innocent. in c. ex tranſmiſſa. de electio. verſ. ſi verò. & in c. nihil. col. 2. verſ. ſi autem ſit. eod. tit. Et ab eodẽ in c. conſtitutus. col. 3. verſ. illud autem non ſufficeret, de appell. quæ tenebant ve-
2 ram † deciſionem cõtra Collectorem ibi deciſ. 541. in antiq. Et allegabatur etiam conſ. Cardi-
3 nal. 110. Et conſiderabatur ratio, † quia adminiſtratio illorum fructuum debebat eſſe poſſeſſo-
4 ris. Fructus † enim, qui debentur eccleſiæ, debent tradi ei, cui adminiſtratio, rerumque eccleſiæ poſſeſſio, auctore prætore, conceditur.

EPITOME.

SVbrogatus in omni iure, & ad omne ius, quod alteri competebat, non cenſetur ſubrogatus quoad actionem ſpolij, ſeu ad interdictum, vnde vi, niſi ſaltem in narratiua fieret mentio de ſpolio.

SVMMAE.

1 *Subrogatus quoad omne ius, quod alteri competebat, an cenſeatur ſubrogatus quoad actionem ſpolij, declara, pro ut num. 2.*

130. DECISIO. XXV.

DIE 1. Decembris 1542. in vna Caurien. parochialis delas Maidas corã d. Aquẽ.
1 fuit dictum, quòd ſubrogatus † in omni iure, & ad omne ius, quod alteri competebat, non cenſeretur eſſe ſubrogatus quoad actionem ſpolij, ſeu ad interdictũ vnde vi, niſi ſaltem in narratiua fieret mẽtio de ſpolio, per deciſ. Aegid. 351. Et dictum fuit, quòd aliàs ita tentum fuerat coram Marſicano pro Alphonſo Diaz.
2 Declara † tamen hæc omnia ex traditis per Sarnen. q. 11. de trien. & q. 9. de ſubrog. litig.

DE DOLO, ET CONTVMACIA.

EPITOME.

COntumax verus, ad hoc vt ſententia ſit valida, & mereatur executionem, dicitur is, quis citatus perſonaliter, conſtituit procuratorem, qui procurator ſubſtituit aliũ, quo procuratore ſubſtituto recedente docto de abſentia, proceſſum fuit per contradictas.

SVMMAE.

1 *Contumax verus quis dicatur?*
2 *Bonifac. de Vitalin. in clem. ſi quando. num. 47. de dol. & cont. reprobatur.*

131. DE-

131. DECISIO. I.

COntumacē verum licèt durum videretur,
in vna Leodien.canonicatus coram domi
no Roſanen. domini eſse voluerunt eum, qui
1 citatus † perſonaliter conſtituit procuratorem,
qui procurator ſubſtituit alium, quo procura-
rore ſubſtituto recedente, docto de abſentia,
proceſsū fuit per contradictas, ad hoc vt ſen-
tentia ſit valida, & mittenda ſit executioni. Et
2 dixerunt ſæpius † reprobatam fuiſse doctrinā
Boniſac.de Vital. in Clement. ſi quando.num.
47.de dol. & cont.

Et alias doctrinas allegatas de negligentia procuratoris quoad alios effectus procedere dixerunt aſserentes aliàs ſemper ita ſeruatum eſse.

EPITOME.

ABſolutus à condemnatione in contumaciam illata, & incurſu in pœnas etiam comminatæ priuationis in monitorio contentas, debet recuperare ſuum beneficium.

SVMMAE.

1 *Abſolutus à condemnatione priuationis in contumaciam lata debet recuperare ſuum beneficium.*
2 *Sententia continens quem incidiſse in pœnas priuationis, non bene priuat.*
3 *Declaratione facta aliquem incidiſſe in pœnas contentas in monitorio cancellari deberet illa pœna priuationis.*

132. DECISIO. II.

1 ABſolutus fuit quidam, qui † propter con-
tumaciam fuerat condemnatus in incidiſ
ſe in pœnas in monitorio cōtentas, & id in mo
nitorio erat comminata pœna priuationis: et
poſt ſententiam condemnatoriā impetratum
fuerat beneficium.

Dixerunt Domini in vna Barchinonen. co-
ram domino Nouato de anno 1548. quòd ta-
lis abſolutus debebat recuperare ſuum bene-
2 ficium. Tum quia ſententia † continens quem
incidiſse in pœnam priuationis, non bene pri-
uat, vt per Felin. in c.inquiſitionis.num. 2. de
accuſat. & Biſignet. deciſ. vltim. de re iudicat.
Item quia talis abſolutio declarauerat omnia
eſse nulla.

Dixerunt etiam Domini eſse multùm aduer
3 tendum, quòd licèt † quandoque declaremus
aliquem incidiſse in pœnas contentas in moni
torio, deberemus tamen cancellare illam pœ-
nam priuationis.

EPITOME.

CItatio de pupillo etiam ſine tutore quantùm ad effectum regulæ de triennali, vt deſinat eſſe pacificus, valet, & tenet.

SVMMAE.

1 *Citatio de pupillo etiam ſine tutore, interdum valet, & quare? num. 2.*
3 *Pupillus ſine tutore validè citatus in caſu damni infecti.*
4 *Minor citatus ſine curatore, ad conſtituendum eum in mala fide.*
5 *Citatio, vel interpellatio, quando fit ex cauſa neceſſaria reſpectu citantis, & ad eius ius conſeruandum, poteſt fieri contra pupillos, ſine auctoritate tutoris.*
6 *Pupillus prope 13. annum eſt doli capax.*
7 *Citatio pupilli ſine tutore, generatim eſt nulla ex communiori.*

133. DECISIO. III.

1 CItatio de pupillo † etiam ſine tutore quā-
tum ad effectum regulæ triennalis, vt deſi
nat eſse pacificus, valet, & tenet. Et ita firmauit
maior pars Dominorum in vna Segobien. ar-
chipresbyteratus, coram domino Anto. Aug.
2 de anno 1548. quia † pupillus quodammodo
agit de lucro, & non requiritur contumacia, &
ſic non ſumus in caſu. l. contra pupillum. ff. de
re iudic.

Pro qua deciſione ego adducebam id, quod
dicit ibi Alex. in prin. in caſu damni infecti, vbi
3 voluit etiam Alex. pupillum † ſine tutore cita-
ri poſse. Item Socin. in l. 1. §. item acquirimus.
4 de acquir. poſseſs. vbi dicit, quòd ad † conſti-
tuendum in mala fide minor citatur. Itē quod
dicit Salycet. in repetit. l. ſi ex legati cauſa. 2.
5 col. de verb. oblig. quòd quando citatio, † vel
interpellatio fit ex cauſa neceſsaria reſpectu
citantis, & ad eius ius conſeruandum, poteſt
etiam fieri contra pupillos ſine auctoritate tu-
toris. argum. tex. in l. ſi dictum. §. pupillo. ff. de
euictio. Ad quod bene facit, quod tradit Bar-
bat. in addit. ad Bar. in l. 1. §. ſufficit. ff. de ad-
miniſtr. tut. dum facit differētiam inter magnū
præiudicium, & paruum, inter primam citatio-
nem, & ſecundam.

Conſiderabam etiam, quòd iſte pupillus ha
beret beneficium, & eſſet prope 13. annum,
6 ideo † non poteſt negari, quin ſit doli capax,
quo caſu ſumus in doctrina Iaſ. poſt Angel. in
l. neque. ff. de in ius voc.

Veruntamen eſt, quòd generaliter in pupil-
lo verior videtur opinio, & communior, quòd
7 citatio † de ipſo ſine tutore nulla, vt tradunt
Areti.poſt alios in l.ſi ex legati cauſa. ff.de ver.
oblig. Paul.de Caſtr.in l.2.idem Paul. Imol. &
Alex.in d.l.contra pupillum. Alex. & Iaſ. vbi
etiam Angel.in l.neq.tutores.de in ius voc.

EPITOME.

Citationis defectus eſt inſanabilis per commiſsionem in citatione deuolutiua dumtaxat.

SVMMA.

1 *Citationis defectus quando dicatur inſanabilis per commiſſionem?*

134. DECISIO. IV.

1 Citationis defectus, † qui eſt inſanabilis per commiſſionem, fuit declaratus in citatione deuolutiua tantùm, referendo Domini de anno 1548. quòd aliàs ita fuerat tentum, & tunc non fuit diſputatum aliter.

EPITOME.

Citatio per proclama eſt neceſſaria, ad hoc vt ſententia præiudicet illi, de cuius intereſſe ſecundariò agitur.

SVMMAE.

1 *Citatio per proclama eſt neceſſaria in hoc caſu.*
2 *Scientia ſola quando ſufficiat, & æquipolleat citationi per proclama? & num.3.*
4 *Remiſſoria ad probãdam ſcientiã minoris quãdo denegatur.*

135. DECISIO. V.

1 Citationem † per proclama neceſſariam eſſe,
ad hoc vt ſententia præiudicet illi, de
cuius intereſſe ſecundariò agitur, iux. doctrinã
Alex.in l.de vnoquoque.ff. de re iudic. quã ſe-
cuta eſt Rota in vna Nouarien.tenuerunt Do-
mini coram domino Roſſanen.de anno 1549.
2 Et licèt credant, quòd in caſu illo ſcientia †
ſola ſufficiat, & æquipolleat citationi per pro-
clama, iux.dictum Alex.in l.ſępe. nu. 82. de re
iud.& Aegid.conſ.3.& latè Pariſ.conſ.28.vol.
3 1. tamen intellexerunt † Domini procedere
in ſcientia maioris, non autem pupilli, quæ nõ
æquipollet citationi per proclama, per quam
vicini coniuncti, & alij, qui pupillum defende-
re tenentur, ſciunt cauſam agi etiam contra ip-
4 ſos, & ideo fuit † denegata remiſſoria ad pro-
bandam ſcientiam minoris, imò etiam ad pro-
bandam ſcientiam pupilli ſpecialiter citati; cũ
tamẽ citationis contra ipſum nullam notitiam
habere potuerint coniuncti, & alij, qui eum de-
fendere tenentur.

Dubitatum tamen fuit in eadem, an citatio per proclama afficeret minorem, maximè ad effectum ſententiæ? & fuit dictum, vt aliàs proponeretur.

EPITOME.

Citatio per proclama alioqui neceſſaria, vt alicui in intereſſe ſecundariò præiudicet, non ſufficit contra minorem, & quare?

SVMMAE.

1 *Citatio per proclama non ſufficit contra minorem, vt præiudicet in intereſſe ſecundariò, ratio num.2.*
2 *Proclama idem operatur, quod citatio particularis.*
3 *Citatio peculiaris in minore ad effectum ſententiæ, requirit aliquid poſt ſe, hoc eſt deputationem curatoris.*

136. DECISIO. VI.

1 Citationem per proclama † neceſſariam, ad
hoc vt alicui in intereſſe ſecundariò præ-
iudicetur, vt in pręcedenti deciſione noluerũt,
vt ibi dixi, poſtquam ſæpius cauſa eſſet propo-
2 ſita, ſufficere contra minorem: quia † idẽ, quod
operatur citatio particularis, idem debet ope-
rari proclama: ſed quando in maiore ſola cita-
tio ſpecialis ſufficit, ita & proclama quando ſe-
3 cundariò. At in minore † citatio ſpecialis ad ef
fectum ſententiæ requiritur aliquid poſt ſe, id-
eſt deputationem curatoris, ideo etiam pro-
clama ſolùm non debet ſufficere.

EPITOME.

Citatio præſumpta ſcilicet ex miſſione procuratoris, vel eiuſdem comparitione, non habet locum primò in pœna cenſurarum, ſecundò in actu, ex quo neceſſariò infertur ſcientia.

SVMMAE.

1 *Citatio præſumpta inducitur, vel quando quis mittit procuratorem, vel eius procurator comparet.*

Contu-

Digitized by Google

2 *Contumacia præſumpta non ſufficit ad pœnam cenſurarum.*
3 *Citatio præſumpta non ſufficit in acta, ex quo neceſſariò infertur talis ſcientia, prout quando eſſet conſtitutus procurator poſt citationem in illa cauſa, & aliquid feciſſet, ſecus in caſu, de quo hic.*

137. DECISIO. VII.

1 CItationem † præſumptam ex eo, quia quis
mittat procuratorem, vel compareat pro-
curator. ad deciſ. 271. aliàs 11. & 402. ſeu 17. de
dol. & contum. in nou. & Aegid. deciſ. 364. &
539. cum traditis per Sarnen. in reg. de annal.
q. 65. & 76. limitarunt Domini dupliciter in
vna Barchinonen. coram D. Nouato de anno
1548.
Primo in pœna † cenſurarum, in qua non
2 ſufficit præſumpta cõtumacia. ad deciſ. Caſſad.
12. in fin. de reſcrip. vide tamen Felin. in c. cum
contingat. num. 9. de reſcr. qui videtur face-
re differentias inter cenſuras, & priuationem.
3 Secundo in actu, † ex quo neceſſario infertur
talis ſcientia, vt quando eſſet conſtitutus pro-
curator poſt citationem in illa cauſa, & aliquid
feciſſet, ſecus ſi procurator ante conſtitutus ge
neraliter fortè aliunde habens notitiam, feciſ-
ſet aliquem actum. Felin. in d. c. cũ contingat.
qui loquitur, quãdo citatus miſit procuratorẽ.

EPITOME.

SEntentiam contra hæredem exequi non poſſe contra legatarium intelligitur, quando vel legatarius, vel tertius, dum lis agebatur, erant in poſſeſsione rei, ſuper qua litigabatur.

SVMMAE.

1 *Sententia lata contra hæredem, an & quando exequi poſſit contra legatarium? & num. 2.*
3 *Sententia lata contra debitorem, vel hæredem, an præiudicet in validitate legati, vel crediti, legatario, vel creditori?*
4 *Citari ſemper debere illum, de cuius intereſſe ſecundariò agitur, eſt maximus rigor. nam doctores dicant valere hoc caſu ſententiam, ſed tertio eam non præiudicare.*

138. DECISIO. VIII.

QVòd fuit ſupra dictum citationem non eſ-
ſe neceſſariam, niſi per proclama in his,
de quorum præiudicio ſecundariò ageretur, &
1 propterea Domini voluerunt ſententiam † cõ
tra hæredem non poſſe exequi contra legata-
2 rium; fuit tamen dictum illud † procedere,
quando vel legatarius, vel tertius, dum lis age-
batur, eſſet in poſſeſſione rei, ſuper qua litiga-
batur: quòd ſi hæres etiam tempore tertiæ ſen
tentię, vel eius ſententię, quæ tranſiſset in rem
iudicatam, fuiſset in poſſeſsione, & demum tẽ-
pore executionis alius repertretur, ego inclina
bam, & Domini non repugnabant, licèt nihil
fuiſset deciſum, quãdo ex alio capite cauſa re-
ſolueretur, quòd poſset fieri executio contra
legatarium. Et primo, quia doctrina tam Alex.
in l. de vnoquoque. de rei iudic. quàm Iaſ. in l.
decem. de verb. oblig. & Capic. deciſ. 107. ſem
per videntur loqui, quando ille tertius vel eſ-
ſet in poſſeſſione, vel dicunt ſententiam quidẽ
valere, ſed illi tertio non citato non præiudica
re reſpectu iuris, quod tũc habebat, quando li
3 tigabatur. Et propterea licèt † in validitate le-
gati, vel crediti non præiudicetur creditori, vel
legatario per ſententiã latam cõtra debitorẽ,
vel hęredem tam reſpectu poſſeſſionis, quam
nec creditor, nec legatarius habebant, quibus
nõ poterat plenè pręiudicare: & maximè quia
non videbamus, quare poſt tres ſententias le-
gatarius deberet habere poſſeſſionem: & quia
quodãmodo victor ſuccedebat loco hæredis,
& propterea equius erat, quòd ipſe haberet
poſſeſsionem, & quod legatarius, vel creditor
peteret, eo magis, quia ſi eſset facta executio
contra hæredem, non poſset reuocari à legata-
rio: & quia eſset in poteſtate hęredis, vel debi-
toris eludere ſententias, dando poſſeſſionem
creditori, vel legatario, & ſecundùm hæc
mitigatur ille maximus rigor, qui videbatur
4 eſse in illa deciſione facta, quòd deberet †
ſemper citari ſaltem per proclama is, de cuius
intereſse ſecundariò ageretur: quia Doctores
dicunt valere ſententiam, ſed non pręiudicare
tertio, quod eſt iuſtiſsimum. Ideo ſemper diffi-
cultas erit in iudicando, in quo conſiſtat præ-
iudicium.

EPITOME.

CItatio non arctat, neque deuoluit, niſi vel legatur, vel ſaltem eius exemplum etiam non petenti offeratur. modo hic præſcripto.

SVMMAE.

1 *Citatio eſt legenda, vel ſaltem eius exemplum etiam non petenti eſt offerendum, vt arctet.*
2 *Citationis primę exemplum eſt dandum expenſis citantis, aliæ verò citationes debent, vel legi, vel earum exem-*

plum offerri expenſis citati,alioqui non arctant, neque deuoluunt.

139. DECISIO. IX.

1 Citatio † non arctat citatum, niſi vel legatur, vel ſaltem eius copia etiam non pe
2 tenti offeratur. Et in prima † citatione intelligitur expenſis citantis; in alijs verò citationibus poſt primã debet vellegi, vel offerri copia expenſis tamen citati:alioqui vltra quòd non arctat citatio; cauſa non diceretur deuoluta. Et ita referebant Domini ſępius ſuiſſe concluſum in alijs cauſis in vna Giennen. cantoriæ coram domino Archiepiſcopo Roſſanen. de anno 1549.

EPITOME.

Citatorium debere continere inſertam commiſsionem non eſt de iure deciſum, ſed in hoc eſt magis communis opinio Doctorum,quę poteſt variari ſpacio decem annorum.

SVMMAE.

1 *Citatio prima, quòd debeat continere inſertam commiſsionem,eſt magis communis,quamuis id non ſit de iure deciſum.*
2 *Communis Doctorum opinio poteſt variari.*
3 *Conſuetudo interpretatiua poteſt induci per 10. annos in aliquo loco,quòd commiſsio non inſeratur in prima citatione.*
4 *Conſuetudo poteſt certo in caſu interpretari communem opinionem Doctorum.*

140. DECISIO. X.

1 Citatorium† continere inſertam commiſſionem ſecundùm opinionem magis commu nem in c. cum in iure.de offic.deleg. quia non eſt in iure deciſum, ſed eſt communis opinio,
2 quæ † poteſt variari, voluerunt Domini in vna Cæſarauguſtana de Helanibus coram Fa-
3 bio, quòd poſſet † in aliquo loco,introduci per 10.annos: quia non eſt cõtra ius, ſed eſt magis interpretatiuè. iux. l. ſi de interpreta-
4 tione. ff. de leg. quia poteſt conſuetudo † interpretari in certo caſu communem Doctorum opinionem.

EPITOME.

Citatio eſt bona,ſi notarius dixit ſe legiſſe,non aliter dato,nec petito exemplo,

SVMMA.

1 *Citatio lecta per notarium,non aliter data,nec petita illius copia, eſt bona.*

141. DECISIO. XI.

1 Citatio, †quam dixit notarius ſe legiſſe,non aliter data,ne petita copia, tenuerunt Domini,quòd eſſet bona coram me in vna Syluana de anno 1549.

EPITOME.

Citatio publicata,& affixa ex relatione notarij eſt bona.

SVMMA.

1 *Citatio,quam notarius aſſerit ſe publicaſſe,& affixiſſe, eſt bona.*

142. DECISIO. XII.

1 Citatio,† quam notarius aſſerit ſe publicaſſe,& affixiſſe,tenuerunt Domini,quòd eſſet bona coram me in vna Aſtoricen. Canonicatus,& pręben. de anno 1549.

EPITOME.

Citatio noua requiritur, ſi appellatus nõ aliter producto proceſſu appellationis, & nullitatis, qui pendebat,obtinet committi cauſam negocij principalis, cum narratiua, quòd ſua non intereſt ſaluare ſententias de partibus.

SVMMA.

1 *Citatio noua quando requiratur?*

143. DECISIO. XIII.

1 Citatio noua† requiritur,quando erat primo cõmiſſa cauſa appellationis, & nullitatis, abſque commiſſione negocij principalis, cuius vigore erat emanata citatio, & ſeruati termini per contradictas, ſi poſtea pars appellata, non aliter producto proceſſu appellationis obtineat committi cauſam negocij principalis cum narratiua,quòd ſua non intereſt ſaluare ſententias de partibus, & ideo non curat eam proferre, & niſi vigore huius nouæ commiſſionis de nouo pars citetur, ſentẽtia eſſet nulla, prout re

nuerunt

Digitized by Google

nuerunt Dominū in vna Syluan.matrimonij coram me de anno 1549.

EPITOME.

Citatio tantùm affixa,& non lecta, non dicitur bene executa, quando forma citationis diceret, affigendã,publicandam,& exequendam.

SVMMAE.

1 *Citatio non dicitur bene executa, ſi fuit tantùm affixa, & nõ lecta, ſi eius forma mãdaret, quòd etiã publicaretur.*
2 *Citatio malè executa, poteſt de nouo exequi.*

144. DECISIO. XIV.

1 Citationem † non bene eſſe executam voluerunt Domini, ſi tantùm affixa fuiſſet,& nõ lecta, quando forma citationis eſſet data per hęc tria videlicet, affigendam, publicandam,& exequendam: quia tunc non eramus propriè in terminis antiquorum, & verior videbatur decif.4.hoc tit. Caſſad. ita fuit per Dominos tentum coram me in vna Auſculana. Et ideo feci
2 de † nouo exequi citationem in valuis eccleſię parochialis, licèt eſſet bene executa in eccleſia cathedrali,& in vrbe.

EPITOME.

Citatio ob non tutum acceſſum ad ciuitatem Beneuentanam, ſufficit,quòd ſit facta in ciuitate Veliterna.

SVMMAE.

1 *Citationis executio facta ob non tutum acceſſum ad ciuitatem Beneuentanam, ſat eſt, vt fuerit facta ad ciuitatẽ Veliternam.*
2 *Citatio ob non tutum acceſſum, ſat eſt, vt fiat in loco vicino, licèt non in viciniori.*

145. DECISIO. XV.

Citationis executionem propter nõ tutum acceſſum ad ciuitatem Beneuentanã factã in ciuitate Veliterna, tenuerũt Domini coram
1 me eſſe bonam: quia ſufficit † eſſe factam in loco vicino, licèt non in viciniori, ita intelligẽtes decif. Caſſad.6. hoc eod.tit.

EPITOME.

1 Citatio, quamuis nulla ſanatur, ſi procurator generalis etiam longè ante conſtitutus comparuiſſet cum certis proteſtationibus.

SVMMAE.

1 *Citationis nullitas quando non curetur?*
2 *Iudicium poteſt inchoari à procuratore generali.*

146. DECISIO. XVI.

1 Citatio † licèt fortè eſſet nulla, voluerunt tamen Domini valere iudicium coram me in vna Placentina abbatiæ, ſi procurator generalis etiam longè ante conſtitutus comparuiſ-
2 ſet cum ceris proteſtationibus: quia à † procuratore generali poteſt inchoari iudicium, vt per Caſſad. decif.1.de dilat.

EPITOME.

Citatio ad domum tantùm facta valet, quando notarius in citatione omiſit eam fieri etiam debere in parochiali.

SVMMAE.

1 *Citatio ad domum tantùm quando valeat.*
2 *Citationem fieri in domo citandi, ſi eius perſona non reperitur, eſt de iure.*
3 *Clem. cauſam. de electio. procedit ſolùm in beneficialibus.*

147. DECISIO. XVII.

1 Citationem † pro bona habuerunt Domini in vna Peruſin. coram Archiepiſc. Baren. quę erat facta ad domum tantùm: quia in decreto notarius ſcripſerat, quòd ſi non in perſoña, ad domum habitationis, non addito in pa-
2 rochiali: quia vltra † quòd eſt de iure. ad Bar. in l. 4. §. prætor ait. de dam. inf. fortè id ſer-
3 uant, tenentes, quòd clem. † cauſam procedat in beneficialibus,& iſta cauſa erat profana.

EPITOME.

Citatio eſt bona, ſi nuncius retulit ſe citaſſe perſonaliter, & quia citatus petijt exemplum, quod nũcius ſecum non habebat, fecit fidem ſe illud tranſmiſiſſe cuidam eius amico, qui reſpondit illud citato conſignaſſe, & habuiſſe ab eo quatuor iulios.

SVM-

Digitized by Google

SVMMAE.

1 *Citatio eſt bona facta perſonaliter, etiam non dato eius exẽplo petito, dummodo concurrant hic narrata, & quare. num. 2.*
3 *Expenſa etiam modica quid operetur?*

148. DECISIO. XVIII.

CItatio fuit iudicata bene executa in vna Pa
1 cen. coram Puteo, in qua nuncius † dicebat ſe citaſſe perſonaliter, & quia citatus petierat copiam, quam nuncins ſecum nõ babebat. fecit fidem ſe tranſmiſiſse cuidam amico, qui reſpondit ſe dediſſe illam copiam citato, qui pro illa ei dedit quatuor iulios, quos tranſmit-
2 tebat. quia † vltra cognitionem citationis, quã
3 habuerat citatus, aderat etiam illa † expenſa, licèt modica. ad notat. in l. cum ſeruus. de verb. obligat.

EPITOME.

CItatio decreta in parochiali, ſuper qua litigabatur, & in parochiali viciniori, ſi in loco parochiali eſt executa in cathedrali, eſt bona?

SVMMA.

1 *Citatio executa in cathedrali eſt bona, quamuis decretum diceret exequendam eſſe in parochiali, ſuper qua litigabatur, & in parochiali viciniori. & quid ſi conſtaret de intruſione in parochiali tempore citationis? num. 2.*

149. DECISIO. XIX.

1 CItationem, quæ † decreta erat in parochiali, ſuper qua litigabatur, & in parochiali viciniori inclinabant Domini eſſe bonam, ſi loco parochialis vicinioris eſſet executa in cathedrali: quia videbatur pinguius impleta, & quia habetur loco domicilij, & quodammodo ſeruata eſt forma iuris, prout declarat ferè in terminis Rota deciſ. 82. aliàs 10. de appellat. in nou. & eſt de mente tex. in clement. cauſam. de electio. & gloſ. in clement. 1. de iudic.

Dicebant tamen aduertendum eſse, an con-
2 ſtaret de intruſione † in parochiali tempore citationis, quia aliàs citatio non potuiſſet veniſſe ad ſui notitiam. Et ita tenuerunt Domini in vna Tholetan. coram Capizucco.

VT LITE PENDENTE.

EPITOME.

LIS prout non dicitur finita per ſententiam, donec non fuerit etiam tradita poſſeſsio, ita nec per ceſsionem adhuc ad impediendum curſum regulæ triennalis.

SVMMAE.

1 *Lis dicitur finita, quando etiam poſſeſsio eſt tradita.*
2 *Ceſsio non extinguit litem, niſi ſecuta poſſeſsione etiam ad impediendum curſum triennalis.*

150. DECISIO. I.

1 LIs † ſicut non dicitur finita per ſententiam, donec ſecuta non fuerit poſſeſſio; ita nec
2 per † ceſſionem, niſi ſecuta poſſeſſione, etiam ad impediendum curſum regulæ triennalis. & ita tenuerunt Domini in vna Gerunden. beneficij coram d. Reomano de anno 1548. iux. dictum Io. Fabr. in l. 2. C. de litig. quod etiam ſæpius aliàs tenuerunt.

EPITOME.

LIS dicitur legitimè introducta, tertio veniẽte ad cauſam vigore cõmiſsionis cõtra intereſſe putãtes.

SVMMA.

1 *Lis quando dicatur legitimè introducta à tertio veniente ad cauſam?*

151. DECISIO. II.

1 LItem † introductam legitimè dixerunt tertio veniente ad cauſam, ſtante cõmiſſione contra intereſſe putantes in vna Hyſpalen. coram d. Fabio de anno 1548.

EPITOME.

LIS cenſetur extincta per deſertionem etiam ſpatio decem annorum, ſi ex actis conſtet de non iure ad effectum, vt ordinarius valeat illud beneficium conferre tamquam non litigioſum.

SVM-

S V M M Æ.

1 *Lis cenſetur extincta per deſertionem.*
2 *Decem anni ſufficiunt, quòd quis non ſit proſecutus litem, ad effectum vt ordinarius poßit illud beneficium conferre vti litigioſum.*

152. DECISIO. III.

DEciſiones Caſſad. 5. vt lit. pend. & 7. de do
1 lo, & cont. quòd lis † cēſeatur extincta per
deſertionem, ampliarunt Domini in vna Palē-
tina capellaniæ coram domino Proſpero, &
in alia Iſpalen. canonicatus coram d. Fabio,
2 vt † ſufficiant decem anni, quibus quis non ſit
proſecutus litem, & ex actis conſtet de non iu-
re, adhoc vt ordinarius poſſit conferre illud be
neficium tamquam non litigioſum. Et ita intel
ligebant deciſ. 2. Biſig. de rerum. permut. ratio
eſt, quia præſumitur dereliquiſſe litem cōſcius
de non iure. vide infra deciſ. 7.

EPITOME.

LIS dicitur eſſe cum particulari de capitulo prouiſo, ſi intimatio collationis factę per executorem, qui contulerat beneficium, eſſet facta capitulo, in quo fuiſſet præſens is, qui fuerat prouiſus à capitulo de beneficio, ſi capitulum appellaret ab illa collatione executoris.

S V M M Æ.

1 *Lis inter capitulum cum alio non dicitur ſingularium perſonarum de capitulo, fallit, prout num. 2.*
3 *Coniunctio inter particularem, & capitulum interdum conſideratur.*
4 *Conſentire quando dicatur præſens, & tacens, præſertim in capitulo exiſtens?*
5 *Intereſſe tacentis, cuius principaliter agitur, conſideratur.*
6 *Poſſeßionis petitio eſt facti, & debet dari à ſingulis, non ab vniuerſis de capitulo.*
7 *Actus captura poſſeſsionis in capitulo tangit omnes, & ſingulos de capitulo propter inobedientiam.*

153. DECISIO. IV.

1 LIs † inter capitulum cum alio quamuis nō
dicatur ſingularium perſonarum de capitu
lo, vt per Corne. conſ. 293. lib. 2. & allegabatur
2 Socin. conſ. 95. in 3. vol. tamen, ſi intimatio †
collationis factæ per executorem, qui contule-
rat beneficium, eſſet facta capitulo, in quo eſſet
præſens is, qui fuerat prouiſus à capitulo de
beneficio, & capitulum appellaret ab illa col-
latione executoris, inclinarunt Domini in vna
Palentina canonicatus coram D. Reomano de
anno 1548. quòd etiā diceretur lis cum parti-
culari illo prouiſo.
3 Et primo ratione cōiunctionis, † quę eſt inter
4 illam particularem perſonam, & capitulū, quę †
erat præſens, & tacens, quæ propterea videba
tur conſentire, vt per Iaſ. in l. quæ dotis. num.
72. ſolut. matrim. & particulariter in eo, qui eſt
in capitulo. Abb. in c. I. 2. de his quæ fiūt à prę l.
5 Item quia principaliter † agebatur de inter-
eſſe eius, quo caſu intrant dicta per Socin. cōſ.
111. lib. 3. & Pariſ. conſ. 76. lib. 4.
Conſiderabam etiam ego, quòd iſte actus
erat de ſpectantibus ad ſingulos, quia collatio-
ne pręcedēte, & prouiſione facta de beneficio,
ſi petatur tantùm executio poſſeſſionis à capi-
6 tulo, quia † eſt facti, ideo debet fieri à ſingulis,
non vt vniuerſis, vt per Felin. in c. eam te. verſ.
mandatum. num. 13. de reſcrip. & per eundem
in c. cum omnes. num. 27. de conſtit.
7 Allegabatur etiam, quòd iſte † actus tangit
omnes, vt ſingulos propter inobedientiam, vt
per Franc. in c. Romana. §. vniuerſitatem. de
ſent. excom. lib. 6. & eo magis, quia intimatio
erat facta omnibus, vt ſingulis.

EPITOME.

LIS numquid dicatur taliter eſſe ſuper beneficio, vt ſit locus regulæ de ſubrogando? hic traditur.

S V M M Æ.

1 *Lis quando dicatur eſſe taliter ſuper beneficio, vt ſit locus regulæ de ſubrogando?*
2 *Executionis petitio quando videtur quodammodo concernere petitorium?*
3 *Domic. in c. 2. num 6. vt lit. pend. in 6. declaratur.*
4 *Executor cum clauſula, amoto quolibet detentore, habet cognoſcere de colore tituli.*

154. DECISIO. V.

1 IN eadem dubitabatur, nunquid † diceretur
eſſe lis taliter ſuper beneficio, vt eſſet locus
regulæ de ſubrogando. & nihil fuit reſolutum.
Tamen videbatur, quando iam præceſſerat col
2 latio, quia † tunc petitio executionis concer-
nebat quodammodo petitorium, quòd vide-
tur de mente Dominorum in deciſ. 56. in ad-
dit. in nou. & ſentit Bal. in l. 1. C. com. diuid. per

quæ

3 quæ † reſpondebatur ad doctrinam Dominici
in c.2. num.6. vt lit. pend. in 6. quia loquitur,
quando peteretur etiam collatio beneficij. Fa-
4 ciebat, quia † executor cum clauſula, amoto
quolibet detentore, habet cognoſcere de colo
re tituli, vt per Abb. in c. de cætero. vbi Felin.
col.3. verſ. ad illud. de re iudic. & Sthaphil. fol.
98. de lit. grat. & iuſt.

EPITOME.

LIS pendere non dicitur ſuper iu
re percipiēdi fructus propria au-
ctoritate, lite pendente ſuper be-
neficio, & iure regrediendi propter reſi-
gnationem, vel aliam ſimilem cauſam,
& ideo talis non attentat.

SVMMAE.

1 *Lite pendente ſuper beneficio, & iure regrediendi, non di-
citur pendere lis ſuper iure percipiendi fructus propria
auctoritate, idcirco talis percipiens non attentat. nu. 4.*
2 *Ius formale diſtans à poſſeſsione, & proprietate, quod di-
catur?*
3 *Fructuum perceptionem eſſe partē, quo pacto intelligatur.*

155. DECISIO. VI.

LITE pendente ſuper beneficio, & iure re
grediendi propter reſignationem, vel aliā
1 ſimilem cauſam, non † dicitur pendere lis ſuper
iure percipiendi fructus propria auctoritate:
2 quia † illud eſt ius formale, quod diſtat à poſſeſ
ſione, & proprietate, iux. l. permiſceri. de ac-
quir. poſſeſſ. & l. vſusfructus. ſolut. matrimon.
Et quod dicebatur ex aduerſo, quòd perce-
3 ptio † fructuum eſt pars, ad not. in l. qui vſum-
fructum. de verborum obligat. procedit in per-
ceptione formali, & non cauſali. facit deciſ. 141.
aliàs 1. de iur. patron. in nou. & alio argu. deciſ.
193. etiam in nou. Et ideo in vna Corduben.
penſionis coram d. Fabio fuit tentum penden-
4 te † lite ſuper dicto iure regrediendi, & benefi-
cio, quem non attentaſſe propria auctoritate
percipiendo fructus.

EPITOME.

DE .iſ. Caſſad. 5. vt lite pendente,
declaratur procedere, quando
nihil eſſet actum per longum
tempus, & nihil penitus conſtaret de ali
quo iure mouentis litem, vel aliquo mo
do conſtaret de calumnia ab initio.

SVMMAE.

1 *Caſſad. deciſ. 5. vt lit. pend. declaratur.*
2 *Dolus coniecturatur ex vnico actu non proſecutionis.*
3 *Inſtantia de iure canonico duratur ſaltem vſque ad 30. annos.*
4 *Negligentia nihil differt à curſu temporis.*
5 *Deſerta an cenſeatur lis, ſi hodie probetur de non iure? & tres caſus diſtinguuntur num. 7.*
6 *Biſignet. deciſ. 2. de rerum permut. declaratur.*
8 *Præſumitur animus durare etiam poſt longum tempus.*
9 *Præſumitur neminem ius ſuum derelinquere.*
10 *Præſumitur quemlibet ſcire ius ſuum durare.*

156. DECISIO. VII.

1 DECiſ. Caſſado. 5. vt lit. pendent. fuit † corā
me in vna Iſpalen. canonicatus de anno
1549. declarata procedere, quando nihil eſſet
actum per longum tempus, & nihil penitus cō-
ſtaret de aliquo iure mouētis litem, vel aliquo
modo conſtaret de calumnia ab initio: quia
2 tunc bene intrat ratio Caſſad. quòd ex † vnico
actu non proſecutionis coniecturatur dolus. l.
dolū. C. de dolo. quod etiam poſt paucos dies
Domini firmaruut in vna Zamoren. de Vilar.
27. Martij 1549.

At vbi cōſtaret de aliquo iure, & dubio pro-
babili à principio, tunc dixerunt magis ſtandū
eſſe deciſionibus antiquis, quæ volebant nullo
3 tempore finiri litem, quia inſtantia † de iure
canonico durat ſaltem vſque ad 30. annos. Et
pro iure probabili in illa cauſa habuerunt iſtas
coniecturas.

Prima quòd tacens per tantum tempus, qui
mouerat litem, habebat gratiam expectatiuam
in arce s. Angeli conceſſam. & licèt dubitare
tur, an eſſet reuocata in totū, vel in parte, quia
in bulla reuocationis videntur reuocari tantū
expectatiuę ad reſeruata, vel ad menſes ordina
riorum, & ſic in parte tantùm. iux. magis cōm.
opin. de qua per Dec. in auct. qui rem. C. de
ſac. ſanc. eccl. col. fi. ſatis, erat dubi.

Item quia ipſe litem non mouerat, ſed vene
rat ad eā moram ab alijs, & ſic non erat calum
nioſus, & inſtruxerat litem producendo accep-
tationem, & expectatiuæ proceſſum.

Conſiderabatur etiam, quòd idem habebat
gratiam nouæ prouiſionis, in cuius ventre nar-
rabatur lis aliorum, & dubitabile ius eorum, &
quòd ipſi ſe concordauerant, & ſic non fuit om
nino canonizatum eorum ius, nec ita exactè eſt

videndum

videndum de bono iure illius, ſicut ſi ageretur de canonizatione.

Conſiderabatur, etiam, quòd omnia, quę po terant facere illum credere habere dubitationem iuris ſui, erant producta, quando Ipſe venit ad cauſam, & proteſtatus fuerat nihil fieri, eo non citato, & poſt illud nihil erat factum.

Et ita tenuerunt quinque ex Dominis, & alius etiam tenuit eſſe probabile dubium, licèt ex alijs coniecturis vellet dicere litem deſertam. Alius verò volebat diſputari, an hodie conſtaret de nõ iure, quia tunc, ſi conſtaret, volebat ex retro colligere animum: tamen in veritate id eſſet recedere à dicta deciſione.

In eadem alia vice poſt multas altercationes idem tenuerunt Domini, cõſiderantes, quòd omnes coniecturę, quæ allegantur, conſi-
4 ſtunt in negligentia, quæ † nihil differt à curſu temporis, & ſic coniecturæ in ſolo curſu temporis non ſufficiunt ad negligentiam, ſecus ſi adeſſet factum aliquod poſitiuum, & notitia nõ iuris, & hoc quantum ad inducẽdam deſertionem: quia requiritur actus poſitiuus, quia eſt articulus regulatus à calumnia, vt in deciſione.
5 An autem, ſi hodie † probaretur non ius, lis habeatur pro deſerta, maxima fuit altercatio ſuper verbis Biſign. deciſ. 2. de rerum perm. & Cap. quem referunt Dominic. & Franc. in c. 1. vt lit. pen. & reſeruata diſputatione ad effectũ impediendi Ordinarium in aliud tempus, an lis ſit calũnioſa? Quoad effectum deſertionis maior pars Dominorum inclinabat, quòd etiam
6 Biſignet. † intelligeretur, quando ex poſt facto conſtaret de non iure, quia præſumitur calumnia ex retro. Et quia ab initio non poteſt conſtare de calumnia non dum factis probationibus, & hoc intelligebant, quando poſſet coniecturari vehemens opinio negligentis, iux. conſil. Petr. de Ancar. allegatum in d. deciſ. Caſſad. 7. de dolo & cõtum. At in caſu noſtro, quia vltimus actus poſitiuus fuerat proteſtatio nihil fieri niſi eo citato, & ſic illo tempore non habebat vehementem opinionem, & poſt illud tempus nihil erat factum, & ſic dato quòd hodie probaretur veritas, tamen non eſt, vbi fundemus talem vehementem opinionem.
7 Tres, † ergo erant caſus diſtinguendi. Primus, quando ab initio nõ conſtaret de iure probabili, & tunc ſolus curſus temporis facit præſumi deſertionem. Secundus caſus eſt, quando ab initio conſtat de iure probabili, & nondum conſtat de iniuſtitia illius iuris, & tunc ex curſu temporis ſolo non finitur lis, nec deſeritur. Tertius caſus eſt, quando hodie ex retro conſtaret de iniuſtitia illius iuris dubitabilis ab initio, & tunc aut ad effectum deſertionis prǽſumendæ, aut ad impediendum Ordinarium, ſeu calumniam præſumendam. Et primo caſu, ſi poteſt conſiderari aliqua coniectura poſitiua, ex qua poſſit dari vehemens opinio negligẽtis de ſua iniuſtitia, & tunc concurrente veritate, erit locus conſilio Petr. de Ancar. vt ex retro præſumamus. Aut verò non datur, niſi negligentię,
8 & curſus temporis, & tunc animus † durare etiã poſt lõgum tempus præſumitur. l. ſancimus de teſtam. per Ias. Et voluntas non mutari. l. eum
9 actum. de probat. nec quem ius † ſuum derelin
10 quere, & quemlibet ſcire † ius ſuum durare. l. ſicut. §. ſuperuacuum quib. mod. pigni. vel hypothec. ſolu. & quia etiã Milis in repertor. ver. litis pendentia, vult dari aliquas coniecturas, per quas inducatur renunciatio tacita, vel expreſſa litis. Quo verò ad impediendum Ordinarium erit alterius ſpeculationis.

EPITOME.

LIS non dicitur finita per mortem actoris, adhoc vt reus incipiat eſſe triennalis, niſi per aliquos actus conſtaret ipſum ceſsiſſe illi iudicio, vel reuocaſſe omnes ſuos procuratores.

SVMMAE.

1 Lis dicitur finita mortuo actore, intelligẽ, niſi reus proſequatur num. 2.

3 Reus mortuo actore non iudicatur pacificus iſto in caſu.

157. DECISIO. VIII.

1 MOrtuo † actore, licèt Aegid. deciſ. 156. vt etiã per Caſſad. deciſ. 1. de re iudic. dicat
2 litem eſſe finitam; tamen, quia illud † intelligitur, niſi reus proſequatur, Domini in vna Za-
3 moren. coram me de anno 1549. dixerunt nõ † dici finitam, ad hoc vt reus incipiat eſſe triennalis, niſi per aliquos actus conſtaret ipſum ceſſiſſe illi iudicio, vel reuocaſſe omnes ſuos procuratores: alioquin, cum ſit in poteſtate eius litem proſequi, vel non proſequi, non eſt iudicãdus pacificus.

EPITOME.

PRobari ſemper poteſt etiam poſt collationem Ordinarij litem eſſe

h extin-

extinctam, vel calumnioſam, vel generaliter talem, quæ non afficiat beneficium, quò minus Ordinarius diſponere poſsit.

S V M M AE.

1 *Lis extincta, vel calumnioſa, vel ſimil. ſemper probari poteſt, etiam poſt collationem Ordinarij.*
2 *Prouiſus à Papa ſicut poteſt dare de lite, ita prouiſus ab Ordinario poteſt dare de non lite.*

158. DECISIO. IX.

1 LItẽ extinctam, † vel calumnioſam, vel gene
neraliter talem, quæ non afficiat benefi-
cium, quo minus Ordinarius diſponere poſſit,
ſemper probari poſſe etiam poſt collationem
Ordinarij renuerũt Domini in d. Iſpalen. corã
2 me: quia ſicut † prouiſus à Papa, poteſt dare de
lite, ita prouiſus ab Ordinario poteſt dare de
non lite.

E P I T O M E.

LItis deſertio multùm differt à litis ceſſatione, & in quo? & quid hoc operetur?

S V M M AE.

1 *Litis deſertio ſatis multùm differt à litis ceſſatione.*
2 *Litis deſertio nocet illi, qui etiam haberet bonum ius, vel dubitabile, vt tollat effectus litis, & quando cum coniecturis, vel ſine finiatur?*
3 *Ceſſatio, vel non proſecutio inducitur etiam ſine coniecturis.*
4 *Deſertio licèt non adſit in cauſa: tamen poteſt eſſe ceſſatio per decennium.*
5 *Ceſſatio principalis quando non fuit à Rota ſaluata?*
6 *Veriſimile non eſt, quòd procurator diligentiſſimus non fecerit ſibi incumbentia.*
7 *Caſſador. deciſ. 1. vt lit. pend. obiurgatur.*

159. DECISIO. X.

1 LItis deſertio differt † multùm à litis ceſſa-
2 tione. Nam litis deſertio † nocet illi, qui
etiã haberet bonum ius, vel dubitabile, vt tol-
lat effectus litis. Et propterea ex ſolo curſu tẽ-
poris ſine coniecturis, niſi per 30. annos de iu
re canonico finitur, vt in deciſionibus allegatis
ſupra in deciſione ſeptima: vel ſi minori tempo
re, & tunc requirunt coniecturæ, prout decla-
rat Mil. in repertor. ver. lis. ſupra in d. deciſ. 7.
allegat.
3 Ceſſatio † verò, quę ſecundùm aliquos dif-
ferre in lite appellabatur. l. deſtitiſſe. de iudic.
vel non proſecutio, vt in l. non ignorat. C. de
fruct. & lit. exp. & iſta inducitur etiam ſine con
iecturis, etiam dato quòd adeſſet animus pro-
ſequẽdi, & iſta per curſum decennij offenderet
tantùm calumnioſum litigantem. Et propterea
maior pars Dominorum in d. Iſpalen. coram
4 me inclinabat, quòd licèt † deſertio non adeſ-
5 ſet; tamẽ aderat ceſſatio per decennium. Nec †
ſaluabãt Domini ab huiuſmodi ceſſatione eũ,
qui tranſmiſiſſet mandatum generale, cum eſ-
ſet in partibus, intra decennium: cum procura-
tor nec produxiſſet in actis, nec aliquid in cau-
ſa feciſſet: tũ quia principalis ante diſceſſum à
curia erat proteſtatus nihil fieri niſi eo citato,
& ſic non conſtabat de animo eius proſequen-
di, ſed tantùm expectandi, & ſic veriſimiliter
procurator ipſe debebat expectare.

Tum etiam quia aut tranſmiſerat tantùm mandatum generale, & nihil dixerat de cauſa, & tunc ceſsatio eius, & procuratoris adeſt.

Aut ſcripſerat de cauſa, quòd non proſeque
retur, & eſt ceſsare. Aut vult dicere, quòd ſcrip
ſerat de cauſa, & quòd procederetur, & tunc
6 qui dicit, probat, maximè quia † non eſt veriſi-
mile, quòd procurator diligentiſſimus aliquid
non feciſset.
7 Et ex his apparet, quòd † Caſsa. deciſ. 1. vt lit.
pend. ad declarationem clem. 1. in ver. proſe-
quatur. hoc tit. inculcat hos duos terminos, &
ſe inuoluit, dum conatur reſpõdere ad deciſio-
nes, quæ dicunt, quòd finis litis in curia eſt 30.
annorũ: quia hoc eſt, quando conſtaret de iure,
vel probabili dubio nõ proſequentis; alioquin
ad effectum calumnię, vel diffidentiæ coniectu-
randæ ex non iure, tunc ceſsatio per 10. annos
eſt in conſideratione, & deciſ. antiq. non obſt.

D E C O N F E S S I S.

E P I T O M E.

COnfeſsio mulieris, vel minoris requirens ex forma ſtatuti certas ſolemnitates, procedit in cõfeſsione ſimplici, in confeſsione autem habente aliquas præſumptiones pro ſe, non item.

S V M M AE.

1 *Confeſsio minoris, vel mulieris requirens aliquas ſolemnitates ex vi ſtatuti, quomodo procedat?*
2 *Præſumptio fragilitatis, & facilitatis tollitur per aliàs præſumptiones potentiores.*
3 *Præſumptio receptionis contra mulierem inſurgit ex teſtibus*

ſtibus

ſtibus probantibus ſegetes fuiſſe ſolutas factoribus ipſius mulieris, quæ confeſſa erat eas recepiſſe.
4 *Iudex ex varijs animi motibus ſe informat.*

160. DECISIO. I.

COnfeſſio mulieris, & minoris, quæ requirit certas ſolemnitates ex forma ſtatuti,
1 fuit declarata † in vna Romana caſalis coram domino Puteo de anno 1548. procedere in cõfeſſione ſimplici, quę non eſſet adminiculata alijs veriſimilitudinibus; ſecus autem ſi haberet aliquas prçſumptiones pro ſe. Et fuit adiunctus Modern. Tiraquel. qui omnes cumulat, in l. ſi vnquam. in ver. donatione largitus. nu. 100. de donat. int. vir. & vxor.

Pro quo ego faciebam rationem, quia prç-
2 ſumptio † fragilitatis, & facilitatis tollitur per alias præſumptiones potentiores. ad c. literas. de reſtit. ſpolia. & in l. diuus. de reſtit. in in-
3 tegr. Inter quas præſumptiones † erat, quia teſtes probabant ſegetes, quas confeſſa erat mulier recepiſſe, fuiſſe ſolutas factoribus, arg. not. per Bar. in l. ſi quis vxori §. apud labeonem. de furt. facit doctrin. Alex. in apoſtill. ad Bart. ſuper 2. lectur. tit. de excuſat. tutor. & in l. excu-
4 ſantur: quòd iudex † ex varijs animi motibus ſe informat.

EPITOME.

COnfeſſio tacita, quæ oritur ex productione inſtrumenti, non præiudicat in alio iudicio.

SVMMAE.

1 *Confeſſio reſultans ex productione inſtrumenti, dicitur tacita: & in alio iudicio non præiudicat. num. 2.*
3 *Confeſſio oriens ex impugnatione eſt tacita, & ideo ei non obſtat in alio iudicio.*
4 *Decius in l. 2. C. de eden. declaratur.*
5 *Falſam ſcripturam producens ſatis punitur, nam vltra pœnam falſi habetur pro confeſſo.*
6 *Pœnarum nimia extenſio eſt vitanda.*
7 *Teſtium dicta ſemper poſſunt impugnari, non ita in inſtrumento producto.*

161. DECISIO. II.

1 COnfeſſionem, quę reſultat ex productione inſtrumenti, ideo quia † tacita eſt, vt per Doctores in c. cum venerabilis. de exceptio.
2 noluerunt † Domini in vna Florentina pecuniaria coram d. Anton. Auguſt. de anno 1550. pręiudicare in alio iudicio, vt tradit Dec. col. fin. in l. 2. C. de ede.

Ad quod faciebat in ſpecie, quod tradit Ant. de Butr. in c. cũ olim. col. 5. de cenſ. vbi loqui-
3 tur in impugnante: quia confeſſio † oriens ex impugnatione, eſt tacita, & ideo ei non obſtat in alio iudicio, vt tradit Felin. in c. capitulum. col. 8. verſ. hanc ſecundam limit. de reſcrip. & ex hoc ego tollebam vnam rationem, quæ fa-
4 ciebat in contrarium, quòd illa doctrina † Decij in d. l. 2. procedebat in confeſſione ficta ex contumacia, & ſic quia nullum habebat implicitum actum expreſſum, ſed ſolã taciturnitatem: quia imò in illis locis aderat ex impugnatione confeſſio, & hoc dictum dicebam etiam ego procedere in eo, qui ſcienter produxerat ſcrip-
5 turam falſam: quia ſatis † punitur, quia in iudicio, in quo producit, vltra pœnam falſi, habetur pro confitente, & non reperitur, quòd etiã in alio iudicio habeatur pro confitente, quia
6 eſſet † nimia extenſio pœnarum. Et ex hoc tollebantur multa in contrarium, maximè quia illud inſtrumentum erat falſum. ad not. in l. ſi quis. de falſ.

Teſtibus reſpondebatur, quòd erat diuerſa
7 ratio in teſtibus: quia ſemper † poterat eorum dictum impugnari, ſecus autem in inſtrumento. quod dato pro vero eſt nimis magnum prçiudicium.

EPITOME.

COadiutoris confeſſio non præiudicat coadiuto.

SVMMA.

1 *Confeſſio coadiutoris præiudicium haud affert coadiuto.*

162. DECISIO. III.

1 COnfeſſionem † coadiutoris non præiudicare coadiuto reſolutum fuiſſe per Dominos in vna Iſpalen. portionis de anno 1551. coram Ant. Aug. idem teſtatur, & ita etiam fuit tentum coram me in vna Tholetana Naualcarnero.

EPITOME.

COnfeſſio rectoris vnius eccleſiæ continens eam eſſe membrum alterius eccleſię, facta ad effectũ, vt ſe defenderet ab actione ſpolij contra eum intentata, non præiudicat confitẽti effecto rectori illius alterius eccleſię.

SVMMAE.

1 *Confeſsio rectoris vnius eccleſiæ quoad vnionem, an ei præiudicet effecto rectori illius alterius eccleſiæ?*
2 *Confeſsio ab vno facta, alteri non præiudicat.*
3 *Confeſsio condemnata non nocet.*
4 *Confeßio rectoris in fauorem eius eccleſiæ non debet ſibi prodeſſe in odium alterius eccleſiæ.*
5 *Confeſsio de rebus, quæ ſunt in poteſtate confitentis, puta de vnione eccleſiæ, non præiudicat.*

163. DECISIO. IV.

Confeſsio erat facta per Victorem de caſa-
rubios, qui etiam poſsidebat eccleſiam de
Naualcarnero, vt ſe defenderet ab actione ſpo
lij, qua conueniebatur ſuper eccleſia de Naual
carnero, illā de Naualcarnero eſse membrū il-
lius de Caſarubios: poſtmodum quia ſuccubuit
in illa lite, & conſecutus fuit illam de Naualcar
nero ab aduerſario cum onere certę penſionis,
dum poſtea conueniretur à beneficiatis dictæ
eccleſiæ de Caſarubios dicentibus illas eccle-
ſias eſse vnitas, qui volebant ſe fundare in con-
feſsionibus eius, & quia ipſe obtinuerat coa-
diutorem cum futura ſucceſsione.
1 Fuit dubitatum coram me, an † illæ confeſ-
ſiones pręiudicarent illi coadiutori, & eccleſię?
Et Domini tenuerunt, quòd non, tribus ratio-
nibus, in vna Tholetana de Naualcarnero corā
me de anno 1551. Et primo conſiderarunt,
quòd quando ille confitebatur, erat rector de
Caſarubios, nunc eſt rector de Naualcarnero.
Et ſic licèt cōfeſsio illi prięudicaret, tamquā re
ctori illius eccleſiæ, nō præiudicaret ipſi recto-
ri alterius eccleſiæ, ſicut nec alteri, conſideran-
do dicta per Rotā deciſ. 415. aliàs 34. de procu
rat. in nou. & deciſ. 854. aliàs 4. de confeſſ. in
2 antiq. quia confeſsio † ab vno facta alteri non
pręiudicat. l. certum §. ſed an ipſos. de confeſs.
Aretin. conſ. ſi videtur dicendum. col. 2. nu. 3.
& in cōſ. 12. viſo diligenter themate col. 4. nu.
9. in verſ. de confeſsione eſt aduertendum. An-
earan. in conſ. 24. num. 2. & in conſ. 52. pro cla-
riori deciſione dubiorū. præſertim in fine. Alia
3 ratio, & fortior, quia erat confeſsio † condem-
nata. iux. tradita per Felin. in c. capitulum. num.
4 13. de reſcript. Item etiam ille † rector de Caſa-
rubios confitebatur in fauorem ſuæ eccleſiæ,
quę non debet prodeſse ſibi in odium alterius
eccleſiæ. Item quia tunc temporis non èrat pręlatus ſuper eccleſia de Naualcarnero, multo
minus præiudicabit nec eccleſiæ, nec coadiu-
5 tori: maximè quia eſt † de rebus, quę ſunt in po
teſtate confitentis, puta de vnione eccleſiæ.

EPITOME.

Confeſsio facta ab vno tamquam procuratore ei non nocet effecto principali.

SVMMA.

1 *Confeſsio, quam aliquis fecit tamquam procurator, an ei noceat vti principali?*

164. DECISIO. V.

1 Confeſsio † ab vno facta tamquam procura
tore, non pręiudicat illi tanquam principa
li. Rota deciſ. 854. aliàs 4. de confeſs. in antiq.
Tamen fuit dubitatum de ipſa deciſione corā
me in vna Tholetana de Naualcarnero, per no
tat. à Purpurat. in l. 2. verſ. 4. C. de ede. & Grat.
conſ. 141. vol. 2.

DE PROBATIONIBVS.

EPITOME.

Vitam alicuius probare debens pro fundamento ſuæ intentionis, plenè eam probare tenetur.

SVMMAE.

1 *Vita alicuius quando ſit plenè probanda?*
2 *Decius in l. 2. C. de eden. confutatur.*

165. DECISIO. I.

1 Doctrina † communis, quòd quis pręſuma
tur viuere vſque ad centum annos, non
ſuffragatur illi, qui tenetur probare pro funda-
mento intentionis ſuæ aliquem viuere: quia
tunc neceſſe eſt plenè probare vitam. Et ita te
nuerunt Domini in vna Conſtantien. coram
Nouato de anno 1548. poſt Alex. conſ. 27. vol.
2 7. qui optimas doctrinas allegat, quicquid † di
xerit Dec. in l. 2. C. de eden. Et fuit dictū, quòd
ita etiam aliàs fuerat tentum in vna Anagnin.
caſtri Scruccule coram domino Decano.

EPITOME.

Prouiſus tenetur probare ſe eſſe intra numerum beneficiorum cōferendorum.

SVM-

S V M M AE.

1 *Probare quis teneatur ſe eſſe intra numerũ beneficiatorũ?*
2 *Narratius poteſtatis collatoris factã in collatione, eſt probanda per prouiſum.*
3 *Gratiæ pars eſt iuſtificanda per prouiſum.*

166. DECISIO. II.

DVbitatum fuit in vna Leodien. coram Pu-
1 teo, quis † teneatur probare eſſe infra nu
merum, quia quidam poterat conferre benefi-
cia ſpectantia ad collatores, qui haberent vltra
ſex beneficia ad collationem, an ille, qui erat
prouiſus, vel ille, qui impugnabat prouiſionẽ?
Et tenuerunt Domini, quòd prouiſus, ſecu-
ti regulam vulg. Io. Andr. quam refert Felin.
2 in c. conſtitutus. de reſcr. quia † narrabatur
in collatione poteſtas collatoris, & ſic erat
3 pars † gratiæ, quæ per prouiſũ debet iuſtificari.

EPITOME.

DEcretum in alienationibus minorum requirit ſcripturam.

S V M M AE.

1 *Decretum in alienationibus minorum requirit magnã cauſæ cognitionem, & ideo requirit ſcripturam. num. 2. ſed ſi in aliquo deficeret ſcriptura, ſuppletur per teſtes. n. 4.*
3 *Decretum in alienationibus minorum aßimilatur ſententiæ diffinitiuæ.*
5 *Sententia ſuppletur per teſtes in his, quæ probari non poſſunt ex ſcriptura.*

167. DECISIO. III.

1 DEcretum † in alienationibus minorũ, quia
magnam requiritur cauſæ cognitionem,
2 iccirco † requirirur ad eius probationem ſcrip
tura. Guid. Papa deciſ. 582. & ſentit Rota
deciſ. 91. aliàs 5. de ſent. & re iudic. in ant. quod
ſecuti fuerunt Domini in vna Romana fructuũ
domus coram domino Fabio de anno 1548. &
3 ex illa deciſ. 91. aſſimilatur † ſententiæ diffini-
tiuæ. Idcirco magis communiter tenuerũt Do
4 mini, quòd ſi † in aliquo deficeret ſcriptura,
5 poſſit ſuppleri per teſtes, ſicut † ſententia, vt
per Felin, in c. quoniam contra falſam. col.
penult. verſ. ad iura allegata. de probat. &
quę tradit Rota deciſ. 372. aliàs 22. de teſt.
in nou.

Fuit tamen dictum, quòd aduerteretur, quid probarent teſtes, & quomodo ex eorum dictis probaretur interueniſſe cauſæ cognitionem.

EPITOME.

FAmiliaritas ad effectum expediendi gratis ſufficienter probatur per cedulam vicecancellarij.

S V M M AE.

1 *Familiaritas quando probetur per cedulam Cardinalis vicecancellarij?*
2 *Intellect. ad Sarnen. q. 13. num. 6. reg. de impetran. per obitum famil. Cardinal.*

168. DECISIO. IV.

FAmiliaritas ad effectum expediendi gratis
1 ſufficienter † fuiſſe probatam tenuerũt Do
mini in vna Arboren. coram domino Peregri-
no de anno 1548. per cedulam Reuendiſſimi
2 Vicecancellarij. Et illud, quod dicit Sarnen. †
q. 13. nu. 6. reg. de impetr. per obit. famil. Card.
niſi opponatur, intellectum fuit tempore expe
ditionis, vel ab expeditoribus. Satis enim eſt,
quòd ipſi expeditores non ſint fraudati, qui cõ
tentati fuerunt. dicta cedula.

EPITOME.

HAbilitates auctoris ſat eſt, vt probentur per communem reputationem.

S V M M AE.

1 *Habilitates auctoris probantur per communem reputationem.*
2 *Intellect. ad deciſ. Rota 1. de præſumpt. & 12. de probatio. in antiq.*
3 *Intellect. ad deciſ. Aegid. 594. & Caſſad. 2. de cauſ. poſſ. & propr.*

169. DECISIO. V.

1 HAbilitates † auctoris tenuerunt Domini
ſufficere, quòd probentur per communẽ
reputationem in Oueten. de Villauitioſa corã.
d. Ant. Aug. de anno 1548. per deciſ. Aegid.
112. & 645.
2 Ad † deciſ. Rotæ 343. aliàs 1. de præſump.
in antiq. & deciſ. 312. aliàs 12. de probat. etiam
in antiq. reſpondebant Domini, quòd loquun
tur in habilitatibus proprijs, non ſui auctoris,
3 & † deciſiones Aegid. 594. & Caſſador. 2. de
cauſ. poſſ. & propr. intelligebant loqui in titulo
ſui prędeceſſoris.

Quid

Quid ſi non ſint negatę, vide per Aegid. deciſ. 134. & deciſ. 76.

EPITOME.

Literis Epiſcopi diſpenſantis ſuper defectu natalium, etiam ſi eſſent ſine loco, plenè creditur.

SVMMAE.

1 *Epiſcopi literis etiam ſine loco, quando plenè credatur?*
2 *Loci defectus non reddit nullam probationem, ſed eam ſemiplenam facit.*
3 *Probatio ſemiplena quando iungatur?*
4 *Deciſ. Rotæ 573. in antiq. intellectus.*

170. DECISIO. VI.

1 Literis † Epiſcopi etiam ſine loco, in quibus diſpēſabat ſuper defectu natalium, voluerunt Domini dari plenam fidem in vna Leodien. coram me de anno 1549. per notata ab Alex. in l. de pupillo. §. qui nunciat. verſ. vtrum autem. num. 9. de nou. oper. nunciat. Tum quia ſuppletur locus Epiſcopatus: tum etiam quia conſiderabatur pro deciſione, quòd de-
2 fectus † loci non reddit nullā probationem, ſed ſemiplenam facit, vt ex multis tenet Ruin. cōſ.
3 134. num. 3. vol. 5. Et propterea illa † ſemiplena probatio iūgebatur cum literis Vicarij, qui poſt decem dies à data diſpenſationis in promotione ad clericatum narrabat ſufficientem diſpenſationem Epiſcopi, licèt pars aduerſa multum clamaret citando deciſ. Rotæ 573. in
4 antiq. vbi enumeratur locus, quia illa † loquitur in executore non Epiſcopo. Item loquitur, vbi non adeſſet præſumptio diſpenſationis ex aſſertione Vicarij.

EPITOME.

Literis Ordinarijs Ordinarij nō creditur, dato quòd eſſet Cardinalis legatus de latere.

SVMMAE.

1 *Ordinarij literis ordinarijs, ſeu epiſtolis non creditur, ampliа, vt num. 2. 3. & 5.*
4 *Iure à communi minus, quàm fieri poteſt, debemus recedere.*

171. DECISIO. VII.

1 Literis † Ordinarij non credi iux. ſtylum deciſionum noſtrarum 22. incip. fuit dubitatum, vtrum credatur. in nou. & 397. in antiq. Aegid. deciſ. 321. & 326. Aymo conſ. 171. nu. 7. Rip. in l. admonendi. num. 141. de iurciur. Io. de Silua in tract. benefic. par. 1. 3. q. 33. cū alijs notatis in c. poſt ceſſionem. de prob. tenuerūt Domini in vna Maioricen. beneficij coram me de anno 1550. idque dupliciter extenderunt,
2 primo etiam ad Cardinales † legatos de latere, ſecundo non ſolùm in antidatione, ſed etiam
3 in clauſula, † in qua adeſſet aliqua ſuſpicio, & quæ auferret beneficium apoſtolico. Nam reperiebantur literæ, in quibus conferebatur ſimpliciter beneficium, nulla facta mentione de obſtan. aliorum beneficiorum, & poſtmodum reperiebatur ſupplicatio, in qua erat clauſula, non obſtantiarum etiam beneficialium oratoris. Et quia non aderant teſtes Domini, dixerunt non facere fidem.

Volebant tamen, quòd ego viderem, an eſſet ſtylus, quòd ille legatus non conficeret literas ſine ſupplicatione, & ſi ſic attento quòd non dabatur alia ſupplicatio, ex qua eſſent extractæ aliæ literæ, niſi iſta, tunc p̄ſumeretur pro
4 ea tāquàm adiuuata præſumptione, vt minus † recedamus à iure communi
5 Limitatur † etiam, vt per Pauin. in tract. de poſt. capit. ſed. vac. in 3. q. 1. part. in fin. Et alio modo, vt per Geminian. conſ. 34. aliàs 44.

EPITOME.

Literis Ordinarij non creditur, etiā quòd in eis eſſent nominati teſtes, & adeſſet ſigillum ipſius Ordinarij, ſi ſecretarius nō eſt notarius, vel teſtes non ſunt ſubſcripti.

SVMMA.

1 *Literis Ordinarij non credi, amplia, vt num. 2. & limitata, prout num. 3.*

172. DECISIO. VIII.

1 QVòd literis † Ordinarij non credatur, ampliatū fuit in vna Vrgellen. corā Reomano de anno 1550. & dicebatur ita aliàs ſemper tentū fuiſſe in quadam prouiſione Re-
2 uerendiſſ. Cardinalis Contarini, etiam quòd † in eis eſſent nominati teſtes, & adeſſet ſigillum ipſius Ordinarij, ſi ſecretarius non eſſet notarius, vel ſi teſtes non eſſent ſubſcripti.
3 Limitabatur † tamen in vna Vlixbonen. corām Capizucco, ſi poſt primas litteras, poſtmodum

dum ille, cui erat prouiſum, reſignaſſet, & de conſenſu reſignationis conſtabat per duos teſtes, quia ob id ceſſabat omnis timor antidatationis.

EPITOME.

Literis Ordinarij ſtatur narrantis partes fuiſſe præſentes, & reſignationem coram ipſo fuiſſe factã.

SVMMAE.

1 *Literis Ordinarij creditur iſto in caſu.*
2 *Literis executoris narrantis acceptationem, numquid credatur?*

173. DECISIO. IX.

1 Literis † Ordinarij narrantis partes pręſentes, & reſignationem coram ipſo factam, voluerunt Domini, quòd crederetur, iux. deciſ. 22. & 423. in nou. & 397. in antiq.

2 Bene facit quòd † de literis executoris narrantis acceptationem, tradit Rota deciſ. 573. in antiq. & ita tenuerunt Domini in vna Cameracen. canonicatus, & præbendæ coram Capizucco de anno 1550.

EPITOME.

Motui proprio creditur, etiam quòd in eo narratur vel factum alienum, vel in eo ſint verba, cum ſicut accepimus.

SVMMAE.

1 *Motui proprio quando credatur? & quando non? num. 4.*
2 *Curt. conſ. 67. num. 13. improbatur.*
3 *Diſtinctio, quæ fit inter verba narrata à parte in motuproprio, vel ne, procedit, quando fit ad inſtantiã partis.*

174. DECISIO. X.

1 Motui proprio, † etiam quòd in eo narretur vel factum alienum, vel in eo ſint verba, cum ſicut accepimus, tenuerũt Domini in vna Conſtantien. vnionis canonicatus coram Nouato de anno 1548. quòd credatur. per opinionem Lap. quæ viſa fuit communior, contra Boniſac. de Vitali. in clem. 1. de probat. vt ibi dicitur per Card. & Imol.

Quod dicebam ego ſequi Gaban. in tract. clauſularũ in clauſula, de verb. enunciat. in priuileg. 2. col. ad quod etiam allegabantur conſ. Socin. 266. num. 27. 2. vol. & conſ. 87. in 5. dub.

2 in 3. vol. quicquid inaduertenter † dicat Curt.
3 conſ. 67. nu. 13. Et in veritate diſtinctio, † quæ fit inter verba narrata à parte, vel nõ, procedit, quando fit ad inſtantia partis.

4 Quod tamen limitarunt † Domini in vna Segobien. beneficiorum coram d. Ant. Aug. procedere, quòd licèt Papa in his, quę aſſerit motu proprio, prę́ſumatur informatus, vt tollatur obreptio, & ſubreptio, vel vt releuet quem ab onere probandi; tamen non ita habetur pro veritate, vt indiſtinctè ad inſtantiam omniũ poſſit pro probatione allegari à tertio.

EPITOME.

Profeſsio probatur ex mandato ad reſignandum illud beneficium, quod requirit profeſsionem.

SVMMA.

1 *Profeſsio quo pacto probetur?*

175. DECISIO. XI.

1 Profeſſionem † crediderunt Domini in vna Calaguritana canonicatus, coram d. Reomano probari ex mandato ad reſignandum beneficium, quod quis dicebat ſe obtinere, ſi beneficium illud requirebat profeſſionem, poſt Aegid. deciſ. 76.

EPITOME.

Qualitas, ſe natum fuiſſe ex ſoluto & ſoluta, & diſpenſatum etiam expreſſa in gratia beneficij, pro cuius canonizatione inſtatur, eſt probãda, quamuis ex diſpenſationis narratiua probetur.

SVMMAE.

1 *Qualitas, ſe natum ex ſoluto & ſoluta, & diſpenſatum, eſt probanda, & quomodo probetur? num. 2.*
3 *Impugnans diſpenſationem obtentam, probare debet, nam pro ea præſumitur.*
4 *Qualitas ſoluti, & ſolutæ eſt qualitas, pro qua ſtatus naturalis adeſt, prout quòd quis præſumatur laicus, num. 5.*
6 *Præſumitur pro diſpenſatione & num. 3.*

176. DECISIO. XII.

1 Qualitas, † ſe natum fuiſse ex ſoluto & ſoluta, & diſpẽſatum, etiam expreſsa in gratia beneficij, quam quis petit canonizari, eſt

2 ri, eſt probanda. Sed ſatis† fuit habita pro probata in vna Licien. coram me de anno 1548. ſi quis producat diſpenſationem, in qua narrando ſe eſse natum ex ſoluto, & ſoluta fuerat diſpenſatus.

Et qui vult dicere nunc ſe eum non fuiſse natũ ex tali coniunctione, debet probare, quia
3 venit † impugnando diſpenſationem obtentã, pro qua præſumitur, licèt altera vice in eadem fuiſset variatum.
4 Benefaciebat etiam, quia qualitas † ſoluti, & ſolutæ, eſt qualitas, pro qua ſtatus naturalis adeſt, ad l.fin.ſolut.matrim.Bar.in conſ. 42. vi
5 ſa inquiſitione. vol. 1. prout quòd quis † præſu
6 matur laicus, ex Dec.cõſ. 125. Satis tamẽ eſt, † quòd adeſset diſpenſatio, pro qua præſumebatur.

EPITOME.

SVpplicatio ſola ſufficit in conſtitutionem vicarij, vel cuiuſcumq. iudicis etiam à ſede apoſtolica deputati.

SVMMAE.

1 *Supplicatio ſola an, & quando in conſtitutione vicarij, vel cuiuſcumque iudicis ſufficiat?*
2 *Intellect. ad deciſ. Rota 459. in nou. & Sarnen. in 11. q. reg. de non iudicando.*

177. DECISIO. XIII.

1 SVpplicationem ſolam † ſufficere voluerunt Domini in conſtitutionem vicarij, vel cuiuſcumque iudicis, etiam à ſede apoſtolica deputati in vna Lunen. Sarzanen. coram Domino Peregrino de anno 1549.

Et licèt allegarentur multæ deciſ. maximè 459. in nou. & Sarnen. in 11. q. reg. de non iudi
2 cando. tamen dixerunt Domini illa † procedere in executore non nominato à Pontifice, ſed nominando poſtmodum à parte; ſecus autem eſt in iudicibus nominatis à Pontifice. quod fuit de mente Caſsad. deciſ. 8. de reſtit. ſpoliat.

EPITOME.

TItulum anteceſſoris, qui obijt in pacifica poſſeſſione, non tenetur iuſtificare ſucceſſor.

SVMMAE.

1 *Succeſſor non tenetur iuſtificare titulum anteceſſoris, qui obijt in pacifica poſſeſſione.*
2 *Docere quis non tenetur de diſpenſatione ſui anteceſſoris, qui obijt poſſeſſor pacificus triennalis.*
3 *Triennalis poſſeſſor per regulam eſt tutus aduerſus omnes ex titulo ſuo.*
4 *Succedens in iure alterius non debet magis grauari, quàm grauaretur prædeceſſor, ſi viueret.*
5 *Lap. allegat. 89. declaratur.*

178. DECISIO. XIV.

1 TItulum † anteceſsoris, qui obiit in pacifica poſſeſsione, non tenetur iuſtificare ſucceſsor, iux. allegat. Lap. 89. & deci. 109. aliàs 4. de rerũ permut. in not. Et 10. in antiq. quę loquuntur in eo, qui habuit à reſignante, quas allegat Roman. conſ. 465. & eſt conſil. Ancaran.
2 117. Et vt quis † non teneatur docere de diſpenſatione ſui anteceſsoris, qui obijt poſseſſor pacificus. fuit in vna Spoletana archidiaconatus coram Simonetta concluſum, quodque ſufficeret, quòd anteceſsor eſset triennalis poſſeſsor pacificus. iux. reg. de trien.

Nec enim maius tempus eſt requirendum,
3 ex quo triennalis † poſseſsor per regulam aduerſus omnes eſt tutus titulo ſuo, & ſicut ille
4 non tenebatur iuſtificare, ita nec ſucceſsor, ne † magis grauetur, qui ſuccedit in ius alterius, cõtra reg. qui in alterius. de reg. iur. quàm grauaretur prædeceſsor, ſi viueret.
5 Nec obſtat, quòd † Lap. videtur dicere qui diu poſsederit, quia illud dictũ Lap. proceſsit ante reg. de triennali, quæ à concilio Baſilien. proceſſit, & eſt ſumpta ex Clem. 1. de ſequeſtr. poſs. & fruct.

Pręterea illud diu ita intelligit Rot. & ita dicebatur per Dominos ſeniores, quòd fuerat ſẽper obſeruatum, vide tamen Aegid. deciſ. 112. & Caſsad. deciſ. 2. de cauſ. poſseſs. & propriet. hæc eſt deciſio D. Iacobi Simonettę.

EPITOME.

TItulus coloratus non eſt in mandato de prouidendo, in quo erat præfixus terminus ad acceptandum, & beneficium erat acceptatum extra terminum.

SVMMAE.

1 *Titulum coloratum quando domini noluerunt eſſe in mandato de prouidendo?*
2 *Defectus apparens ex lectura, potens eſt.*

179. DECISIO. XV.

1 TItulum coloratum noluerunt † Domini eſ
ſe in mandato de prouidendo, in quo erat
præfixus terminus ad acceptandum, & benefi-
cium erat acceptatum extra terminum, quia
2 defectus † apparebat ex lectura. iux. not. per
Bart. in l. 1. §. & parui, quod vi aut clam. inferē-
tes ex hoc haberi differentiam ad illud, quod
dicebatur de expectatiua reuocata: quia eſt vi-
cium extra expectatiuam. Ad quod faciunt tra
dita de vitio viſibili in l. 1. C. edict. diu. Adr.
tollen. Et ita tenuerunt Domini coram domi-
no Pellegrino in vna Toletan. de Galapagar,
referētes ita fuiſſe aliàs decisū de anno 1543.
coram Thoma, prout fidē faciebat d. Decanus.

EPITOME.

TItulum coloratum inducit prouiſio facta à vicario archidiaconi, dummodo probetur per publicā vocem, & famam collationem ad archidiaconum, & vicarium pertinere.

SVMMA.

1 *Titulus coloratus quando emanet à prouiſione facta à vicario archidiaconi?*

180. DECISIO. XVI.

1 TItulum † coloratum voluerunt Domini eſſe
prouiſionem factam à vicario archidiaco
ni, dummodo probaretur per publicam vocē,
& famam collationem ad archidiaconum, & vi-
carium pertinere corā me in vna Cōpoſtellan.
de Oroſo de anno 1550. confert Felin. in c. cū
ſuper. col. pen. de iudic. poſt Aegid. deciſ. 50.

EPITOME.

TItulum ſuum non tenetur iuſtificare ille, qui reſignauerat, & reſeruauerat ſibi regreſſum, mortuo reſignatario, ſi habens regreſſum eſſet in poſſeſsione.

SVMMA.

1 *Titulum ſuum quando quis iuſtificare teneatur?*

181. DECISIO. XVII.

1 TItulum ſuum, † ideſt illius, qui reſignaue-
rat, & reſeruauetat ſibi regreſſum, mortuo
reſignatario, ſi habens regteſſum eſſet in poſſeſ
ſione, nō teneri aliàs iuſtificare, voluerunt Do
mini in vna Cameracen. coram D. Capizucco,
ſi agēs etiam veniret per obitum reſignatarij.

EPITOME.

TItulum coloratum facit prouiſio legati facta, non obſtante clauſula, de qua hic in eius prouiſione.

SVMMAE.

1 *Coloratum titulum facit legati prouiſio facta, non obſtante clauſula, de qua hic in prouiſione.*
2 *Conditio quando non dicatur?*
3 *Sarnen. in reg. de trien. q. 27. & 33. atque in reg. de non tollen. iur. quæſit. q. 1. in fine declaratur.*
4 *Spolij reſtitutio per quæ non retardetur?*

182. DECISIO. XVIII.

1 TItulum coloratum † voluerunt Domini in
vna Rauēnaten. vallium, coram d. Capi-
zucco de anno 1550. eſſe prouiſionem legati fa
ctam, non obſtante clauſula in prouiſione ſine
præiudicio indulti Cardinalis Rauennaten. nō
obſtante, quòd quidam vellent illa verba eſſe
conditionalia, ad notat. per Aymon. conſ. 93.
Et ideo prouiſionem conditionalem non præ-
ſtare titulum Sarnen. in reg. de trien. poſſ. q.
27. & 33.
2 Nam conſiderabant duo. Primo quòd † non
eſſet conditio, ad tradita per Sarnen. q. 1. in fin.
in reg. de non toll. iur. quæſ. maximè quia eſt
de præterito, vel de præſenti. l. cum præſens.
ff. ſi cert. pet. alioquin diceremus omnes proui-
ſiones Pontificis conditionales, quibus vti ſo-
let, dummodo tempore datę non ſit alteri ius
quęſitum: quia ſufficiūt magis ad præſeruan-
dum quàm ad ſuſpendendum.
3 Præterea illud, quod dicebatur per Sarnen. †
in ſupradictis locis, procedebat, quia poterat
oſtendi conditionem non eſſe purificatam ex
ventre ipſius prouiſionis.
At in caſu noſtro, licèt quis vellet oſtende-
re indultum Cardinalis: quia tamen poterat eſ
ſe, quòd non eſſet bonum, quòd non intellige
retur de abſentibus, & alia multa, quæ cum ex-
4 tarent extrinſeca diſcuſſione, noluerūt per ea †
retardari reſtitutionem in ſpolio.

EPITOME.

SVcceſſorem non teneri iuſtificare ti-

tulum prædeceſſoris, an procedat aduerſus illum, qui habebat regreſſum, quique paſſus fuerat poſt mortem eius, per quem erat locus regreſſui, ſucceſſorem ſtare in poſſeſſione per treſdecim annos, & poſt eius obitum moleſtabat poſſeſſorem biennalem, qui per obitum beneficium poſſederat? Et an habens regreſſum, ſi permitteret alium poſsidere per triennium, & vltra, poſtquam eſſet locus regreſſui, etiam quòd non ſciuiſſet, ſibi præiudicaſſet, hic traditur?

S V M M AE.

1 *Succeſſor quòd non teneatur iuſtificare titulum, an procedat iſto in caſu?*
2 *Regreſſum habens, ſi permitteret alium poſsidere per triennii, & vltra, poſt quam eſſet locus regreſſui, etiã quòd non ſciuiſſet, an ſibi præiudicauerit?*
3 *Imputatur illi, qui longo tempore tacuit.*
4 *Lapi allegationi 89 an ſit locus, ſi non adeſt aliqua ſcientia, & negligentia?*
5 *Titulum quando probare ſufficiat iuris præſumptione?*
6 *Triennalis putatiuus mortuus præſumitur habere meliorẽ titulum habente verum, ne cogatur ſucceſſor probare titulum ſui prædeceſſoris.*
7 *Triennalis regul. eſt debilior, & odioſior allegatione Lapi.*
8 *Lapi allegatio tuetur ſucceſſorẽ, ne teneatur probare factũ alieuum ſui prædeceſſoris.*
9 *Regreſſum quis intentare non poteſt, donec illi locus fiat.*

183. DECISIO. XIX.

Illud, quod ſupra in deciſ. 14. dicitur de titulo prædeceſſoris, vt ſucceſſor non teneatur illum iuſtificare, fecit dubitare in vna Eugubina præpoſituræ coram Guidobono die 29. Octobris 1553. inter reuerendiſſ. Cardinalem ſanctę crucis, & reuerendiſſimum Cardinalem de Saluiatis, de cuius obitu nuncius die ſequẽ
1 ti applicuit Romę, an † procederet aduerſus illum, qui habebat regreſſum, quique paſſus fuerat poſt mortem eius, per quem erat locus regreſſui, ſucceſſorẽ ſtare in poſſeſſione per treſdecim annos, & poſt eius obitum moleſtabat poſſeſſorem biennalem, qui per obitum beneficium poſſederat? Et dum materia eſſet propo
2 ſita, fuit dubitatum, an † habẽs regreſſum, ſi permitteret alium poſſidere per triennium, & vltra, poſt quam eſſet locus regreſſui, etiam, quòd non ſciuiſſet, ſibi præiudicaſſet? ponderantes deciſ. 5. Caſſad. de cauſ. poſſeſſ. & prop. & quæ dicit Sarnen. q. 59. circą finem in reg. de trien. vbi ſemper ponderat ſcientiam, & conſiderabant etiam, quòd allegatio Lapi non procedit ad excludendum ius alterius.

Ego autem dicebam duo. Primo ex narratis in themate non poſſe bene dici adeſſe omnino ignorantiam: & quatenus illa adeſſet, ſaltem adeſſe negligentiam, & craſſam ignorantiam, quæ ſufficeret: quia vltra longitudinem temporis, eramus in ſecundo ſucceſſore. Et tunc ſeruiebat dictum Sarnen. de craſſa ignorantia in d. q. 49. Et conſiderabam, quòd de neceſſitate erat fiendum præiudicium alteri ex partibus, vel habenti regreſſum, vt illud amitteret, nec tamen ſciret ignorans locum factum eſſe regreſſui. Vel quia poterat eſſe, quod eſſet caſſatus regreſſus, vel quòd prædeceſſor haberet bonum titulum, vel meliorem, vt in alleg. Lap. & deciſ. Caſſad. 3. & 4. de cauſ. poſſeſs. & propr. Et iſte ſucceſſor non poterit oſtendere, & ſic grauabatur in probando id, quod de facili ſuus prædeceſſor potuiſſet probare. Et fortè habẽs regreſſum tacuiſſet tanto tempore, vt non poſſet probari contra ipſum, vel caſſatio regreſſus, vel melius ius. Et ideo æquius erat tueri poſſeſſorem, qui ſine culpa ſua non poterit fortè probare non ius habentis regreſſum propter ma-
3 ximam eius negligentiam: quia eſt, † quod imputetur illi, qui tantò tempore tacuit.

Verùm quia dubium erat datum ſimplici-
4 ter, an † ſine aliqua ſcientia, & etiam negligentia eſſet locus allegationi Lapi, tres ex ſenioribus dicebant allegationem Lapi procedere nullo pacto conſiderata ſcientia, vel negligentia, ſed tantùm ex eo, quia ſucceſſor non tenebatur iuſtificare titulum ſui prędeceſſoris, qui ſteterat diu in poſſeſſione gratia publicæ vtilitatis: quia aliàs in infinitum eſſet probandus
5 titulus, vel fortè ſatis † eſt probare titulum præſumptione iuris. Et ius præſumebat illum habere meliorem titulum quocumque alio habente anterius ius, patet in deciſ. 3. Caſsad. ſu-
6 pra allegata, vbi vult putatiuum † triennalem mortuum præſumi habere meliorem titulum habente verum, ne cogatur ſucceſsor probare titulum ſui prædeceſsoris. Ex quo tollebatur vnum argumentum recentiorum dicentium allegationem Lapi non procedere ad excluſionem iuris alterius, quia in d. deciſ. excluditur verus titulatus.

Ad ſecundum argumentum recentiorum, quòd requireretur ſcientia, ex dictis per Sarnen. reſpondebatur, quòd Sarnen. loquebatur
7 in regul. de triennali, quę † eſt debilior, & odioſior, quia illa tuetur poſſeſsorem, qui po-
teſt

8 teſt docere de ſuo titulo. At allegatio † Lapi tuerur ſucceſſorem,ne teneatur probare factũ alienum ſui prędeceſſoris.

Ad deciſ.5.Caſſad.dicebant, quòd ita tuletat caſus, & non negabant idem in ignorante. Præterea in illa non eramus in ſecundo ſucceſſore.

Ego tamen dubitabam in caſu noſtro, quia licèt aliàs illud ſit verum regulariter in omnibus alijs iuribus,& titulis, quos aliquis prętendens poſſet in continenti mittere in executionem, & petere poſſeſſionẽ illorum beneficio-
9 rum;tamen in regreſſu, † quem quis intentare nõ poteſt,donec illi locus fiat. Et habet rationem,quare diſtulerit, ideo durum videbatur, quòd non data ſcientia illi locum factum eſse, ius illud amittatur.

Tamen aliqui ex Dominis dicebant quoad ſecundum ſucceſſorem, regreſſum poſſe dici verum titulum,quem quia non exercuiſſet aduerſus illum effectum triennalem, ideo excludendum eſſe, & poſſe exemplificari id, quod de vero titulato dicit Caſſad.d.deciſ.3.

Replicabam ego materiam non eſſe ſine difficultate, quia in alijs titulatis, aut titulus erat anterior,& aderat,quid eſſet imputandum illi, qui paſſus fuiſſet illum eſſe triennalem: aut erat poſterior, & diuerſam poſſe conſiderari rationem in regreſſu ex ſupradictis.

Nihil tamen fuit deciſum,ſed dictum, quòd daretur dubium cum pleno facto: quia ex illo de facili oſtenderetur vel ſcientia præſumpta, vel craſſa ignorantia,vel ſaltem aliqua negligẽria.Quod tamen dubium non fuit datum propter ſuperuenientem mortem reuerendiſſ. Cardinalis de Saluiatis, & reuerendiſſ. Cardinalis de ſancta cruce obtinuit ſubrogationem, qui tandem poſt biennium fuit aſſumptus ad Pontificatum.

E P I T O M E.

NEgligentia non conſideratur in impetrante poſt triennalẽ poſſeſſionem.

S V M M AE.

1 *Negligentia non conſideratur iſto in caſu.*
2 *Lapi allegationi eſt locus etiam in beneficijs exemptis.*

184. DECISIO. XX.

1 QVòd tamen non † conſideraretur negligẽtia,inclinabant Domini in vna Vrgellen. coram Fantutio 4. Martij 1555. puta in impetrãte poſt triennalem poſſeſſionem,in qua etiã
2 multis rationibus fuit tentum, quòd etiam † in beneficijs exẽptis eſſet locus allegationi Lapi.

E P I T O M E.

TErtius,qui reperitur in poſſeſſione poſt executoriales decretas contra eum, qui eſt probatus poſſeſſor per teſtes, & veras probationes, non autem per confeſſionẽ,vel inditia tenetur probare ſe fuiſſe in poſſeſſione ante litem motam,& quare?

S V M M AE.

1 *Tertius exiſtens in poſſeſſione poſt executoriales decretas, quando teneatur probare ſe fuiſſe in poſſeſſione ante litem motam?*
2 *Poſſidere duo inſolidum eodem tempore non poſſunt.*
3 *Probatio per vnum teſtem quando non ſufficiat?*

185. DECISIO. XXI.

1 TErtius, † qui reperitur in poſſeſſione poſt executoriales decretas cõtra eum,qui eſt probatus poſſeſſor per teſtes,& per veras probationes, nõ aurẽ per confeſſiones,vel inditia, tenetur probare ſe fuiſſe in poſſeſſione ante litem motam:quia probationes factæ,quòd ille, contra quem erãt decretæ executoriales,eſſet in poſſeſſione tempore iudicij,probatur neceſſariò illum tunc temporis non potuiſſe poſſide
2 re:quia eodem tempore† eſſent duo inſolidũ. cõtra l.3.§.ex cõtrario.de acq.poſſ. Et ideo eſſe intruſũ lite pẽdente.ad deci.479. aliàs 427 in nou.Aegid.deciſ.710.Felin.in c.cum ſuper. col.fin.de rc iud.Nec eſt onerandus nouis probationibus contra tertium.

Item eſſet dare occaſionem, vt nũquam poſſet fieri executio, cum condemnatus traderet tertio,& ſic in infinitum. Et ita tenuerunt Domini in vna Oxomen. de Cabecon coram Domino Fabio de anno 1548.

Dicebant tamen eſſe aduertendum, quòd oportebat illas probationes eſſe bonas,& ideo
3 per † vnum teſtem probari non ſufficere tenuerunt Domi in vna Aquinaten. coram Fabio.& ad prçterita vide Aegid.deciſ.709. & Felin.in c.cum ſuper.col.fin.de re iud.

E P I T O M E.

TVtus acceſſus probatur per vnum

 teſtem

teſtem dicentem non poſſe exequi ſine literis Viceregis,& alium teſtem dicentẽ ſe perquiſiuiſſe,& non inueniſſe, quia id videtur contra libertatem eccleſiaſticam,& aliter,prout hic.

S V M M AE.

1 *Tutus acceſſus quomodo probetur?& num. 3.*
2 *Eccleſiaſticam contra libertatem quid dicatur?*

186. DECISIO. XXII.

1 TVtum acceſſum † eſſe ſatis probatum voluerunt Domini in vna Beneuentan. corã me per vnum teſtem dicentem non poſſe exequi ſine literis Viceregis, & alium dicentem ſe
2 perquiſiuiſſe, & inueniſſe: quia id † videtur cõtra libertatem eccleſiaſticam,vt per Felin. in c. quæ in eccleſiarum.de conſtitut.
3 Idem dixerunt per teſtes † dicentes ſe credere, quòd impoſſibile,vel nõ tutum ſit illos perſonaliter,vel in domo citare, & quod ipſi nollent: quia ſufficit hæc informatio iux. formam ſignaturæ,vt per Staphil.de commiſſ.lit.iuſt. n. 19.fol.123.& fol.168.ita etiam fuit tentum coram me in vna Cordubenſi de anno 1550.

EPITOME.

VAlorem verum duplicatum ſufficit probare,quando agitur de probando valore ſecundùm taxam decimæ in expectatiua expreſſo, præſertim ſi conſtat non adeſſe taxam.

S V M M AE.

1 *Valor ſecundùm taxam decimæ expreſſus in expectatiua, quo pacto probetur?& num.2.*
3 *Taxam non adeſſe quis probare debeat?*

187. DECISIO. XXIII.

1 VAlor † ſecundùm taxam decimę expreſſus in expectatiua, quicquid dubitarent Io. Andr.in rubr.de conceſs.præben.col.4.verſic.tractatur quæſtio. & Oldrad. conſ. 235. Et Caſsado.deciſ.19.ſuper reg. cancell.tamẽ Rota ſeruat, quòd ſufficiat probare verum valorẽ duplicatum. iux. extrauagan.Io. 22. ſuſcepti. §.in illis.Belenz.de charit.ſubſid.q.84.num.3. & deciſ.Rotæ 74.in final. verbis in anti. Collecta.in c.ſuper.de decim.in fin.

Quod tenuerunt Domini coram me in vna Calaguritana archidiaconatus de anno 1550.
2 quod eſt † verum ſine dubio, quando conſtat non adeſse taxam.
3 Dubitabatur tamen, ad quem ſpectaret † onus probandi taxam non adeſse?In quo Domini erant varij,tamen inclinabant, quòd probato vero valore eſſet probata taxa, quantum ſufficeret, niſi in contrarium probaretur, tunc tamen non habuerunt deciſionem de hoc.

EPITOME.

VAlor probandus eſt per quinque annos ante,& quinq. poſt. quod limita dupliciter,vt hic.

S V M M AE.

1 *Valor probatur per quinque annos ante, & quinque poſt, limita,prout num.2.& 3.*

188. DECISIO. XXIV.

1 VAlor † ſecundùm Sarnen. & communem ſtylum Rotę debet probari per quinque annos ante,& quinque annos poſt;tamẽ in vna Giennen.de Pliego coram d. Anton. Aug. de
2 anno 1550.fuit † limitatum dupliciter. Et primo quòd illud non procedit,quando non daretur quinquennium poſt vacationem beneficij, ſed in continenti moueretur lis: quia tunc ſufficiunt decem anni ante,ad notat. in l.precia rerum.ad l.falcid.
3 Secundo † limitabatur, quando adeſſet aliquod augmentum extrinſecum: quia tunc ſufficiebat, quòd tempore vacationis probaretur. ad trad.per Oldrad.conſ.58. 178. & 229. col. 2.verſ.ad quartum.latè Felin.in c.ante col.penult.verſ.fallit 5.de reſcrip. Pac.in tract.de mãdati.apoſt.4.par.num.23.& 45.

DE TESTIBVS.

EPITOME.

TEſtes examinati parte non citata, ſicut non probant contra, ita non probant pro non citato.

S V M M AE.

1 *Teſtes examinati parte non citata,neque probant pro non citato.*

Teſti-

2 *Teſtibus examinatis in cauſa, in qua non erat procurator, non creditur, amplia etiam in ijs, quæ dixerunt ſuper interrogatorijs partis aduerſæ. num. 3.*

189. DECISIO. I.

1 TEſtes † parte non citata examinati, ſicut nõ
probant contra, ita non probat pro non
citato. Bonif. de Vital. in clem. 2. num. 91. de te
ſtib. quod dictum fuiſſe tentum per Dominos
retulit Decanus coram me in vna Aſtoric. de
anno 1548.

Et ex hoc in alia Conchen. iuriſdictionis co
ram me de anno 1550. voluerũt Domini, quòd
2 non † crederetur teſtibus examinatis in cauſa,
3 in qua non erat procurator, etiam † in ijs, quę
dicta fuiſſent ſuper interrogatorijs partis ad-
uerſę: quia ſicut non poterant facere contra il-
lum, qui non habebat procuratorem, ita nec
pro illo.

EPITOME.

TEſtium contra ſe inductorum perſonas opponens, & tandem examinatorũ ſaluis exceptionibus, atque cũ interrogatorijs ipſius opponẽtis, poteſt nihilominus pro ſe allegare dicta ipſorum teſtium; ſecus tamen ſi à iudice fuiſſent reiecti.

SVMMAE.

1 *Teſtium contra perſonas opponens, poteſt nihilominus iuuari eorum dictis, niſi dicta ob impugnationem fuiſſent à iudice reiecti. num. 5.*

2 *Poſitione impugnata, quis poteſt vti probationibus factis ſuper ea.*

3 *Teſtibus examinãdis non opponens crimen, ſed tantũ quòd erant per partem informati, poteſt illis vti.*

4 *Interrogatoria dans, videtur profiteri ſe velle poſſe vti dictis teſtium, non tamẽ de crimine per eum impugnatorũ.*

190. DECISIO. II.

OPpoſuerat in cauſa Meliuetan. præminen-
tiarum coram Nouato Epiſcopus Meliui
tan. contra perſonas teſtium examinatorum
pro parte prioris, qui teſtes ſaluis exceptioni-
bus, fuerũt examinati cum interrogatorijs do-
mini Epiſcopi.

1 Fuit dubitatum, an † Epiſcopus ſtante ſua im
pugnatione, poſſet pro ſe allegare dicta ipſorũ
teſtium impugnatorum? Et Domini inclinaue-
2 runt, quòd ſic: quia impugnata † poſitione quis
poteſt vti probationibus factis ſuper ea. Franc.
c. 1. & fin. de confeſſ. lib. 6. Aretin. in l. 1. §. ſi
quis ſimpliciter. de verb. obli. cum concordãt.
per Alex. conſ. 183. col 1. vol. 5.

3 Quoad oppoſitiones † in perſonas, quia nõ
opponebat crimen; ſed tantùm quòd erãt per
4 partem informati: & quia dederat † interro-
gatoria, quæ videbatur profiteri velle poſſe
vti dictis teſtium ſuper illis, vt per Felin. poſt
alios in c. præſentium. de teſt. fuit dictum, quòd
bene poterat illis vti.

5 Dicebatur tamen eſſe † aduertendum, quòd
ſi cõſtaret propter impugnationem teſtes fuiſ-
ſe reiectos à iudice, & ſic quòd impugnatio ha-
buiſſet locum, quòd tunc ſecus eſſet.

EPITOME.

TEſti dicenti ſe poſſeſsionem accepiſſe nomine alterius, non creditur, nec talis dicitur teſtis in facto proprio.

SVMMAE.

1 *Teſti vnico dicenti ſe cepiſſe poſſeſſionem nomine alterius, non ſtatur, neque dicitur teſtis in facto proprio. num. 3.*

2 *Teſti vnico deponenti in facto proprio an credatur? & n. 4.*

5 *Paul. de Caſtr. hic redarguitur de contrarietate.*

6 *Teſtis in eo, quod dicit ſe poſſediſſe, eſt in facto proprio, ſed in eo, quod dicit ſe poſſediſſe nomine alterius, eſt in facto alieno.*

7 *Notarius dicens ſe ſcripſiſſe cum ſolennitatibus, in primo dicto eſt de facto proprio, in ſecundo nequaquam.*

191. DECSIO. III.

1 TEſtis vnus dicebat † ſe accepiſſe poſſeſſio-
nem nomine alterius, dicebant quidam,
2 quòd tamquam teſtis non deponenti † in facto
proprio creditur, ad notat. per Paul. de Caſtr.
in l. quicumque. de ſeru. fugit. & Salycet. in l. ſi
quis decurio. in 4. expoſitio. C. de falſ. cum cõ-
cord. per Matth. de Afflict. deciſ. 369. & Dec.
conſ. 650. num. 9.

3 Contrarium † tamen fuit tentum in vna Cre
monen. coram Capizucco contra reuerendiſ-
ſimum Cardinalem Cornelium de anno 1550.
& dicebatur per aliquos ex Dominis illam do-
4 ctrinam † Paul. de Caſtr. ſemper fuiſſe repro-
batam per Rotam: quia contra communem, vt
per Alex. conſ. 192. num. 13. lib. 6. & Iaſ. in l. ad-
5 monendi. fol. penult. verſ. vltra alia ſcripta. de
iureiur. pro qua eſt etiam Caſtren. † ſibi contra-
rius in conſ. 337. incip. primo quęritur. col. 2.
verſ. item non obſtat, quòd hęc confeſſio. lib. 1.

Ego

Ego tamen, vt fugerem illam difficultatem,
6 dicebam in eo, quod teſtis † dicebat ſe poſsediſ
ſe, deponebat de facto proprio, in quantum au
tem dicebat nomine Cardinalis, erat de facto
alieno, prout optimè declarat gloſ. in d. ſi quis
7 decurio. in fin. de notario † dicente ſe ſcripſiſſe
cum ſolemnitatibus, vt dicamus vltimum non
eſſe de facto proprio.

DE FIDE INSTRVMENTORVM.

EPITOME.

OMiſsio comparitionis cum conſtitutione procuratorum facta à notario tam in manuali, quàm in regeſtro, licèt eas poſuerit in ſuo Bloriardo, numquid faciat non litem? hic habetur.

SVMMAE.

1 *Notarius ſi omittat ponere in regeſtro comparitionem cũ conſtitutione p ocuratorum, an indueat non litem? & num. 6.*
2 *Procaratoris conſtitutio facta à parte coram ſolo notario, dicitur eſſe apud acta, non autem de actis. & dicitur extraiudicialis, ac eget teſtibus. num. 3. ſecus ſi coram iudice facta eſſet. num. 4 & vide in num. 7.*
5 *Mandati reuocatio eſt intimanda parti.*
7 *Procuratoris conſtitutio fit in manibus ſolius notarij cauſæ, ad effectum vt eam ponat in actis, & ſi notarius id omittat, parti nocere non debet.*

192. DECISIO. I.

OMiſerat Notarius tam in manuali, quàm in
regeſtro ponere quandam comparitionẽ
cum conſtitutione procuratorum, quam tamẽ
poſuerat in ſuo Bloriardo, ſeu baſtardello, quæ
poſtmodum particula à notarijs fuit iudicata,
quòd poſſet poni in regeſtro. Tamen quia is,
qui comparuerat, fuerat abſens per triennium,
poſſeſsor fecit à iudice, qui non vidit in rege-
ſtro talem comparitionem, pronunciari bene-
ficium non eſse litigioſum, & ſic poſtea venien
1 te illo, qui abſuerat ad proſecutionem ſuę cau-
ſę, dabat alius de non lite, & quòd ipſe effectus
fuerat triennalis, replicabat iſte de ſua compa-
ritione.
Fuit dubitatum in vna Vlixbonen. de Penã-
1 farin. corã d. Ant. Aug. an † omiſſio notarij ta-
lis conſtitutionis procuratorum faceret, quòd
non eſset lis.
Et conſiderabant quidam, quòd talis conſti
2 tutio † facta à parte coram ſolo notario, dice-
batur eſse apud acta, & non de actis, vt in alle-
gat. Lapi 81. & tradita per Dec. in c. quoniam
contra. col. 9. verſ. retenta tamen communi opi
nione. num. 19. de probat. Et propterea tenue-
runt Domini coram Io. Paulo de anno 1550.
3 talẽ conſtitutionem eſse † extraiudicialem, &
4 egere teſtibus, ſecus † ſi facta eſset coram iudi-
ce. Et videbatur facere, quòd ſolet dici de re-
5 uocatione † mandati, quod debet intimari, vt
per Felin. in c. ex parte decani. 12. col. verſ. 5.
regula. de reſcrip.
6 Fuit tandem tentum contrarium, † quia cum
7 iſte eſset notarius cauſæ, talis conſtitutio † pro
curatorum erat facta ad effectum, vt poneretur
in actis. Et propterea illa omiſſio notarij non
debebat nocere illi, qui comparuerat, qui tra-
ctabat de damno vitando, ne amitteret ius ſuũ
per regulam de triennali, ſed potius debebat
nocere volenti ſe tueri præſcriptione regulæ
de triennali, quia agebat de lucro.

EPITOME.

REgeſtro antiquo recognito ſimpliciter per teſtes, qui licèt non viderint ſcribi, tamẽ habent notam manum notarij, vel illam recognoſcunt per comparationem, præſtatur fides, alijs præcipuè concurrentibus.

SVMMAE.

1 *Recognitio Regeſtri antiqui facta per teſtes habentes notam manum notarij, vel recognoſcentes eam per comparationem, eſt valida, & eo magis concurrentibus his, de quibus in num. 3.*
2 *Apoca priuata non dicitur bene recognita, niſi teſtes dicant eam vidiſſe ſcribere.*

193. DECISIO. II.

1 QVicquid ſit in apoca, voluerunt † tamen
Domini dare fidem cuidam regeſtro an-
tiquo in vna Romana pecuniarum corã
Veſtano de anno 1550. quod erat recognitum
ſimpliciter per teſtes, qui licèt nõ viderint ſcri-
bi, tamen habent notam manum notarij, vel il-
lam recognoſcunt per comparitionem, vt tra-
dit Saly. in l. cõparationẽ. col. fin. C. de fid. in-
ſtrum. Socin. conſ. 41. col. 1. verſ. Sed ad hoc re
ſpondetur lib. 3. & Ruin. conſ. 70. col. 2. vol. 4.
Angel. Raſa. Imol. in l. nuda ratio. ff. de do-
nat. Socin. poſt alios in l. ſi ita ſcripſero. ff. de cõ-
dit. & demon.

Notata

Notata verò per Felin.in c. 2. in 7. limit. extra eo. & per Alex. conſ. 123. col. 2. verſ. tunc eſt neceſſe. lib. 1. cum concordant. per Pariſ. conſ. 19. num. 43. vol. 3. quòd requiratur notarium † vidiſſe ſcribere, procedunt in apoca priuata.

3 Faciebat etiam pro deciſione, quòd erat † regeſtrum integrum, in quo non ita de facili falſitas fieri poterat. Vltra quòd etiam probabatur eum, qui rubricauerat, fuiſſe notarius Cardinalis Anamitani.

EPITOME.

INſtrumentum antiquum enuncians mandatum, illud probat.

SVMMAE.

1 *Inſtrumentum enuncians mandatum, illud probat in antiquis. Intellige prout num. 2.*
3 *Inſtrumentum ſolùm enuncians de per ſe quādo non poteſt aliquid operari?*

194. DECISIO. III.

1 INſtrumentum † antiquum enuncians mandatum, fuit tentum, quòd illud probaret: quia communis opinio eſt contra Bal. vt vltra Caſſador. deciſ. 3. de procurat. tenēt Dec. conſ. 36. Boer. deciſ. 281. Sarnen. in compend. vtriuſque ſigna. fol. 85. col. 4. Aym. de antiq. temp. 2. par. num. 3. Balb. de præſcript. in 3. par. princ. q. 10. num. 205. Goffred. conſ. 20.

2 Fuit tamen dictum illa † omnia procedere, ſi vel in iudicialibus, vt per Caſſad. vel ſi ſumus in extraiudicialibus, & ſumus in tempore 30. vel 40. annorū. tamen tunc requiritur vel ſcientia, vel patientia illorum, de quorum præiudicio agitur, vel aliquis actus adminiculatiuus:
3 quia † ſolùm inſtrumentum enuncians de per ſe non poteſt operari. quod tenuerunt Domini in vna Maioricen. pecuniaria. coram d. Peregrino de anno 1550.

EPITOME.

SPolium non probatur ex inſtrumento, in quo notarius narrabat ſe fuiſſe præſentem in partibus, quando ille, qui dicebat ſpoliaſſe, obtinuit a curia regia auferri fructus à ſpoliato, & dari ſibi.

SVMMAE.

1 *Spolium non probatur ex aſſertione notarij in eius inſtrumento.*
2 *Notarius non debet rogari niſi de his, quæ ipſe fecit, vel pars, quæ rogabat, vel ambæ partes.*
3 *Notarius non poteſt dare fidem de his, quæ tertius agit.*
4 *Inſtrumentum non probat delictum.*
5 *Notario non eſt credendum, quando in inſtrumento dicit ſe fuiſſe præſentem, quando Titius commiſit aliquod delictum, & quare num. 6.*

195. DECISIO. IV.

1 NOluerunt Domini † probatum eſſe ſpolium in vna Segobien. de Aldere coram Capizucco, ex inſtrumēto, in quo notarius narrabat ſe fuiſſe præſentem in partibus, quando ille, qui dicebatur ſpoliaſſe, petijt, & obtinuit à curia regia auferri fructus à ſpoliato, & dari ſibi: quia dicebant Domini notarium † nō debuiſ-
2 ſe rogari, niſi de his, quę ipſe faciebat, vel pars,
3 quæ rogabat, vel ambæ partes. Nec † enim notarius poteſt dare fidē de his: quæ tertius agit,
4 & hoc eſt, quod dicitur, quòd † inſtrumenta nō
5 probant delictum. Nec † enim eſt credendum notario, quando in inſtrumēto dicit ſe eſſe pręſentem, quādo ego committebam aliquod de-
6 lictum: quia † non eſt de concernētibus officiū ſuū, vel de his, de quibus ſit rogatus à partibus.

EPITOME.

INſtrumentum quantumcumque antiquum non probat, niſi reperiantur plura inſtrumenta eiuſdem notarij, vel ſaltem illud repertum ſit in aliquo archiuio autentico.

SVMMA.

1 *Inſtrumentum quantumcumque antiquiſſimum vt probet, quid requiratur?*

196. DECISIO. V.

1 INſtrumentum † quantumcumque antiquiſſimum tenuerunt Domini in vna Meliuitana coram domino Proſpero de anno 1548. non probare, niſi vel reperiantur plura inſtrumenta eiuſdem notarij, vel ſaltem illud repertum fuerit in aliquo archiuio autentico. iux. not. per Felin. in c. cauſam quæ. el ſecondo. circa finem. de teſt.

DE

DE PRAESVMPTIONIBVS.

EPITOME.

DIſpenſatio præſumitur ex communi reputatione cũ curſu decem,vel viginti annorum.

SVMMAE.

1 Diſpenſatio an præſumatur ex communi reputatione?
2 Imol.in c.dilecto.col.5.verſ.tertio oppono.de præb.declaratur.

197. DECISIO. I.

1 DIſpenſationem † voluerunt Domini præ-
ſumendam eſſe ex communireputatione,
cum curſu decem, vel viginti annorum in vna
Gadicen. coram domino Roſſanen. de anno
1548.& dixerunt eſſe communem, vt per Sar-
nen.q.10.& q.26.in reg.de trien.& probat tex.
in c.illud.vbi Felin.not.col.penult.de præsũp.
2 Et ad† doctrinam Imol.in c.dilecto.col.5.verſ.
3.oppono.de pręben.reſponſum fuit, quòd nõ
loquatur,vbi adeſset longum tempus.

EPITOME.

DIuiſio præſumitur ex curſu longi temporis, quando conſtat ambas partes aliquid poſsidere, ſi autem vnus tantùm poſsideret, non itẽ.

SVMMAE.

1 Diuiſio præſumitur ex curſu longi temporis,intellige, quando conſtat ambas partes aliquid poſsidere. num. 2. quid autem ſi vnus tantùm poſsidere comperiatur? num.3.et quid quando eſſet in æqualitas? num.4.

198. DECISIO. II.

1 DIuiſionẽ,quæ † præſumitur ex curſu longi
temporis,ad gloſ. communiter approba-
2 tam in l.penult. C. comm. diuid. eo † caſu ve-
ram tenuerunt Domini coram Fabio de anno
1548.quo conſtaret ambas partes aliquid poſ-
3 ſidere. Sed † ſi vnus tantùm haberet rem lon-
go tempore poſseſsam,tunc non poteſt conſi-
4 derari diuiſio,licèt † quando eſset inæqualitas,
noluerint determinare:quia opiniones ſunt cõ
trariæ inter Bal.& Saly c.in d. l. penult.

EPITOME.

DEcreti in alienationibus minorũ cauſæ cognitio præſumitur, quando probaretur conſuetudo loci, quòd actus fieret in continenti cum decreto.

SVMMAE.

1 Cauſæ cognitio non præſumitur ex breuitate temporis in alienationibus minorum,amplia,vt neque ex atteſtatione notarij probetur,num. 2. limita, quando probaretur conſuetudo loci,quòd actus fieret in continẽti vnà cum decreto.num.3.
4 Solemnitates in decreto alienationum minorum non præſumuntur, vbi non ſunt enunciatæ, præſertim ſolemnitas ſubhaſtationis.

199. DECISIO. III.

1 DEcreti in † alienationibus minorum licèt
ex breuitate temporis non præſumatur
cauſę cognitio,vt per Bal.in l.omnes.verſ.quę-
ro an.C. ad Tertull. Curt.ſen.conſ.46.col.3.n.
2 13. ita vt † neque ex atteſtatione notarij talis
cauſæ cognitio probetur.Pariſ.conſ. 12. num.
3 60.vol. 2. Tenuerunt tamen Domini id non †
procedere, quando probaretur conſuetudo lo
ci, quòd actus fieret in continenti vnà cum de-
creto in vna Romana Caſalis de la Botachia,
coram domino Puteo de anno 1548.
Item dixerunt domini in eadem communẽ
4 opinionem eſse, quòd vbi † non ſunt enuncia-
tæ ſolemnitates,eas non præſumi,vt per Felin.
in c.quoniam contra.num. 37. de probat. Al-
5 ciat.de prę ſumptio.10.regul.4. quod† maximè
dicebanr in ſolemnitate ſubhaſtationis: quæ
quia à tempore celebrati actus intelligi nõ po-
teſt,non pręſumitur,ad not.in l.1.C. de fide in-
ſtrum.& iur.haſt.fiſcal.lib.10.

EPITOME.

DEcretum in contractu minorum interpoſitum, in quo per ſtatutum requiritur interuẽtus duorum proximiorum,facit ita præſumi adhibitos in eo fuiſſe proximiores, vel ſi non ſint adhibiti, id eueniſſe, quia non extabant,vt reijciat contrarij probationem in aduerſarium.

SVMMA.

1 Decreti interpoſitio cum interuentu proximiorũ ex vigore ſtatuti operatur,vt ij dicantur proximiores,qui fuerunt in inſtrumento adhibiti,& qui vult dicere contrarium,debet probare.

200. DE-

200. DECISIO. IV.

DEcretum in contractu minoris interpoſitum, in quo per ſtatutum requiritur ſolé-
1 nitas duorum proximiorum, facit ita †præſumi eos, qui tunc interuenerunt in contractu, eſse proximiores, vel ſi non adſuerunt, facit præſumi eos nõ adeſse, vt qui vult dicere contrariũ, debeat probare alios proximiores fuiſse præſentes, & habiles, ſed non adhibitos eſse. Et ita tenuerunt Domini in vna Romana hæreditatis bonorum corã d. Fabio Decano per Alex. in addit. incip. aliter dicerem. ad Bar. in l. ſi tertius. de aqu. plu. uarcen. Corne. conſ. 241. nu. 7. vol. 2. & conſ. 316. col. 5. in 3. dub. vol. 1. Aymo. conſ. 80. num. 14. Marſil. in rubr. de probat. num. 353. Felin. in c. ſuper his. de collatio.

DE IVREIVRANDO.

EPITOME.

PEriurus non amittit regreſſum.

S. V M M AE.

1 *Periurus ob non ſeruatam fidem eſt infamis, & etiam inhabilis ad beneficia, num. 2. quamuis non priuetur obtentis. num. 3.*
4 *Periurus regreſſum non amittit.*
5 *Pœna priuationis non habet locum, niſi in caſibus expreſſis.*

201. DECISIO. I.

1 PEriurus † ob non ſeruatam fidem, qui † ſecundùm omnes eſt infamis. Felin. in c. te-
2 ſtimonium. hoc tit. & ideo † inhabilis eſt ad beneficia. c. tua nos. de iurciur. Felin. in c. querelã.
3 eod. tit. Dec. inc. 2. de reſcr. tamẽ † non priuatur beneficijs obtentis, vt in dictis locis.

Et propterea dubitarũt Domini in vna Gerunden. coram me priuationis regreſsus de an
4 no 1550. an † amitteret regreſsum? & tenuerũt quòd non, conſiderando quòd, vt inquit Caſſador. in 1. eius deciſ. de pact. habet cauſam de preterito, & ideo non amittit. facit, quòd pœ-
5 na † priuationis non habet locum, niſi in caſibus expreſſis, vt per Felin. & Dec. vbi ſupra.

EPITOME.

IVramentum perhorreſcentiæ ſemper poteſt præſtari, etiam poſt executionẽ, vſque ad brachium ſeculare, & an, & quando ſententia ſit nulla, eo nõ præſtito, hic ponitur.

S V M M AE.

1 *Iuramentum perhorreſcentiæ ſemper poteſt præſtari vſque ad brachium ſeculare. num. 2. & quare? num. 3.*
4 *Sententia an ſit nulla, non præſtito iuramento perhorreſcentiæ? diſtingue prout hic.*

202. DECISIO. II.

1 IVramentum † perhorreſcentiæ, quod po-
2 teſt † ſemper præſtari, vt in 1. deciſ. de iureiur. not. Caſsador.

Tenuerunt Domini ſemper poſse præſtari etiam poſt executionem vſque ad brachium ſe
3 culare: quia † lis ſemper durat. in vna Oſcen. coram Capizucco de anno 1550.
4 In eadem dixerunt ſententiam † non eſse nullam, eo non præſtito, ſi in commiſſione diceretur, prout iurare paratus exiſtit: quia id intelligitur, parte ex aduerſo petente. ad not. in l. vniuerſa. C. de precib. imp. offer. ſecus tamen ſi in vim conditionis diceretur, prſtito perhorreſcentiæ iuramento. quia tunc adeſſet defectus iuriſdictionis.

DE EXCEPTIONIBVS.

EPITOME.

PRoceſſus factus per iudicem recuſatum parte non appellante, eſt validus de ſtylo Rotæ.

S V M M AE.

1 *Proceſſus per iudicem recuſatum parte non appellante factus, in rota habetur pro valido.*
2 *Recuſari iudex non niſi ex noua cauſa poteſt poſt primum actum, qui haberet effectum litis conteſtationis in ſummarijs, & quis ſit talis actus? num. 3.*

203. DECISIO. I.

1 PRoceſſus † per iudicem recuſatum parte non appellante factus in Rota paſſim habetur pro valido, & tenetur opinio Innocent. quę eſt, quòd de iure canonico valeat, in c. cum ſpecialis. de appellat. vbi poſt multos Dec. ſequitur, & Franc. communem appellat. Omiſſa pro nunc longa diſputatione Iuriſtarum in l. quod poterat. ad Trebellian. & ita in duabus cauſis coram Ioanne Paulo referebat tentum

d. Puteus Decanus, & coram eo d. Fabius, &
ideo etiam tenuerunt in vna Meleuitan. præe-
minẽtiarum coram d. Roſſanen. de anno 1548.
In qua etiam dixerunt eſſe aduertendum, ſi à
principio non fuerat oppoſita hæc exceptio:
2 quia † poſt primum actum, qui † haberet effe-
3 ctum litis cõteſtationis in ſummarijs. iux. l. nul-
la. per Bart. de procurat. non niſi ex noua cauſa
poſset recuſari.

EPITOME.

PRoceſſus factus per iudicem non recuſatum ſimul cum recuſato, valet, quamuis ambo inſolidum ſint dati.

SVMMAE.

1 *Proceſſus valet quamuis factus à iudice non recuſato ſimul cum recuſato inſolidum conſtituto. amplia prout in num. 3.*

2 *Recuſatus iudex ignorans coniudicis recuſationem validè procedit.*

204. DECISIO. II.

QVando ſunt duo iudices, quorum alter eſt
recuſatus ſuſpectus, etiam quòd eis ſit da
ta iuriſdictio inſolidum, & ſic vnus ſolus poſſit
procedere, ſi procedat ſimul non recuſatus cũ
1 recuſato; tamen valet † proceſſus, vt per Abb.
in c. cum ſuper. vbi Felin. col. 2. Dec. col. 3. de
re iudi. & hoc tenuerunt Domini in vna Meli-
uetan. pręeminẽtiarum coram d. Roſsanen. de
2 anno 1548. Et facit, quia potuit † non recuſa-
tus ignorare recuſationem alterius.

Supradictam declarationem in eadem cauſa
3 ad c. cum ſuper declararũt † Domini à fortiori
procedere, quando iudex non recuſatus eſset
ita inſolidum datus cum alio, vt inſolidum poſ
ſet procedere, etiam non expectato alio, vel
non impedito: quo caſu dicebant eſse ſimilem
his, quę dicuntur de vero tutore procedente
cum falſo in d. c. cum ſuper.

EPITOME.

PRoceſſus factus per iudicem recuſatum poſt appellationem per recuſantem interpoſitam, eſt nullus, dato quòd non fuerit appellationem proſecutus.

SVMMA.

1 *Nullus eſt proceſsus factus per iudicẽ recuſatum poſt interpoſitam à recuſante appellationem, dato quòd appellationem ipſe non proſequatur.*

205. DECISIO. III.

1 PRoceſsum coram iudice recuſato poſt † ap
pellationem etiam per recuſantem inter-
poſitã adeo tenuerunt nullũ Domini, vt etiam
quòd recuſans non fuerit proſecutus appella-
tionem, proceſsus nihil valeat ex capite nullita
tis. iux. tradita per Lap. allegat. 1. & quæ de dif
ferentia, an procedatur per viam attentatorũ,
an per viam nullitatis, tradit Franc. in c. non ſo-
lùm. §. illa verò. num. 5. circa finem. de appellat.
in 6.

EPITOME.

EXceptiones, quæ poſſunt opponi poſt ſententiam contra executionem, ceſſant poſt datum terminum ad opponendum omnes exceptiones peremptorias, dilatorias, & anomalas.

SVMMAE.

1 *Exceptiones, quæ poſſunt contra executionem ſententiæ opponi, quando ceſſent? & num. 2. & 3.*

206. DECISIO. IV.

1 EXceptiones, quę † poſsunt opponi poſt ſen
tentiam contra executionem, non oppo-
nũtur, quando eſset appoſitus terminus oppo
nendi exceptiones peremptorias, dilatorias,
& anomalas, vt per Bal. in l. ab executore. col.
fin. C. quorum appel. non recip. Iaſ. in l. 1. num.
19. C. de iur. & facti igno. quod extenderunt
Domini in vna Fulginaten. fideicommiſſi corã
2 d. Ant. Auguſt. quando † eſset datus terminus
poſt ſententiam ad opponendum, & quicquid
&c. vt executio fieri non deberet, & cum ter-
3 minus † eſset datus in vim commiſſionis, & ſic
ex cauſa iuſta non eſt locus notat. in c. paſto-
ralis. de exceptio.

EPITOME.

TErtius poteſt ſine noua commiſſione ſemper comparere in cauſa eiuſdem beneficij, etiam coram delegato, idemque eſt in cauſa appellationis.

SVM-

S V M M Æ.

1 *Tertius ſine noua commiſsione poteſt ſemper comparere in cauſa beneficiali etiam coram delegato adhuc in cauſa appellationis.num.2.*

3 *Appellationis iudex idem facit, quod iudex primę inſtãtia.*

207. DECISIO. V.

1 TErtius † poteſt in cauſa beneficiali, & coram delegato ſemper comparere non obſtante quòd allegaretur rex.in c.cum p.& g.de reſrib. quia vltra quod ibi eſt omnino tertius diuerſus, eſt omninò cauſa diuerſa, ſecus autem eſt, quando ſuper eodem beneficio tertius cõpareret: quia ſine noua commiſſione poteſt tertius comparere ex limit. Felin.2.in d.c.p. & g. & eiuſdem in c. veniens. num. 16. de teſti. vbi Abb.num 8.& Innocent. in c.veniens. de ſponſal.& deciſ.Rot. 103.in nou.

Et licèt ego clamarem, quòd tertius tantũ poſſit comparere ad aſſiſtendum, & defendendum litem, & impediendum executionem tantum, non autem ad petendum canonizari ius ſuum, quia hoc erat ſeparatum, & ita mihi videbatur, quòd loqueretur Innoc.in d.c. veniens.

Tamen Domini noluerunt contrarium, & dixerunt ita ſemper fuiſse ſeruatum, & connexitatem dicebant, quia tertius inſtabat declarari ius alterius contra ſuum ius.

2 Idem in eadem dixerunt † Domini de anno 1548. eſse in cauſa appellationis, vt firmat Felin.in c.cum ſuper.in 3.col.verſ.etiam ſi principalis.de appellat.quia iudex † appellationis idē
3 facit, quod iudex primæ inſtantiæ. Alex. conſ. 164.col.2.vol.6.

DE PRAESCRIPTIONIBVS.

EPITOME.

PRæſcriptio ſtatutaria aduerſus nõ petẽtem debitum, non procedit, ſi fideiuſſor ſoluerit, & habuerit ceſsionem actionum, etiam quòd non intimauerit principali debitori.

S V M M Æ.

1 *Præſcriptio ſtatutaria non procedit contra fideiuſſorẽ, qui ſoluit, & habet ceſsionem actionum, amplia, vt hic.*

2 *L. 1. C. de noual.non habet locum in ceſsionario, qui ſoluit, idq. habet locum in quolibet ſoluente pro tertio.*

208. DECISIO. I.

1 PRæſcriptio ſtatutaria † aduerſus non petentem debitum, non procedit, ſi fideiuſſor ſoluerit, & eidem fideiuſsori ceſſæ ſint actiones, etiam quòd de ſolutione non fuerit facta
2 intimatio debitori. Quia l. † 2. C. de nouatio. non habet locum in neceſsario, qui ſoluit & ſic ex cauſá onerosa.iux.doctr. communem Alex. & Iaſ.in l.ſi emptor.ff.de pact.& quę tradit Bal. in l.1.col.final.C.quand.prouoc.non eſt neceſ.
3 Quod † etiam habet locum in quolibet ſoluente pro tertio, vt tertius non poſſit contra creditorem principalem, cui ſolutum fuit, allegarem præſumptam ſolutionem ex forma ſtatuti. Et ita fuit tẽtum in vna Lucana pecuniaria coram Domino Fabio de anno 1548.

EPITOME.

PRæſcribere poteſt communitas, mortuis omnibus.

S V M M A.

1 *Præſcriptio procedit ad fauorem communitatis, etiam mortuis omnibus de eadem.*

209. DECISIO. II.

1 PRæſcribere † poſse communitatem mortuis omnibus, contra dicta per Corne.cõſ. 22.1.vol.col.penult.& Pariſ.conſ.27.nu.106. vol.1.& 104.num.133.vol.2.tenuerunt Domini in vna Rodien. & Maioricen. pro religione Hieroſolymit.coram domino Nouato die 28. Maij.1548.Quia contraria eſt communior, & verior opinio, vt per Innoc. Anto. Io. Andr. & Cardin.in c.cura.de iure pat.per tex.qui optimè probat in c.dudum.de decim.Bart.& Cuman.in l.poteſt.ff. de vſucapio. Balb. qui allegat Socin.in tract.præſcript.3. part.princip.2. requiſito 17.q.& tradit Capic.deciſ.4.num.15.

EPITOME.

FIlius poteſt præſcribere contra patrem.

S V M M Æ.

1 *Filius contra patrem præſcribere poteſt.*

2 *Aduentitia poſſunt cadere in obligationem inter patrem, & filium.*

3 *Pater mouere poteſt actionem contra filium, vbi agitur inter eos de dominio.*

5 *Præſcriptio an poſsit per filium perfici mortuo patre, cum filius confeciſſet inuentarium?*

6 *Hæres penes quem ſunt ſcriptura hæreditaria, non eſt ceſerendus.*

210. DECISIO. III.

1 FIlium poſſe † præſcribere contra patrem
multis rationibus tenuerunt Domini in
vna Romana caſtri Filacciani coram d. Puteo.
2 Primo quia † in aduēticijs poterat cadere obli-
gatio inter patrem, & filium, vt tradit Socin. in
conſ. 163. num. 8. vol. 2. & ſentit Iaſ. in l. frater
à fratre. num. 37. de condic. indeb. Tum etiam,
3 quia vbi agitur de dominio † inter patrem, &
filium, pater poteſt mouere actionem, vt tradit
Bal. in l. fin. C. quod cum eo &c.

Conſiderabatur etiam, quòd dato quòd di-
cta opinio Bart. in l. frater à fratre. poſſit eſſe ve
ra, quòd non daretur actio inter patrem, & fi-
4 lium in aduentitijs, ſaltem quando † aderat ma
nus regia, in qua exercēda pater erat negligēs,
vel in implorando officio iudicis, vtique debe-
bat dari præſcriptio filio contra patrem.

5 In eadem etiam dubitabatur, numquid † mor
tuo patre, ante perfectam præſcriptionem, cū
filius confeciſſet inuentarium, an poſſet perfice
re præſcriptionem? Et quidam dicebant, quòd
poſſet perficere præſcriptionem, ad tradit. per
Dec. in l. debitori. C. de pact. & notata per om
nes, maximè Bal. in l. fin. §. in computatione.
verſ. quærit vlterius. gloſ. quid ſi ſtatutum. C.
de iure deliber. vbi Iaſ. in 2. not.

Alij verò, inter quos ego eram, tenebant cō
trarium duplici ratione. Tum quia §. & ſi præ-
fatam. & priuilegium inuentarij videbantur tā-
tum ſe extēdere, ne hęres damnum pateretur;
non autem, vt lucrum ex pręſcriptione ſentiat.
6 Item quia hæres, † penes quem ſunt ſcripturæ
hæreditarię, non eſt deſerendus. vt latè habe-
tur per omnes in §. duo fratres. l. qui Romę. de
verb. obligat. in principalibus quæſtion. & pro
pterea non poteſt negari, quin habeat malam
fidem.

Articulus tamen non fuit diſcuſſus: quia in-
clinabant Domini omnino poſſe reſtitui hære-
ditatem aduerſus hæredem volentem pręſcri-
bere illa iacente; quia carebat defenſore, ſi is,
qui defendere debebat, contra illam pręſcribe
re vellet, iuxta ea, quæ fuerunt tradita per do-
ctores in c. 1. de reſtit. in integr. dum volūt ex
pręſcriptione au[illegible] tempus vitę rectoris ma-
lè alienantis.

EPITOME.

PRæſcriptio interrupta dicitur, & amiſſa poſſeſsio ciuilis, ſi monachi timore militum dereliquerūt eccleſiam vacantem, quæ poſtea à filijs patrimonialibus fuerat occupata.

SVMMAE.

1 *Præſcriptio quando dicatur interrupta, & amiſſa poſſeſsio ciuilis?*
2 *Intellect. ad l. licèt. C. de acquir. poſſeſs.*
3 *Pariſ. conſ. 24. col. 1. lib. 1. declaratur.*

211. DECISIO. IV.

1 PRæſcriptionem † voluerūt Dñi in vna Cala
guritan. de Tanguel coram Nouato de an
no 1552. eſſe interruptam, & amiſsā fuiſſe poſ-
ſeſſionem ciuilem: quia monachi timore mili-
tum dereliquerant eccleſiā vacantem, quæ po-
ſtea à filijs patrimonialibus fuerat occupata.
per l. non ſolùm. §. ſi dominus. de vſur. & l. 1. §.
ſi quis autem. & l. 3. §. item labeo. de vi & vi ar-
2 mat. & l. licèt † C. de acquir. poſseſs. Domi-
ni intelligebant alio non ingrediente, vt ibi vi-
3 debatur ſentire. Salyc. & dicta † latè per Pariſ.
conſ. 24. col. 1. vol. 1. declarabant alio non oc-
cupante, alioqui ſi ſemper penes eccleſiam re-
maneret ciuilis, nunquam contra illam curre-
ret præſcriptio.

EPITOME.

PRæſcriptio 30. annorum quamuis obſtet executioni ſententiæ, fallit in executione cæpta.

SVMMAE.

1 *Præſcribitur ſpacio 30. annorum executioni ſententia. limita, vt num. 2.*
3 *Lis numquam finitur in curia.*
4 *Inſtantia eſt perpetua in curia.*

212. DECISIO. V.

1 EXecutioni ſentetię † pręſcribitur ſpatio 30.
annorum ex Bal. in rubr. de præſcript. col.
fin. Felin. in c. cum inter monaſterium. in 16. li-
mit. de re iudicat. Bal. de pręſcript. 4. par. princ.
q. 31. & nō poteſt obijci de mala fide, prout no
tanter declarat Abb. in c. fin. num. 30. de præ-
ſcriptio.
2 Iſtud tamen limitarunt † Domini, ſi eſset cæ
pta executio, & non finita; maximè ſi poſt de-
claratoriam ante brachium ſeculare prærie-
runt 30. anni; quia illud officium iudicis, vel il-
la actio in factum, quę datur pro executione
erit

Google

erit effecta litigioſa, & pendente lite, non cur-
3 rit præſcriptio: quę lis † numquam finitur in cu
4 ria, & inſtantia † eſt perpetua, allegabatur etiã
pro hoc, quod dicit Abb. in c. illud. de pręſcrip.
col. 3. vbi Felin. in 3. declarat. & allegabantur
notata in l. 1. C. de long. temp. præſcript. in vna
Aſculan. gabellarum coram Guidobono de an
no. 1551.

DE SENTENT. ET REIVDICATA.

EPITOME.

SEntentia contra regul. cancellar. nõ eſt nulla, ſed tantùm eſt contra ius partis.

SVMMA.

1 *Sententia lata contra regul. cancellaria non eſt nulla. & quare?*

213. DECISIO. I.

1 SEntentiam † contra reg. cancella. de trien.
non eſſe nullam dixerunt Domini, licèt eſ-
ſet datum de ipſa regul. triẽnali, & probatus eſ
ſet poſseſsor: quia magis erat cõtra ius partis.
Et poterat eſse, quòd iudex fuiſset alia ratione
motus, & quòd nõ eſset locus regulę, pro quo
ego adducebã not. per Felin. in c. 1. in 1. limit.
de re iudic. & Abb. in c. paſtoralis. col. 2. verſ.
item & fortius. de except. & ita tenuerunt Do-
mini coram me in vna Vlixbonen. parochialis
de anno 1548.

EPITOME.

CLement. vt calumnijs. de re iudic. non procedit, ſi daretur de nullitate poſt tres ſentẽtias cõformes.

SVMMA.

1 *Clemẽt. vt calumnijs. de re iudicat. limitatur, ſi daretur de nullitate poſt tres ſententias conformes. & quare? nu. 2.*

214. DECISIO. II.

1 CLementinam † vt calumnijs. de re iudica.
nõ procedere, ſi daretur de nullitate poſt
tres ſententias, dixerunt Domini coram me in
2 vna Vlixbonen. de anno 1548. ex eo † quia eſ-
ſẽt latæ in cauſa reſtitutionis poſt lapſum qua-
driennij, quia eſt defectus iuriſdictionis: vel
quia latæ poſt inhibitionem, quia ſunt attenta-
tę, dummodo conſtaret ex eiſdem actis. vel nõ
daretur aliqua releuans exceptio contra prędi
ctas nullitates, per notat. in d. clęment. vt ca-
lumnijs. per Cardinal. & omnes maximè Rip.
in l. 4. §. condemnatum. de re iud.

EPITOME.

SEntentia lata contra hæredem non præiudicat fideicommiſſario non citato, ſaltem citatione generali.

SVMMAE.

1 *Sententia lata contra hæredẽ quando non præiudicet fidei-commiſſario?*
2 *Citatio particularis quando non requiritur?*
3 *Intellect. ad l. ſi patroni. §. fin. ad trebell. et l. ex contractu. de re iudic. & num. 4.*

215. DECISIO. III.

1 SEntentia † lata contra hęredem non pręiudi
cat fideicommiſsario non citato ſaltem ci-
2 tatione generali: quia citatio † particularis nõ
requiritur, licèt in ſe valida ſit. Et canoniza-
runt Domini in vna Nouarien. coram domino
Puteo decano illã doctrinam communem, quã
tenet Bar. in l. 1. de pignor. Alex. in l. de vno-
quoque. circa finem. de re iudic. Iaſ. in l. decẽ.
de verb. oblig. & per Crot. num. 37. & Ioa. de
Loaz nu. 126. & alios in 8. Diui. l. filiusfam. de
leg. 1. & ſecutus eſt Cap. dec. Neap. 107.
Imò dixerunt aliqui ex Dominis iſtam opi-
nionem non habere contradictorem, licèt mul
3 tũ videretur obſtare † l. ſi patroni. §. fin. ad tre-
bell. & l. ex cõtractu. de re iudic. Ad quas tamẽ
ego reſpondebam, quòd ibi non erat dubium
circa citationem, nec ne, ſed tantùm dubitaba-
tur, an ſententia lata contra hęredẽ, qui ſe ab-
ſtinuit, teneret, vt ibi declarat Alex. in 4. not.
4 vel & ſecundo quòd illa † prima lex loquitur in
ſubſtituto pupillari directo, qui habet minus
ius, quàm fideicommiſſarius, & qui dicitur eſſe
hæres non primi teſtatoris, ſed illius, cuius eſt
ſubſtitutus, & placuit in vna Romana coram
Veſtano.

EPITOME.

SEntentiam confirmans primam etiã nullam ex capite iuriſdictionis, eſt valida, & tranſit in rem iudicatam.

SVMMAE.

1 *Sententia eſt valida, & tranſit in rem iudicatam, quippè*

qua

Digitized by Google

quæ confirmat primam etiam nullam ex capite iuriſdi-ctionis.

2 *Diſtinctio illa Cardinal. conſ. 71. & ſequacium inter vitium remiſsibile per partem, vel non, eſt falſa.*

216. DECISIO. IV.

1 SEntentia † confirmans primam etiam nullã ex capite iuriſdictionis, nihilominus eſt valida, & tranſit in rem iudicatam. Et fuit canonizatũ conſil. Alex. 111. vol. 5. & quæ tradit Iaſ. in l. 3. §. cõdemnatum. de re iud. & fuit dictum,

2 quòd doctrina † Cardi. in conſ. 71. & Dec. in c. 1. in fine de confirmat. vtil. vel inutil. diſtinguẽtium inter vitium remiſſibile per partem, vel non: quia contra prædictas doctrinas nõ eſt bona. Et ita tenuerũt coram me in vna Dertuſen. penſionis.

EPITOME.

SEntentia in cauſa ſtatus, puta declarans beneficium eſſe patrimoniale, vel non, facit fidem inter omnes, quia facit ius.

SVMMA.

1 *Sententia quando fidem faciat inter omnes, & faciat ius?*

217. DECISIO. V.

1 SEntentia † beneficium eſſe patrimoniale, vel nõ, quia dicitur eſſe lata in cauſa ſtatus, idcirco facit fidem inter omnes, quoniam facit ius in vna cauſa Burgen. corã d. Roſſanen. fuit tentum argument. not. in l. ingenuum. de ſtat. hom. & in l. ſæpe. de re iudic. eadem ratione id fuit tentum in teſtibus, & actis.

EPITOME.

SEntentia, quæ tertio ſcienti præiudicat in poſſeſsione, intelligitur, quantum ad hoc, vt ille non poſsit impedire executionem, quæ deberet fieri contra tertium, vel de poſſeſsione vacante, ſecus autem, ſi ille tertius ſciens poſsideret, quia non priuaretur ſua poſſeſsione.

SVMMA.

1 *Sententia, quæ tertio ſcienti præiudicat in poſſeſſione, quo pacto intelligatur per Rotam?*

218. DECISIO. VI.

1 SEntentia, † quæ tertio ſcienti præiudicat in poſſeſſione, fuit dictum in vna Romana ſpolij coram Nouato, quòd intelligebatur, quantum ad hoc, vt ille nõ impediret executionem, quæ deberet fieri contra tertium, vel de poſſeſſione vacante, ſecus autem ſi ille tertius ſciens poſſideret; quia non priuaretur ſua poſſeſſione. Et allegabatur Felin. in c. cũ ſuper. col. fin. qui dicebat per Rotã tempore ſuo determinauit hoc contra Aegid. de quo ipſe in c. cum ſuper. col. 5. verſ. & adde. mentionem fecerat.

Allegabatur etiam dictum Alex. de re iudi in l. ſæpe. num. 118. verſ. quæro aliquis. & quia aliqui dubitabant, ego dicebam aliàs ita fuiſſe tentum de anno 1545. coram domino Pighino, coram quo ego allegaui deciſ. Rotæ 478. in nou. poſt Innoc. in c. quamuis. de re iudic.

EPITOME.

SEntentia eſt valida, nõ obſtante, quòd eſſet commiſſa cauſa appellationis in curia, & non producta ſententia, iudex in negocio principali ſententiauerat etiam non conſtito in actis de iure obtinentis, eſt tamen in executione iuſtificanda.

SVMMA.

1 *Sententia an, & quando dicatur valida, non producta prima ſententia?*

219. DECISIO. VII.

1 SEntentiam † validam eſſe voluerunt Domini, non obſtante quòd eſſet commiſſa cauſa appellationis à curia, & non producta ſententia, iudex in negocio principali protulerat ſententiam. iux. addit. ad deciſ. 11. Rotæ in nou.

Et nõ obſtante, quòd diceretur non conſtare in actis de iure eius, qui obtinuerat ſentẽtiam: quia cum non eſſet expreſſa relatio ad acta, poterat ſemper iuſtificari. Voluerunt tamen Domini, quòd in executione deberet iuſtificari.

EPITOME.

OBtinens tres ſenten tias contra vſufructuarium, ſi in executione earum proprietarius ſe opponit, obti-

obtinens etiam præſtita cautione. iux. l. is à quo.de rei uend.non poteſt conſequi rem petitam.

S V M M AE.

1 *Sententias tres obtinens contra vſufructuarium, quando etiam præſtita cautione non conſequitur rem petitam? amplia. & num. 5.*
2 *Proprietarius ciuiliter poſsidet.*
3 *L.is à quo.de rei uend.limitatur.*
4 *Proprietarij intereſt rem remanere apud vſumfructuariũ.*

220. DECISIO. VIII.

FVerant latæ tres ſententiæ contra vſufru-
ctuarium, & dum peteretur executio illa-
rum in partibus,proprietarius ſe opponit. Is,
qui obtinuerat ſententias, volebat præſtita cau
tione in iux.l.is à quo.de rei uendic.ſibi tradi rẽ
petitam, quia ſententię erant ſuper ſpolio.
1 Contrarium † tenuerunt Domini in vna Eſti-
na attentatorum coram domino Ant. Auguſt.
2 Tum quia proprietarius † ciuiliter poſſidet. ad
not.in l.naturaliter.de acqu.poſ.& d.l.is à quo.
3 non † habet locum,quando tertius ſe opponens
eſt poſſeſſor. Itẽ quia eramus in caſu,quo erat
pręiudicium proprietario, cui fieret damnum
ex ſententia contra vſumfructuarium.ad tradi-
ta per Alex.in l.ſæpe.col.40.nu.106.verſ. quę-
4 ro an ſententia.de re iud.quia intereſt † proprie
tarij rem remanere apud vſumfructuarium tũ
propter cõſolidationem finito vſufructu, tum
etiam quia faciliorem habet executionem pro
prietarius contra fructuarium. Quod à fortio-
ri tenuerunt Domini, quia is, qui obtinuerat
ſententias,eas obtinuerat contra vſumfructua-
rium,& ſic ſciebat alium contradictorem, quẽ
5 poterat citaſse. ex quo inferebãt idem † etiam
eſse,ſi proprietarius ſciuiſset cauſam agi: quia
data ſcientia,in vtroque erit, quid magis impu
tari poſset agenti contra non citatum, quàm
ſcienti cauſam ſuper re ſua agi: quia tractat de
damno vitando,& iure ſuo conſeruando.

E P I T O M E.

SEntentia lata per contradictas contra citatum per edictum, quæ tranſiuit in iudicatum, non mittitur executioni. & quare?

S V M M AE.

1 *Sententia lata per contradictas quandò non mereatur executionem? & num. 2.*
3 *Abſoluendum eſt capitulum citatum per edictum, & condemnatum per contradictas non appellans à die notitia,non aliter antea refectis expenſis.*

221. DECSIO. IX.

1 SEntentia † lata per contradictas contra ci-
tatum per edictum, quę trãſiuit in rem iu-
dicatam,non mittitur executioni, vt poſt Dec.
2 conſ.364. in nou.tener Staph.fol.162.quod †
quidam intelligebant, data appellatione à die
notitiæ,alioqui ſibi præiudicaſſet.
Tamen voluerunt Domini in vna Beneuen-
3 tana ſancti Feſti,quòd ego † abſoluerem,nõ ali
ter antea refectis expenſis, capitulum citatum
per edictum,& condemnatum per cõtradictas,
nec appellantem à die notitiæ,ſed committerẽ
cauſam reſtitutionis, quia erat perſona priui-
legiata.

E P I T O M E.

SEntentia lata contra proprietarium non præiudicat vſufructuario ignoranti.

S V M M AE.

1 *Sententia contra proprietarium lata an præiudicet proprietario ignoranti,& an ſcienti? num. 2.*
3 *Feudalia iura non ſunt ad aliam materiam extendenda.*
4 *Intellect.ad cap.1.de controuerſ.inter vaſall. & alium. & ad c.1.§.ſi vaſallus.el 3.ſi de feud.fuer.controuerſ inter Dom. & Agnat.*

222. DECISIO. X.

1 SEntentia † lata contra proprietarium non
præiudicat vſufructuario ignoranti, ita te-
nuerunt Domini in vna Romana domus corã
R.P.D.Baren.de anno 1550. quia ita loquitur
Imol.in l.ſępe.de re iud.col.14.verſ.extra gloſ.
2 & ibidem Alex.col.41.num.107.& ita etiam †
in ſciente tradit Matthe. de Afflict.deciſ. 194.
Et licèt vnus ex Dominis dubitaret per tex.
in c.1.de contr.inter vaſall.& alium.& in c.1.§.
ſi vaſallus 3. ſi de feud. fuer. contr. inter dom.
& agn.retinẽdo intellectum Andr. de Iſer. &
Aluer.& ibidem.
Tamen ego tripliciter reſpondebam, Primo
quia habemus opinionem pro nobis claram, à
qua non debemus recedere per iura feudalia,
3 quę † non debent extendi ad aliam materiam.
Secundo per dicta Alberic. in d. §. ſi vaſallus.
col.pen.verſ.& pędicta.Loquitur enim, quan-
do vaſallus non poſſideret: at in caſu noſtro,&
fructua-

Digitized by Google

fructuarius, & proprietaribus poſſidebãt, vnus ciuiliter, alius verò naturaliter. Tertio Docto-
4 res † in dictis in locis dicunt illud procedere,
quando ſententia eſſet lata contra vaſallum, & dominus poſt mortem vaſalli vellet venire tã-quam aperta via per mortem, tunc ſententia præiudicaret domino, & defenſio principaliter ſpectat ad vaſallum. At in caſu noſtro fructuarius ante ſententiam, imò ante iudicium motũ contra proprietarium habebat vſumfructum conſtitutum, cuius defenſio nullatenus ſpectabat ad proprietarium, igitur, &c.

Idẽ per omnia poſt longas diſputationes tenuerũt Domini in vna Tyburtina caſtri S. Angeli coram domino Capizucco, in qua vltra ſupradicta adduxerũt deci. Neap. 20. in 2. dub. in nou. & Goffred. conſ. 10. col. 5. Abb. in cõſil. 89, col. penul. ver. ſecundum dubium eſt nunc. vol. primo.

EPITOME.

SEntentia lata contra Præceptorem religionis, & in iudicatum tranſacta exequitur, non obſtante impedimento Magnimagiſtri.

SVMMAE.

1 *Magnusmagiſter religionis non impedit executionem ſententiæ latæ contra Præceptorem.*

2 *Religio videtur habere non ſolùm poſſeſsionem ciuilem, prout habent proprietarius, & dominus directus, ſed etiam dominium.*

3 *Præceptor religionis eſt manualis.*

4 *Præceptor religionis eſt procurator, & legitimus adminiſtrator eccleſiæ, etiam ſi non ſit conſtitutus in dignitate propter adminiſtrationem.*

5 *Religio quando poſsit venire per viam reſtitutionis in integrum.*

6 *Emphitheota, feudatario, & domino directo quando reſpectu poſſeſsionis ciuilis nulla competat defenſio?*

223. DECISIO. XI.

SEntentia fuerat lata contra quendam Præceptorem, quę tranſiuerat in rem iudicatã, & dum inſtaretur pro illius executione, Ma-
1 gnusmagiſter, † & alij de religione veniebant,
& volebant impedire executionem, moti per rationes primæ deciſionis de vaſallo, & alterius 3. deciſ. ſupra hoc tit. ante iſtam de vſufructuario. Imò arguendo à fortiori, quia non ſolũ
2 penes † religionem videtur eſſe poſſeſſio ciui-
lis, vt in proprietario, & domino directo, ſed
3 etiam dominium. Imò quod eſt plus, iſti† Præ-
ceptores sũt manuales. Rota in antiquis deciſ. 1. & deciſ. 393. Felin. in c. per tuas. vel fin. de maior. & obed. Rebuff. in tract. de pacifi. poſſeſſ. fol. 47. verſ. 6. limita. & aliqui ex Dominis tranſibant cum iſta opinione.

Tamen contraria opinio mihi placuit, in qua
poſtea omnes Domini inclinarunt. Nam conſi
derabam ego, quòd erat diuerſa ratio: quia iſti
4 Præceptores † ſunt procuratores, vt legitimi
defenſores eccleſiarum, etiam ſi non ſint con-
ſtituti in dignitate propter adminiſtrationem,
vt declarat Cardinal. in clement. religioſis. col.
1. de procurat. per c. cum deputati. de iud. & fa
cit deciſ. Biſignet. 1. eod. tit. in tantum quòd
Felin. in d. c. cum deputati. dubitat, quis præfe-
ratur, quia iſti ſunt procuratores ſpeciales, alij
verò ſuperiores ſunt quodammodo generales;
& ſic ſententia lata debet mitti executioni tan-
5 quam contra legitimum defenſorem, ſed † po-
teſt religio venire per viam reſtitutionis in in-
6 tegrũ: emphitheotę † verò, & domino directo
reſpectu illius poſſeſſionis ciuilis nulla compe-
tit defenſio, prout nec feudatario.

EPITOME.

SEntentia lata vigore proceſſus facti per cõtradictas modo hic expreſſo, & in iudicatum tranſacta meretur executionem.

SVMMAE.

1 *Proceſſus per contradictas quando bonus?*

2 *Commiſsio non faciens mentionem de re iudicata eſt ſubreptitia.*

3 *Committens cauſam appellationis cum toto negocio principali, poteſt petere executionem ſuæ ſententiæ.*

4 *Citatio noua non requiritur, quando tota cauſa eſt deuoluta ad curiam.*

5 *Exequitur rei iudicata de partibus, conſtito de eius iuſtitia, etiam citato aduerſario per contradictas.*

6 *Executionem ſuæ rei iudicatæ petens in curia, quando ſibi præiudicauit in partibus?*

224. DECISIO. XII.

1 PRoceſſus per contradictas † bonum tenuerunt Domini in vna Gerunden. cauſæ piæ coram domino Fabio de anno 1549. ſi quis cõmiſiſſet cauſam appellationis cum toto negocio principali ab vna ſententia contra ſe lata in partibus reuocatoria ſuarũ, licèt dum diſcuteretur cauſa appellatiõis, aduerſarius obtinuiſſet cauſam illius appellationis auocari, & commit-

ti in

ti in partibus, & poſtea omnes procuratores eius abeſsēt. Quia ille, qui commiſerat cauſam appellationis, poſtmodum meliùs conſiderans inuenit duas ſententias primas tranſiuiſſe in rē iudicatam, ex quo duo inferebat.

2 Primum quòd commiſſio † auocatoria aduerſarij erat ſubreptitia, non facta mentione de re iudicata. iux. primam deciſ. Caſs. de reſc.

3 Secundum cum commiſiſſet † cauſam appellationis cum toto negocio principali, poterat petere executionem ſuæ ſententiæ: & propterea † cum tota cauſa eſſet deuoluta in curia, nō requirebatur noua citatio.

5 Et ideo tenuerunt Domini, quòd poſſet † procedi ad executionem rei iudicatę, conſtito de ea, & de eius iuſtitia, etiam citato ipſo per contradictas.

6 Aduertendum tamen dicebant, an † iſte petens executionem ſuę rei iudicatæ ſibi præiudicaſſet permittendo procedi in partibus, & poſtea appellando, & committendo cauſam.

EPITOME.

Ceſsio bonorum facta nōn præiudicat creditoribus conditionalibus.

SVMMAE.

1 *Ceſsione bonorum non affertur præiudicium creditoribus conditionalibus, amplia, vt num. 2.*
3 *Ceſsio qua ſit prohibita*
4 *Intelleſt ad Alberic. in l. cum oportet. §. cum autem. C. de bon. qua lib. & l. patrem ff. de his qua in fraud. credit.*

225. DECISIO. XIII.

1 Ceſſio † bonorum facta non præiudicat creditoribus conditionalibus, & in hoc fuit tenta opinio Bal. Salyc. & Fulgos. & fuit etiam antiquorum, contra Petr. Cyn. & Alb. in l. ex contractu. C. de bon. auct. iud. poſſid. in vna Romana ceſſionis coram d. Iacobo Puteo de anno 1548.

2 Quæ deciſio in eadem fuit ampliata † ad hypothecam vſusfructus, quę intelligitur de commoditate, ad plenè tradita per Neguſa. in tract.

3 de pignor. membr. 3. 2. part. col. 2. quia talis † ceſſio eſt prohibita per d. l. ex contractu. prop-

4 ter quod euitabatur † doctrina Alb. in l. cū oportet. §. cum autem. C. de bon. quæ lib. & in l. patrem. ff. de his quæ in fraud. credit. vt intelligatur in illo actu permiſſo.

EPITOME.

Eccleſia, vel collegium petens ſe reſtitui in integrum etiam aduerſus aliam eccleſiam, debet ſoluere expenſas.

SVMMAE.

1 *Reſtitutionem petens eccleſia, vel collegium etiam aduerſus aliam eccleſiam, ſoluere debet expenſas.*
2 *Eccleſia intra biennium non ſoluens canonem alteri eccleſia, cadit.*

226. DECISIO. XIV.

1 Expenſæ † debent ſolui ab eccleſia, vel collegio, etiam quòd petat ſe reſtitui in integrū aduerſus aliam eccleſiam. Et ita tenuerunt Domini in vna Barchinonen. coram domino Fabio decano de anno 1550. argum. notat. per Dec. & alios in auctēn. qui rem. C. de ſacr.

2 ſanct. eccleſ. vbi eccleſia † intra biennium non ſoluens alteri eccleſiæ, cadit: quia eſt lędēs contra lædentem: & quia non reperiebatur priuilegiata eccleſia, quominus ſoluat expenſas. Et propterea Caſſad. 1. deciſ. de reſtit. in integr. licèt dubitet de reſtitutione quoad negocium principale; tamen quo ad expenſas nihil dicit.

DE APPELLATIONIBVS.

EPITOME.

Appellationi, quatenus contra, etiā commiſſa cauſa, non poteſt adhęrere appellatus, ſi pro appellante in omnibus eſt pronunciatum.

SVMMAE.

1 *Succumbens non poteſt adhærere appellationi factæ ex aduerſo, quatenus contra, ſi pro appellante in omnibus eſt pronunciatum.*

227. DECISIO. I.

1 Appellationi, quatenus contra, etiam ſi deſuper ſit ſecuta commiſſio cauſæ, non † poteſt adhęrere is, contra quem eſt pronunciatū, ſi pro appellante in omnibus fuerit pronunciatum. Ita poſt Franc. & alios in c. ſi duobus, in. 1. & 2. q. de appellat. & Abb. Felin. & Parif. in c. ſignificauerunt. num. 10. de exceptio. tenuerunt

runt domini in vna Venetiarum matrimonij ram Nouato de anno 1548.

EPITOME.

Appellatio ſine ſcriptis ſi non fiat, in continenti à diffinitiua, non valet, etiam ſi illi per iudicem fuerit delatum. & quid in interlocutoria? hic traditur.

SVMMAE.

1 *Appellatio ſine ſcriptis à diffinitiua debet fieri incontinenti, alioqui non valet, etiam ſi illi per iudicem fuerit delatum, quid autem in interlocutoria? num. 2.*
3 *Bal. in l. appellatione. 3. col. verſ. præterea decem dies. C. de appellat. declaratur.*

228. DECISIO. II.

1 Appellatio ſine ſcriptis ſi non fiat incontinenti, non valet † à diffinitiua, etiam ſi illi per iudicem fuerit delatū. Et deciſ. Rot. 385. in nou. aliàs 54. de appell. & dicta per Franc. in c. vt debitus. col. 2. eod. tit. fuerunt declarata procedere in appellatione ab interlocutoria: quia in ea cadit illa delatio, quæ facit deuolui negocium, ſecus autem eſt in appellatione à diffinitiua, in qua non delatio, ſed appellatio deuoluit, & ideo delatio non tantùm operatur. & dicta per Bal. † in l. appellatione. 3. col. verſ. præterea decem dies. C. de appellat. procedunt, quando vtraque appellatio eſſet intra tempus, & ita tenuerunt Domini in vna Gerunden. coram d. Roſſanen. de anno 1548.

EPITOME.

Appellatio extraiudicialis etiam intimata, dummodo cauſa non ſit commiſſa, ad effectum regulæ de ſubrogando, non inducit litem.

SVMMAE.

1 *Appellatio extraiudicialis quando ad effectum regulæ de ſubrogan. non inducat litem?*
2 *Iudicium conſtituunt tres perſonæ.*
3 *Ordinarius poteſt conferre pendente hac appellatione.*
4 *Deciſ. Aegid. 749. reprobatur.*
5 *Lis facilius pendet ad damnum partis appellantis.*
6 *Sarnen. q. 54. de trien. declaratur.*

229. DECISIO. III.

Appellatio extraiudicialis etiam intimata, dummodo cauſa non ſit commiſſa, ad effe-
1 ctum regulæ de ſubrogan. non † inducit litem: & ita tenuerunt Domini in vna Palentina canonicatus pro d. Simone Acciaiolo coram Domino Reomano. Et canonizarūt opinionē gloſſatoris ſuper illa regula, & quod dicit Sarnen. in d. reg. q. 12. qui licèt ſe remittat; tamen quantum ad iſtam regulā hoc firmat. & deciſ. 1. Caſſad. hoc eod. tit. in fine loquitur de intimata: & vult, quòd non faciat litem. Quia licèt ſæpius fuerit dubitatum; tamen ſemper magis communiter id tenuerunt Domini, vt in deciſ. 764. aliàs 69. de appellat. in ant. quæ reddit rationem, quia non adeſt iudex. & ſic non poteſt
2 eſſe iudicium, in quo † tres requirunt. c. forus. de verb. ſignif. ex quo tollitur, quod ex aduerſo dicebatur, quòd adeſt Papa: quia illud eſt reſpectu deuolutionis, & tantùm de ea loquitur tex. in clem. cauſam. de electio.

Eandem opinionem tenet Rota deciſ. 310. ſeu 267. quæ eſt 36. de appellat. in nou. aliàs deciſ. 309. quę eſt 38. eod. tit. in nou. quæ aſſignat rationem facientem in caſu noſtro: quia
3 pendente tali † appellatione, ordinarius poteſt conferre, quod etiam tradit poſt Io. Andr. & alios Præpoſ. in c. bonæ. num. 32. verſ. ſuccedit quęſtio. eo. tit. Et ſic quando adeſt lis, quia impeditur Ordinarius, Papa vult ſubrogare, quod non eſt in caſu noſtro, & ex iſta deciſione
4 tollitur deciſ. † Aegid. 749. quę ex aduerſo allegabatur, quia loquitur in eodem caſu, quo illa deciſio, vt de eo in ea fit mentio, dum allegat verba Aegid. quæ ſunt in illa deciſione, & eſt idem caſus, & reprobatur, præterea nihil allegat.

Tertio loquitur reſpectu partis appellantis,
5 ad damnum cuius † faciliùs pendet lis, vt notatur in clem. 2. vt lit. pend. & non requiritur citatio, vt in clem. 2. vt lit. penden. At reſpectu conuenti requiritur citatio. vt in clem. 2. vt lit. pend. quę hic non fuit. Et in citatione eſt diuerſa ratio, quia adeſt iudex decernens citationem, qui eſt neceſſarius ad conſtituendum iudicium, & eodem modo reſpectu alterius effectus loquitur Felin. in c. ſuper literis. de reſc. col. 8. verſ. & adde.

6 Ad dicta per Sarnen. † in q. 54. in regul. de triē. fuit dictū, quod vltra quòd illa clauſula nō requiritur litem, ſed tantū moleſtiam, quę tollat pacificam poſſeſſionem, quòd ideo iudicabatur lis, quia ceſſabat regula, & reduceba-

tur

tur ad ius commune. At in caſu noſtro ſi dicamus nō eſſe litem, ceſſabit regula de ſubrogan. & reducemus ad ius commune.

Conſideratum etiam fuit, quòd daretur materia fraudibus interponēdo appellationes extraiudiciales ad effectum obtinendi ſubrogationes.

EPITOME.

PRocurator in prima inſtantia poteſt poſt ſententiam ſubſtituere procuratorem ad appellandum, non ad proſequendum, etiam ſi eſſet Dominus litis.

SVMMAE.

1 *Appellatio eſt de appenditijs primæ inſtantiæ.*
2 *Regeſtrum primæ inſtantiæ continet in ſe appellationem.*
3 *Procurator in prima inſtantia poteſt poſt ſententiam ſubſtituere procuratorem ad appellandum, non ad proſequendum.*
4 *Subſtitutio procuratoris facta coram notario primæ inſtantiæ tenet.*

230. DECISIO. IV.

1 Appellatio eſt † de appenditijs primæ inſtātiæ, vt declarat Iaſ. in l. inuitus. num. 3. C. de proc. & ex dictis per Bal. in l. dominus. C. de appellat.

2 Hinc videmus in curia, quòd regeſtrum † primæ cauſæ continet in ſe appellationem. Et propterea tenuerunt Domini in vna Aquen. corā
3 domino Roſsanen. quòd procurator † in prima inſtantia poteſt poſt ſententiam etiam ſubſtituere procuratorem ad appellandum, nō ad proſequēdum, etiam ſi eſſet dominus litis, poſt Oldrad. conſ. 317. & Franc. in c. 1. §. 1. 2. col. de procur. in 7. & vtrumque fuiſſe tentum in vna Bononien. coram Mareſcotto de anno 1542. retulit d. Decanus. Et coram me in vna Tholetana voluerūt, quòd coram notario primæ in-
4 ſtantiæ ſubſtitutio † teneret.

EPITOME.

Appellatio extraiudicialis iuxta clem. cauſam quæ. de electione deuoluit, & habet vim citationis, limitatur tamen, vt infra.

SVMMAE.

1 *Appellatio extraiudicialis iux. element. cauſam quæ. habet vim citationis, & deuoluit, limita, prout nu. 2. & 3.*

231. DECISIO. V.

1 Appellatio extraiudicialis † iux. clem. cauſā quæ. de electio. deuoluit, & habet vim
2 citationis. limitatur, † vt per Oldrad. conſ. 275. 2. argumento. vt non procedat, quando is, contra quem appellatur, etat pacificus poſſeſſor. Quod fuit dictum procedere, quādo ſcilicet ab electione, vel poſtulatiōne appellatur: quia poſt poſſeſſionem eſset magis accuſare.
3 Si autem quis appellaret † à poſseſſione, vel appellatione denegata; tunc Domini in vna Abulen. corā Puteo tenuerūt non procedere. Et fuit per me dubitatum, quia videtur tantū, quòd in caſibus ſpecialibus habeat vim citationis, vt per gloſ. & ibi Dec. num. 29. in c. cum ſit. de appell. & omnes deciſiones, prout 38. in nou. alias. 36. de appellat. quæ volunt operari iſtum effectum, ſemper allegant clement. cauſam. cum ſimil.

Multi tamen ex Dominis dicebant eſse generaliter in quacumque cauſa beneficiali. ſed nil fuit deciſum tūc die 4. Iunij 1548. videt deciſ. 753. in antiq. & Bonifac. in d. clem. cauſam quæ. de electio.

EPITOME.

Appellatio dicitur friuola, ſi eſt interpoſita à ſententia arbitrorū laudantium contra recuſantem iudicem.

SVMMA.

1 *Appellatio quæ dicatur friuola?*

232. DECISIO. VI.

1 Appellationem friuolam † iudicarunt Domini ad effectum c. 2. de dol. & contum. in 6. coram me in vna Calagutitana præeminē tiarum, ſi à ſententia arbitrorum laudantium contra recuſantem iudicem interponatur.

EPITOME.

Appellans, & committens appellationem cum clauſula, quam & quas, ſi deſerta appellatione, vigore illius clauſulæ proſequatur aliquā litem, dicitur in ea actor, & quare?

SVMMA.

1 *Appellans committens cauſam appellationis, cum clauſula, quam & quas, quando in cauſa proſequuta dicatur actori*

233. DECISIO. VII.

Appellans committens cauſam appellationis cum clauſula, nec non quam & quas,
1 deſerta appellatione, ſi † vigore illius clauſulæ proſequatur aliquã litem, licèt connexam cum prima; tamen quia iam prima erat deſerta, & non poterat in ea procedere, procedendo fuit iudicatus in ea cauſa actor: licèt originariè in principali cauſa eſset reus in vna Tholetana iuriſpatronatus coram Nouato, in qua ille condemnatus erat omiſso articulo appellationis, ſuper re nouiter deducta.

EPITOME.

Egidiana prohibet appellari, dato quòd ante ſubſcriptã ſententiam obtinens appellauerit, quatenus contra, nam ob id cauſa non dicitur facta appellabilis.

SVMMAE.

1 *Appellatio prohibetur vigore Aegidiana, dato quòd poſtea obtinens appellauerit, quatenus contra.*
2 *Appellare licet in Aegidiana, ſi de partis conſenſus cauſa eſt effecta appellabilis.*
3 *Conſenſus appellandi non inducitur per appellationem ſimpliciter interpoſitam.*

234. DECISIO. VIII.

Appellauerant quidam in vna caſtri Filacciani coram me à ſententia A. C. quatenus cõtra, & quia eramus in poſseſsorio, pars, contra quam poſtea fuit ſubſcripta ſententia,
1 volebat † appellare, non obſtante Aegidiana.
2 Et allegabatur, quòd † de conſenſu alterius partis cauſa erat effecta appellabilis, iuxta not. per Dec. in l. 1. col. 2. C. de bon. poſſ. ſecundùm tab. cum concord. adductis per Ant. Nicellum in tract. de concordant. gloſ. in 8. col. 2. fallent. ad regulã l. 1. C. ſi de momen. poſſeſſ. 1. tom. tract.
Fuit dictum per Dominos, quòd appellatio poterat verificari in expenſis. & propterea per
3 appellationem ſimpliciter interpoſitam non † inferebatur conſenſus permittendæ appellationis ad totam cauſam.

EPITOME.

Appellatio procuratoris requirit intimationem vnà cum mandato.

SVMMAE.

1 *Procuratoris appellatio quid requirat ad eius validitatem, & num. 2.*
3 *Intellect. ad deciſ. Rota 129. In non.*

235. DECISIO. IX.

1 Appellatio procuratoris requirit † intimationem vnà cum mandato. Aegid. deciſ. 58. & Faſtol. dub. 35. quicquid dicatur in deciſ. 129. in nou. aliàs 19. de appellat. & idem dicitur in deciſ. 3. de appellat. in ant.
2 Quæ tamen fuit † intellecta in vna Gerunden. coram d. Ant. Auguſtino quoad effectum deuolutionis, non autem quoad effectum attẽ-
3 tatorum. Vel dicas, quòd illa † deciſ. loquitur in intimatione, quę poteſt fieri per quemcumque, dummodo appareat appellationem fuiſſe interpoſitam per procuratorem, vt in deciſ. 12. in ant. & latè per Felin. in c. cum cõtingat. col. penul. de reſcr. poſt Cardinal. & Domin. in c. ſi quis præpoſtera. 50. diſtinct. Imol. in clem. cauſam. col. 6. verſ. ſed iuxta pręterita. de electio.

EPITOME.

Appellatio procuratoris aſſerentis ſe appellare vigore mãdati, quod non eſt bonum, non valet, quamuis oſtenderet poſtea bonum.

SVMMA.

1 *Procurator appellans virtute vnius mandati non boni, nil agit, quamuis poſtea producat bonum.*

236. DECISIO. X.

1 Appellatio † procuratoris aſſerentis ſe appellare vigore mandati, quod non eſt bonum, non valet, etiam ſi haberet poſtmodum bonum. Et iſta fuit viſa communior opinio Dominorum in vna Melitẽ. coram domino Fabio, ex notatis per Roman. conſ. 496. & quę not. per Felin. in c. cum ex officio. de præſcriptio. quamuis in veritate in illa cauſa tunc nihil fuerit deciſum; tamen alia vice illud tenuerũt Domini in eadem, & in multis alijs cauſis.

EPI-

EPITOME.

DEſerta cauſa dicitur, ſi in primo anno ſit cauſa tantùm commiſſa, & nihil factum: ſed ſi emanauerint citatio, & inhibitio, non niſi per biennium deſeritur.

SVMMA.

1 *Deſertio quando per annum, & quando per biennium inducatur.*

237. DECISIO. XI.

1 DVbium †Faſtol. 37. quòd cenſeatur cauſa deſerta, ſi in primo anno cauſa tantùm ſit commiſſa, intellexerunt Domini, quando cauſa in primo anno eſſet commiſſa tantùm: ſed ſi deuentum eſſet etiam ad citationem, & ad inhibitionem, tunc Domini tenuerunt cauſam non eſſe deſertam, niſi per biennium.

EPITOME.

Appellatio eſt de ordinatorijs iudicij, & propterea circa eam ſeruatur forus, in quo litigatur.

SVMMAE.

1 *Appellatio concernit ordinatoria iudicij, & ſeruatur iudicij forus in ea.*
2 *Iudicij locus attenditur in ordinatorijs.*

238. DECISIO. XII.

1 Appellationem eſſe † de ordinatorijs iudicij, & propterea in ea ſeruãdum eſſe forum, in quo litigatur, tenuerũt Domini in vna Romana vineæ, ſeu nullitatis coram d. Ant. Auguſtino anno ſuperiori 1547. & hoc anno 1548. Fuit tentum in vna Parme. villarum coram d. Pelegrino per notata à Mariano in c. quòd clericis. de for. compet. Dec. in c. eccleſia S. Mariæ. num. 42. de conſtit. & expreſsè Iaſ. in l. cunctos populos. dum tractat, quòd in † ordina-
2 torijs attadatur locus iudicij. C. de ſumm. trin. & fid. cath.

EPITOME.

Appellans à ſecunda ſententia, & ab executorialium relaxatione ita facit dictam ſecundam ſententiam ſuam, vt ſequens ſententia contra eum ferenda, ſit tertia.

SVMMA.

1 *Appellans à ſecunda ſententia facit, vt ſequens ſententia contra eum ferenda ſit tertia, & mereatur executionẽ.*

239. DECISIO. XIII.

1 APpellans à ſecunda ſententia, & ab intimatione executorialium, ita facit illam ſecũdam ſententiam ſuam, vt ſequens ſententia ferenda contra ipſum ſit tertia. ita poſt Felin. in c. cum ſuper. col. fin. de re iudic. voluerunt Domini, quòd ego ſubſcriberẽ ſententiam pro tertia in vna Tholetana de Sancho el Rey pro Roderico Baeza contra Io. Moram.

EPITOME.

PRoceſſus habitus per contradictas ad inſtantiam. A. qui petierat à capitulo poſſeſsionem canonicatus vacantis vigore regreſſus. B. exiſtente in poſſeſsione vigore prouiſionis Ordinarij, & B. proteſtante ſe non moleſtari, alioqui appellante, & A. pariter appellante, & veniente ad curiam, ac B. non citato, obtinente ſententiam per cõtradictas, an ſit validus, hic traditur.

SVMMAE.

1 *Proceſſus habitus per contradictas, an & quando ſit validus.*
2 *Appellatio extraiudicialis habet vim citationis.*
3 *Appellatio conditionalis nil ponit in eſſe, niſi adueniente grauamine.*
4 *Appellatus non niſi à die illati grauaminis poteſt praecurrere. & num. 8.*
5 *Aegid. deciſ. 520. declaratur.*
6 *Appellans, quatenus poſſeſsio daretur eius aduerſario, ſi non fuit data, non habet conquerendi cauſam.*
7 *Dictio, ex nunc prout ex tunc, ſemper intelligitur ſecuto grauamine.*

240. DECISIO. XIV.

PEtebat Io. Solano à capitulo poſſeſſionem canonicatus vacantis vigore regreſſus, exiſtẽte Gabriele in poſſeſſione per prouiſionẽ Ordinarij: Gabriel proteſtabatur non moleſtari, & quatenus contrarium fieret, appellabat: Io. vero Solano etiam ipſe ſupplicauit, & appellauit

lauit:deinde venit ad curiã,& aliter non citato
Gabriele, obtinuit ſententiã per contradictas.
1 dubitabatur † de validitate proceſſus, & plura
dubia fuerunt excitata.

Primum, an vigore appellationis conditionalis per Gabrielem interpoſitæ potuerit Gabriel procedere.

Secundo, an vigoræ ſuę ſupplicationis?

Tertio, an vigòre ſuæ appellationis?

Circa primum dicebatur per aliquẽ, quòd
vigore appellationis extraiudicialis per Ga-
brielem interpoſitæ poſſet procedi etiam illo
2 non citato,& inuito: quia † appellatio extraiu-
dicialis habet vim citationis. vt per Rotam de-
ciſ.38.in nou. Aegid.749.Prępoſit. in c.bonæ.
ver. vndecimus effectus. de appellat. vbi etiam
Peruſin.in 13.quæſtione.

Quibus non obſtantibus cõtrarium fuit de-
3 ciſum. Primo quia † appellatio illa Gabrielis fue
rat conditionalis, quæ nihil ponit in eſſe, niſi
adueniente grauamine; at Gabriel appellaue-
rat, quatenus auferretur ei poſſeſſio, quę non
fuerat ablata.

4 Conſiderabatur etiam, quia ante † illatum
grauamẽ,& niſi à die illati grauaminis non po-
terat præcurrere appellatus. per clem. ſicut, de
appellat. & quæ ponit Abb. in c. bonæ. col. 2,
verſ.4.noto.& ver.6.differentia. de appellat. &
notatur per Rotam in ant. deciſ. 376. aliàs
32. de appellat. Et Aegid. deciſ. 520. declara-
5 batur † procedere, quando eſſemus in appella-
tione extraiudiciali, quæ haberet ſecum anne-
xum negocium principale.

Conſiderabatur etiam, quòd Gabriel, qui ap
6 pellauerat, † quatenus poſſeſſio daretur aduer
ſario eius, ſi non daretur, non habebat, de quo
conquereretur de capitulo, & propterea non
erat opus deuenire ad curiam.

Dubitabant etiam aliqui, an appellatio à gra
uamine futuro conditionaliter aliquid operari
7 poſſit actu non facto? Nec obſtabat dictio, † ex
nunc prout ex tunc: quia ſemper intelligitur
ſecuto grauamine,& conſiderarunt etiam Do-
8 mini, ꝙ appellatus † nimis ante aliquod graua-
men illatum appellanti pręcurrerat. ad not. per
Abbat. in c. cum nobis. col. 3. de electio. per di-
ctam clem. ſicut. Ex quo inferebatur ſuperfluũ
eſſe dubium, nunquid ſi poſſeſſio fuiſſet tradita
Io. Solano, eſſet attentata. Quia poſito quòd
ſic, iam ſecutum erat grauamen, & verificata
appellatio, & tunc Io. potuerat proſequi ap-
pellationem Gabrielis, ante verò non per ſu-
pradicta.

EPITOME.

SVpplicatio facta in capitulo nõ deuoluit abſq. alia citatione, ſed poſtquam eſt porrecta principi.

SVMMAE.

1 *Supplicatio facta in capitulo, an deuoluat cauſam abſque citatione? & num. 2.*

3 *Supplicatio facta in capitulo licèt fortè operaretur deuolutionem, non tamen habet effectum citationis, vt procedi poſsit per contradictas.*

241. DECISIO. XV.

DVbitabatur etiam in eadem, an ſupplica-
1 tio, † quæ fuerat facta in capitulo, deuolue
ret cauſam abſque aliqua alia citatione? Et li-
cèt quidam dicerẽt, quòd ſic, per gloſ. in clem.
1. in ver. appellationem.& ibi Cardi. in 6.q. de
cauſ. poſs.& propriet.& querela,& ſupplicatio
eſt idem, iux. not. in l. ſi ab arbitro. ff. qui ſa-
tiſd. cog.

2 Tamen tenuerunt † Domini, quòd huiuſmo
di ſupplicationes non deuoluerent, niſi poſt-
quam eſsent porrectæ principi, vt plenè tradi-
tur in Auct. quæ ſupplicatio. C. de prec. imp. of
fer. Imol. Io. Andr. & omnes in c. ex literis. de
reſtit. in integr. Afflict. deci. 231. & 261. & Cor
neus conſ. 312. col. 4. verſ. & prout. vol. 1.

3 Item voluerunt Domini dictam † ſupplica-
tionem licèt fortè operaretur deuolutionem;
non tamen habere effectum citationis, & pro-
pterea non poſse procedi per contradictas.

EPITOME.

APpellatio interpoſita ab aliquo coram capitulo, in quo erat ſuus aduerſarius, ſufficit.

SVMMAE.

1 *Appellatio coram capitulo interpoſita, in quo appellantis aduerſarius aderat, ſufficit.*

2 *Notitia quomodocumque habeatur appellationis, ſufficit in terminis clem. cauſam quæ. de electi on.*

3 *Singulari de capitulo nocent facta in capitulo; cum agitur de intereſſe ſingularis perſonæ.*

4 *Capitulo quando ſit requiſitio, quæ conſiſtit in facto, omnes conſiderantur vt ſinguli.*

242. DECISIO. XVI.

TAndem cum Domini dubitarẽt, an appel-
1 latio † interpoſita per Io. Solano coram
capitu-

Digitized by Google

capitulo, in quo erat ſuus aduerſarius, an, inquam, huiuſmodi appellatio ſufficeret? Voluerunt Domini, quòd ſic ex duplici capite. Primo quia forma clem. cauſam. de election. poteſt optimè verificari, quando aduerſarius eſset in capitulo, & ille appellaret à capitulo: quia ſuffi-
2 cit,† quomodocunque notitia habeatur per d. clem. cauſam. Item etiam, quia cum agatur de
3 intereſse † ſingularis perſonæ, facta in capitulo nocent ſingulari. Socin. in conſ. 115. lib. 3. &
4 quia quando † fit requiſitio in capitulo, quæ conſiſtit in facto, omnes conſiderantur, vt ſinguli. Abb. in c. eam te. num. 12. de reſcr. ex quibus tollitur, quod dicebatur appellationem eſſe factam contra capitulum, non contra particulares.

Idem aliàs tenuerunt Domini in vna Placētina coram Reomano, vt infra in ver. lis. nu. 5.

EPITOME.

INtimatio mādati, quādo alternatiuè requirit vel lectionē, vel porrectionem, non ſufficit, ſi facta fuit per procuratorem comparentem in capitulo, & oſtendentem regreſſum ſui principalis, cum d. mandato, in quo capitulo erat G. qui tūc nullum habebat in eo intereſſe.

SVMMAE.

1 *Mandati intimatio eſt pars appellationis, & pariter debet intimari.*
2 *Mandati intimatio per procuratorem quādo non ſufficiat?*
3 *Notitia ſufficiens mandati procuratoris quando dicatur habita.*
4 *Appellans procurator dicitur in culpa, non intimando mandatum.*
5 *Culpa appellantis quando præponderat culpa appellati?*
6 *Intimatio eſt defenſio.*

243. DECISIO. XVII.

1 IN eadem etiam fuit dubitatum, quia mandatum †appellantis eſt pars appellationis, & eodē modo debet intimari, vt poſt Aegid. deciſ. 58. Felin. in c. cū contingat. col. penul. de re
2 ſcript. An † ſatis fuiſset intimatum, quando alternatiuè requiritur, nō copulatiuè lectio, vel porrectio: quia ante quàm vacaret beneficiū, procurator in capitulo comparuit, oſtendens regreſsum ſui principalis, cum mandato, & in capitulo erat Gabriel, ſed quia tunc non habebat intereſse, fuit dictum illā intimationem nō ſufficere.

3 Verùm fuit dubitatum, an †ſaltem habuiſset notitiam ſufficientem, ad §. intimatio. in d. clement. cauſam. Et fuit dictū, quòd nō, quia Gabriel cum non haberet intereſse, non debebat videre mādatum, vel ſi vidiſset, non tenebatur perlegere. Nam quantum attinebat ad illum actum, non erat opus videre facultatem ad appellandum, cum longè poſt fuiſſet interpoſita. Et ſi diceretur, fuit in culpa tempore appellationis, quia non iuit ad perlegendum manda-
4 tum, quia & appellans † fuerat in culpa non in-
5 timando mandatum. & ideo ad † effectum deuolutionis, vt ſentētia lata contra indefenſum non tranſierit in rem iudicatam, ſua culpa præponderabat appellati. l. item ſi obſtetrix. cum
6 vulg. ad l. Aquil. maximè quia intimatio† eſt defenſio ad Tiraquell. de retract. lignag. §. 2. nu. 28. cum ſeq.

EPITOME.

APpellante aliquo, ne traderetur poſſeſſio aduerſario, neque tradi poteſt ipſi appellanti.

SVMMAE.

1 *Appellationis extraiudicialis effectus eſt limitatus, vt nihil fiat contra appellationem.*
2 *Appellanti ne poſſeſsio daretur aduerſario, neque ei tradi debet poſſeſsio.*
3 *Abb. in c. cum nobis. de electiōn. declaratur.*

244. DECISIO. XVIII.

1 EFfectus † appellationis extraiudicialis, de quo per Præpoſ. Alexand. in c. bonæ. in 2. effectu. de appell. poſt Abb. in c. cum nobis. de electio. volentem quòd ſit limitatus, vt nihil fiat contra appellationem.

Aliqui propter hoc in vna Segobien. coram
2 d. Ant. Aug. dubitabant, numquid, † ſi quis appellaret, ne traderetur poſſeſſio aduerſario, an poſſet tradi appellanti? & aliqui inclinabant, quòd ſic. quia illud non erat cōtra opinionem. Fuit tamen dictum, ne inæqualis ſit conditio, quod neutri poterat tradi: quia vterque ligaba
3 tur, & illud dictum† Abbat. declarabatur in alio actu, puta appellantibus aliquibus, ne electio fieret per compromiſſum, poterant tamen eligentes procedere per ſcrutinium.

EPITOME.

APpellationi renunciauit appellans, qui poſt appellationem cō paruerat

paruerat coram iudice à quo, petendo
reuocari grauamen per interlocutoriã,
& acceptauerat dilationes cum moni-
tionibus.

S V M M AE.

1 *Appellationi quando cenſeatur renunciaſſe appellans?*
2 *Iuriſdictionis actus qui ſunt?*

245. DECISIO. XIX.

1 Appellationi † renunciatum eſſe inclinarũt
Domini in vna Lucana charitatiui ſubſidij
coram d. Proſpero de anno 1551. eo quia poſt
appellationem appellans comparuerat coram
iudice à quo petendo, vt reuocaret grauamen
per interlocutoriam, & acceptauit dilationes
2 cũ monitionibus: quia ſunt actus, † qui nõ poſ-
ſunt fieri ſine iuriſdictione, prout vult Felin.
poſt Rotam deciſ. 63. de appell. in nou. aliàs
746. in c. gratum. col. 3. verſ. ſed ego credo. de
offic. delegat.

EPITOME.

POſſeſſorij in cauſa non appella-
tur, etiam quòd eſſet poſſeſſoriũ
iuriſdictionis, in quo eſt coloran-
dus titulus.

S V M M AE.

1 *Appellatio in poßeßorio etiam iuriſdictionis prohibetur.*
2 *Titulus eſt colorandus in poßeſſorio iuriſdictionis.*
3 *Appellationi eſt locus in poſſeſſorio habente admixtam cauſam proprietatis.*
4 *Titulus quando allegatur pro colore tantùm, ita vt praiudicium ſit reparabile in petitorio, non appellatur.*
5 *Poſſeſſorium remedium abſque colore competit, quando agitur ſuper poſſeſſorio adipiſcendæ poſſeſsionis caſtri inter duos priuatos, dummodo apertè non conſtet de non iure.*

246. DECISIO. XX.

1 Appellationi in poſſeſſorio † non eſſe locũ,
etiam quòd eſſet poſſeſſorium iuriſdictio
nis, tenuerunt domini in vna Tyburtina caſtri
S. Angeli, non obſtante, quòd diceretur, quòd
eſſemus in poſſeſſorio iuriſdictionis, in quo †
2 debet colorari titulus. iux. deciſ. Caſſador. 18.
de reſtit. ſpoliat. ex notat. per Innocent. in c.
bonę. el ſecondo. col. 3. verſ. dicunt quidam. de
poſt. prælat. Bal. in l. 2. q. 9. C. de ſeruit. Io. Ba-
ptiſ. de ſanto Seuerin. in l. imperium. num. 45.
de iuriſd. omn. iud. quo caſu videtur intrare,
3 quod dicitur, quòd in † habentibus admixtam
cauſam proprietatis eſt locus appellationi.

Pro reſponſione dicebantur duo eſſe aliàs
per Dños ſeruata. Primum ꝙ quotieſcunque ti
4 tulus † allegatur pro colore tantùm, ita quòd
præiudicium non eſt irreparabile in petitorio,
non appellatur, vt latè declarant omnes in l. 1.
vbi Dec. C. de bo. poſſ. ſecũd. tab. & Iaſ. in cõſ.
187. in 2. vol. quod non eſt in illis caſibus, qui
paſſim allegantur. Et ſi rectè inſpiciatur gloſ.
in l. 2. §. quædam. de interdict. in exemplis ibi
poſitis, petitorio fit præiudicium. eodem mo-
do doctrin. Bar. in l. 1. col. final. verſ. ſed ſi reus.
C. ſi de moment. poſſ. ſententia pareret præiu-
dicium in petitorio. Ita etiam l. ſi quis in tã-
tam. C. vnde vi. præiudicat in vtroque, nimirũ
ſi illis caſibus appellatur.

Secundũ erat, quòd hic agebatur inter duos
priuatos ſuper poſſeſſorio adipiſcendi caſtri:
5 quo caſu † verius erat competere remedium
poſſeſſorium abſque colore, dummodo non cõ
ſtaret apertè de notorio non iure, vt poſt Iſer.
in c. 1. §. illud quoque. 3. col. de prohib. feud.
alien. Paul. in l. ſi de vi. col. 2. ff. de iudi. Afflict.
deciſ. 361. num. 40. conferunt notata per Dec.
in conſ. 497. col. 2. & conſ. 498.

EPITOME.

APpellationi non dicitur renun-
ciatum, quando aliquis, poſtquã
iudex eum grauauit, appellauit, 1
& quia iudex eum citauit ad videndum
ſe aggrauari, & reaggrauari, appellans
petijt prorogari terminum, & quare.

S V M M AE.

1 *Appellationi quando non dicatur renunciatum?*
2 *Appellationi renunciare non dicitur, qui facit actum metu cenſurarum. & quare? num. 3.*
3 *Appellationi renunciare non dicitur, faciens actum tendẽtem ad remouendum grauamen.*

247. DECISIO. XXI.

1 APpellationi † renunciatum eſſe noluerũt
Domini de anno 1551. in vna Lucana cha
ritatiui ſubſidij corã Fabio decano, in qua, poſt-
quam iudex grauauit, pars appellauit, & quia
iudex citauit appellantem ad videndum ſe ag-
grauari, & reaggrauari, appellans petijt proro-
gari terminum.

2 Primo quia cum id † fecerit metu cenſura-
rum,

rum, non cenſetur renuncians ſe appellationi.
3 Nam †propter timorem, & non animo renunciandi, appellationi renunciaſse præſumitur. vt per Innocent. in c. cum olim. el 3. ad finem. de reſtit. ſpol. & tradit Dec. in gratum. de of-
4 fic. delegat. Et facit, quia iſte † actus tendit ad remouendum grauamen, vt per Dec. in d. c. gratum. poſt omnes in 2. limit. & idem in c. cũ teneamur. de appellat. in 3. not. & Gozadin. conſ. 18. num. 9.

EPITOME.

ACtor poſsidens ſi committit cauſam appellationis, cũ clauſula, nec non quã, & quas, & nõ producta appellatione, per dictam clauſulam petit abſolutoriam, eſt ſibi danda.

SVMMAE.

1 *Actori poſſeſſori committenti cauſam appellationis cum clauſula, quam & quas, an ſit danda abſolutoria?*
2 *Clauſula, quam & quas, virtus, & energia.*
3 *Cautus ſit reus, vt nihil producat, & nihil alleget contra titulum actoris, ſed tantùm petat ſe abſolui.*

248. DECISIO. XXII.

ACtor erat poſſeſſor, & commiſerat cauſam appellationis, cum clauſula, necnon quã & quas, & non producta appellatione per d.
1 clauſulam, nec non quam & quas petebat † abſolutoriarum. Duo ex Dominis dicebãt, quòd non poterat ſibi dari, quia non erat commiſſã cauſa moleſtationis.

Ego tamen dixi cõtrarium, quia ſub illis ver-
2 bis, † quam & quas, actor poterat ſpecificare cauſam, quam volebat: maximè concurrentibus quibuſdam, ex quibus cognoſcebatur reũ conuentum moleſtare, puta quia producebat ſuũ titulum, vel obijciebat contra titulũ actoris. Quæ opinio poſtea placuit domino Fabio, qui erat vnus ex duobus, & dicebat pro dicto meo eſſe deciſ. 1. de re iudi. in nou. & propterea
3 cautus † eſſe debet reus, vt nihil producat, & nihil alleget contra titulũ actoris, ſed tantùm petat ſe abſolui.

EPITOME.

ATtentata ſat eſt, vt purgentur per ceſsionem in iudicio factam.

SVMMAE.

1 *Attentata ſunt purganda, & ſufficit per ceſsionem in iudicio factam.*
2 *Proceſſus in cauſa non eſt retardandus per purgationẽ attentatorum faciendam in partibus.*

249. DECISIO. XXIII.

1 ATtentata † licèt debeant purgari; tamen ſufficit, quòd purgentur per ceſsionem in iudicio factam, non autem expectari, vtea-
2 tur in partibus pro capiẽda poſſeſsione: quia † non debet retardari proceſſus in cauſa, vt per Aegid. deciſ. 551. quod tenuerunt Domini coram me in vna florentina hoſpitalis de anno 1548.

EPITOME.

ATtentata nõ dicuntur, ſiquis obtinuiſſet ab A. C. monitorium in cauſa beneficiali.

SVMMAE.

1 *Attentatum non facit impetratio monitorij in beneficialibus ab A. C.*
2 *Auditor Cam. non habet iuriſdictionem in beneficialibus.*

250. DECISIO. XXIV.

1 ATtentata † tenuerunt Domini non eſſe, ſi quis ab Auditore Cameræ abſq. commiſſione obtinuiſſet monitorium in cauſa beneficiali, ſecus è conuerſo. in vna Valentin. paro-
2 chialis coram me, quia A. C. non † habet iuriſdictionem in his beneficialibus.

EPITOME.

ATtentata reuocantur etiam inſtãte eo, qui non habet coloratum titulum.

SVMMA.

1 *Titulum coloratum adhuc non habens, obtinet reuocationem attentatorum.*

251. DECSIO. XXV.

1 ATtentata † reuocantur etiam inſtante eo, qui non habet coloratum titulum, vt per Caſſãd. deciſ. 3. de reſtit. ſpoliat. quam tenuerunt Domini coram me in vna Valentina parochialis del Pego de anno 1548.

EPITOME.

COmpenſationi non eſt locus, in cauſa attentatorum, & quare?

m *SVM-*

S V M M AE.

1 *Attentatorum cauſa eſt magis fauorabilis, quàm cauſa penſionis, etiam vbi adeſſet clauſula, ſine retardatione. & num. 6.*
2 *Compenſationi non datur locus in attentatorum cauſa.*
3 *Penſio ſapit naturam cauſæ alimentorum.*
4 *Attentãs non eſt dignus priuilegio principis, quem attentando contempſit.*
5 *Spoliator non poteſt opponere ſpoliato exceptionem compenſationis.*

252. DECISIO. XXVI.

1 ATtentatorum cauſa † fuit iudicata in vna
Taruiſina penſionis coram d. Proſpero
de anno 1548. magis fauorabilis, quàm cauſa
penſionis, etiam vbi adeſſet clauſula, ſine retar
2 datione. Et ideo noluerunt † Domini eſſe locũ
3 compenſationi, quamuis penſio † ſapiat naturã
cauſæ alimentorum, vt per Gigant. de penſio.
4 q. 83. Tum quia attentans, † tanquam qui con-
tempſit maieſtatem principis, non eſt dignus
5 eius priuilegio: tum quia ſpoliator † non po-
teſt opponere ſpoliato exceptionem compen-
ſationis. Iaſ. in §. bonę fidei. col. 5. Inſt. de actio.
6 Et tamen iudicium † attentatorum eſt fauora-
bilius iudicio ſpolij. vt per Rotã in nou. deciſ.
14. aliàs 2. de reſtit. ſpol. & Innocent. in c. dile-
cti. de maior. & obed.

EPITOME.

ATtentata dicuntur facta poſt citationem obtenta ab aſſerto procuratore cum cautione de rato admiſſo. & quare?

S V M M AE.

1 *Attentata an dicantur facta poſt citationem obtenta ab aſſerto procuratore? & num. 4.*
2 *Iuriſdictio quando dicatur acquiſita.*
3 *Ratificari quandocumque poteſt à principale citatio obtenta eius nomine per aſſertum procuratorem cum cautione rati.*
4 *Procuratore aſſerto cum clauſula, rati, per iudicem admiſſo, iudicium dicitur bene firmatum, & propterea citatus debet comparere.*
5 *Procuratorem quem non eſſe, ſemper opponi poſſe quomodo intelligatur?*

253. DECISIO. XXVII.

1 ATtentata † voluerunt Domini eſſe in vna
cauſa Taruiſina penſionis coram d. Ve-
ſtano de anno 1548. poſt citationem obtẽtam
ab aſſerto procuratore cum cautione de rato
2 admiſſo: quia omnino † erat acquiſita iuriſdi-
3 ctio, & poteſt † quandocunque ratificari. vt in
deciſ. Rotę 13. aliàs 1. de procurat. in antiq.
& quæ ponit Felin. in c. nonnulli. §. ſunt & alij.
num. 40. de reſc. & quæ tradunt in d. deciſ. 13.
in antiquis. Et pro hoc allegabatur deciſ. Ae-
gid. 592. pro qua ego faciebam talem rationẽ.
4 Cum enim † eſſet admiſſus procurator aſſertus
à iudice, & propterea iudicium erat bene fir-
matum, vt per Doctores in l. inter quos. §. qui
alienum. de dan. infect. & per omnes in l. licèt.
C. de procurat. debuit citatus credere aliqua
bona ratione motum iudicẽ, & venire ad oppo
nendum, & in dubio obtemperare citationi, &
quę traduntur per Bar. Bal. & alios in d. l. licèt.
5 quod ſemper † poteſt quis etiam poſt admiſſio-
nem opponere, tu non es procurator, proce-
dunt ad hoc, vt poſſit venire, & opponere, alio-
quin ſemper pendet lis.

Faciunt notat. in l. 1. ſi quis ius dic. non obtemp. & in c. 1. & c. cum perſonæ. de priuileg. in 6. Innocent. & alij in c. cũ venerabili. de cenſib.

EPITOME.

ATtentata non ſunt purganda, quãdo facta forent per tertium.

S V M M AE.

1 *Attentata per tertium an ſint purganda?*
2 *Tertij reſpectu nec attentatur. neque attentat.*
3 *Attentatum quamuis eſſet contra patronum, non poteſt præſentatus agens poſtea cauſam ſuper beneficio petere reuocari talia attentata.*
4 *Lis quando dicatur ſuper beneficio, & quando ſuper iurepatronatus?*

254. DECISIO. XXVIII.

1 ATtentata † noluerunt Domini vnquam pur
ganda eſſe, quando forẽt facta per tertiũ,
2 quia reſpectu † tertij nec attentatur, nec atten-
tat in vna Conchen. capellaniæ coram d. Reo-
mano de anno 1548. per deciſio. Rotę 411. aliàs
10. vt lit. pend. in nou. Sarnen. in regul. de trien.
q. 41. Felin. in c. exceptionem. col. 7. verſ. quin
to fallit. de reſcr.
3 Et ideo licèt † attentatum fuiſſet contra pa-
tronum: non poteſt præſentatus agens poſtea
cauſam ſuper beneficio petere reuocari illa at-
4 tentata, tum etiam quia † non erat lis ſuper be-
neficio, ſed ſuper iure patronatus.

E P I T O M E.

Attentata ex ſtylo Rotæ ſunt omnia facta poſt inhibitionem, idque ampliatur.

S V M M AE.

1 *Inhibitionem poſt Rotalem facta omnia ſunt attentata, amplia, vt num. 2.3.& 4.ratio? num. 5.*
6 *Attentata ideo ſunt omnia poſt inhibitionem, quia ſi ſumus in curia, facilè ad principem recurri poteſt: ſi ſumus in partibus, tunc non eſt aperienda via inferioribus iudicãdi de ſuperiorum inhibitionibus.*

255. DECISIO. XXIX.

1 Attentata † ex ſtylo Rotę voluerunt Domini in vna Valẽtina de la Pobla coram me
2 eſſe omnia facta poſt inhibitionem, etiã† quòd inhibitio emanaſſet virtute commiſſionis, in qua non eſſent narratę tres ſententię latæ, licèt dictum fuiſſet de litibus motis. Et non obſtan-
3 te, † quòd appellatio non fuiſſet iuſtificata, licèt contrarium eſſet de iure communi. c. non ſolùm. in ver. canonicè. de appell. in 6. & quod tradit Rota deciſ. 412. aliàs 58. de appel. in nou.
4 Item † non obſtante, quòd latæ eſſent tres ſententiæ, & inſtaretur pro executione earum.
5 Et ratio† ſtyli eſt, quia ſi ſumus †in curia, faci-
6 le eſt adire Principem pro remedio: ſi verò eſſemus in partibus, tunc non eſſet aperienda via inferioribus iudicandi ſuper inhibitionibus ſuperiorum, quia facilè negligerentur.

E P I T O M E.

Attentata non reuocãtur poſt ſententiam interlocutoriam, vel grauamen extraiudiciale intra tempus appellandi, vel poſt appellationem à falſo procuratore interpoſitam, niſi poſt talem appellationẽ iuſtificatã.

S V M M AE.

1 *Attentata quando non reuocentur? & num. 2.*

256. DECISIO. XXX.

1 Attentata † poſt ſententiam interlocutoriã, vel grauamẽ extraiudiciale infra tempus appellandi, vel poſt appellationem à falſo procuratore interpoſitam non reuocari tenuerunt Domini in vna Gerunden. coram d. Ant. Auguſt. poſt deciſ. 344. aliàs 44. de appellat. in nou. & quæ tradit Franc. c. bonæ. 10. col de ap
2 pellat. niſi† poſt iuſtificatam talẽ appellationẽ.

E P I T O M E.

Attentata eſſe reuocanda dicitur ſententia interlocutoria.

S V M M AE.

1 *Interlocutoria eſt pronunciare attentata eſſe reuocanda.*
2 *Interlocutoria multa habentes vim diffinitiuæ poſſunt reuocari.*
3 *Sententia ſuper reuocatione attentatorum, etiam quoad iudicem tranſit in rem iudicatã, et non poteſt reuocari.*

257. DECISIO. XXXI.

1 Attentata † reuocanda eſſe pronunciatio eſt interlocutoria, vt habetur in deci. 85. aliàs 11. de appellat. in nou. & 29. aliàs 2. de pręben. in ant.
2 Et licèt multę † interlocutoriæ habentes vim diffinitiuę non tranſeant in rem iudicatam quoad iudicem, & reuocari poſſint, & in antiq. deciſ. 454. & 525. aliàs 8. & 42. de appellat. ta-
3 men ſententia † ſuper reuocatione attentatorum etiam quoad iudicem tranſit in rem iudicatam, ita vt non poſſit reuocari. & ita inclinarunt Domini in vna Gerunden. conuocationis capituli coram d. Ant. Auguſt. ex deductis per Abb. & Franc. col. 4. in c. cum ceſſante. de appella. & hoc eſt, quod dicitur in deciſ. 214. aliàs 10. de re iudic. in antiq. difficiliùs eã reuocari.

E P I T O M E.

Attentata ſunt omnia illa facta poſt appellationem extraiudicialem, quę tangunt articulum, à quo eſt appellatum, etiam ante inhibitionem.

S V M M AE.

1 *Attentata ſunt omnia geſta poſt appellationem extraiudicialem, etiam ante inhibitionem.*
2 *Attentatum dicitur, ſi poſt interpoſitam appellationem à iudice, coram quo quis ſe oppoſuiſſet ad beneficium iuris patronatus. & iudex contuliſſet alteri, ſi poſt appellationem iudex abſtuliſſet poſſeſsionem ab appellante etiam ante inhibitionem.*
3 *Innocent. in c. ad diſſoluendum. de deſponſat. impub. reprobatur.*
4 *Poſſeſsio non eſt alicui non citato auferenda.*

Digitized by Google

258. DECISIO. XXXII.

1 ATtentata † voluerunt Domini in vna Cō-
chen.de Veluenta coram domino Veſta-
no de anno 1549. eſſe omnia illa facta poſt ap-
pellationem extraiudicialem, quæ tangunt ar-
ticulum,à quo eſt appellatum etiam ante inhi-
bitionē. iux.notat.per Imol.poſt Ant.de Butr.
in c.dilectus filius.el ſecondo.col.penult.de re-
ſcript.& declarat Alex.conſ.89.col.final.lib.1.
2 Et propterea dixerunt, ſi † poſt appellatio-
nem interpoſitam à iudice, coram quo quis ſe
oppoſuiſſet ad beneficium iuriſpatronatus,&
iudex contuliſſet alteri, ſi poſt appellationem
iudex abſtuliſſet poſſeſſionem ab appellante
etiam ante inhibitionem, voluerunt eſſe atten-
tatum, quod erat vtile appellato, quia non te-
nebatur colorare titulum.
3 Nec prędictis obſtabat doctrina † Innocent.
in c.ad diſſoluēdum.de deſponſat.impub. quia
Domini dicebant magis communiter eum re-
probari: quia in caſu noſtro aderat appellatio,
& etiam habito pro vero eo dicto,nihilominus
poſſeſſio erat nulliter capta,& attentata. Quod
4 ex alio etiam dicebant eſſe nullum: quia iudex †
parte non citata non debuerat procedere ad
auferendam poſſeſſionem.

EPITOME.

ATtentata nō ſunt facta per iudicē poſt inhibitionē emanatam poſt latam ſententiā, ſtante commiſſione, quòd quatenus cauſa non eſſet inſtructa,citaret,& inhiberet.

SVMMA.

1 *Attentata non ſunt,facta contra inhibitionem emanatam contra formam commiſsionis ſignaturæ.*

259. DECISIO. XXXIII.

1 ATtentata † noluerunt eſſe Domini in vna Algaren. corā Fabio de anno 1550. quæ erant facta per iudicem non obſtante inhibitione:quia cauſa erat commiſſa, quatenus non eſſet instructa,& iam ſententia erat lata in partibus,& in ſignatura dicebatur, quatenus cauſa non ſit inſtructa,citet,& inhibeat, & ſic poſt latam ſententiam non poterat inhibere, & facta non valuit,& ſic iudex in partibus non contrafecit voluntati iudicis. & quia quodammodo erat notorium, & ita reſpondebatur ad dicta ſupra deciſ.27.

EPITOME.

ATtentatum dicitur, quando quis appellauerat,ne traderetur poſſeſsio extraiudicialiter eius aduerſario,ſi poſt talem appellationem ei fuit tradita.

SVMMAE.

1 *Attentata dicitur poſſeſsio tradita extraiudicialiter aduerſario poſt appellationem de hoc à parte interpoſitam.*
2 *Appellatio extraiudicialis, quòd non deuoluat,niſi id, quod fieret contra appellationem, quo pacto intelligatur?*
3 *Dicta in c.cum nobis.de reſcrip.quomodo procedunt? & limitantur. num.4.*
5 *Attentata non niſi iuſtificata appellatione eſse reuocanda, quo pacto procedat?*
6 *Appellās nō poteſt dare de iniuſtitia propria appellationis.*

260. DECISIO. XXXIV.

1 ATtentata voluerunt † eſſe Domini in vna
Segobien.coram domino Antonio Au-
guſt.de anno 1551. in qua quis appellauerat,
ne traderetur poſſeſſio extraiudicialiter eius
aduerſario,ſi poſtea ipſi aduerſario data fuiſ-
ſet; licèt quidā dubitarent per doctrinā Abb.
in c.cum nobis.per illū tex.de reſcript.& Paul.
de Caſtr.in conſ.216.vol.2.& quæ ponunt per
omnes,& maximè Dec.in 12.differentia.num.
2 18. in c. bonæ. de appellat. quòd appellatio †
extraiudicialis non deuoluit, niſi id, quod fie-
ret contra appellationem. Quia reſpōdebatur,
quòd illud intelligitur contra appellationem
factam, quando actus,à quo appellatur, non re
manet totus ſub protectione iudicis ad quem.
Nam ſi traderetur poſſeſſio appellāti,fieret prę
iudicium iudici ad quem, qui habebit iudicare
circa traditionem poſſeſſionis, & tota traditio
poſſeſſionis eſt poſita ſub protectione eius, &
eſſet iniquum,quòd non poſſet tradi illi,& poſ-
3 ſet tradi iſti. Et dicta † in c. cum nobis. proce-
dunt, quando vnus articulus eſſet ſeparatus ab
alio articulo,& non haberet connexionem.
4 In eadem etiam cauſa fuit data alia limitatio †
ad illud, quod dicitur in d.c.cū nobis. per Abb.
col.3.& doctores in d.c.bonæ.& Faſtol.in cau-
ſa 2.dub. 2. quod eſt dubiū habito reſpectu ad
5 omnia dubia,quòd ſcilicèt non niſi † iuſtificata
appellatione,ſunt reuocanda attentata: quia il-
lud procedit in fauorem appellati, ſed in fauo-
rem appellantis non eſt verum, quia ſemper
etiam ante iuſtificationem cauſæ appellationis
6 extraiudicialis eum ligat, quia † non poteſt da-
re de

re de iniuſtitia appellatiõis propriæ. quod fuit dictum ſingulare Innocen.in c.2.de reſcr.

EPITOME.

ATtentata non ſunt, ſi obtinẽs tres conformes,& executoriales, vel eius ſubrogatus ingreſſus fuerat poſſeſsionem,nec apparebat de intimatione executorialium,vel de ſeruatione terminorum contra intruſum, & tertius dabat de attentatis,& quare?

SVMMAE.

1 *Attentata non dicuntur iſto in caſu.*
2 *Poſſeſsoris per 20.annos ad fauorem omnia præſumuntur ſolemniter acta.*

261. DECISIO. XXXV.

1 ATtentata † dixerunt Domini nõ eſſe in vna Calaguritan.coram d.Guidobono,in qua is,qui obtinuerat tres ſententias,& executoriales,vel eius ſubrogatus ingreſſus fuerat poſſeſſionem,& non apparebat intimatio executorialium,nec ſeruatio aliquorum terminorum contra intruſum,& tertius dabat de attentatis. Tũ quia dicebant veriſimile eſſe intruſum receſſiſſe poſt ſententias, & dimiſiſſe poſſeſſionem vacantem,tum etiam quia dicebant non conſtare,quod eſſent intimatæ executoriales,& cęte-
2 ra ſolemnia:quia† tamen ſteterat per 20.annos in poſſeſſione,præſumebantur omnia ſolemniter acta.ad limitat.deciſ.Rotæ.411.aliàs 10.vt lit. pend.in nou.

EPITOME.

ATtentaſſe non dicitur, qui poſt inhibitionem Rotalem iuit ad cõſilium regium pro manutẽtione poſſeſsionis ſuæ.

SVMMA.

1 *Attentaſse non dicitur,qui habita inbibitione à Rota, iuit ad conſiliũ regium pro manutentione vrbaniùs agendo.*

262. DECISIO. XXXVI.

1 ATtentaſſe illum noluerunt† Domini in vna Eluen.coram d.Proſpero,qui poſt inhibitionem à Rota iuit ad conſilium Regium pro manutentione poſſeſſionis ſuę, quam poterat propria auctoritate defendere: quia vrbaniùs egit, per plura, quę ponit Pariſ. conſ. vltimo vol.4.

EPITOME.

INhibitio præſumitur ſubſecuta,ſi appareat eodem die facta,& quare?

SVMMAE.

1 *Inhibitio præſumitur eodem die ſubſecuta, tum ob actus validitatem.num.2.tum etiam ad uitandum delictum.n.3.*

263. DECISIO. XXXVII.

1 INhibitionem † ſubſecutam eſse, non autem
2 pręceſſiſſe eadem die, tum propter † validitatem actus,ad not. per Ial.in l. 1.ſolut.ma r.
3 tum† etiam ad euitandum delictum,tenuerunt Domini in vna Mediolanen.coram d.Fabio de anno 1548.

Libri Tertij Decretalium.

DE PRAEBEN. ET DIGNIT.

EPITOME.

BEneficij prouiſio facta per nunciũ apoſtolicum, tamquam vacantis de menſe Pontificis non capit beneficium, quod vacaſſet alio menſe Ordinarij,etiam ſi adeſſet clauſula, quouis modo.

SVMMAE.

1 *Beneficium collatum per nuncium apoſtolicum tamquam vacans in menſe apoſtolico,an capit beneficium vacãs in menſe Ordinarij?*
2 *Clauſula,quouis modo,reſtringitur,ne contradicat expreſſis,& non capit vacationem per aliam perſonam.*
3 *Tempus quando eſt adiectum cauſa taxationis.*
4 *Pontifex,& Nuncius apoſtolicus facilius prouident de beneficijs in ſuis menſibus,quàm quod velint grauare Ordinarios collatores.*

264. DECISIO. I.

1 PRouiſio † beneficij per Nuncium apoſtolicum facta de beneficio tamquam vacante de menſe Pontificis, non capit beneficium, quod vacaſset alio mẽſe Ordinarij, etiã ſi adeſſet clauſula, quouis modo. Tum quia illa clau-
2 ſula † reſtringitur,ne contradicat expreſſis, &

non

non capit vacationem per aliam perſonam, vt poſt Biſignet. tradit gloſ. reg. cancell. 18. Facit, quod dicit Felin. in c. ſuper literis. in 4. ampliat. de reſcript. arguẽdo de perſona ad tẽpus.

3 Item quia tempus † eſt adiectum cauſa taxationis, vt per Oldrad. conſ. 330.

4 Conſideratum etiam fuit, quòd faciliùs † Pontifex, & Nuncius prouident de beneficijs in ſuis menſibus, quàm quòd velint grauare Ordinarios collatores. Et ita fuit tẽtum in vna Palentina coram domino Reomano, de anno 1548.

EPITOME.

Noua prouiſio cum clauſulis, ſuper infecto titulo, præſtat titulũ coloratum in poſſeſſorio, etiam non facta in ea mentione intruſionis, & malæ fructuum perceptionis.

SVMMAE.

1 *Titulum coloratum in poſſeſſorio præſtat noua prouiſio cũ clauſulis, ſuper in fecto titulo, amplia vt num. 2. & quid in proprietate? num. 3.*

265. DECISIO. II.

1 Noua prouiſio † cum clauſulis, ſuper infecto titulo, pręſtat titulum coloratum in
2 poſſeſſorio, etiam † ſi in ea non fuerit facta mẽtio de intruſione, & mala fructuum perceptio-
3 ne, licèt † quoad proprietatem multę ſint diffi cultates, iux. deciſ. 7. Caſsad. de præben. poſt Felin. in c. poſtulaſti. col. penult. & fin. de reſcr.

EPITOME.

Epiſcopus poteſt acceptare alternatiuam in præiudicium menſium tributorum Ordinarijs collatoribus, etiam inuito capitulo, præſertim in beneficijs ſpectantibus ad collationem Epiſcopi ad nominationem capituli.

SVMMAE.

1 *Collatio beneficiorum ſpectans ad Epiſcopum, & capitulũ, regulariter tribuitur Epiſcopo tamquam digniori, & iudicatur tamquam actus communis ſpectans digniorem. num. 2.*

3 *Alternatiuam poteſt acceptare Epiſcopus, in præiudiciũ menſium tributorum Ordinarijs collatoribus, etiam inuito capitulo.*

4 *Calderin. conſ. 22. de præben. declaratur.*

266. DECISIO. III.

1 Collatio beneficiorum † ſpectans ad Epiſcopum, & capitulum, quia regulariter attribuitur Epiſcopo tanquam digniori, iux. c. 1. ne ſed. vaca. lib. 6. & quæ tradit Panin. paſſim in ſuo tract. de poteſt. capit. ſed. vacan. iudica-
2 tur † tamquam actus communis ſpectans ad digniorem. Et propterea in vna Tiraſonen. corã domino Proſpero fuit tentum, quòd Epiſco-
3 pus † poſſit acceptare alternatiuas in præiudicium menſium tributorum Ordinarijs collatoribus, etiam inuito capitulo. Quod ego dicebã eſſe ſine dubitatione in beneficijs ſpectantibus ad collationem Epiſcopi ad nominationem tamen capituli: quia actus attribuitur Epiſcopo, & diſponitur tanquam de beneficio ſpectante ad collationem Epiſcopi etiam in odioſis, vt eſt deciſ. Biſignet. 10. de pręben. & 2. de conceſs. præben. quæ allegat c. 1. ne ſed. vacant.
4 lib. 6. & ſecundùm hæc † declaratur conſ. 22. Calderin. de præb. & c. cum illis. in §. ſi verò. de pręben. in 6.

EPITOME.

Poſſeſsionis traditio facta per capitulum prouiſo ab Epiſcopo, an habeat vim collationis, ita vt de ea ſit facienda mentio in noua prouiſione. Et numquid collatio ſeparatim facta ab Epiſcopo, & capitulo nullitatis vitio ſubſit? hic traditur.

SVMMAE.

1 *Poſſeſſio tradita per capitulum an habeat vim collationis?*
2 *Titulo exiſtente nullo, poſſeſſio nihil poteſt operari.*
3 *Collatio vbi apparet nulla, traditio poſſeſſionis habet vim collationis, intellige, prout num. 4.*
5 *Collatio Epiſcopi eſt inualida ſine conſenſu capituli.*
6 *Conſequens qui vult, vult etiam ſuum neceſſarium antecedens.*
7 *Collationem eius requiri in aliquo actu ſciens, ſi tradis poſſeſſionem illi, cui per alium iam eſt facta collatio, conferre videtur.*
8 *Obedientia interdum aufert præiudicium.*
9 *Collatio ſeparatim facta ab Epiſcopo, & capitulo tamquam duo collegia, eſt valida. & num. 10.*
11 *Collatio tacita, puta per traditionem poſſeſſionis, facta à capitulo, an ſit ita valida, vt de ea ſit facienda mentio in noua prouiſione? vel ſit reſeruata per illa verba, dummo do non ſit alteri ius quæſitum? & num. 17.*
12 *Collatio deuoluitur ad Epiſcopum, ſi canonici eius debentes conferre intra ſex menſes, non conferunt.*
13 *Actus diuiduus ab vno tantùm fieri poteſt.*

Patrono

14 *Patrono vno in tempore præſentante, lapſo tempore alij videntur conſentire.*
15 *Poſſeſsionis traditio facta à capitulo, habet vim gratificationis.*
16 *Dicta per Doctores in rubr. de iure patronat. declarant. procedere in diuerſis collationibus.*

267. DECISIO. IV.

ARchiepiſcopus Toletan. contulerat Ca-
nonicatũ vni, qui fuerat immiſsus per ca-
pitulum in poſseſsionẽ cum iſtis verbis. Cum
enim petita fuiſset poſseſſio à capitulo, capitu
lum petijt dilationem, poſtquam contulit poſ-
ſeſſionem, dicens velle obedire mandatis, & fa-
cere, quòd iuſtitia mediante tenebatur cum
plenitudine iuris canonicalis.

Alius, qui in curia obtinuetat reſeruationẽ,
obtinuit nouam prouiſionem cũ clauſula, dum
modo alteri non ſit ius quęſitum: veruntamen
aderant multę aliæ derogationes, non obſtan-
te, quòd aliquis eſset creatus, & acceptatus in
canonicum, & aliæ ſimiles. Et præſupponeba-
tur tam de iure, quàm ex conſuetudine di-
ctæ eccleſię collationem dictorum canonica-
tuum communem eſse Epiſcopo, & capitulo.

Multæ dubitatioues ortæ ſunt coram d. Pu-
teo iu vna Tolet. canonicatus de anno 1548.

1 Prima dubitatio fuit, an illa † traditio poſseſ
ſionis facta per capitulum habeat vim colla-
tionis, iux. tradita per Dominos deciſ. 441. in
nou. Roman. cõſ. 143. & Staphil. fol. 95. de quo
videnda eſt deciſ. 226. Aegid. & per rationem,
2 quòd ſtante † titulo nullo, poſseſſio nihil poſ-
ſit operari. Rot. in nou. deciſ. 257. Felin. c. eam
te. verſ. actus. de reſcrip. Et poſtquàm iſtud du-
bium fuiſset ter propoſitum, fuimus quatuor
pro vtraque parte. Et licèt dominus ponẽs in-
clinaret pro parte noſtra affirmatiua; tamen ni-
hil fuit deciſum.

Quòd haberet autem vim collationis, ratio-
nes potentiores erant: quia ratio deciſionis,
3 quòd vbi nulla † præcedebat collatio, traditio
poſseſſionis haberet vim collationis, fuit intel-
4 lecta † non ſolùm, ſi nulla, ſed etiam ſi aliqua
eſset, & inualida. iux. l. 4. §. condemnatum. de
5 re iudic. Et abſque † conſenſu capituli in-
ualida fuiſset collatio Archiepiſcopi. Accede-
bat, quia rationes illius deciſ. militabant, quia
pręſumebatur capitulum voluiſse conferre po
6 tius, quàm actum nullum facere: & quia qui †
vult conſequens, vult antecedẽs neceſsarium,
etiam quòd cõmodiùs actus fieri poteſt, vt eſt
verior opinio, de qua per Dec. & alios in l. 2. ff.
de iuriſd. omn. iud. Faciebãt etiam, quia habue-
rant canonici tẽpus cogitandi, & contradicẽdi.
7 Cum ergo ſcirent † actum requirere eorum
collationem, credendum erat illos eam feciſse.
Idem ſuadebant illa verba, cum plenitudine iu
ris canonicalis.

Alij, qui tenebant contrariam partem, mo-
uebantur: quia totus actus canonicorum diri-
8 gebatur ad obedientiam, † & nihil apparebat,
quòd vellent conferre.

Secunda dubitatio exoriebatur, quia dubiũ
9 erat, an † collatio ſeparatim facta ab Epiſcopo,
& capitulo eſset nulla? Fuit tameu ab omnibus
10 reſolutum, quòd etiam † ſeparatim facta vale-
ret, videlicet ab Archiepiſcopo, & à capitulo,
quia erat materia, quę ſpectabat ad duo colle-
gia, & declarata fuere latè dicta per Syluam in
2. par. in tract. de benefic. q. 17.

11 Tertium dubium erat, an eſset ita valida iſta
collatio, vt dato quòd eſset imperfecta, ſaltem
deberet fieri mentio de ea in noua prouiſione,
vel fuerit reſeruata per illa verba, dummodo al
teri nou ſit ius quęſitum? & communiter Do-
mini concluſerunt, quòd ſic. Primo quia valida
12 erat ex multis rationibus. Tum quia poſt † ſex
menſes canonicis nihil dicentibus, deuolueba-
tur poteſtas ad Archiepiſcopum, qui prouide-
13 rat. c. 2. de pręben. Tum etiam, quia erat † actus
diuiduus, qui ab vno fieri poterat, ſicut dicitur
de iure patronatus. c. 1. & 3. de iure patron. &
14 vno præſtante † lapſo tempore alij videntur
conſentire. ad not. per Cardinal. in clem. 2. de
ſupplen. neglig. prælat. Facit quod tradit Abb.
poſt alios in c. 2. de his quę fiunt à prælat. Itẽ
etiam fuit cõſideratum, quòd ſicut poterat ca-
pitulum expreſsè gratificare, ita etiam poterat
15 tacitè. Et ſic illa † traditio poſseſſionis habet
vim gratificationis: ex quo ſequebatur, quòd
16 fuerat præſeruatum, & dicta † in rubr. de iure
patron. fuerunt declarata in diuerſis colla-
tionibus.

Dicebam ego fruſtratoriam fuiſſe hanc deci
ſionẽ: quia etiam quòd imperfecta fuiſſet col-
latio Epiſcopi, & aliquid expectaret poſt ſe; ta-
17 meu quia erat pura, & non conditionalis, ideo †
de ea fieri debebat mentio, & ceſſabant omnia
ex aduerſo adducta, quę poterãt intelligi, quã-
do ius eſſet conditionale, ex traditis per Sar-
nen. q. 13. reg. de publ. & Caſſad. deciſ. 23. ſu-
per reg. cancell.

EPITOME.

EXpectatiua ad duos canonicatus
non comprehendit duos cano-
nicatus

nicatus ſub eodem tecto, etiam quòd nõ contradiceret Ordinarius, & etiam quòd quis prius vnum obtinuiſſet, & illum dimiſiſſet.

S V M M Æ.

1 *Expectatiua ad duos canonicatus an capiat duos exiſtentes ſub eodem tecto?*
2 *Incompatibilitas quando dicatur non adeſſe?*
3 *Gratia intelligitur quòd poſsit à principio verificari, & vtrumque ſimul capi.*

268. DECISIO. V.

1 EXpectatiuam, † per quam dabatur gratia ad duos canonicatus, noluerunt Domini, poſt quam cauſa fuerat bis poſita, & multùm altercatum, quòd comprehenderet duos canonicatus ſub eodem tecto, etiam quòd non contradiceret Ordinarius. Et etiam quòd quis obtinuiſſet prius vnum canonicatum, & illum dimiſiſſet, licèt tres ex nouem multùm reclamaſ-
2 ſent, eo quia nulla † adeſt incompatibilitas, ſicut dicitur in 2. deciſ. Caſſad. de præben. Ordinario non contradicente, &c.

Tamen in vna Legionen. canonicatus coram Pighino dicebant Domini vltra non veriſimilitudinem, quòd Papa de tali acquirente, & dimittente canonicatum ſenſiſſet, conſiderabãt,
3 quòd gratia † intelligitur, vt poſſit à principio verificari, & vtrumque ſimul capi, & allegabatur etiam clement. gratiæ. de reſcrip.

EPITOME.

DIgnitas ſine præbenda cum canonicatu eſt incompatibilis.

S V M M Æ.

1 *Incompatibilis eſt dignitas ſine præbenda cum canonicatu, ſed non ipſo iure, num. 3.*
2 *Diſpenſatio ſaltem Epiſcopi requiritur, vt quis valeat obtinere dignitatem ſine præbenda cum canonicatu, ſuffi cit etiam conſuetudo.*
4 *Regreſſum habens ad canonicatum per quamcumque dimiſsionem, non poteſt propria auctoritate regredi ad beneficium, eo quia canonicus acceptaſſet dignitatem.*

269. DECISIO. VI.

1 DIgnitatem † ſine præbenda cum canonicatu incompatibilem eſſe tenuerunt Domini in vna Calciatẽ. canonicatus corã d. Fabio. licèt quidam dubitarent. Tum quia tex. in c. ſi ſuper eo. de præb. eo. tit. in 6. videtur ſimpliciter dicere, quòd non obuiat. Et quia tex. in c. 1. de conſuetud. in 6. loquitur in tribus incompatibilibus. & c. literas. de conceſs. præben. & clẽ. fin. eo. tit. loquuntur in duabus præbendis.

Tamen in cõtrarium eſt communis opinio,
2 quia requiritur ſaltem † diſpenſatio Epiſcopi, vel conſuetudo, vt tenet gloſ. in d. c. ſi ſuper eo. & in d. c. 1. de conſuet. vbi hoc tenẽt Domini, & Franc. & Abb. in c. extirpãdæ. §. quia verò. n. 41. de præben. & tradit Imol. in d. c. literas. in 3. col. & Gomes. in tract. expectatiu. n. 53. cum ſeq. in quibus locis etiam dicunt poſt Innocẽt. in c. cum noſtris. 3. col. de cõceſs. pręben. quòd
3 poteſt † cogi quis per ſubtractionem fructuum ad dimittendum alterum, & ſic non ſunt incompatibilia ipſo iure.

Ex quo inferebatur in vna Valentin. portio-
4 nis coram d. Reomano, quòd habens † regreſſum ad canonicatum per quamcunque dimiſſionem non poſset propria auctoritate regredi ad beneficium, eo quia canonicus acceptaſſet dignitatem.

EPITOME.

NOua prouiſio, in qua ſunt clauſulæ obſtantiæ annullatiuæ, & infectiuæ, comprehendit quamcumque nullitatem, etiam in qua requireretur diſpenſatio, vel in qua eſſe defectus ſubſtantiæ.

S V M M Æ.

1 *Nullitates quaslibet, etiam in quibus requiritur diſpenſatio, vel in quibus eſt defectus ſubſtantiæ, comprehendit noua prouiſio cum clauſulis, de quibus hic.*
2 *Felin. in c. 2. num. 50. de reſcrip. declaratur.*
3 *Nouæ prouiſionis ex clauſulis quando omnia extendi poſſint?*
4 *Nullitates multæ non ſupplentur in confirmatione.*

270. DECISIO. VII.

1 NOuam prouiſionem, † in qua eſſent clauſulæ obſtantię, & clauſulæ annullatiuę, & infectiuę, de quibus in deciſ. Caſsad. 6. de pręb. voluerunt Domini comprehendere quacumque nullitatem, etiam in qua requireretur diſpenſatio, vel in qua eſſent defectus ſubſtantię, quia doctrina Felin. in c. 2. num. 50. de reſcrip.
2 fuit declarata † procedere in confirmatione, nõ autem in noua prouiſione, in qua intrant omnia dicta per Sarnen. q. 19. in regul. de ſubrogan.

gan. Et attentis clauſulis nouæ prouiſionis,
3 in qua † poſsunt latiſſimè extendi omnia, iux.
deciſ. Caſsad. 38. ſuper regul. cancell. Felin. in
c. nonnulli. de reſcript. col. 12.

4 Et conſiderabatur, quòd in confirmatione
multæ nullitates non ſupplentur, quia eſset im
plicare contradictionem in eodem actu, in quo
deficerent ſubſtantialia: ſecus eſt in noua pro-
uiſione, in qua apparet Principem tantùm con
ſiderare actum ita de facto præceſſiſse.

Et deciſ. 472. in nou. & alia in contrariũ de-
clarabantur procedere, vel quãdo poſset impu
tari aliqua ſubreptio, vel quando poſset nega-
de facto prius non eſse prouiſum.

EPITOME.

Beneficium manuale, & præſertim regulare non venit appellatione dependentis in reſcripto.

SVMMA.

1 *Manuale beneficium, & præcipuè regulare non venit dependentis appellatione in reſcripto.*

271. DECISIO. VIII.

1 Beneficium manuale † non venire appella-
tione dependentis in reſcripto. iux. conſ.
Aret. 63. quicquid de generalitate verbi de-
pendentis allegaretur. ad not. per gloſ. & Abb.
in c. eam te. de ætat. & qualitat. & maximè quia
eramus in regulari. ex dictis per Caſſador. de-
ciſ. 12. num. 6. & 10. de præben. tenuerunt Do
mini coram me in vna Florẽtina hoſpitalis die
4. Maij. 1548.

EPITOME.

Præceptoria ſancti Io. Hieroſolymitani non venit in generali reſeruatione, de qua in c. 2. de præben. in 6.

SVMMAE.

1 *Beneficia manualia non veniunt ſub generali affectione, vel reſeruatione.*
2 *Præceptoria Sancti Io. Hieroſolymitani an ſint beneficia manualia.*
3 *Præceptoria Sancti Io. non ſunt electiua, nec curata, ſed regularia.*
4 *Præceptoriæ Sancti Io. non comprehenduntur ſub generali reſeruatione.*
5 *Beneficia manualia licèt vltima vice à Papa commendata, non tamen remanent ita affecta, quin veniente vacatione, poſſit Ordinarius de eis prouidere.*
6 *Commenda ceſſante, ceſſat affectio.*
7 *Commẽdatio Papæ de manuali non alterat ſtatũ beneficij, imò præſumitur contuliſſe ſecundùm naturam, & ſtatũ, quibus erat ante.*
8 *Manuale beneficium per Papam commendatum, quamuis pro illa vice efficiatur perpetuum, tamen cum poſtea vacat, redit ad manualitatem.*
9 *Affectio peculiaris ſuper beneficio manuali cadit, data ſcientia in Pontifice, quòd beneficium poſſet remanere affectũ pro illa vice, vt Ordinarius prouidere non poſſit.*

272. DECISIO. IX.

1 Licèt beneficia manualia, † quæ non veniũt
ſub generali affectione, vel reſeruatione,
vt per Calder. conſ. 26. de præben. & Aeneam
de Falcon. in tract. reſeruat. 3. q. princ. num. 15.
& propterea præceptorias Sancti Io. Hieroſo-
2 lymitani, quæ ſunt † manualia, vt magis inclina
bant, licèt hoc non reſoluerint Domini: ex eo
3 quia nec † ſunt electiua, nec curata, & ſunt re-
gularia. ad not. in c. porrecta. per Abb. & Dec.
& c. ad noſtram. de confirmat. vtil. vel inutil.
Io. de Silua in tract. de benefic. in 3. par. q. 68.
& 69. Rebuff. de pacif. poſſeſſ. in 6. limitat. nu. 8.
272. & in deciſ. Caſſador. 4. & 12. de præben.
4 non † venire in generali reſeruatione. c. 2. de
præben. in 6. tenuerunt Domini in vna Calagu
ritana præceptoriæ de Villel. coram domino
Puteo de anno 1548. Et propterea etiam aliàs
coram d. Peregrino tenuerunt in vna Viennẽ.
5 præpoſituræ de Talar, quòd beneficia † manua-
lia licèt vltima vice fuerint commendata à Pa
pa; tamen non remanent ita affecta, quin adue-
niente vacatione poſſint Abbas, vel Ordina-
6 rius de eis prouidere: tum quia ceſſante † com-
menda, ceſſat affectio. Franc. col. 3. poſt Do-
min. in cap. nemo. de electio. in 6. tum quia
7 non † cẽſetur alteratus ſtatus, quia Papa præſu
mitur contuliſſe ſecundùm eum ſtatum, in quo
erat, & ſecundùm naturam ſuam, vt per Felin.
in c. conſtitutus. verſ. & ad hoc. de reſcrip. &
in c. per tuas. col. 3. & ſeq. de cõfirmat. vtil. vel
8 inut. Et dato quòd pro illa vice † efficiatur per-
petuum; tamen cum poſtea vacat, reddit ad ma
nualitatem. Lap. Alleg. 9. & allegat. 27. circa fi
nẽ. ac 33. & ponitur per Mil. in repert. ver. be-
ficium manuale. circa finem.

9 Tamen in eadem corã d. Puteo tenuerunt †
Domini affectionem ſpecialem ſuper illo bene
ficio cadere data ſcientia in Pontifices, quòd
beneficium poſſet remanere affectum pro illa
vice, vt Ordinarius prouidere non poſſit, licèt
aliqui vellent trahere d. octauam deciſionem

coram me, in qua Papa neſciuit, & ſecundam coram d.Peregrino, in qua non tractabatur de illa vacatione, quam Papa fecerat, ſed ſequente, ad iſtum caſum.

EPITOME.

Collegiata non dicitur eccleſia, etiam probatis omnibus coniecturis hic enarraris.

SVMMAE.

1 *Collegiatam eccleſiam quæ coniectura non efficiant?*
2 *Sigillum commune, vel aliqua ſignificãtia communionem, vt vniuerſos adhuc requiritur ad efficiendã collegiatã.*
3 *Famæ probatio nihil prodeſt ad probationem collegiatæ eccleſiæ.*

273. DECISIO. X.

1 Collegium † noluerunt domini eſſe in vna Biſignatẽ. archipresbyteratus coram me de anno 1549. ex omnibus coniecturis, quæ erant in puncto, quem dederam, qui erat talis, videlicet. An per teſtes deponentes audiuiſſe ab omnibus archipresbyteris, clericis, & nobilibus de ciuitate, & ita communiter reputari, & teneri, & quòd plures viderunt congregari ad effectum viſitandi eccleſiam, creandi hominẽ, qui exigeret maſsam communem, aliquando pro diuidenda maſsa, aliquando pro faciendo munus Epiſcopo, & quod archipresbyter tenetur, & reputatur pro capite, & quòd Ouidius archipresbyter defunctus noluit ſepeliri corpus cuiuſdam, qui eccleſiæ aliquid reliquerat, niſi prius cũ ſuis presbyteris celebrato officio, dicatur conſtare, quòd eccleſia ſit collegiata, vt non cõprehendatur ſub expectatiua domini Cæſaris Logio.

Moti ſunt Domini ex not. per Archid. in c. monaſterium. 16. q. 7. & per omnes, vbi etiam Henric. Boich. in c. poſtulaſti. de iur. pat. Felin. in c. in noſtra. in 24. correlar. & Federic. de ſen. conſ. 61. vbi ponũt multas cõiecturas, & Alex. conſ. 75. lib. 4. qui allegabatur pro parte aduerſa, quia conſiderabatur inſtrumentum eſse factum ſub nomine vel capituli, vel canonicorũ. Et ita dicebant aliàs fuiſse tentum in vna Cre-
2 monenſi. Et requirebant † Domini, etiã quòd adeſset ſigillum commune, vel aliqua ſignificantia communionem, vt ad vniuerſos: nã habere tractatus communes, maſsam communẽ, poteſt eſse de his, quę ſpectant ad omnes, vt ſingulos, non ad omnes, vt vniuerſos. l. maiorem eſſe partem. de pact. & quæ notantur in c. cum omnis. de conſtitut.

3 Probationem etiam famę † dicebant nihil facere ad iſtam materiã, quę habebat certas probationes, vt per Aymo. tract. de antiq. temp. fol. 308. Suadebatur hęc opinio, quia probatur aliquoties beneficium fuiſſe collatũ per Epiſcopum, aliàs enim ſi † fuiſſet eccleſia collegiata, eſſet electiua, ad not. in c. 1. de electiõ. & Caſſado. deciſ. 22. de pręb.

EPITOME.

Epiſcopus Meliuetan. an debeat ſedere poſt priorem, hic traditur.

SVMMAE.

1 *Dignitas in materia præcedentiæ in aliquo collegio conſideratur, ſi in eo collegio ea dignitas eſt alicuius conſiderationis, & effectus.*
2 *Epiſcopus Meleuitan. an ſedere debeat poſt priorem? ratio num. 3. & contrarium num. 6.*
3 *Abb. in c. poſtulaſtis. de conceſſ. praben. declaratur.*
4 *Roman. in l. ſi verò. §. de viro. num. 87. verſ. nono defertur. ff. ſolut. matr. declaratur.*

274. DECISIO. XI.

1 Dignitas † in materia præcedẽtiæ in aliquo collegio cõſideratur, ſi in eo collegio ea dignitas eſt alicuius cõſiderationis, & effectus, alioquin magna etiam digniras non conſideratur, quia ibi &c. Et propterea reſolutum fuit
2 Epiſcopũ † Meleuitan. debere ſedere poſt priorem in vna Meleuitan. præeminenti coram d.
3 Proſpero, quia † prior dictæ religionis præcedebat omnes alios, & habebat in dicto loco dignitatem cum adminiſtratione, & pro hoc fuit allegata magis communis opinio, de qua per Felin. in c. 3. incip. ex litteris. in princ. de probat. per gloſ. in c. ã collatione. de appellat. in 6. & doctrina Abb. in c. poſtulaſtis. de cõceſſ. pręben. declarata † fuit procedere in loco, in quo
4 Epiſcopus eſſet Epiſcopus, & canonicus: quia tunc immediatè poſt caput collegij deberet ſedere, & ita fuit allegata doctrina Caſſanei de glor. mundi in 4. par. 45. conſiderat. qui etiam conſiderat, quòd eſt Epiſcopus eius loci. & eſt de mente eiuſdem Felin. in rubr. de maior. & obed.

5 Eodem modo fuit † declarata doctrina Roman. in l. ſi verò. §. de viro. num. 87. verſ. 9. defertur. ff. ſolut. matrim. quòd procedat, quando nulla alia eſſet ratio præcedentiæ, niſi antiquitatis.

tatis. at in caſu noſtro prior pręcedebat alios priores non ratione antiquitatis, ſed alia ratione, & in hac opinione fuimus quinque ex nobis, tribus reclamantibus.

Dum alijs vicibus etiam cauſa hæc propo
6 neretur, & Rota eſſet mutata, contrarium † fuit deciſum, ita vt non debeat fieri vis in hac deciſione, & vide in materia præeminentiæ Dec. conſ. 161.

EPITOME.

Distributiones quotidianæ ſũt, etiã quòd aliquid dietim non ſoluatur, ſed poſt longum tempus, cũ tamen in ſolutione habeatur reſpectus ad ſingulas horas.

SVMMAE.

1 *Diſtributiones quotidianæ an dicantur, ſi nihil dietim ſoluitur, ſed poſt longum tempus?*
2 *Intelleſt. ad tex. in extrau. cum nonnullæ. §. præterea. de præben.*
3 *Calderin. conſ. 21. de præben. & Dec. cõſ. 280. declarãtur.*
4 *Pariſ. conſ. 32. vol. 4. declaratur.*

275. DECISIO. XII.

1 Distributiones † quotidianas voluerunt Domini eſſe in vna Meſſanen. coram domino Roſſanen. de anno 1549. etiam quòd nihil ſolueretur dietim, ſed poſt per longum tempus, cum tamen in ſolutione habebatur reſpectus ad ſingulas horas.

Ratio eſt, quia vtrumque verbum verificatur. primum diſtributio, quæ non tantùm fit ſoluendo, ſed etiam promittendo. Secundũ quotidianę, quia non ſolùm quotidie, ſed etiã vnaquaque hora aliquid ſoluitur. Ex quo reſpon-
2 detur ad tex. † in extrauag. cum nonnullæ. §. præterea. de præben. quia ibi non fiebat quotidie diſtributio, ſed per menſes, vel per hebdomadas.

3 Eodem modo patet reſponſio † ad notata per Calderin. conſ. 21. de pręb. & Dec. conſ. 280. Et licèt Dec. ibidem in 2. col. ad illud, quod dicitur, paria ſunt dare, vel promittere. l. fin. C. ad l. Falcid. reſpondeat, & oſtendat diuerſam rationem in caſu illo, ne videlicet illa promiſſio faciat, quòd diſtributiones vnius anni grauare poſſent fructus ſequentes; tamen quantum ad actum diſtributionis nulla eſt differentia.

Et ad vim verbi, & ad conſ. Pariſ. 32. vol. 4.
4 fuit † reſponſum, quòd loquuntur in longè diuerſis terminis, nec ibi apparebat diſtributio dierum. Ad reliqua videri poteſt Prob. in c. 1. col. fin. de cleric. non reſid. in 6.

EPITOME.

Familiaritas non deſijt ex diſceſſu è ciuitate Romana.

SVMMAE.

1 *Abſentia à ciuitate Romana non probat quem non eſſe amplius familiarem.*
2 *Diſceſſus ſolus non probat, quòd quandoque quis non ſit reuerſus.*
3 *Familiaritas eſt ſpecies ſocietatis, quæ nõ niſi cõtrario diſſenſu diſſoluitur.*
4 *Conſenſus Cardinalis quid operetur circa familiaritatem.*
5 *Abſens quando quis ſtat tanto tempore, & non ſeruit, dicitur deſinere eſſe familiaris.*

276. DECISIO. XIII.

1 Familiaritatem † non deſijſſe tenuerunt Domini ex eo, quia ſolùm probaretur quem abijſſe à ciuitate Romana, in vna Fulginaten. prioratus coram d. Veſtano de anno 1549. Tũ
2 quia ex ſolo † diſceſſu non probatur, quòd quandoque non reuerſus fuerit. Secundo quia cum
3 familiaritas † ſit ſpecies ſocietatis, ea non niſi contrario diſſenſu debet diſſolui. vt per Sarnen. in reg. de impetr. benef. per obit. famil. Card. q. 13. nu. 3. & 9. poſt Ancaran. conſ. 398.
4 Tum etiam quia apparebat de conſenſu † Cardinalis, quo caſu dicebant Domini ceſſare doctrinam Frãchi in c. ſicut. de verb. ſignificat. in 6. quia intelligebatur, vel quoniam non apparebat de conſenſu, vel quia ibi erat quædam ſpecies familiaritatis, quę requirebat certũ ſer
5 uitium: quo caſu quando † quis ſtat tãto tempore abſens, & non ſeruit, dicitur deſinere eſſe in familiaritate, ſecus autem in familiaribus ſine aliquo ſeruitio.

EPITOME.

Gratia, ſi neutri, non eſt ſubreptitia, ſi in ea impetrans non narrauit ſe ideo prima gratia priuatum, quia narrauerat ſe familiarem, & expediuerat gratis.

SVMMAE.

1 *Gratia, ſi neutri, quando non ſit ſubreptitia?*
2 *Beneficium obtinens per gratiam, ſi neutri, non tamen liberatur*

n 2

beratur ab eo, quod tenetur ſoluere officialibus.
3 *Clauſula.quòd poßint exprimi qualitates infectiua, quid operetur?*
4 *Clauſula illa gratiæ, ſi neutri, teque à quibuſuis excommunicationibus &c. quid operetur? & num. 5.*

277. DECISIO. XIV.

1 GRatiam, ſi neutri,† iudicarunt Domini non
eſse ſubreptitiam in vna arboren. coram
domino Peregrino Fabio de anno 1548.ex eo
quia in ea non narraſset impetrans ſe ideo pri
ma gratia priuatum, quia narrauerat ſe familia
rem, & expediuerat gratis, quo caſu annullaba
tur, iux.conſtitutionem Alex.vt per Caſsador.
deciſ.10.de præben.& hoc duplici ratione.
2 Prima eſt,quia licèt † per gratiam, ſi neutri,
quis obtineat beneficium; tamen nõ liberatur
ab eo, quia tenetur ſoluere officialibus, & propterea
gratia non annullatur, ex deductis per
Felin.in c.poſtulaſti.col.fin.de reſcrip.
3 Secunda,quia aderant clauſulę, † quòd poſ-
sẽt exprimere qualitates inſectiuas, vt per Caſ
ſad.deciſ.6.num.7.de reſcript.
Et ad excommunicationem, quam incurre-
bat, à qua non poteſt abſolui, niſi à Pontifice,
4 reſpondebant Domini ſufficere † clauſulam il-
lam,teque à quibuſuis excommunicationibus,
&c. vt per Staphil. fol. 82. de liter.grat.& iuſt.
quę clauſula ſufficit quantum ad effectum illa-
rum literarum, licèt quoad alia duret excom-
municatus, donec ſoluat.

EPITOME.

GRatiam primam habens,expectã-
tem conſenſum Conſeruatorum
vrbis, ſi ante talẽ cõſenſum alius
obtineat gratiam, ſi neutri,& poſtea con-
ſenſus Conſeruatorum vrbis ſequatur,con
ſenſus eſt bonus. & vide tamen in ſeq. de-
ciſione.

SVMMAE.

1 *Gratia,ſi neutri, continet impropriã conditionẽ,& quare?*
2 *Conſenſus ſuperueniens quando dicatur bonus?*
3 *Gratia ſi neutri, ſecundo conceßa eſt conditionalis. & quare?*
4 *Verba,ſi neutri,ius competere conſtiterit,quo pacto intelligantur.*
5 *Intentio Pontificis per gratiam,ſi neutri,qualis ſit?*
6 *C. ſi pro te. de reſcript. in 6. non habet locum in gratia ad certum corpus beneficij,& quare?*

278. DECISIO. XV.

1 GRatia,ſi neutri, † licèt ſecundùm aliquos
ſit conditionalis,vt per Geminian. in cõſ.
79. tamen intellexerunt Domini illam eſſe im-
propriam conditionem: quia eſt de præſenti,
vel de præterito tempore datæ, licèt expectet
poſtea ſentẽtiam declaratoriam. Et propterea
dubitabatur in vna vrbis capellanię coram d.
2 Ant. Auguſt.in qua Nicolaus†habuerat gratiã
primã, quæ expectabat ſecum conſenſum Con
ſeruatorum vrbis,& ante illum Guido obtinuit
gratiam, ſi neutri,& poſtmodum Nicolaus ha-
buit ſuum conſenſum.Dubitatum fuit, an eſſet
bonus? Et inclinarunt Domini, quòd ſic, non
obſtante quod notat.in c.ſi pro te.de reſcript.
in 6.cum traditis per Cardinal. in clem. 1.col.
fin.de conceſſ.præben. Pariſ. conſ.11.vol.1.&
conſ.82.vol.4.latè Marian.Iun. in conſ.94. in
2.vol.
3 Primo quia gratia, † ſi neutri,ſecundo con-
ceſſa eſt conditionalis.Secũdo quia cum in gra
tia,ſi neutri,Guidonis nõ fiat mentio,de prima
gratiã Nicolai expectantis poſt cõſenſum,non
eſt credendum,quòd per gratiam,ſi neutri,Pa-
pa voluerit auferre talem poteſtatem illi: tum
4 quia illa verba,ſi neutri † ius competere con-
ſtiterit,ſiue intelligamus in futurum vſque ad
ſententiam, non habent impedire conſenſum
ante ſententiam: ſiue intelligamus,ſi nulli con
ſtiterit ius competere,habito reſpectu ad tem
pus datæ,intelligo ego nullo pacto, nec etiam
conditionaliter. Item quòd non competat ius
alia ratione,quàm quòd per gratiam,ſi neutri,
impediatur.
5 Non enim eſt † intentionis Pontificis per
gratiam,ſi neutri,auferre ius Nicolai,videlicet
petendi conſenſum, ſed ſi non cõpetat, ſibi
tradere intelligitur.
Conſiderabam ego aliam rationem,quòd d.
6 c.ſi pro te.† de reſcrip.in 6.non habeat locum
in gratia ad certum corpus beneficij. quia ſe-
cunda gratia etiam pura non faciens mentio-
nem de prima,non aufert primam. prout tra-
dit Geminian.conſ.107.& Marian. in d. conſ.
94.num.23.pro quo benefacit d.c.ſi pro te. in
principio,quod ſemper loquitur, quando pri-
ma gratia habet ad incertum, ſecunda ad cer-
tum.Et ratio differentiæ eſt:quia vno caſu non
differtur,ſed aufertur, ſecus eſt, quãdo tantùm
differtur,ad vulgatas deciſiones.

EPI-

Digitized by Google

EPITOME.

CONſenſus tertij requiſitus in gratia beneficij habita, an poſſit obtineri poſt gratiam, ſi neutri, alteri primo conceſſam hic dicitur.

SVMMAE.

1 *Conſenſus tertij quando valeat obtineri poſt gratiã, ſi neutri, alteri conceſſam? & num. 15.*
2 *C. ſi pro te. de reſcrip. in 6. an habeat locum ad certum corpus beneficij?*
3 *Gratia ſecunda pura ad certum corpus beneficij non faciens mentionem de conditionali, eſt ſubreptitia.*
4 *Differentia quæ eſt inter ius ex acceptatione expectantis & ius electi, ſeu præſentati?*
5 *Præbenda tamquam filia ſequitur canonicatum.*
6 *Cardinal. in c. clem. 1. in princ. q. 9. de conceſſ. præben. declaratur.*
7 *Marian. conſ 94. num. 23. in 2. vol. declaratur.*
8 *Aequitas non patitur, vt in beneficialibus propter ambitionem fingamus conditionem retrotrahi.*
9 *Pariſ. conſ. 11. num. 73. vol. 1. intellect.*
10 *Diſpoſitio quæ eſt in vltimis voluntatibus, ſi eſt etiam in beneficialibus, an retrotrahatur?*
11 *Argumentum de vltima voluntate ad gratiam an valeat?*
12 *Teſtatoris ſecunda diſpoſitio tollit primam.*
13 *Gratia ſecunda Principis an tollat primam.*
14 *Gratia, ſi neutri, an ſit conditionalis? & quid importet?*
16 *C. ſi pro te. de reſcript. in 6. intell. & num. 17.*
18 *Dominic. conſ. 79. communiter reprobatur.*
19 *Ius merè pendens à voluntate tertij nullam ſpem probabilem tribuit.*

279. DECISO. XVI.

GRatia, ſi neutri, erat conceſſa Guidoni,
& gratia eiuſdem beneficij conceſſa erat
Nicolao ſub conditione, ſi conſenſus Conſerua
1 torum interueniret. Fuit dubitatũ, an † poſt gra
tiam, ſi neutri, Nicolaus poſſet obtinere conſen
ſum, non obſtante gratia, ſi neutri? & an gratia,
ſi neutri, tãquam pura tolleret primam gratiã
conditionalem. per c. ſi pro te. de reſcript.
Et orta fuerunt duo dubia, primum, an d. c. ſi
2 pro te. † habeat locum ad certum corpus bene
ficij? Et mihi placuit opinio Domin. conſ. 107.
per ſuas rationes. Prima quia ſecundùm ipſum
3 ſecunda gratia † pura ad certum corpus bene-
ficij non faciens mentionem de conditionali
eſt ſubreptitia. per c. cum olim. de ſenten. & re
iud. & ratio differentiæ, vt per ipſum Domin.
eſt, quia aliàs per ſecundam gratiam prima om
nino tolleretur, vt in c. ſi pro te. nõ tollitur, ſed
differtur. Pro quo ego allegabam dicta per Fe
lin. in c. in noſtra. 28. corell. de reſcript. & quæ
tradit Caſſador. decis. 18. de pręb. dum volunt
de illo iure ad rem faciendã eſſe mentionem,
alioqui tolleretur; ſecus dicitur, ſi differretur.
4 Et hęc eſt † differentia inter ius ex acceptatio-
ne expectantis, & ius electi, ſeu pręſentati.
Pro quo etiam conſiderabam, quòd tex. in
d. c. ſi pro te. reſpectu canonicatus per ſecundã
gratiam non fit præiudicium primo. quia non-
dum eius conditio erat purificata, nimirum ſi
non dum illi debebatur canonicatus, ſed tantũ
fit præiudicium in prębenda, quod etiam præ-
iudicij eſt tantùm dilationis. Et ratio eſt, quia
5 præbenda † tamquam filia ſequitur canonica-
tum, ideo primo debetur. Ex quibus ego re-
ſpondebam ad ea, quæ in contrarium allega-
bantur.
6 Et primo ad auctoritatem Cardinal. † in clem.
1. in princ. q. 9. de cõceſſ. præb. quia vltra quòd
non loquitur ſpecificè, prout Dominicus, & nõ
ita benè examinat, imò ſi rectè inſpiciatur, lo-
quitur in expectatiua, & alia gratia generali.
7 Eodem modo Marian. † d. conſ. 94. num. 23. in
2. vol. non perſiſtit, ſeu figit pedes, ſed dubitan
ter loquitur, & eius rationes nihil obſtant. Pri-
ma ratio erat, quia etiam in d. c. ſi pro te. habi-
to reſpectu ad finem, gratia poteſt dici ad cer-
tum corpus: quia ſatis patet differentia, poſt-
quam tantùm differtur, & non aufertur, prout
eſſet in caſu noſtro. Secunda ratio erat, quia
8 ſumus in beneficialibus, & ideo non eſt † æqui
tas propter ambitionem, vt fingamus conditio
nem retrotrahi, prout dicunt Archidiac. & alij
in d. c. ſi pro te. quia nos nõ agimus hic, vt gra-
tia Nicolai per conſenſum poſtea ſecutum re-
trotrahatur, ſed dicimus valere, vt ex tũc, cum
adeſt conſenſus, nec impeditur per gratiam in-
termediam, ſi neutri: quia de ea non meminit,
& propterea non tollit. Alioqui enim ſi tolle-
ret, tãquam ſubreptitia non valeret: ſenſus er-
go eſt valere iſtam gratiam, vt ex nunc, cum ac-
9 cedit conſenſus, non ex tunc. Pariſ. † etiam in
conſ. 11. num. 73. non videtur firmare ſe. Eodẽ
modo reſpondebatur ad illud, quod dicebant
10 quidam, quòd quando † diſpoſitio, quæ eſt in
vltimis voluntatibus, eſt etiam in beneficiali-
bus, vt ſentit Archidiac. in c. ſi pro te. & Pariſ.
d. conſ. 11. num. 76. vol. 1. non retrotrahitur, vt
per Bar. in l. ſi filiusfamil. de verb. oblig. & quę
habentur in l. 1. §. ſerui appellatione. ff. ad Syl
lanian. quia vltra quòd nõ eſt opus retrotractio
11 ne dico. quod † argumentum de vltima volun-
tate ad gratiam hoc caſu nõ valet ratione ſub-
12 reptionis: quia per ſecundam diſpoſitionem †
teſtatoris tollitur prima, de qua non meminit,
quia

281. DECISIO. XVIII.

1 LIteras † etiam debere remitti ad corrigendum voluerunt Domini coram me in vna Abulen. de Paſſares anno 1550. licèt concordarent cum ſupplicatione in corpore; tamen quia in clauſulis continebatur id, quod erat in mandatis, & ſecũdùm illas clauſulas literis expeditis, actus valebat, & procuratores mandati fines non exceſſerãt: at attento corpore ſupplicationis, ſi eo modo literę expediebantur, procuratores exceſſerant fines.

Pro ratione hoc erat, quia poteſt ſupplicatio multa continere, à qua poſtea debent extra hi literæ concordantes cum mandatis. Et er-
2 ror † fuerat notarij, qui debuerat extendere cõſenſum iux. formam mandatorum, non iux. formam ſupplicationis, ad trad. per Felin. in rubr. de conſtitut. col. 4. verſ. & hinc eſt. Nam mandata continebant, quòd reſeruaretur regreſſus Roderico per ceſſum Valeriani in euentum, in quem ceſſionarij poſſeſſionem nõ accepiſſent, & ſupplicatio continebat ſimpliciter etiam regreſſum etiam per ceſſum; in clauſulis verò ſupplicationis erant verba, & de regreſſu in euentum, in quem ceſſionarij Valeriani poſſeſſionẽ non accepiſsent: literæ fuerunt expeditæ ſimpliciter: notarius extenderat conſenſum iux. formam ſupplicationis, dicebatur actus nullus.
3 Fuit dictum corrigi † debere errorem notarij, vt conſenſus non iuxta ſupplicationis, ſed mandatorum formam extenderet? Et ex clauſulis vel nouæ literæ conficerentur, vel primæ corrigerentur.

DE CONCESS. PRAEBEND.

EPITOME.

COllatione canonicatus facta Titio per Epiſcopum habentem turnũ cum capitulo, Datario, nihilominus habente expectatiuam capiẽtem talem canonicatum: Titius ſpoliatus dicto canonicatu pro ſuæ poſſeſsionis recuperatione obtinuit iurium Datarij ceſsionẽ, ob quam ad d. canonicatum fuit reintegratus, atque obtinuit canonizari illud ius ceſſum. ſi poſtea vacet aliud beneficium, & capitulum velit illud in ſuo turno conferre, idque etiam Epiſcopus prætendat ex ratione, quia eius collatio non habuit effectum, quid iuris ſit, hic habetur.

SVMMAE.

1 *Concordatio in beneficialibus an ſit licita, non expectata ſententia, quinimo nec iudicio?*
2 *Euictionis actio non niſi poſt ſententiam datur.*
3 *Emptor poteſt agnoſcere bonam fidem, dummodo poſtea probet notorium non ius venditoris ex magis cõmuni.*
4 *Componens cum aliquo in beneficialibus, & ſic remanens in poſſeſsione beneficij, quando ſit in cauſa, vt collatio dicatur habuiſſe effectum?*
5 *Decretum irritans in gratia contentum, diſcolorat alterius titulum.*
6 *Declaratio non iuris alterius etiam hodie fieri poteſt.*

282. DECISIO. I.

EPiſcopus, qui habebat turnum cum capitulo cõferendi canonicatus alternis vicibus, contulerat beneficiũ Titio: ante Datarius habebat expectatiuam cum pinguiſſimis clauſulis, quæ capiebat tale beneficium: Titius prouiſus ab Epiſcopo fuit ſpoliatus: pro reuocatione ſuę poſſeſſionis concordauit ſe cum Datario, qui ei ceſſit ſuum ius: quo iure mediante Titius obtinuit recuperationem beneficij, & fecit canonizari illud ius: poſtea vacauit aliud beneficium, capitulum vult conferre, Epiſcopus dicit ſuum turnum non fuiſſe conſumptum: quia ſua collatio non habuit effectum: oriebantur duæ difficultates.

1 Prima quia ille † non expectauerat ſententiam, imò nec iudicium, an potuerit ſe concordare, & concordando dicitur amiſiſſe ſuam primam gratiam. Et faciebat dubium, quod dici-
2 tur non poſſe † agi de euictione, niſi poſt ſentẽtiam. l. emptore. de euict. & quòd ſaltem debebat Titius mouere litem, vel facere ſibi moueri à Datario, iux. l. at qui natura. §. ſi cũ me abſente. ff. de neg. geſt.

Contrarium tamen concluſum fuit, quia licitum erat bonam fidem agnoſcere, vt propriè notãt doctores de illo, qui malè acceptauerat, vbi Dominic. in c. cum in multis. circa finem. de reſctip. in 6. & quod tradit Oldrad. cõſ. 304. col. 2. & quia magis communis. opin. eſt, quòd
3 dummodo † poſtea emptor probet notorium non ius venditoris, potuit agnoſcere bonam fidem, vt per Paul. de Caſtr. in d. l. at qui natura. Imol. poſt alios, not. etiam Ant. de Butr. in c. fin. de empt. & vendit. Alex. in l. non ſolùm. §. morte. col. fin. de nou. oper. nunciat. vbi etiam Modern. Alex. num. 453. & latiſſimè per Socin. in l. 2. §. voluntate. ſolut. matrim. quod eſt

maximè

maximè conſonum iuri canonico. Quod eo
magis dicebã ego, quia in caſu noſtro non erat
fienda aliqua denunciatio, & ſic omnino era-
mus extra difficultatem leg. emptore. & pro
deciſ. fuit allegatus tex. in l. ſi rem quam. de
euictio.

4 Secunda † difficultas erat, nunquid ex eo,
quia ille composuerat, & ſic remanſerat in poſ-
ſeſſione beneficij, ſalté videretur habuiſſe effe-
ctum collatio? Et videbatur quòd ſic, ex dictis
per Sarnen. in c. cum in multis. in fine. de præ-
ben. post Romanum, & deciſiones, quas alle-
gat. Et allegabatur quod dicitur de illo, qui ac-
ceptauit, licèt nulliter vigore expectatiuæ.

Tamen contrarium fuit deciſum, quia primo
illa non procedunt, quando notoriè conſtaret
de nõ iure, ſed eſſet aliquod dubium. Item etiã
quando remaneret in poſſeſſione vigore pri-
mæ gratiæ, ſed in caſu noſtro iam ille erat ſpo-
liatus, & non poterat recuperare, quia illi ob-
5 ſtabat decretum† irritans in gratia Datarij con
tentum, quod diſcolorabat titulum, & pro-
pterea mediante gratia eiuſdem Datarij obti-
nuerat & in poſſeſſione.

Et in eadem demum tennerunt Domini,
6 quòd hodie † poſſet declatari de non iure.

EPITOME.

COllatio, ad cuius validitatem de
bebat ex forma ſtatuti adeſſe, vel
Epiſcopus, vel eius Vicarius, eſt
bona, quamuis Vicarius interuenerit vti
canonicus, licèt ad id non fuerit voca-
tus, neque aliquid dixerit.

SVMMA.

1 *Collatio eſt bona, ſi facta eſt cum ſola præſentia Vicarij Epi
ſcopi, ſtante ſtatuto, de quo hic.*

283. DECISIO. II.

1 COllationem, † in qua interuenerant Vica-
rius Epiſcopi tamquam canonicus, & ex
forma ſtatuti debebat etiam adeſſe vel Epiſco-
pus, vel eius Vicarius. Voluerunt Domini, in
vna Borgen canonicatus, coram d. Reomano
de anno 1549. eſſe bonã. etiam quòd Vicarius
nihil dixiſſet, nec eſſet vocatus: quia ſatis erat,
quia interuenerat Vicarius effectualiter, & po-
terat vtrumque actum eodem tempore exer-
cere. Imò veriſimiliter non poterat ſine nouo
mandato dare diuerſum votum, & fuit declara-
ta doctrina Abb. in c. cũ inter vniuerſas. de ele
ctio. & Felin. in c. ex literis. col. 4. de prob

EPITOME.

DIſpenſatio ad beneficium ſe ex-
tendit etiam ad beneficium iu-
ris patronatus.

SVMMAE.

1 *Diſpenſatus ad beneficium ſimpliciter poteſt obtinere ius
patronatus. & quare? num. 2.*
3 *Aegid. Deciſ. 472. & 474 declarantur.*
4 *Felin. in c. poſtulaſti. 10. col. verſ. regula eſt, quòd in gene-
ralibus. de reſcript. declaratur.*

284. DECISIO. II.

1 DIſpenſatio † ad beneficiũ ſe extendit etiã
2 ad beneficium iuris patronatus: quia† per
eam non præiudicatur patronis, ſed tantùm is
habilitatur, de quo per Lambertin. de iur. patr.
in 11. artic. 7. quęſt. princ. 1. part. 2. lib. num. 16.

Non obſtat, quod dicebatur poſt Aegid. de-
3 ciſ. 472. & 474. quia illa † loquuntur in proui-
ſione beneficij, in qua præiudicatur patronis.
4 Et ſecundùm hęc declarantur † tradita per Fe-
lin. in c. poſtulaſti. 10. col. verſ. regula eſt, quòd
in generalibus. de reſcript. quia procedunt,
quando fieret præiudicium, & ita tenuerunt
Domini in vna Burgen. beneficij de Lãteno co
ram Domino Nouato de anno 1548.

EPITOME.

ILlegitimus diſpenſatus ad archidia-
conatum, dignitates, & beneficia ſe
inuicem compatientia nõ poteſt ac-
ceptare beneficium, quod vellet retine-
re dimittendo primum ex natura diſpẽ-
ſationis.

SVMMAE.

1 *Diſpẽſatus ſi eſt illegitimus ad beneficia ſe inuicem compa
tientia, an poſſit acceptare beneficium, quod eſſet capax
acceptationis, quamuis non retentionis?*
2 *Verba, & retinere, intelliguntur copulatiuè.*

285. DECISIO. IV.

DIſpenſatus erat illegitimus ad archidiaco
natum, & dignitates, & beneficia ſe inui-
cem compatientia, vt ea percipere poſſet, & re
1 tinere. Fuit dubitatum, an† poſſet percipere be
neficium

neficium, quod eſſet capax acceptationis, licèt
1 non retentionis?& dixerunt Domini illa † verba,& retinere, intelligi debere copulatiuè, & ſic nō poſſe aliquo pacto acceptare beneficiū, quod vellet retinere dimittendo primū ex natura diſpenſationis. ex dictis per Dominic. in c. fin. §. 1. de fil. presb. in 6. & ita tenuerunt in vna Calciaten. coram Fabio de anno 1549.

EPITOME.

Decretum irritans appoſitum in regreſſu, non operatur effectū, niſi conſtet de expreſſa, vel tacita acceptatione.

SVMMAE.

1 *Decretum irritans appoſitum in regreſſu, quando non operatur effectum?*
2 *Felin. in c. cum acceſſiſſent. de conſtitutio. intellect.*
3 *Caſſad. deciſ. 5. de præb. declaratur.*

286. DECISIO. V.

1 Decretum irritans † appoſitum in regreſſu, noluerunt Domini operari effectum, niſi conſtaret de expreſſa, vel tacita acceptatione. iux. deciſ. Rotæ 422. aliàs 21. de conceſſ. pręb. in ant. poſtquam cauſa bis eſſet poſita, in vna Burgen. pręſtimoniorum coram d. Fabio de anno 1549.
2 Et notat † per Felin. in c. cū acceſſiſſent. de conſtit. intelligebant Domini in decreto ſtatuti, vel legis, vt per Felin. in c. cùm ex officij. col.
3 fin. de præſcript. & Caſſad. † deciſ. 2. de præben. loquitur in expectatiua propter adiectionem menſis. quod tamen limitarunt etiam in expectatiua nō procedere perfecta gratia. Staſile. de lit. grat. fol. 5. Et etiam id tenuerunt in vna Paduan. coram d. Anton. Auguſt.

EPITOME.

Gratiæ expectatiuæ vigore habentis, quòd quis poſſit capere vnum, vel plura beneficia ſummā 300. ducatorum non exceden. quis capere poteſt quot vult dictam ſummā conficientia.

SVMMAE.

1 *Plura beneficia ad aliquam certam ſummam aſcendentia, qui capere poteſt vigore eius expectatiua, quot beneficia capiet?*
2 *Plura, dictio quot capiat?*

287. DECISIO. VI.

Gratia expectatiua erat cōceſſa, vt quis poſſet capere vnū, duo, tria, quatuor, vel plura beneficia ſumma 300. ducatorum non exceden. Fuit dubitatum coram domino Proſpero
1 in vna Zamoren. de anno 1550. quot † beneficia poſſet comprehendere virtute illius verbi, plura? Et licèt quibuſdam videretur, quòd tantū duo, ꝑ dicta Bal. in cōſ. 342. vol. 2. vt reſtringeretur gratia odioſa, & euitaretur infinitas. Tamen contraria opinio viſa eſt verior: quia dictio, plura, erat apta comprehendere multa,
2 & tunc † reſtringebatur ad numerum duorum, quando non haberemus alium modum interpretandi illam pluritatem, vt tradit Alberic. in dictionar. in ver. plura. At quando adſunt illa verba, non excedentia valorem vſque ad illam taxam, poterat, quot vellet comprehēdere, ad dicta per Imol. in c. cum dilecti. prope medium verſ. ſi autem alicui ſcriptum eſſet. de iure patron. & tradit Archidiac. in c. quamuis. vbi etiā allegat Compoſtel. de præb. in 6. num. 2.

EPITOME.

Gratia expectatiua capit etiam præſtimonia.

SVMMAE.

1 *Gratia expectatiua ad largam quamuis non ſoleat capere præſtimonia, fallit hodie. num. 3.*
2 *Præſtimonia an ſint beneficia? & num. 4.*
4 *Præſtimonia ſunt beneficia, quæ dantur clericis in titulum.*

288. DECISIO. VII.

1 Gratia expectatiua † ad largam licèt non ſo
2 leret capere præſtimonia: quia † non ſunt propriè beneficia, vt per Abb. conſ. 47. vol. 2. Felin. c. poſtulaſti. num. 7. de reſcript. Staſil. de liter. grat. fol. 16. Sarnen. tract. expectatiu. num. 42.
Tamen Domini in vna Toletana de Vriē.
3 coram me inclinarunt hodie † in contrarium,
4 quia hodie præſtimonia † ſunt beneficia, quæ dantur clericis, vt ſentit Caſſador. deciſ. 3. in fine de pręb. Voluerunt tamen Domini, quòd ego darem articulos ad probandum, quòd hodie ſunt beneficia, quæ dantur clericis in titulum.

EPITOME.

VAriatio admittitur poſt primam electionem, quæ non habuit effectum, quando gratia continet verba, ad primum, ſecundum, vel tertium, cui fructus applicabuntur.

SVMMAE.

1 *Variatio quando admittatur poſt primam electionem, quæ non habuit effectum?*
2 *Canonicatui omnino ſunt applicandi fructus.*
3 *Acceptatio præbendæ nulla non impedit aliam acceptationem. & num. 4.*
5 *Electionem conſumi per primam perperam factam intelligitur, quando quis ſcienter, & doloſè malè elegiſſet.*
6 *Citationis ſola omiſſio non inducit nec ſcientiam, nec dolũ.*

289. DECISIO. VIII.

1 VAriationẽ admiſerunt† Domini in vna Pla
centina canonicatus coram d. Reomano
poſt primam electionem, quæ non habuerat ef
fectum, quando gratia non erat ſimpliciter ad
primum vacaturum, ſed in ea erãt verba, ad pri
mum, ſecundum, vel tertium, cui fructus appli-
cabunt: quia tunc nõ eſt locus doctrinę Io. Mo
nachi. Io. Andr. Franc. & Geminia. in c. nec ap-
tandæ. de conceſſ. prę b. & in c. 2. & in c. gratia.
de reſcrip. in 6. vt declarat Domin. in conſ. 108.
2 & etiam non habet locum in canonicatu, cui †
3 omnino debẽt applicari fructus, & propterea†
acceptatio prębendę nullius nõ impedit aliam
acceptationem,
Quod & tertio etiam ſuadebatur, quia li-
4 cèt † quis acceptet primo nulliter, tamen non
conſumit electionem regulariter, vt in dictis lo
cis, & tradit Bar. in l. 2. de optio. lega. ad quę, &
teſtamenta Doctores arguunt.
Et Doctores, qui volunt conſumi electionẽ,
tam in c. 2. de reſcrip. quàm in d. c. nec aptan-
5 dæ. loquuntur, quando † quis ſcienter, & dolo-
6 sè malè elegiſſet, & ſola omiſſio †citationis non
inducit nec ſcientiã, nec dolum, quicquid vnus
ex Dñis vellet, ſi rectè inſpiciantur Doctores.

DE HIS, QVAE FIVNT A maior. par. capit.

EPITOME.

VOcem in capitulo habere, & ſtallum in choro intelligitur citra commodum pecuniarium, vbi eſt certus canonicorum numerus.

SVMMAE.

1 *Vocem habere in capitulo, & ſtallum in choro, quomodo hæc verba intelligantur?*
2 *Canonici non admittũtur vltra certũ præfixum numerum, niſi de eo mentio fiat.*
3 *Conſiliarios multos intereſt eccleſiæ habere, ibique de intellectu.*

290. DECISIO. I.

1 VOcem in capitulo, †& ſtallum in choro ha
bere intelligi citra commodũ pecuniarũ
tenuerunt Domini in vna Placentina canonica
tuum nouiter erectorum coram domino Deca
2 no de anno 1548. quia vbi † certus eſt nume-
rus, nõ admittuntur canonici, niſi de eo mẽtio
fiat, vt per Doctores in c. cum M. de conſtitur.
& quia rationes conſideratæ per Innocent. &
Compoſtel. in verb. proſequi. & in c. mandatũ.
de reſcript. & in c. fin. de cleric. non reſidenr.
3 quòd ſcilicet intereſt † eccleſiæ habere multos
conſiliarios, &c. c. prudentiam. de offic. deleg.
cum alijs, ſunt nimis generales. quia licèt om-
nes poſſint præfigi cõſiliarij, ſunt dumtaxat in-
telligendæ dictæ rationes in caſibus ſuis, vel
ad effugiendas diſcordias, vt in c. mandatum.
vel propter odium priuationis, vt in d. c. fin. de
cleric. non reſid.

EPITOME.

PRocuratoris conſtitutio præſertim ad tradendam poſſeſsionem facta à capitulo in tali capella cõgregato, pluribus canonicis numeratis, valet, quamuis non fuerit dictum eos capitulariter congregatos fuiſſe, & nomine capituli factam eſſe.

SVMMAE.

1 *Capituli mandatum eſt validum, licèt in eo non dicatur capitulariter canonicos fuiſſe congregatos, & capitulari nomine procuratorem conſtituiſſe, ſi tamen cætera hic contenta ſint ſeruata.*
2 *Capitulariter congregatum capitulum procuratorem conſtituiſſe ſubintelligitur, quamuis in mandato id non exprimatur.*
3 *Capituli duas partes fuiſſe præſentes in conſtitutione procuratoris præſumitur, nam eſt credendum eas fuiſſe vocatas, & non veniſſe, quamuis probari poſsit contrariũ.*
4 *Differentia illa, an ſcilicet in mandato dicatur canonici, an capitulum, vel conuentus, & eodem modo de monialibus, quod diſcrimen afferat, relatiuè.*

5 *Deciſ. Rotæ 132. alioqui 9. de procurat. in antiquis declaratur.*

291. DECISIO. II.

CApitulum enumeratis pluribus canonicis, poſtea dicebatur congregatum in tali capella conſtituiſſe procuratorem &c. Tenuerũt Domini, licèt non fuiſſet dictum, capitulariter
1 congregati, nec nomine capituli; tamen eſſe † bonam conſtitutionem procuratoris tam coram me in vna Corduben. decimarum de anno 1549. quàm coram d. Antonio Auguſtino in vna Siluen. cantoriæ, maximè ad effectum tradendę poſſeſſionis. & hoc per doctrinam Oldrad. in conſ. 100. quæ eſt magis communis, vt per Abb. & Imol. in c. quanto. de his quę fiunt à maior. par. cap. cum alijs per Felin. in c. cum omnes. num. 28. verſ. 3. declaratio. Barb. conſ. 17. vol. 3. in 1. dub. Bal. conſ. 93. aliàs 291. in 2. dub. vol. 3.
2 Et licèt † non fuerit dictum, capitulariter cõgregatos illum conſtituiſse; tamen illud ſubin
3 telligitur. Et licèt † probaretur, quòd ibi nõ fuerint præſentes duæ partes capituli, eſt credendum, quòd fuerint vocatę, & non venerint, licèt dicerent Domini, quòd poſſet probari cõtrarium. quod ſequitur Staphile. fol. 169. oſtẽ-
4 dens † differentiam, an in mandato dicatur, canonici an capitulum, vel conuentus, & eodem modo de monialibus. Vide tamen deciſ. Rotæ
5 132. aliàs 9. de procurat. in ant. quæ † per ſupradicta eſt declaranda, ſecundùm quę declarantur etiam dicta per Aymon. conſ. 33. nu. 3.

DE REB. ECCLES. NON ALIEN.

EPITOME.

COadiutor non poteſt diſmembrare eccleſiam vnitam, & in ea erigere ius patronatus.

SVMMAE.

1 *Coadiutor caret facultate diſmembrandi eccleſiam vnitam, & in ea erigendi ius patronatus, & quare. num. 2.*
3 *Coadiutor quos actus facere non poſsit ſine conſenſu Prælatis relatiuè.*
4 *Diſmembratio eſt alienatio.*

292. DECISIO. Vnic.

1 COadiutorẽ † tenuerunt Domini in vna Bergomen. coram Fabio de anno 1549. non potuiſſe diſmembrare eccleſiam vnitam, & in
2 ea erigere ius patronatus: quia † ſapit aliena-
3 tionem, & eſt † de illis actibus, quos dicunt Doctores in c. 1. de cleric. ęgrot. in 6. non poſſe fieri per coadiutorem ſine cõſenſu pręlati, & ma-
4 ximè quia diſmẽbratio † eſt alienatio, prout dicunt deciſiones noſtrę.

DE EMPTIONE, ET VENditione.

EPITOME.

COnſtitutum habetur pro vera traditione ad effectum, vt haberetur pro executione, & ex eo inferretur executionem eſſe factam in cõtractu nominato.

SVMMAE.

1 *Conſtitutum quando habeatur pro vera traditione?*
2 *Conſtitutum habetur pro vera traditione, etiam in pœnali conſtitutione.*
3 *Pœnitentiæ non eſt locus, ſtante conſtituto appoſito in contractu nominato, licèt nondum eſſet traditum precium, quamuis poſtea in executione ſit cogendus ad dandum precium. num. 5.*
4 *Aymoni conſ. 192. num. 22. reſpondetur.*

293. DECISIO. I.

1 COnſtitutum † haberi pro vera traditione ad effectum, vt haberetur pro executione, & ex eo inferretur executionem factam in contractu nominato tenuerũt Domini in vna Romana caſalis de la Bottacchia coram Puteo de anno 1550. ex plenè cumulatis per Tiraq. in tractat. conſtitut. in 3. par. limit. 26. num. 5. &
2 6. vbi vult etiam † in pœnali conſtitutione haberi pro vera traditione, & ideo eſſe locum doctrinę Alex. & Decij in l. cum proponas. la 2. in 3. fallent. C. de pact.
Et propterea voluerunt Domini, quòd li-
3 cèt † nondum eſſet traditum precium, nihilominus ſtante conſtituto, non eſſet locus pœnitentię, per tradit. in d. l. cum proponas. & l. filiæ
4 licèt. C. de collat. per quę † reſpondebatur ad dicta per Aymon. in conſ. 192. num. 22. quam-
5 uis poſtea † in executione eſſet cogẽdus ad dãdum precium, & vide ad deciſ. conſ. Decij 289.

EPITOME.

EVictionis in materia agnoſci poteſt bona fides, vbi notoriè con-

ſtat de non iure . & intimare ſufficit etiã in ſecunda inſtantia.

S V M M AE.

1 *Bona fides agnoſci poteſt, vbi notoriè conſtat de non iure, in materia euictionis.*
2 *Intimare ſufficit etiam in ſecunda inſtantia.*
3 *Reſignante cũ penſione Alphonſo reſeruata, ſi Alphonſus cõuentus à Martino in ſecunda inſtantia intimauerat litem, & poſt ſecundam ſententiam ſuccubuerat, nec appellauerat, ſi tandem venit primus reſignans, & opponat illum debuiſſe appellare, cognoſcendum eſt de potioritate iuris Martini, potius quàm illius, qui reſignauerat.*

294. DECISIO. II.

IN materia euictionis duæ regulę tenentur
per Dominos. Prima quæ fuit tenta in vna
Salamantina coram Puteo, & poſtea coram
me in vna Tarẽtaſien. & vltimo coram Guido-
bono in vna Calciaten. penſionis, quòd quan-
1 do † notoriè conſtat de non iure, poteſt agno-
ſci bona fides. deciſ. noſtra 141. in antiquis. Do
min. poſt multos in c. cum in multis. col. penul.
de reſcrip. Rip. in l. 2. §. volumus ſolut. matri.
poſt Oldrad. vbi per cum.
2 Secundo tenuerunt, † quòd etiam in 2. inſtã
ria ſufficit intimare. l. ſi rẽ. ff. de euictio. Et pro-
pterea cum in illa Calciaten. veniret quidam,
3 qui † reſignauerat Alphonſo reſeruata penſio-
ne, & Alphonſus conuentus à Martino Roma-
no in ſecunda inſtãtia intimauerat litẽ, & poſt
ſecundam ſententiam ſuccubuerat, & non ap-
pellauerat, demum poſt multos annos venit il-
le primus, qui reſeruauerat penſionem, & di-
cebat illum debuiſſe appellare, & ſi prius inti-
maſſet, Dixerunt Domini cognoſcendum de
potioritate iuris Martini Romani, quàm illius,
qui reſignauerat: quia in illum euentum potue
rat ille agnoſcere bonam fidem.

DE LOCATO, ET CONDVCTO.

E P I T O M E.

LIte iniuſtè mota durante, ſi nouæ cauſæ caducitatis eo medio tempore ſuperuenerũt, poteſt is, qui nouam ſuper his caducitatibus commiſſionẽ impetrauit, nihilominus obtinere.

S V M M AE.

1 *Caducitas lite pendente ſuperueniens nocet.*
2 *Capic. deciſ. 6. col. 2. in fin. defenditur. & num. 4. ſed nu. 9. reuocatur in dubium.*
3 *Caducitas incipit ex lapſu biennij.*
5 *Litem mouens iniuſtè dicitur facere contra contractum, et ſic non debet frui eius commodo.*
6 *Contractus ratione qui vult ſtare in poſſeßione, debet offerre iuxta formam ipſius contractus.*
7 *Tex. in l. ſi rem. § fin. de pigno. actio. intellectus.*
8 *Reus partem tantùm debens, numquid ei petenti totũ, poſſit totum negare?*
10 *Iniuſtam ob litem ſi ſecutum eſt ſpolium, vel aliqua alia damna ſint paßa, ob qua is, qui lite pendente cecidit, prætendere poſſet aliquam compenſationem, vel excuſationem, quare non ſoluit, audiri debet.*
11 *Iniuſtè agens ſoluere debet expenſas, & dãna iniuſtæ eius petitionis.*

295. DECISIO. I.

FVit dubitatum in vna Bononiẽ locationis,
corã d. Ant. Auguſt. die 4. Nouẽbris 1551.
inter illos de Peregrinis, contra Bentiuolios,
Numquid lite mota iniuſtè, ita enim ſine veri
præiudicio prǽſupponebatur per Bentiuolios,
quaſi quòd Peregrini tam propter non ſolutio
nem, quàm pacta non ſeruata cecidiſſent, quo-
rum tamen neutrum tempore litis motæ erat
verum. Tamẽ, quia lis per multum tempus du-
rauerat, nã cucurrerant tres, vel quatuor anni,
& ſic cauſæ nouę caducitatis ſuperuenerant, an
poſſent Bentiuolij, qui obtinuerant nouam cõ-
miſſionem ſuper caducitate, obtinere, non ob-
ſtante illa lite mota?
Et poſt varias altercationes fuit reſolutum,
quòd ſic. per deciſ. Capic. 16. in 2. col. circa finẽ
2 ſub num. 6. ibi. ſed quoniam. Et licèt duę † ad
illam deciſionem accõmodarentur reſponſio-
nes; tamen reijciebantur. Prima quòd erat di-
ſtinguendum, an eſſet cępta caducitas, licèt nõ
perfecta, puta quia eſſet lapſus vnus annus an-
te litem, & alius poſt, vt videtur innuere verba
deciſionis: quia illa erat magis ſecundùm con-
tingentiam facti, quàm quòd haberet ſaporẽ
iuris. Tum quia vnus annus nihil facit ad cadu-
3 citatem, quæ incipit ex lapſu † biennij, vt in l. 2.
C. de iur. emphit. & c. potuit. extr. eod. tum
etiã quia rationem. l. ſi rem. & aliarum allega-
tarum in deciſ. ſemper militant.
4 Alia † erat reſponſio, quòd in d. l. ſi rem. de-
fectus erat ex parte agentis, qui poterat ſcirę
ſe adimpleturum: ſecus autem in caſu noſtro, in
quo egerat ad caducitatem, antequam eſſet in-
curſa, & ſic nõ poterat diuinare arg. l. ſi Titius.
& ibi Iaſ. col. fin. ff. de verb. oblig. Nam iſta re-
ſpõſio eſt cõtra tex. allegatum in d. deciſ. in l. ſi
tibi, vt à Titio. ff. mandat. vbi defectus erat ex
parte

parte rei, qui poſtmodum lite pendente ſuper-
uenit, & cõtra l. fin autem. in 2. reſp. de rei ven
dicat. per quem tex. facit ad deciſionem cauſæ
noſtræ deciſ. Tholoſan. 30. circa finem.

Nec obſtat, quòd contra deciſionem dicebãt,
5 quòd mouens † litem iniuſtè dicit facere con-
tra contractum, & ſic non debet vti commodo
eius. l. ſi quis maior. C. de tranſact. & l. quæro.
§. inter locatorem. vbi Paul. de caſtr. ff. locati.
quia vltra quòd eſt dubitabile, quia imò magis,
qui agit ad caducitatem propter non ſeruatas
conditiones, dicitur ſtare pro executione con-
tractus.

Tamen reſpondebatur clariùs, quòd cum
6 ipſi Peregrini vellent † ſtare in poſſeſſione ra-
tione contractus, & ſic diceretur ſeruari cõtra-
ctum, debebant offerre iuxta formam contra-
ctus, vt eſt tex. in l. 2. §. fin. C. de iur. emphit.
& l. cum te. rectè intuenti. C. de pact. int. empt.
& vendit.

7 Ex quibus tollebatur tertia reſponſio, quę †
dabatur ad d. l. ſi rem. videlicet, quòd ibi agẽs
pignoratitia, ſtatim quòd ſoluebat id, ad quod
tenebatur, vltra quòd ſeruabat cõtractum, & in
nullo contraſaciebat, erat etiam in cauſa, quòd
creditor habens pignus, nullam haberet excu-
ſationem, quare illud non reſtitueret.

At in caſu noſtro ſtans pro caducitate
iniuſta, debebat cedere liti, alioqui antequam
cederet, cum prætenderet eſſe locum caducita
ti, volebat penſiones, & ſic reus conuentus ha-
bebat iuſtam cauſam non ſoluendi illis: quia
hoc eſt contra illa duo iura, per quæ cum ipſe
ſtaret pro obſeruatione contractus, debebat
offerendo ſeruare cõtractum, & quia non habe
bat cauſam non offerendi penſiones, quas cer-
tò ſciebat ſe debere, niſi fortè prętenderet, quę
reſeruabãtur in fine deciſionis. Et hoc modo
8 etiã reſpõdebatur ad aliud argum. quòd reus, †
qui partẽ debet, poteſt negare omne id, quod
petitur totum petenti. ad Bar. & Paul. de Caſt.
in l. qui ſolidum. de legat. 2. cum alijs per Abb.
in c. 1. C. de plus petit. Nã vltra quòd illud di
ctum eſt dubitabile, & multi contrarium tenẽt,
vt per Alex. & alios in l. 1. §. ſi ſtipulanti. de
verb. oblig. Marian. Socin. in d. c. 1. col. 32. in
10. & 11. q. Bertrand. conſ. 283. col. 2. vol. 3. in
nou. & poſt Angel. & Floria. in d. §. ſi ſtipulan
ti. tamẽ retento pro vero reſpõdebatur, quòd
illud procedit reſpectu temporis petitionis:
quia illo tempore per illam petitionem non
poterat reus conſtitui in aliqua mora, ſed bene
poteſt conſtitui ex nouis cauſis, & nouo curſu
tẽporis, quia tunc illa caducitas, quę erat prius
iniuſta, eſt effecta iuſta, vt in d. l. ſi rem. cũ ſimil.

Ad duo tamen dicebãt eſſe aduertendum.
9 Primo quòd dicta deciſ. † erat dubitabilis ſine
noua petitione, quia caducitas erat merè no-
ua: quo caſu non eſt locus. d. l. ſi rem. vt ibi per
omnes, & Paul. de Caſtr. & alios in l. non quẽ-
admodum. de iudic. at in caſu noſtro aderat cõ
miſſio noua. Secundo aduertendum erat, quia
10 ſi † propter litem iniuſtam erat ſequutum ſpo-
lium, vel aliqua alia damna erant incurſa ab il-
lis de Peregrinis, propter quæ poſſent prętẽ-
dere compenſationem vel excuſationem, qua-
re non ſoluiſſent, vel vellent allegare oblatio-
nes, audiri debere.

11 Adde quòd etiam † in l. ſi rem. cum allijs ad-
ductis erat neceſſarium, quòd iniuſtè agens ſol
ueret expẽſas, & damna iniuſtæ petitionis, vt
per omnes ibi, & in d. l. non quemadmodum.

EPITOME.

Deciſio præcedens 295. limitatur procedere, quando is, qui dicebatur incurriſſe caducitatem, nihil penitus pro pẽſionibus decurſis poſt litẽ motam feciſſet: ſecus ſi oblatæ penſiones ore ſaltem fuiſſent.

SVMMAE.

1 *Caducitas tunc pendente lite incurritur, quando nil penitus pro penſionibus decurſis poſt litem motam feciſſet.*
2 *Oblatio verbalis quando ſufficiat? & num. 7.*
3 *Tex. in l. 2. §. fin. de iure emphit. declaratur.*
4 *Tex. in l cũ te C. de pact. inter empt. & vendit. declaratur.*
5 *Tex. in l. ſi rem. § fin de pignorat. acti. declaratur.*
6 *Offerrens reus in illiquidis verba ſatisfacit.*
7 *Mora non committitur in illiquidis.*

296. DECISIO. II.

IN eadem, dum alia vice cauſa poneretur,
tenuerunt Domini dictam deciſionem tan-
1 quam nimis rigoroſam eſſe † in ſuis terminis re
ſtringendam, vt videlicet intelligeretur, quan-
do is, qui dicebatur incurriſſe caducitatem, ni-
hil penitus pro pẽſionibus decurſis poſt litem
motam feciſſet: quia tunc propriè militarẽt ra-
tiones legum in eis allegatarum; ſecus erat in
caſu noſtro: quia Peregrini obtulerant verba-
liter penſiones decurſas. Veruntamen, quia
erat dubium, quantum ipſi eſſent creditores
in damnis paſſis, & in ſpolio propter dictam li
2 tem, ſufficiebat † quantum ad effectum, ne
mora

mora incurreretur, vt per Alex. in l. ſi mora. in 2. limit. ſolut. matr. Iaſ. in l. prætor. in §. ſi paratus. de nou. oper. nunciat. Bald. Paul. de Caſtr. & alij in l. acceptam. C. de vſur. & ita reſpondebatur ad dictas tres leges allegatas in deciſ. pręcedenti.

3 Nam in l. † 2. §. fin. de iur. emphit. non ade-
4 rat aliqua incertitudo. & eodem modo in l. † cũ
te. C. de pact. inter empt. & vendit. vltra ꝙ ibi
illa oblatio fiebat nõ ad moram vitandam, ſed
vel ad actionem conſequendam, vel ad conſti-
tuendum alium in mora: quo caſu requiritur
conſignatio, vt per Bart. & Doctores in d. l. ac-
5 ceptam. & in l. † ſi rem. §. fin. de pignor. action.
cum alijs allegatis, nulla poterat cõpetere de-
fenſio reo conuẽto, cũ agẽs ſoluiſſet quod de-
bebat, & reus nihil dixerit in contrariũ, prout
etiam in pręcedenti deciſ. Capicij. ſecus eſt,
6 quando reus † offert, & habet materiam illiqui
dam, quia ius agentis non eſt omnino iuſtum.
& ita tolluntur. l. ſi mandauero tibi ex officio.
ff. mandat. & l. ſin autem. in ſecundo reſponſo
de rei vendic.

Et hoc etiã modo tollebatur alia ratio, quòd ante Pelegrini, qui ſtabant pro contractu, debebant ſeruare contractum, quia ſatis ſeruabãt offerendo. Et ſic omnes rationes in deciſione ſupradicta factæ ceſſabant.

Et pro deciſione ad vitandam morã, quòd
7 oblatio † verbalis ſufficiat, vltra notata per Iaſ.
in d. l. 2. de iure emphit. num. 182. facit conſ.
Alex. 92. col. penult. & final. vol. 1. Roman.
conſ. 244. verſ. 2. & Ruin. cõſ. 113. vol. 1. quod
ſuadebatur ſtante ſpolio non purgato vſque
ad minimum quadrantem. facit quòd in liqui-
8 dandis † mora non committitur. Bal. in d. l. ac-
ceptam. in 6. oppoſit. Afflict. deciſ. 205. &
quod tradit Paul. de Caſtr. in d. l. acceptã. dum
facit differentiam reſpectu vſurarum decurſa-
rum, & decurrendarum.

DE RERVM PERMVTATIONE.

EPITOME.

REgreſſu reſeruato in curia per procuratorem à partibus conſtitutum vti non poteſt reſignans ex cauſa permutationis, rei compermutatæ poſſeſsione præſertim habita.

SVMMAE.

1 *Reſignãti ſimpliciter ex cauſa permutationis, & poſſeſsione habita rei compermutatæ, an permittatur vſus regreſſus ei reſeruatus in curia per procuratorem à partibus conſtitutum?*

2 *Reſignatione ex ſimplici ſi eſt ſecuta poſſeſſio, quæ præſumitur præceſsiſſe.*

3 *Reſignando principalis purè videtur reuocaſſe procuratorem.*

4 *Nullo ex actu etiam voluntas colligitur.*

297. DECISIO. I.

1 REſignãti † ſimpliciter ex cauſa permutatio
nis, & rei compermutatæ poſſeſſione ha-
bita, licèt in curia per procuratorẽ à partibus
conſtitutum eſſet reſeruatus regreſſus, volue-
runt Domini in vna Cameracen. coram Fabio
de anno 1551. eum non poſſe aliquo pacto vti
tali regreſſu: quia cũ ambæ reſignationes ſint
incompatiles, & cum ille acceptauerit ex cauſa
permutationis, & purè, non poteſt vti alia con-
traria: & aut ſumus in dubio, vtra iſtarum præ
2 ceſſerit, & tunc quia ex † ſimplici eſt ſecuta poſ
ſeſſio, illa pręſumitur pręceſſiſſe. iux. c. ſi à ſede.
de pręb. in 6. Aym. cõſ. 172. & per conſequens
3 principalis † reſignando purè videtur reuocaſ
ſe procuratorem. ad not. in c. ſi quem. de pro-
curat. in 6. & vt dicebant quidam, non curaba-
4 tur, quòd primus actus eſſet nullus, ex quo †
actu nullo volũtas colligebatur. l. final. de reb.
eorum &c.

Si verò iſta eſt ſubſecuta, & tunc videtur nõ acceptaſſe illa, vel ab illa receſſiſſe, per quã reſeruatus erat regreſſus, cum actus ſint cõtrarij.

EPITOME.

PErmutatio quadrangularis non valet.

SVMMAE.

1 *Permutatio eſt inter duos.*

2 *Permutatio quadrangularis eſt inualida.*

298. DECISIO. II.

1 PErmutatio † eſt inter duos. c. 1. eo. tit. in 6.
Et propterea Collectan. in dec. 1. hoc tit. in
ant. & final. ac Imol. in clem. 1. col. penult. verſ.
2 quid ſi inter tres. eod. tit. tenuerunt non † vale-
re permutationem quadrangularem. quod pla
cuit Dominis in vna Ciuitaten. coram D. Fa-
bio Decano, licèt ego dicerem iure non proba
ri, & rationem permiſſionis, de qua in c. quæſi-
tum. hoc tit. hoc patiter militare, ſi inter tres.

DE

DE SOLVTIONIBVS.

EPITOME.

OBlatio,& conſignatio animalium facta factoribus dicitur benefacta, etiam ſi non conſtet de eorũ mandato, ſi tamen dicta animalia fuerunt poſtea viſa in caſali creditoris.

SVMMA.

1 *Conſignatio, & oblatio quando dicantur benefacta factoribus? intellige prout num. 2.*

299. DECISIO. Vnic.

1 COnſignationem, † & oblationem tenuerũt Domini in vna Romana caſalis coram d. Puteo eſſe benefactam factoribus,etiam quòd non conſtet de eorum mandato, de certis animalibus, quæ fuerunt etiam poſtea viſa in dicto caſali.

Nec etiam in eadem cauſa audiuerunt dicẽtes oblationem factam matri,quę non acceptauerat tutelam. quæ omnia ego †dicebam procedere,ſi illi factores erant tunc in eſſe, & erãt ſoluendo, vel etiam ſi non appareret illos fugam arripuiſſe.

DE DONATIONIBVS.

EPITOME.

DOnatio facta pro ſe,& deſcendentibus ex ſuo corpore natis, moriente vltimo ex deſcendentibus,tranſit ad hæredes donatarij.

SVMMAE.

1 *Donatio quando tranſeat ad hæredes donatarij?*
2 *Donationis natura eſt, vt perpetuetur,& cenſetur in quolibet perſonarum gradu vnica donatio num. 3. & eſt perinde, ac ſi vltimo donatũ ſit ſine aliquo onere, ſicut in fideicommiſſo. num 4.*
5 *Alexandri conſil. 43 lib. 2. & conſ. 53. lib. 6. declarantur.*
6 *Soc. Iunior. conſil. 53. vol. 2. reprobatur.*

300. DECISIO. Vnic.

1 DOnatio † fuerat facta alicui pro ſe, & deſcendentibus ex ſuo corpore natis. Quæſitum fuit coram d. Fabio in vna Romana cottimi de anno 1549. an moriente vltimo ex deſcendentibus, donatio reuerteretur ad donantem,vel an tranſiret ad hæredes donatarij?

Et tenuerunt Domini,quòd tranſiret ad hæ
2 redes donatarij : quia iſta † erat natura donationis,vt perpetuaretur.adducebatur l. 1. de do
3 nat. l. ſenator. de donat.cauſ. mor. & † cenſetur quodãmodo in quolibet perſonarũ gradu vnica donatio. l.ſtipulatio iſta. §. & quis ita. ff. de verb. obligat. Paul. de Caſtr. in cõſ. 164. col.
4 1. & 2. vol. 1. & eſt † perinde, ac ſi dicamus vltimo donatum eſſe ſine aliquo onere,ſicut in fideicommiſſo. l.cum pater. §. libertis. de legat. 2. & l. pater. §. 15. de legat. 3. Et licèt alijs deſcẽdentibus non ſit donatum,non tamẽ ſequitur, quòd debeat reuerti ad donantem, ſed remanet ſine grauamine,vbi deſcendentes deficiũt, & conſil. Alex. 43. lib. 2. & 53. lib. 6. fuerũt de-
5 clarata, † vt intelligantur in terminis caſus, quẽ ponit Cynus in Auct. ſed ſi quis. C. de ſecun. nupt. quando ex aliquibus verbis appareret, quòd deficiente conditione res reuerti deberet ad donantem.
6 Et conſil. † Mariani Iunioris 53. vol. 2. licèt aliqui vellent ſaluare, quia non officiebat caſui noſtro, nam aderat dictio taxatiua, tantùm. Tamen etiam quòd adeſſet dictio, tantùm, reprobato dicto conſilio, idem dicebant eſſe tenendum: quia licèt donet tantùm illis, & non alijs, non per hoc ſequitur, ergo debet reuerti ad donantem.

DE TESTAMENTIS.

EPITOME.

TEſtamentum ad pias cauſas, & inter liberos, ſi eſt totum ſcriptum manu teſtatoris, etiam quòd nullus adſit teſtis, valet.

SVMMAE.

1 *Teſtamentum manu teſtatoris ſine teſtibus valet inter liberos, & ad pias cauſas.*
2 *Argumentum de filijs ad pias cauſas eſt de iure validum.*
3 *Aretin. in l. ſi is qui. de teſtam. intellect.*
4 *Pia cauſa eſt honorabilior cauſa libertatis.*
5 *Alex. conſ. 76. lib. 3. reprobatur.*

301. DECISIO. I.

1 TEſtamentum † ad pias cauſas, ſicut & inter liberos tenuerunt Domini in vna Romana hæreditatis, & bonorum pro ſocietate S. Rocchi de anno 1548. coram d. Roſſanen. valere

lere, ſi eſt totum ſcriptum manu teſtatoris, etiã quòd nullus adſit teſtis, poſt Alex.conſ.4. col. 3.vol.7.Iaſ.conſ.61.col.fin.vol.1. Ruin. conſ. 71.col.6.& ſeq.vol. 3. & hanc opinionem etiã tenuit Aretin.qui eam ſentit magis communẽ. in l. ſi is qui. col. 2. de teſta. vbi Imol. & idem Imol. in c. 2. & in c.cum eſſes.de teſtament.at-
2 tento quòd valet† argumentum de filijs ad piã cauſam, vt per multa ſimilia tradit Dec. in l. licèt.C.de pact.

Quibus non obſtabat, quòd Aretin. in d. l.
3 ſi is qui.† videbatur limitare per c. cum eſſes. de teſtam.quia illa debent intelligi, quando nõ eſſet ſcriptum manu teſtatoris.

Eodem modo reſpondebatur ad tex. in §.& ſi tantùm. in authen. de teſtamen. imperf. vbi in libertate videtur tex.requirere teſtes, ergo idem in pia cauſa. Quia dupliciter reſpondebatur. Et primo quòd in ſolemnitatibus nõ valebat argumentũ: quia illæ non ſunt remiſſæ in libertate. vt in l.de teſtamẽto. de fideicõmiſs. libert.& tradit Ruin.etiam in conſil.prælallegato. Secundo dicebam ego non valere argumentum, in libertate requiruntur teſtes, ergo & in
4 cauſa pia, quia illa † eſt honorabilior. Ex qui-
5 bus dicebatur non curandũ de Alex. † in conſ. 76.3.vol.qui videtur requirere teſtes, quia eſt ſibimet contrarius, & mouetur per d. §. ſi tantum.cui fuit ſupra reſponſum.

EPITOME.

SVbſtitutio, ſi ſine liberis, mortuo inſtituto cum liberis ante aditam hæreditatem, an contineat vulgarem, hic traditur.

SVMMAE.

1 *Subſtitutio, ſi ſine liberis, continet vulgarem, quid ſi inſtitutus erat mortuus cum liberis ante aditam hæreditatem? num.2.*

3 *Socin.in l.1.col.17.verſ.& per prædicta his diebus conſului.ff.de cond.& demonſt. reprobatur communiter. declara, vt num. 4.*

5 *Conditio illa, ſi ſine liberis deceſſerit, eſt fideicommiſſaria.*

6 *Rationis diuerſitate data, non ſit æqualis determinatio.*

7 *Interpretatio ea capienda eſt, per quam teſtamentum, et ſic vulgaris ſubſtitutio procedat.pro validitate actus.*

8 *Conditio, ſi ſine liberis, an ſit voluntaria?*

302. DECISIO. II.

1 SVbſtitutio, † ſi ſine liberis, in qua aliàs tenuerũt Domini in vna Reatina hæreditatis coram d.Puteo, quòd contineret vulgarem, de quo nulla erat controuerſia inter Doctores infra allegandos.

2 Tamen fuit dubitatum, quia† inſtitutus erat mortuus cum liberis ante aditam hæreditatẽ, & quidam multùm clamabat, & dicebat, quòd non, per doctrinam Socin.in l.1. col. 17. verſ. & per prædicta his diebus conſului.de condit. & demõſtr.vbi poſt Oldra.& Io.Andr. & Ant. quos allegat, & in l. cum auus nu. 20.de cond. & Ruin. in conſ. 93. num. 11.vol. 3. qui dicunt in terminis, quòd hæc duo requirũtur copulatiuè, quòd ante decedat, & ſine liberis, quia illa conditio eſt voluntaria.

Ea tamen die aliqui ex Dominis inclinabãt
3 in contrarium, dicentes opinionem Socin.† reprobari à ferè omnibus Modernis cõmuniter. poſt Corne. in conſ.1.in 4.vol.& Socin.reprehendunt primo Dec. conſ. 416. col.2.in fine verſ.2.conſiderandum eſt.Curt.Iun.conſ. 43. col.2.verſic.ſed quid. Pariſ.conſ.19.num. 93. verſ. & licèt. vol.2. Marian.Iunior conſ. 100. col.2.nu.3.verſ.placent.vol.1.

Ego tamen dicebam eſſe aduertẽdum, quòd licèt opinio Socin.reprobetur à ſupradictis do
4 ctoribus, eſt verũ † in conditione tacita ſubintellecta, in qua omnes Doctores concludunt, vel quòd non ſubintelligitur in vulgari, quia cõtra naturã eſt, vt minus ſubaudiamus. Et licèt ſubintelligatur ex via commiſſaria, eſt propter diuerſitatem rationis, vel dicamus in nulla earum ſubintelligi poſitum in cõditione, ſi ſine liberis, & de expreſsa illi Doctores non loquuntur, & ſic prima opinio in iſto caſu remanet ſine contradictore.

Eſt tamen verum, quòd pro opinione contra Socin.conſiderabatur optima ratio. Nam il
5 la † conditio, ſi ſine liberis deceſſerit, quia eſt fideicõmiſſaria, eſt vtilis ipſis liberis, quorũ pater iã hæreditatẽ adiuit: quia aliàs fideicommiſſariæ nõ eſt locus. Et ideo, ſi exiſtẽtibus liberis, ceſſat fideicõmiſſaria ipſi patri eorũ ſuccedendo, conſequenter etiã bona, quæ aliàs erant fideicõmiſſo ſubiecta. At quando ſumus in vulgari, quia liberorum non intereſt, quorũ pater hæreditatẽ non adiuit, & ſic omnino ipſi nihil habituri ſunt, ideo interpretanda erat conditio illa fideicommiſſariæ tantùm ſubſtitutioni
6 adiecta, non vulgari. Tum quia data† diuerſitate rationis, nõ ſit æqualis determinatio, vt not. in l. iam hoc iure.de vulg. & pupill. tum quia
7 eſt † capienda ea interpretatio, per quam teſtamentum, & ſic vulgaris ſubſtitutio procedat pro validitate actus. Tum quia eſſet extraneũ illam conditionem, ſi ſine liberis, ſine aliquo effectu

fectu referri ad vulgarem ,cum ſatis ſit referri
ad fideicommiſſariam . Et per hoc tollitur mo
tiuum Socin. principale, quod ibi videtur vrge
1 re: quia iſta conditio, † ſi ſine liberis, eſt volun
taria, & ideo non extendenda ad alium caſum.
Quia dico, quòd illud eſt verum , quando illa
adijceretur vulgari tantùm, quia tunc imputet
ſibi teſtator, & ſumus in merè voluntaria con
ditione. Verùm cum ſimus in caſu continente
etiam fideicommiſſariam , in qua conditio, ſi-
ne liberis, habet reſpectum ad effectum , in eo
tantùm caſu intelligam ſupradictam conditio-
nem . Tamen difficultas eſt maxima , quia opi-
nio Socin. Oldrad. Io. Andr. & Ruin. in condi-
tione expreſſa non habet contradictorem pro
nunc.

EPITOME.

Citatio creditorum, & legatariorũ in inuentario ſufficit, quòd ſit vna tantùm peremptoria.

SVMMAE.

1 *Citatio creditorum, & legatariorum numquid eſſe debeat trina, vel vnica?*
2 *Peremptorium non eſt neceſſarium, quando in citatione adeſt comminatio legis, quæ apponit tempus.*
3 *Citatio creditorum, & legatariorum habetur à Rota pro actu extraiudiciali, & leuis præiudicij, & quare?*
4 *Peremptorium non requiritur in actu extraiudiciali.*
5 *Inuentarium annullare propter ſolam omiſsionem peremptorij videtur nimis rigoroſum.*
6 *Rigorem Rota ſolet abhorrere.*

303. DECISIO. III.

FVit dubitatum in vna caſtri Filacciani co-
ram d. Puteo de anno 1549. Numquid ci-
1 tatio † creditorum, & legatariorũ in inuentario
trina eſſe deberet, vel vnica tantũ perẽptoria?
Et aliqui dubitabant, quòd requireretur tri
na, quia Bal. in tract. de inuẽtar. in forma ponit
verbum, peremptoriæ . idem tradit Guid. Pap.
in conſimil. tract. 3. col. verſ. & pro introitu,
quod etiã fuit de mente Marian. Soci. in tract.
de citationibus 22. artic. quæſt. 4. vbi poſtquã
numerauit caſus, quibus incertæ perſonæ citan
tur, dicit requiri trinam citationem; cum tamẽ
inter eos enumeraſſet inuentariũ. Ad quod fa-
ciebat, quia Ang. & Bal. in l. ſi eo tempore. de
remiſſ. pignor. videntur requirere trinam cita-
tionem, & Doctores omnes in l. fin. in princ. C.
de iur. de lib. citationem incertarum perſona-
rum fundant in d. l. ſi eo tempore.

Contraria tamen opinio fuit viſa Dominis
verior. & 1. non caret auctoritate Angeli in l. 1.
§. hęc ſtipulatio. verſ. & credo. ff. ſi cui plus per
leg. falcid. col. 5. quem ſequitur Corne. in d. l.
fin. col. 8. num. 35. C. de iur. delib. Et ratio An-
geli eſt, quia iudex non dicitur ferre ſententiã,
nec aliquod decretum: quo caſu non eſt locus
peremptorio. Et hoc eſt propriè, quod tradũt
gloſ. Bald, Angel. Alberic. in l. Papinianus. §. ſi
quis poſt. de inoffic. teſtament. dum diuerſifi-
cant. l. ſi eo tempore. prææallegatam , vt non re-
quiratur peremptorium . Ex quibus apparet,
quòd Angel. & Bal. in d. l. ſi eo tempore. dixe-
runt tutius, non autem neceſſariò. Ex quo re-
torqueretur fundamentum ſupra ex aduerſo fa
ctum , & oſtenditur communem opinionem eſ
ſe pro hac parte: cum doctores in d. l. final. in-
telligant hanc citationem in terminis l. ſi eo tẽ
pore. quem tex. ego ponderabam, dum in ſin-
gulari dicit, proclamare.
Faciebat etiam ratio, quia tunc demum pe-
2 remptorium † non eſt neceſſarium , quando in
citatione adeſt comminatio legis, quę apponit
tempus menſis.
3 Habebant etiam Domini iſtum actum † pro
extraiudiciali , & leuis præiudicij: quia ſemper
poteſt non citatus oſtendere defectum inuen-
tarij, & non præſumitur delictum, quòd hæres
4 fraudauerit, & in actibus † extraiudicialibus nõ
requiritur peremptorium. Curt. in l. peremptо
rium. de iudic. Maria. d. tract. de citat. artic. 27.
5 num. 52. Nimis † enim rigoroſum videtur pro-
pter defectũ verbi, peremptoriè, annullare in-
6 uentarium, quod † Rota ſolet abhorrere.

EPITOME.

Legatum domus ad præſens ſuæ habitationis, complectitur domum poſtea per teſtatorem emptam, etiam prima eius domo maiorem, ſi à teſtatore omnes habebantur pro vna.

SVMMAE.

1 *Legatum domus ad præſens ſuæ habitationis, quando etiã, comprehendat ſecundam domum maiorem à teſtatore emptam?*
2 *Verba, ad præſens ſuæ habitationis, quid importent?*
3 *Gloſ. in l. vxori. in principio. de leg. 1. reprehenditur à Bart.*

304. DECISIO. IV.

1 LEgatum † domus ad pręſens ſuæ habitatio-
nis, ſtantibus teſtibus, quòd domus alia po

Digitized by Google

ſtea empta, etiam quòd eſſet maior prima, habebatur à teſtatore pro vna, & tanquam vna, voluerunt Domini ſub ea comprehendi in legato dictam domum poſtea emptam tamquã augmentum. & hoc per tex. in l. cui fundus. de legat. 2. iunctis notatis, vt per Albertum Brun. in tract. de augmento. concluſ. 15. princip. in princ. & num. 25. & ex regula, quam tradunt communiter doctores in l. prædijs. §. balneas. & §. qui domum. de legat. 3. & quę ponit Alex. in conſ. 204. in 6. vol. Et cum ex dictis teſtium conſtaret vel ambas domos eſſe pro vna, vel nouiter emptam fore acceſſoriam primæ, re-
2 ſpondebatur † ad illa verba, ad pręſens ſuę habitationis, quę reſtringuntur ad tempus teſtamenti, vt per Bar. in l. ſi ita. de aur. & argent. legat. quòd non procedit in acceſſorijs, vt ibidẽ declarat Bar. & ſentit Rom. in ſingul. ſuo 497. & fuit ex mente Aret. in l. ſerui electione. §. fin. in fine. de legat. 1. allegabatur etiam l. filiæ. §. titia. de condit. & demo.
3 Ad gloſ. † in l. vxori. in princ. de leg. 1. per quam Domini Rotę Bononien. qui contra iudicauerant, fundãtur, fuit reſponſum vltra alia, quę ſatis diuerſificant caſum, quòd gloſa ibi reprehenditur à Bart.

EPITOME.

Filius natus ex meretrice eſt capax, vt capiat ex teſtamẽto patris ſui.

SVMMAE.

1 *Filius natus ex meretrice non dicitur natus ex damnato coitu de iure ciuili.*
2 *Succeſsionis in materia ius ciuile attenditur.*
3 *Filius meretricis admittitur ad ſucceſsionem matris.*
4 *Meretricius coitus non dicitur damnatus.*
5 *Naturalium appellatione veniunt filij meretricum.*
6 *Meretricum filij non reperiuntur prohibiti ſuccedere ex teſtamento patris, non exiſtentibus alijs, prout & naturales ex concubina domi retenta. num. 7. & ideo admittuntur ex teſtamento patris, legitimis filijs non exiſtentibus num. 8.*
9 *Oldrad. conſ. 196. eſt reſtrictum ad nobiles.*

305. DECISIO. V.

1 Filius natus ex meretrice, quia non † eſt na-
2 tus ex dãnato coitu per leges ciuiles, quę †
in materia ſucceſſionis attẽduntur, vt per Caccialup. poſt Abb. & alios in repet. l. ſi quæ illu-
ſtriſ. C. ad tertull. Nam † admittitur ad ſucceſ-
3 ſionem matris, & communiter tenetur talem †
4 non eſſe coitum dãnatum, vt tenet Ang. in §.
fin. in auct. quibus mod. natur. effic. ſui. in 1. & 3. col. & tradit Abb. in c. tanta. nu. 13. qui fil. ſint legit. poſt alios Caccialup. vbi ſupra num. 14. & per ſcribẽtes in tract. de ſucc. ab inteſtato. ſcilicèt, Rolandin. col. penult. per Roſell. num. 18. per Din. num. 10. & poſt multos maximè Paul. de Caſtr. conſ. 468. tradit Aym. conſ. 166. col. penult. verſ. 3. reſpondeo. vbi etiam dicit poſt multos, quòd ſecundùm communem vſum lo-
5 quendi appellatione † naturalium veniunt ta-
6 les. Et quia † non reperiuntur prohibiti ſuccedere ex teſtamento patris, nõ exiſtẽtibus alijs,
7 & vt alij † naturales ex concubina domi retenta, quę ſecundùm canones magis prohibetur, quibus in hoc ſtandum eſt, vt per Abbat. in d. c. tanta.
Et propterea tenuerunt Domini in vna Ro-
8 mana legati coram d. Ant. Aug. quòd eſſet † capax talis filius ex teſtamento patris ſui, & dictũ fuit, quòd doctrina Bar. in auct. ex complexu. C. eod. & in l. fin. col. 1. ff. de his quibus vt indign. procederet tantùm in natis ex complexu
9 nefario. Et cõſil. † Oldra. 196. fuit vel reprobatum, vel reſtrictum ad nobiles. iux. tradita in l. 1. C. de natural. lib. & Ruin. conſ. 66. num. 24. vol. 3. à fortiori pro deciſ. hac allegabatur cõſ. Guid. Pap. 17. in 1. dub. 1. lib. quæ voluit & Socin. conſ. 148. verſ. ſecundum principale. lib. 1. & Dec. conſ. 306. & 311.

DE DECIMIS, ET PRIMITIIS.

EPITOME.

Primitiæ etiam vltra decimas debentur parochiæ, in cuius territorio prædia ſita ſunt, non autem eccleſiæ baptiſmali, circumſcripta conſuetudine.

SVMMAE.

1 *Primitiæ debentur parochiæ illi, in cuius limitibus comperiuntur prædia.*
2 *Primitiæ debentur ex frugibus prædiorum.*
3. *Eccleſiæ dominanti debentur onera realia.*

306. DECISIO. I.

Illam opinionem communem, de qua per Innocent. Hoſti. Abb. Imol. & alios in c. cum ſint homines. eo. tit. & Abb. conſ. 58. vol. 1. per c. quoniam. eo. tit. & c. fin. de parochijs exten-
2 derunt † Domini coram me ad primitias in vna Cæſarauguſtana de Pennaflor. Tum quia ſem-
per

Digitized by Google

per iura promiſcuè loquuntur de decimis, &
primitijs, vt in rubr. & in c. 1. eo. tit. & c. reuer
timini. 16. q. 1. & c. prçter hoc. 32. diſtinct. Tum
2 quia primitiæ† debentur ex frugibus prçdiorũ,
& ſic cum debeãtur ex rebus, ſunt tanquã one-
3 ra †realia, quæ debentur eccleſię dominanti.

EPITOME.

Primitiæ ſunt de neceſsitate ſoluendæ.

SVMMAE.

1 *Primitiæ ſunt neceſſariò ſoluendæ contra diuum Thomam & Brixien. vbi num. 2.*
3 *Primitiæ, & decimæ quamuis circa quantitatem non ſint ſoluendæ, tamen de neceſsitate ſunt dandæ.*

307. DECISIO. II.

IN eadem alia vice etiam tenuerunt Domini
ſupradictam opinionem, quia eſt commu-
nis in d. c. 1. de decim. & ibi per Abb. antiquũ
Collect. Cardinalem, & omnes alios, qui
1 dicunt, quòd primitiæ † ſunt neceſſariò ſoluẽ-
dæ, vt probat per verbum, exigere Abb. in d.
c. 1. Et idem tenet Archidiac. & Io. de Turre
cremat. in c. 1. 13. q. 1. per quæ Dñi dixerunt di
2 ctum † diui Thomæ ſecunda ſecundæ q. 86.
artic. vltimo. vbi vult primitias non eſſe de ne-
ceſſitate ſoluendas, & Brixien. in repertor. iu-
ribus non ſubſiſtere: nam ipſi loquuntur con-
tra ſupradictam communem, & ſupradicta iura,
3 quia licèt libertas † ſit fortè quoad quantita-
tem, non tamen quoad neceſſitatem ſoluendi.

EPITOME.

Decimarum prædialium ſolutionem facere de iure is debet, qui in vna parochia degit, & in alia prædia colit, in illo loco, in quo ſita ſunt prædia, ceſſante conſuetudine, quæ præcipuè eſt in his attendenda.

SVMMAE.

1 *Decimarum prædialium ſolutio fit prius ſecundùm conſuetudinẽ, & ea ceſſante in loco, in quo ſita ſunt prædia, ab eo, qui in vna parochia degit, & in alia prædia colit.*
2 *Decimæ prædiales ſi vno modo ſoluuntur ex conſuetudine in aliqua prouincia, & reperiatur oppidum, in quo nulla eſſet conſuetudo, iudicandum eſt cum eo, per ſimile diEtæ conſuetudinis.*
3 *Conſuetudo attenditur in materia coſuetudinaria.*
4 *Conſuetudo, quæ non dicatur contra ius?*
5 *Conſuetudo inducitur per decem annos.*
6 *Conſuetudo præiudicatiua non eſt extendenda, nam eſt magis præſcriptio.*
7 *Conſuetudo loci vicinioris, vel dominantis eſt attendenda. & num. 8.*
9 *Decimæ de iure an debeant eccleſiæ prædiali?*
10 *Præſcriptio decimarum quoad certa prædia non extenditur ad alia. intell. vt hic.*

308. DECISIO. III.

1 DEcimarum prædialium ſolutionem†ab eo,
qui in vna parochia degit, & in alia præ-
dia colit, fieri debere in loco, in quo ſita ſunt
prædia, licèt ſit communior opinio in c. cum
ſint homines. & in c. ad apoſtolicæ. tit. noſtro.
tamen dixerunt Domini in vna Toletan. de-
cimarum de Goſquez corã d. Roſſanen. quòd
illud non erat per legem ſcriptam deciſum, ſed
quòd magis propter difficultatem, & concurrẽ
tiam opinionum debebamus recurrere ad con
ſuetudinem, & principalius erat ius conſuetu-
dinarium, vt in dictis iuribus. Quod erat vtile,
2 quia ſi occurrebat caſus † in vna prouincia, in
qua eſſet talis conſuetudo, quòd aliter ſoluerẽ
tur, quàm ſecundùm opinionem communem,
& reperiretur aliquod oppidum, in quo nulla
eſſet conſuetudo, tunc non erat iudicandum
per ſimile legis: quia non habemus legem, ſed
3 ſimile conſuetudinis: quia in materia † conſue-
tudinaria, prout eſt iſta, attenditur cõſuetudo,
iux. illam communem opinionem, de qua per
Iaſ. in l. de quibus. num. 22. de legib. & Curt.
in c. fin. col. 32. ſecundùm paruam impreſſio.
4 ſecundùm quem etiam dicebatur iſtam † con
ſuetudinem non eſſe contra ius, & ideo Abb.
in d. c. cum ſint homines. in gloſ. 3. vult. ſuffice-
5 re † decem annos ad inducendam conſuetudi-
nem ſecundùm ius.
Et propterea ceſſabant quæ dicebantur de
6 conſuetudine † præiudicatiua, quæ non debet
extendi, vt per Curt. in d. c. fin. col. 3. verſ. limi-
ta primo, nam eſt magis præſcriptio, vt per Fe-
lin. in c. ſtatuimus. de maior. & obed. quia non
procedit in iſta conſuetudine, quæ eſt ſecundũ
ius commune, & propterea tex. in d. c. ad apo-
7 ſtolicæ. vult attendi † conſuetudinem loci vici-
nioris, vel loci dominantis: quia illud, quod di-
citur in d. c. ad apoſtolicæ. non poteſt intelligi
de conſuetudine, quæ in loco eſſet, de quo du-
bitabatur: quia tunc non habuiſſet difficultatẽ,
ſed de loco viciniori, vel loco dominantis, &
probatur ex notatis per Hoſtien. & Io. Andr.

8 in c.ſuper eo.de cogna.ſpirit.vbi dicit,9 †quo-
tieſcumque ſumus in caſu, in quo recurrendũ
eſt ad conſuetudinem prout in caſu noſtro,tũc
eſt recurrendum ad conſuetudinem loci vici-
nioris.ad c.ad decimas.de reſtit. ſpol. in 6. vbi
9 videtur probari,quòd de iure†decimæ debean
tur eccleſiæ prædiali: quia id intelligo,quando
non eſſemus in caſu, quo illi canonici S. Nico-
lai non darentur eccleſiaſtica ſacramenta illis,
à quibus percipiebant decimas, vel quia non-
dum eſſet introducta conſuetudo. l.verior. Vel
quia ibi illi laici non colebant prædia in alia.

Eodem modo reſpondeo ad aliud, quod vi-
debatur multum vrgere de doctrina magis cõ-
muni glo. Jo.Andr. Hoſtiẽ. Ant. de Butr. Abb.
in c.cum contingat.eo.tit.& Abb. in conſ. 71.
10 vol. 2. quòd præſcriptio † decimarum quoad
certa prædia,non extenditur ad alia: quia ego
intelligo, quando eccleſia præſcribens non eſ-
ſet nec matrix ſpecialis contra prædialem, nec
prædialis contra matricem,& ille,qui habitaret
in vna, non coleret in alia: quia tũc eſſet idem,
quod in colono partiario: quia bene tunc eſſet
conſuetudo contra ius ; ſecus in altero ex illis
caſibus,quia ius admittitur, & de tali etiam cõ-
ſuetudine, quę haberet cõtra ſe diſpoſitionem
iuris, loquitur c. cum olim.de conſuetud. Ad
tex. in c.fin.de paroch. reſpondeo, quòd non
loquitur,quando habens in vna,& habitans in
alia,coleret ipſa,quia tunc procedit ratio. d. c.
cum ſint homines.

EPITOME.

DEcimarum conceſsio non comprehendit noualia,etiam quòd in tali conceſsione eſſent verba habentia tractum in futurum, & etiam quòd dicerent ſuper toto territorio.

SVMMAE.

1 *Noualia non veniunt conceſsis decimis,amplia,vt hic.*
2 *Decimis ſimpliciter conceſsis,an veniant etiam futuræ?*
3 *Decimarum in conceſsione à fortiori veniunt noualia, quia ſunt minora.*
4 *Decimis conceſsis laico, an debeantur noualia?*
5 *Præſcripto vno actu decimandi in eo territorio vniuerſo, omnia veniunt comprehenſiuè,non extenſiuè.*
6 *C.tua. de decim. intellectus.*
7 *Decimæ,niſi ex iuſtiſsima cauſa ſint laicis conceſſæ, eis non debentur.*
9 *C.ſtatuto.§.fin.de decim.in 6.intellectus.*
10 *Pariſ.conſ.73,vol. 4.declaratur.*

309. DECISIO. IV.

1 DEcimarum † conceſſionem,etiam quòd in
ea eſſent verba habentia tantùm in futu-
rum,& etiam quòd dicerent ſuper toto territo
rio, voluerunt Domini in vna Malacitan. de-
cimarum coram d. Puteo. de anno 1549. non
comprehendere noualia quod eſt de mente
tex. in c.tua. in fin.iuncto c.ex parte.de decim.
2 præſuppoſito quòd † in conceſſione decimarũ
ſimpliciter veniant etiam futuræ;quia, vt dicit
Abb. in d. c. ex parte.non minus appellatione
decimarum veniunt præſentes, quàm futuræ.
Et ratio eſt, quia iſta eſt indefinita , & ratione
tẽporis. Imò à fortiori dicit tex. in d. c. ex par-
3 te. quòd in † conceſſione decimarum à for-
tiori veniunt noualia, quia ſunt minora.

Iſtis duobus tamẽ non obſtat quod dicitur
4 in c.tua.in fine. quòd conceſſis † decimis laico,
non debentur noualia, licèt tam ex proprieta-
te verbi, quàm ex maioritate rationis contra-
rium videretur,& ſic ibi contra proprietatem
verborum, & contra maioritatem rationis ſit
talis reſtrictio.

Ex quo infero, quòd illa verba, debebantur
in futurum,vel tãquam expreſſiua illius, quod
tacitè inerat, quia appellatione decimarum ve
niunt futuræ, nihil operarẽtur: vel quia illa ver
ba,debebunt,referuntur ad decimas, nullo pa-
cto poſſunt importare noualia: quia conceſſio
decimarũ facta laicis ex interpetratione iuris
appellatione decimarum nunquam veniunt
noualia. Et ſic ex defectu verbi ego ſumo iſtam
interpretationem. Et omnia allegata in cõtra-
rium non loquuntur in laicis. Et ratio c. cũ con
tingat.de extẽſione præſcriptionis, vltra quòd
loquitur in clericis, in quibus cõceſſio ſimplex
comprehenderet decimas noualium, nimirum
ſi extenditur.

Præterea diuerſa eſt ratio in præſcriptione:
5 quia præſcripto † vno actu decimandi in eo
territorio vniuerſo,omnia veniunt comprehẽ-
ſiuè,non extenſiuè.
6 Pręterea iſtud eſſet reſtringere.c.tua.in quo†
non apparet,an conceſſio decimarum ſit facta
reſpectu territorij,aut reſpectu loci,& ſic gene
raliter loquitur.

Eodem modo ille tex.in c. tua. debet intelli-
gi, quando ex cauſa etiam iuſtiſſima ſint con-
7 ceſſæ decimę laicis: quia niſi † ex iuſtiſſima cau
ſa non eſſent debitę. & tex. in c.ſtatuto.de de-
cim.in 6.loquitur de omnibus decimis.

Benefacit, quia vt dicit Ant.in princ.cũ con
8 tingat. eſt diuerſa † ſpecies decimarum, & di-
uerſus

uerſus etiam fundus.
9 Et ad tex. † in c. ſtatuto. in §. fin. de decim.
in 6. dum dicit de rationabili cauſa, intellige-
bant Domini non de rationabili cauſa primæ
cõceſſionis decimarum, ſed de rationabili cau-
ſa, quæ percuteret noualia, puta, quòd à princi
pio nõ adeſſet aliquæ decimæ, niſi nouali ũ, vel
quia ſoluebatur de antiquis, quia erant ſyluæ,
vel paſcua, quæ poſtea fuerant redacta ad cul-
10 turam, vt latè per Pariſ. conſ. 73. 4. vol. qui† ta-
men in quibuſdã dictis, dum facit contra hanc
deciſionem, loquitur in clericis, non autem in
laicis.

EPITOME.

MOnachi quamuis præſcripſerint decimas vni eccleſiæ parochiali debitas; ſi tamen rector, vel capellani dictæ parochiæ non habent aliunde commodam ſuſtentationẽ, poſſunt eam petere ab ipſis monachis, pręſcriptione non obſtante.

SVMMAE.

1 *Decimæ ſunt deſtinatæ pro nec*[e]*ſſarijs alimentis clericorũ.*
2 *Monachi non obſtante præſcriptione per eos facta de decimis vnius parochia, tenentur alere rectorem, & capellanos illius, ſi non habeant aliunde.*
3 *C de monachis. de pręben. intellectus.*
4 *C. extirpandæ. de præben intellectus.*
5 *Extrauagan. comm. ſuſcepti, ne ſed. vacant. intellectus.*
6 *Eccleſia debet habere victum duarum perſonarum, computatis, non autem demptis decimis.*

310. DECISIO. V.

1 DEcimę † ita ſunt deſtinatę pro neceſſarijs
alimentorũ clericorum, vt tenuerint Do
mini in vna Burgen. iurisdictionis coram domi
2 no Ant. Aug. de anno 1549. quòd monachi, †
qui preſcripſerãt decimas debitis vni eccleſiæ
parochiali, ſi rectores, vel capellani eiuſdem
eccleſiæ non haberent aliunde congruam ſub-
ſtentationem, poſſent præſcriptione non obſtã
te petere ſubſtentationem à monachis.
3 Et licèt c. † de monachis. de pręben. reſtrin-
gi poſſet, vt tantùm loqueretur in ijs, qui habe
4 rent dominium temporale; tamen tex. † in c.
extirpandæ. eo. tit. generaliùs loquitur non ſo
lùm in patronis, & Epiſcopis, ſed in omnibus
cuiuslibet alterius conditionis, & vt in exem-
plis per gloſ. ibi loquitur de illis, qui prætextu
conſuetudinis recipiebant omnes decimas, re-
licta modica portione. Et ille tex. procedit à
fortiori quoad omnes decimas. Et ita etiam
5 generaliter loquitur communis extrau. † ſuſce
pti. ne ſed. vacant.
Et licèt dum dubitabatur, an eccleſia indige
6 ret. & aliqui dicebant, quòd eccleſia † debet ha
bere victum duarum perſonarũ, c. vt quiſque.
de vit. & honeſt. cleric. dicebam ego verum eſ-
ſe computatis decimis, nõ demptis, per notat.
ab Abb. in c. cum ſicut. de conſec. eccleſ. vel
altar.

EPITOME.

DEcimas eſſe ſoluendas, vel in loco, in quo quis habitat, vel vbi prędia colit, non reperitur per tex. peculiarem deciſum.

SVMMAE.

1 *Ius non decidit, cui ſoluere decimas teneatur habitans in vno loco, & in alio prædia colens.*
2 *C. cum ſint homines. & c. ad apoſtolica. de decim. intellectus.*
3 *C. final. de paroch. intellectus.*
4 *C. ſi quis laicum. 16. q. 1. intellectus.*
5 *C. 1. 13. q. 1. intellectus.*

311. DECISIO. VI.

IN illa quæſtione de decimis ſoluendis, quã-
do vnus in vna parochia habitat, & in alia
prędia colit, dum iterum cauſa in tertia inſtan-
1 tia proponeretur, dedi dubium, an iſte † caſus
eſſet in iure deciſus. Et fuit reſolutum, quòd
2 nõ. imò quòd tex. † in c. cum ſint homines. & in
c. ad apoſtolicę. de decim. loquuntur in colen-
te, & intelligenda ſunt generaliter tam in domi
no, quã in colonis: quia ſemper adeſt mixtura
operum colentis, & fructus ex prædio percipti
propter quam mixturam poteſt dari parochia-
li, vel prædiali, prout conſuetudo dictaret.
3 Ad tex. in † c. fin. de paroch. fuit dictũ, quòd
non loquebatur de colente, imò quòd erat im-
poſſibile, quòd illi habitantes in vna, prædia
propter longinquitatem locorum colerent in
alia.
4 Ad † c. ſi quis laicum. 16. q. 1. fuit dictum.
quòd ibi non apparebat, quòd ille, qui rece-
debat ab antiqua parochia, coleret in alia.
Secundo quòd dato quòd coleret, iam ap-
parebat parochiam illam fuiſſe in poſſeſſione
percipiendi, à qua non debebat ſpoliari per
receſſum.

Ad

Digitized by Google

5 Ad c. 1. † 13. q. 1. hoc fuit dictum, quòd hoc per aliquē tex. clarum non deciditur, ideo Doctores contrarium tenent.

EPITOME.

Clemēt. prima de renunciat. limitatur, quando nulla ſequitur illuſio ſuperioris.

SVMMAE.

1 *Reuocatione procuratoris non intimata, ſemper ille poteſt procedere.*
2 *Penſionum, & regreſſuum caſſationes, quia ſunt quodammodo liberationes beneficiorum à ſeruitute, fieri poſſunt in manibus cuiuſcumque.*
3 *Clement. 1. de renunciat. limitatur.*

312. DECISIO. VII.

1 Dubitabatur etiam in eadem propter clem. 1. de renunciat. quia cum intimata † nō eſt reuocatio, videbatur, quòd ille poſſet ſemper procedere. Fuit tamen dictum, quòd quia ſem-
2 per tenuerūt Domini caſſationes † regreſſuum, & penſionis, quia ſunt quodammodo liberationes beneficiorum à ſeruitute, & poſſunt fieri in manibus cuiuſcumque, iux. notat. in c. agatoſa. 63. diſtinctio. quam opinionem ſemper tenuiſſe Rotam referebat dominus Pute. tunc Decanus, qui pollicitus eſt ſe daturum deciſionem, ad ea, quæ tradit Sarnen. in regul. de infirm. q. 16. & 18. ideo, cum nulla ſequatur illu-
3 ſio ſuperioris, nō † erat locus dictæ clemēt. quę etiam loquebatur in ſpiritualibus.

DE REGVLARIBVS.

EPITOME.

Monachus non poteſt eſſe in iudicio, nec conſtituere procuratorem abſque licentia ſui immediati ſuperioris, etiam ſi tale mandatum feciſſet in capitulo congregato, & non appareret, & quòd eſſet prior capituli, niſi cauſa fuiſſet contra monachū commiſſa, & monachus fuiſſet citatus, & à monacho conſtitutus procurator.

SVMMAE.

1 *Monachus quando poſsit eſſe in iudicio, & cōſtituere procuratorem? & num. 2. & 3.*
4 *Citando inhabilem, quis d citur eum approbare.*
5 *Monachus comparens pro defenſione ſuæ eccleſiæ, quando debeat admitti?*

313. DECISIO. Vnic.

1 Monachus † licèt non poſſit eſſe in iudicio, nec conſtituere procuratorem abſque licentia ſui immediati ſuperioris. iux clem. ſi religioſus. de procurat. quod ampliauerunt Domini in vna Pampilonen. corā me de anno 1548.
2 etiam † ſi monachus in capitulo congregato feciſſet tale mandatum, & non appareret, quòd in d. capitulo eſſet prior.

Tamen in eadem voluerunt Domini, quòd
3 ſi cauſa † fuiſſet commiſſa contra monachum, & monachus fuiſſet citatus, & conſtitutus fuiſſet procurator à monacho, quòd teneret proceſ-
4 ſus, tum quia † citando videtur approbaſſe inhabilem, vt poſt Innocent. in c. cum inter. de exceptio. tradit Dec. in l. fin. num. 45. C. de edi
5 cto diu. Adrian. tollen. & maximè quia † comparet pro defenſione ſuæ eccleſiæ, prout tradunt omnes Doctores in d. clemēt. & habetur in deciſ. noſtra 221. in nou.

DE IVRE PATRONATVS.

EPITOME.

Ius patronatus laicorum dicitur, dato quòd ex teſtamento clerici ſit fundata eccleſia, qui voluit præſētationē fieri debere per ſuos hæredes laicos.

SVMMAE.

1 *Ius patronatus erectus à clerico, quādo dicatur laicorum?*
2 *Rocc. de Curt. in tract. patron. ver. ius. num. 26. declaratur procedere, quando aliæ coniecturæ non adeſſent.*

314. DECISIO. I.

1 Ius patronatus laicorū † fuit indicatum, etiam ſi ex teſtamento clerici fuerit fundata eccleſia, qui voluit preſentationem eſſe debere penes ſuos hæredes laicos, qui diu præſentarunt, & coniecturas iſtas voluerūt eſſe potentiores, etiā ſi non appareret, ex cuius bonis eccleſiaſticis, vel patrimonialibus clericus erexiſſet ec-
2 cleſiam: & declarabant † doctrinam Rocchi in tract. de iur. patronat. in verbo, ius. numer. 26. procedere, quando aliæ coniecturæ non adeſſent.

EPI-

Digitized by Google

EPITOME.

GRatia eſt ſubreptitia, in qua narrauit quis ſe eſſe compatronum, & tacuit pro illo anno, cum ex diuiſione aliàs facta per eum cum compatronis, non ſibi, ſed alijs compatronis præſentatio competeret.

SVMMAE.

1 *Patronus verus dicitur ille ſolus, qui eo anno habet præſentare, ſtante diuiſione annorum in præſentando per compatronos facta.*
2 *Iuri patronatus regulariter non derogatur etiam ex cauſa reſignationis, niſi in fauorem vnius ex compatronis.*
3 *Subreptitia eſt gratia, in qua aliquis dixit ſe cõpatronum, cum eo anno ex conuentione cæteris compatronis competeret ius præſentandi.*

315. DECISIO. II.

IVs patronatus, facta diuiſione alternis annis de præſentando per patronos, quia pro illo
1 anno ille † ſolus, qui habet pręſentare, iudicatur verus patronus, vt argumento clement. eo. tit. ſentit Dec. conſ. 696. num. 12. iccirco quia
2 regulariter † non derogatur iuri patronatus etiam ex cauſa reſignationis, niſi in fauorem vnius ex compatronis.

Tenuerunt Domini in vna Regien. capellaniæ coram d. Roſancn. quòd ſubreptitia † eſ-
3 ſet gratia, in qua narraſſet ſe eſſe compatronũ, ſed tamen tacuiſſet pro illo anno ex dicta diuiſione non ſibi, ſed alijs præſentationem competere.

EPITOME.

IVris patronatus beneficia mixta clericorum ſcilicet, & laicorum non comprehenduntur ſub regula reſeruatoria octo menſium.

SVMMAE.

1 *Iuris patronatus beneficia mixta an cõprehendantur ſub regula reſeruatoria octo menſium. & num. 3.*
2 *Iuri patronatus mixto paſsim derogatur in curia, intellige prout num. 7.*
4 *Deciſ. Rotæ 266. alioqui 46. de conceſs. præben. in antiquis confutatur.*
5 *Beneficia mixta iuris patronatus non comprehenduntur in nominationibus Galliæ.*
6 *Laicalis qualitas in fauorabilibus attenditur, ſed contra. num. 9.*
8 *Iuri patronatus pro medietate, & ſic parti laicorum ſolet Papa derogare, nam parti clericorum derogare non eſt neceſſe.*

316. DECISIO. III.

FVit dubitatum coram me in vna Fauentina parochialis pro Hercule Seuerolo 12.
1 Octobris 1548. an regula † reſeruatoria octo menſium comprehendat beneficia mixta iurispatronatus laicorum, & clericorum.

Et licèt videatur prima fronte dicendum, quòd ſic, prout eſt expreſſa deciſ. 266. aliàs 46. de conceſs. præben. in ant. quam ſequitur Staphil. tract. de literis grat. ſol. 54. & Aeneas de Falcon. de reſeruat. 14. effectu. Quòd videba-
2 tur etiam ſuaderi ratione, quia paſſim † in curia derogatur iuri patronatus mixto, ergo arguendo ab vſu patrisfamilias videbatur tale beneficium incluſum eſſe in reſeruatione.

3 Pręductis tamen non obſtantibus contrariũ † tenuerũt omnes, nemine excepto. Conſiderãtes primo, quòd plures, & meliùs diſputantes articulum, erant pro iſta opinione, & Rota aliàs variando tenuerat iſtam opinionem, vt refert Felin. in tract. quando literę apoſtolicę in 6. ampliat. Ex quo dicebatur non eſſe accipiendum
4 fundamentum † in deciſ. ſupra allegata, quãdo doctores prædicti ſimpliciter referendo ſequuntur, & Felin. meliùs diſputat. eodẽ modo Roch. in tract. iuris patron. in ver. ius. in 7. q. Lambertin. in eod. tract. fol. 8. & fol. 371. in 3. par. lib. 2. 9. quæſt. principali artic. 9. Io. de Silua in tract. de benefic. 2. par. 3. q. 14. col. num. 47. Rebuff. in tract. nominationum. fol. 112. 15. q. verſ. 3.
5 non comprehenduntur. vbi voluit in † nominationibus non comprehendi talia beneficia, & hoc idem etiam fuit de mente Caſſad. deciſ. 4. de probat. in fine repetita in deciſ. 7. tit. noſtro.
6 Et generalis ratio eſt, quia in † fauorabilibus attenditur qualitas laicalis. Ex qua ratione tollunt fundamenta dictę deciſ. 266. quæ dũ vult qualitatem clericorum attẽdi debere, non aduertit, quòd loquitur in fauorabilibus. at in caſu noſtro eſſet odium, quia haberetur pro clericali, igitur &c.

Retorquebatur etiam ratio ſtyli, & vſus pa-
7 trisfamilias, quinimo niſi † fieret mentio in curia de tali iure patronatus; non cenſeretur illi derogatum. vt in d. deciſ. Caſſado. ex quo infertur non eſſe comprehenſum, niſi vbi facta eſſet mentio.

Quòd autem derogetur tali iuri patronatus,
8 eſt magis, quia ſolet † Papa derogare iuri patronatus pro medietate, & ſic ſolet derogare parti

Digitized by Google

parti laicorum, parti autem clericorum deroga re non eſt neceſſe. Videtur etiam Petr. de Ancar.in c.cū propter. circa finem. de iure patro.
9 tenere, quòd in ſauorabilibus † vnum ſequitur aliud, nō habita diſtinctione, an principales ſint laici, an clerici.

EPITOME.

IVs patronatus etiam in parochianis, & alijs magnatibus probatur per tẽpus immemorabile adhuc ex fundatione, & dotatione.

SVMMAE.

1 *Ius patronatus probatur per tempus immemorabile, etiā in magnatibus, adhuc ex fundatione, & dotatione, & num. 3. & 6. limita prout num. 9.*
2 *Vſurpatio an præſumatur in magnatibus?*
4 *Præſentandi in poſſeſsione ſi populus reperitur, nec probatur immemorabilis, tunc patronatus præſumitur ex vſurpatione.*
5 *Ius patronatus quare in Italia præſumatur ex vſurpatiōe?*
7 *Ius patronatus Domini alicuius caſtri, ſtante immemorabili prçſcriptione, poteſt allegari ex fundatione, præſertim ſi præſentationes dicerent ex fundatione. num. 8.*
10 *Ius patronatus in antiquis probatur ſola fama; ſed hçc probatio non ſufficit, vbi immemorabilis requiritur.*

317. DECISIO. IV.

1 IVs patronatus † probatur etiam in parochianis, & alijs magnatibus per tempus immemorabile, & fuit receſſum à deciſionibus aliàs antiquitus factis: quòd nec ex immemorabili probaretur dotatio, & fundatio

Non obſtat, quòd aliàs ſolebat dici præſu-
2 mi † vſurpationem: quia præſumptio Specul.in tit.de iur. patron. in fine procedit tantū in Italia, & etiam iure non probatur.

Tamen in vna Fauentina coram me hæc dubitatio tollebatur, quia erant mixti parochiani, & religioſi ſimul. Tamen voluerunt Domini
3 tunc ita indiſtinctè † tenere per vnam deciſionem, quam hic inſero, quæ mihi fuit tradita à domino Decano, & hæc eſt videlicèt.

In vna Lucana canonicatus, & prçbendæ, fuit reſolutum coram domino Mohedano die
4 21. Nouembris 1541. quòd ſi † populus erat in poſſeſſione præſentandi, non tamen probabatur tempus immemorabile, quòd ius patronatus per hoc non prçſumeretur ex fundatione, & dotatione, ſed ex vſurpatione, per dictū Anto.de Butr.in c.dilectus.de offic. legat. & quia Specul. quem refert Curt.in tract. iuris patro. in verſ.ipſe.vel 15.q.36.col.3. verſ. per hanc
5 etiam opinionem dicit, quòd in Italia † præſumuntur ex vſurpatione, ex eo quia propter receſſum curiæ ab Italia omnes Domini, & populi effecti fuerunt tyranni, & iura eccleſiç modo ſuo tractare cæperunt. Et quòd in vniuerſitate prçſumatur ex vſurpatione, poteſt colligi ex his, quæ dicit Lamb.in tract.de iur.pat.fol. 160.pag.2.in 7.artic.11.q.princip.2. partis 1. lib. & Roch.in ſuo tract.iur.patronat. in verſ. contraxit.q.20.

6 Sed ſi † eſſemus in tempore immemorabili, fuit concluſum, quòd populus poſſet allegare titulum, quem voluiſſet etiam ex fundatione, vel dotatione, iuxta not. per Abb.in c. querelam.col.3.in fin. verſ. vtile eſt ergo &c. de electio. Alex.in c.hortamur.col. fin. verſ.eſt ergo. 71.diſtin. Abb.conſ.76. in 1. dub.vol.2. Dec. conſ.126.col.1. verſ.Nec obſtat, ſi dicatur, & Bal.in l.cum ſuper.C.de rei.vendicat. Federic. conſ.234.col.penult.verſ. ad propoſitum. Felin.in c.ad cauſam.col. penult.de prçſcrip. & in tract.quando literæ apoſtol. col.fin.verſ. conſidera 3. Alex. conſ. 70. col.4. verſ. accedat ad hoc quod voluit.vol. 4. & omnino Roch. vbi clarè iſtud videtur dicere, in tract. iur. patron. in verb. ipſe vel is à quo.q. 36. & maximè in princ.4. col. verſ.placet tamen mihi. & melius col.6. verſ.circa alium punctum. Et die 16. Ianuarij 1545. in vna Pennen. abbatiç de ciuira Quadra, pro d. Cçſare de Firmo maior pars Do
7 minorum inclinauit, quòd dato † quòd tractaretur de iure patronatus Domini illius caſtri, tamen quia probabatur tempus immemorabile, quòd poſſet allegari titulus ex fundatione, dato quòd non eſſet allegatus in articulis, ſuper quibus teſtes erant examinati, & hoc ſentit expreſsè Felin. in c. cauſam quæ. col. 4. de prçſcriptio. Et tanto magis fuit dictum in iſto
8 caſu, in quo prçſentationes † dicebant ex fundatione.

9 Limitarunt † tamen, quando verè probarẽtur prçſentationes ex immemorabili tempore, ſecus autẽ, ſi tantùm vellent probare per famā, quia iſto caſu, etiam quòd eſſemus in antiquis, non probaretur, attenta præſumptione in ma-
10 gnatibus vſurpationis, licèt aliàs ſola † fama in antiquis probet ius patronatus, vt per Bal. in auct.quas actiones.col.fi. C.de ſacr.ſanc. eccl. & Caſſad.deciſ.2. de prob. & iſto caſu fit differẽtia inter priuatos, & magnates, & ſaluatur dictum Speculat. vbi ſupra. & doctrina Ant. de Butr.licèt non bene dicat in c.cum dilectus.de offic.ordin. vbi Barbat. in verſ. limita tamẽ.col. 4.&

Digitized by Google

4. & quod dicit Dec. in conſ. 146. col. 1. & ſic iſtis duobus reſpectibus poſſet ſtare differētia, vel quādo daretur probatio tantùm per famā, vel ſi probaretur aliqua origo Tyrānorum aduerſus eccleſiam, vt in præcedenti dictum eſt, quod poſtea placuit in vna Bononienſe de Vidriano.

EPITOME.

PRæſentatio vna ſufficit, nec requiritur titulus, nedum quādo agitur inter patronos, ſed etiam ſi agitur contra Ordinarium.

SVMMAE.

1 *Præſentatio vna ſine titulo an ſufficiat?*
2 *Laici maior eſt incapacitas reſpectu decimarum, quàm reſpectu iuris patronatus.*
3 *Laicus cum titulo ita eſt capax decimarum, ſicut iurispatronatus. et ſine eo ita eſt incapax vnius, ſicut alterius*

318. DECISIO. V.

DIctum Calderini in conſ. 12. hoc tit. & Fe
1 derici conſ. 234. quòd ſufficit † vnica
præſentatio, & non requiritur titulus, fuit tentum, & ſi agatur non tantùm inter patronos, ſed etiam contra Ordinariū: quia ita expreſsè videtur loqui Dec. conſ. 134. contra prouiſum à Patriarcha. Rip. in c. cum eccleſia. num. 93. verſ. 6. & ſentit Rocch. in tract. iur. patro. verſ. competens. q. 15. & Dec. conſ. 117. reſpondet ad c. decimas. circa finem. Et aliqui dicebant
2 maiorem † incapacitatem laici eſſe reſpectu decimarum, quàm iuris patronatus propter maiorem frequentiam.

Mihi tamen erat ſcrupulus propter doctrinam Abb. in c. ex parte. num. 19. de reſcript. &
3 conſiderabam, quòd † cum titulo ita vnius, ſicut alterius erat capax laicus, & ſine eo ita vnius, ſicut alterius erat incapax. Et hoc fuit tentum die 15. Auguſti 1552. in ſancti Auguſtino extra ordinem congregati in vna ſancti Andreæ.

EPITOME.

IVs patronatus probatur ex fama in antiquis, quando eam comitatur longiſsima poſſeſsio.

SVMMA.

1 *Fama non probat ius patronatus in antiquis, ſi non concurrat longiſsima poſſeſsio.*

319. DECISIO. VI.

1 FAma, quæ † probat in antiquis, ius patronatus, vt paulo ſupra fuit dictum, intelligitur, quando adeſt longiſsima poſſeſsio. Bal. in l. cum ſuper. de re iudic. Caſſad. deci. 2. de probat. prout fuit tentum in eadem.

EPITOME.

IVs patronatus ex fundatione, & dotatione ſatis dicitur probatum ex tribus antiquiſsimis inſtrumentis enūciantibus ius patronatus alicui ſpectare de iure, vel de conſuetudine.

SVMMAE.

1 *Ius patronatus congruè dicitur probatum ex tribus antiquiſsimis inſtrumentis id enunciantibus.*
2 *Verbum, de iure, quid importat?*
3 *Probatio iuris patronatus, et dominij de iure equiparātur.*
4 *Fama ſufficit ad probandum dominium, & ius patronatus in antiquis maximè accedentibus coniecturis. num. 5.*
6 *Notario verba præſumuntur dicta ab his, quorum intereſt, & quando? & num. 7. & 8.*
7 *Notarius dixiſſe ſemper præſumitur id, quod partes dixerunt.*

320. DECSIO. VII.

1 IVs patronatus † ex fundatione, & dotatione ſufficienter probatum voluerunt Domini in vna Fauentina parochialis coram me de anno 1549. ex tribus inſtrumentis antiquiſsimis, in quibus enunciabatur ſpectare ius patronatus de iure, vel de conſuetudine: & illud ver-
2 bum, † de iure, magis voluerunt Domini intelligere ex fundatioue, vel dotatione, argu. not. per Caſſad. deci. 7. hoc tit. quàm ex priuilegio, vel ex alia cauſa.
3 Item quia in † probatione ius patronatus, & dominium æquiparantur: maximè quia illa inſtrumenta quodammodo probant famam,
4 quæ † ſufficit in probando dominio, & iure patronatus in antiquis. plenè habetur in deciſ. 2.
5 Caſſad. de probat. maximè † ſuccedentibus cō iecturis, videlicet vltima præſentatione, licèt eſſet dubitabilis. Et ad doctrinam Aret. in c. cum cauſam. de probat. 4. col. & quę ſentit Sigiſmund. Loffred. in conſ. 44. 4. col. quòd ver-
6 ba † pręſumuntur dicta notario ab his, quorū intereſt, & propterea non creditur. Propter quam aduocatus ex aduerſo multùm clamabat, & quidam ex Dominis hæſitabant. Dupliciter reſpondebatur, primo ne tam reſtringere

tur doctrina communis, quæ eſt regulariter,
7 quòd ſemper † præſumerentur partes dixiſſe, quæ dixit notarius. quod dictum Aret. & Loffred. procedebat, quando apparerent verba eſſe partium, vel veriſimiliter notarius non poſſet vidiſſe, quod aſſerit. At in caſu noſtro nota-
8 rius, † vel potuit videre tot præſentationes antiquiſſimas, quæ ſufficerent, vel aliquid aliud id probans, quod aſſerit. Secundo reſpõdebatur, quòd quia ille præſentationes habuerant effectum ſuum, & ex actibus ſequentibus adiuuabantur illa narratiua antiqui.

EPITOME.

Notario præſumuntur dicta verba ab his, quorum intereſt, niſi contrarium probetur.

SVMMAE.

1 *Notarius præſumitur dixiſſe ea, quæ ab intereſſe prætendentibus audiuit, niſi aliud probetur.*

2 *Inſtrumenta tria antiqua quòd probent ius patronatus, intelligitur, ſi ſunt ſcripta manu diuerſorum notariorum, ſecus ſi vnius tantùm.*

3 *Fama debet habere originem à non ſuſpectis, item à pluribus.*

4 *Notarius iuris præſumptione aſſeruiſſe aliquid creditur informatus à partibus.*

321. DECISIO. VIII.

ALIA tamen vice, dum proponebam eãdem cauſam, Domini receſſerunt ab illis
1 reſponſionibus: quia imò placuit † eis dictum Aretin. in c. cum cauſam. de probat. Et illam doctrinam Doctorum in l. cum aliquis. C. de iure deliber. limitabant, quando fuit notario dictum à tertijs non habentibus intereſſe: quia aliàs eſſet dare nimis magnum priuilegium ver bis enunciatiuis.

Conſiderabant etiam, quòd vt Doctores
2 dicunt in d. c. cum cauſam. requiruntur † inſtrumenta diuerſorum notariorum. Et repertum fuit, quòd illa tria inſtrumenta erant manu vnius notarij tantùm. Et ex hoc inferebant,
3 quòd quia fama † debet habere originem à nõ ſuſpectis, item à pluribus, in caſu noſtro habebat tãtùm ortum ab vno notario. Itẽ informa-
4 to † iuris præſumptione à partibus. iux. not. in l. veteribus. ff. de pactis. Ideo dixerunt Domini, quòd ego viderem, an vltra verba enunciatiua adeſſent aliæ coniecturæ. Et vide Aymõ. de antiquit. tempor. 1. par. ſectio. ampliatur num. 14. & ſeq. & num. 76. qui citat Socin. conſ. 86. & 89. 1. vol.

EPITOME.

IVs patronatus competens filijs, & ſucceſſoribus, dicitur translatum cũ vniuerſitate per ceſsionem à filio factam de omni iure, quod in hæreditate habebat.

SVMMAE.

1 *Ius patronatus competens filijs, & ſucceſſoribus quando dicatur per ceſsionem hæreditatis translatum cum vniuerſitate?*

2 *Hæredis qualitas requiritur, quando ius patronatus competit filijs, & ſucceſſoribus.*

3 *Hæres non poteſt deſinere eſſe hæres.*

4 *Ius patronatus competens alicui, tanquam filio & hæredi, poteſt transferri in alium, & viuente tantùm cedente, ceſsionarius eo iure gaudebit, poſt autem mortem illius nequaquam.*

322. DECISIO. IX.

1 IVS patronatus † competebat filijs, & ſuc-
2 ceſſoribus, quo caſu requiritur † qualitas hæredis, ad notat. in l. Gallus. §. quidam rectè. de liber. & poſth. Pariſ. conſ. 48. vol. 3. Ideo tenuerunt Domini in vna Veliterna cotam me de anno 1549. in qua filius ceſſerat omne ius, quod habebat in bonis, & hæreditate, quòd totum illud ius hæreditarium tranſtulerat cum vniuerſitate, vt per Abb. in c. ex literis. de iure patronat. & Roc. Curt. eo. tit. in ver. vel is, à quo cauſam habuit. in 9. q. vbi reſpondet ad l. quia perinde. & l. ſi patroni. ad trebellia. Propter quæ etiam reſpondebatur ad vnum, quod diceba-
3 tur, quòd cum eſſet † hæres, non poterat deſinere eſſe hæres. l. ſed ſi ſine. §. ſed quod Papinianus. de minor. quia reſpondebatur per ceſſionem poſſe transferri.
4 Minus obſtabat, quòd ex quo † competeret ei tanquam filio, & hæredi, videbatur, quòd nõ poſſet trãsferri in alium, ex dictis per Pariſ. vbi ſupra, & per l. Statius Florus. §. Cornelio Felici. de iure fiſ. quia reſpondebant, quòd viuẽte cedente, ceſſionarius poterat tanquàm procurator vti iure cedentis, poſt autem mortem eius diſputandum eſſet cum alijs condeſcendentibus.

EPITOME.

IVs patronatus poteſt cedi compatrono ſine conſenſu Epiſcopi.

SVM.

S V M M Æ.

1 *Ius patronatus non poteſt cedi ſine conſenſu Epiſcopi,fallit,ſi cederetur compatrono, num.2.*
3 *Patronum vnum habere magis eſt vtile eccleſię propter multa commoda.*

323. DECISIO. X.

1 LIcèt ius patronatus non † poſſit cedi, niſi
adſit conſenſus Epiſcopi,ad notat.in c. il-
lud.de iur. patron.cum latè traditis per Rocc.
de Curt.in ſuo tract. in verbo, pro eo quòd de
Diœceſani conſenſu. Fuit dubitatum in vna Sa
lernitana coram Guidobono. an illud procede
ret in ceſſione facta compatrono?

Et licèt aliqui ex Dominis tenerent, quòd
non,per doctrinam Archidiaconi in c. nemini.
16.q.7.quam ſequuntur Hoſtien. Io.Andr. &
Henric.& Abb. vbi etiam dicit veriorem in c.
ex inſinuatione.eod.tit.& Rocch. vbi ſupra in
2. q. vbi dicit communem.

2 Mihi tamen viſa † fuit contraria opinio ve-
rior,& magis communis,prout vult gloſ. Tan
cred. Io.de Fantuc.vt refert Henric. in d. c. ex
inſinuatione.& gloſ. Io.in d.c.nemini.& ſequi-
tur Ant.de Butr.& Cardinal.in d.c.ex inſinua-
tione. Iaſ.in l. voluntas.2.col. C. de fideicom-
miſſ.Felin.in c. quę in eccleſiarum.col. antepe-
nult. num.89. de conſtitut.& Lambertin.de iu
re patronat. poſt Guid. in 12. articul. 1. q. 2.
partis primi libri. per rationes quia inſolidum
eſt penes omnes, & ſic magis non decreſcit al-
3 teri,quàm quòd accreſcat, & magis † vtile eſt
eccleſiæ habere vnum patronum,quàm plures
propter expenſas, & diſcordias,& maiorem li-
bertatem,& ſic tam ex numero Doctorũ,quàm
rationum iſta opinio placuit Dominis.

E P I T O M E.

IVris patronatus cauſa eſt profana, ad effectum concedendi remiſſoriam in prima inſtantia.

S V M M A.

1 *Iuris patronatus cauſa dicitur profana.*

324. DECISO. XI.

1 PRofanam † tenuerunt Domini cauſam iu-
ris patronatus ad effectum concedendi re
miſſoriam in prima inſtantia in vna Lunen. Sar
zanen. coram me de anno 1548.

E P I T O M E.

PRæſentatio tantũ dicitur, quando fit ſuperiori: alioqui dicitur magis nominatio. & an ad effectũ declarandi nouã prouiſionẽ ſubreptitiam?

S V M M Æ.

1 *Pręſentatio propriè intelligitur, quando fit ſuperiori, non ſolùm ad effectum validitatis præſentationis,ſed vt noua prouiſio declaretur ſubreptitia, habens præſentationem eſſe factam num. 2. ſed contra in hoc vltimo num. 3.*
4 *Nouæ prouiſionis clauſulæ prægnantes quæ ſint?*

325. DECISIO. XII.

1 PRæſentatio † intelligitur tantùm, quando
fit ſuperiori, alioquin dicitur magis nomi
natio, ad Deciſ. Rotæ 211.in nou.de quo per
Rocc.de Cur.tract. iur.patron. in ver. honori-
ficum.41.q. & tradit Franc. in c. 1.§.verùm. in
1.not.de iur.patron.& Mil.in ver.patronus de-
bet. quod tenuerunt Domini in vna Aſculana
parochialis S. Io. corã Domino Ant. Auguſt.
2 de annò 1548. eſſe verum,non † ſolúm ad effe-
ctum validitatis præſentationis, ſed etiam ad
hoc,vt noua prouiſio declararetur ſubreptitia,
in qua aſſerebatur præſentationem eſſe fa-
ctam,& non conſtabat de præſentatione facta
Ordinario.

Iſtud tamen vltimum poſtea melius conſi-
3 derando fuit † reprobatum, ex eo quia Papa
nihil aliud conſiderauit, niſi conſenſum patro-
norum,quem omnino ſciebat pati aliquem de-
fectũ,& iſte non erat talis,qui retraxiſſet Prin-
4 cipẽ. Quod eò magis placuit,quia in noua † pro
uiſione,de qua agebatur, erant clauſulę multũ
pregnantes,ꝙ ſcilicet poſſet impetrãs exprime
re qualitates etiam infectiuas, & annullatiuas.

E P I T O M E.

IVs patronatus non immutatur ex prouiſione Pontificis.

S V M M Æ.

1 *Ius patronatus non immutatur,nec ſtatus beneficij conſtituitur ex prouiſione Pontificis.*
2 *Patronis laicis in dubio non præſumitur Papa præiudicare.*
3 *Ius patronatus nõ impeditur,nec quaſi poſſeſſio illius per prouiſionem apoſtolicam, etiam illi derogando.*
4 *Remiſſoria conceditur pro probando iure patronatus,etiam quòd pro eius interruptione da entur prouiſiones pontificis citra præſcriptionem.*

326. DECISIO. XIII.

1 STatus beneficij † non conſtituitur ex proui
ſione Pontificis, nec immutatur ius patro-
natus, vt coram me tenuerunt Domini in vna
Lunen. Sarzanen. de anno 1548. ad notat. per
2 Aegid. deciſ. 107. & deciſ. 212. Nam Papa † in
dubio non intendit præiudicare patronis lai-
cis, vt in deciſ. 3. in nou. Et per Lãber. in trac.
iur. patr. in 6. articu. 7. quęſt. principali. 3.
lib. vbi etiam in ſeq. 7. artic. col. 2. in fin. &
ſeq. verſ. & idem dicerem procedere. & verſ.
in hoc cõſiſtit. & verſ. & pro omnibus. vbi vo-
3 luit † prouiſionem apoſtolicam non impedire
ius patronatus, nec quaſi poſſeſſionem illius,
etiam illi derogando, vt latè per Felin. in tract.
quando lit. apoſt. & habetur per dec. cõſ. 126.
vol. 1.
4 Et propterea voluerunt † Domini, quòd ego
decernerem remiſſoriam pro probando iure
patronatus, etiã quòd pro interruptione eius
darentur prouiſiones Pontificis citra præſcri-
ptionem.

Libri Quarti Decretalium.

DE SPONSALIBVS &c.

EPITOME.

SEqueſtratio mulieris fieri nõ debet, quando alter ex duobus maritis litigantibus eſt in poſſeſſione.

SVMMAE.

1 *Mulier non eſt ſequeſtranda, quando vnus ex duobus maritis eſt in poſſeſſione matrimonij.*
2 *Sequeſtri inceptio prohibetur.*
3 *Mulier quamuis receſsiſſet, etiam ſi per vim traducta, nihilominus marito reſtituitur.*
4 *Reſtitutio negatur, vbi eſt timor peccati.*
5 *C. literas. de reſtit. ſpoliat. requiſita.*

327. DECISIO. Vnic.

SEqueſtrationi mulieris, de qua in c. cum lo-
cum. hoc tit. noluerunt † Domini eſſe locũ,
1 ſi eſſent duo mariti litigantes, & alter eorum
eſſet in poſſeſſione. Et vltra quod omnes, ſcili-
cet Io. Andr. Hoſtien. & Innocent. in gloſ. fin.
ſemper dant exemplum, ex quo colligi poteſt
neutrum eſſe in poſſeſſione, hoc expreſſius ibi
determinat Petr. de Ancara. in final. verbis.
2 Et ratio eſt, ne † incipiatur à ſequeſtro. Et
3 quia ſi mulier † receſsiſſet, etiam ſi per vim tra-
ducta nihilominus marito reſtitueretur. Bal. in
c. fin. num. 8. de probat.
Nec eſt in conſideratione, quòd dicebatur
4 reſtitutionem † denegari, vbi eſt timor pecca-
ti. iux. c. literas. de reſtit. ſpoliat. & per Angel.
in l. ſi quis ad ſe fundum. in 3. fallent. C. vnde
vi. & latiùs per Alex. in §. nihil commune. in li-
mitationibus l. naturaliter. ff. de acquir. poſſeſſ.
5 Nam dicebam ego tria concurrere † in d. c. li-
teras. Primo quòd erat ipſa mulier, quę erat cõ
ſcia peccati, vt dicitur in tex. in caſu verò no-
ſtro erat maritus, qui petebat ſequeſtrationẽ.
Secundo quòd ibi probationes erant inconti-
nenti. Tertio quòd non fiebat ibi ſequeſtrum,
imò mulier cogebatur redire ad maritũ, & prę-
ſtare omnia ſeruitia, licèt ſtante ſua cõſcientia,
& probationibus paratis, poſſet ipſa negare
debitum. Et ita concluſerunt Domini in vna
Neapolitana matrimonii coram Domino Pu-
teo de anno. 1549.

DE CLANDESTINA Deſponſatione.

EPITOME.

MAtrimonium dicitur clandeſtinum, ſi in vno loco quis accepiſſet vnam mulierem, & in alio eam duxiſſet, ibique edicta ex conſuetudine requiſita publicaſſet.

SVMMAE.

1 *Clandeſtinum matrimonium quod dicatur?*
2 *Matrimonium clandeſtinum eſt diſſoluendum, & filij illegitimi iudicandi.*
3 *Ignorantia craſſa quę dicatur?*
4 *Ignorantia nõ excuſat, quando edicta non fuerunt ſeruata.*

328. DECISIO. I.

1 CLandeſtinum † matrimonium tenuerunt
Domini in vna Colonienſe legitimitatis
coram Domino Puteo de anno 1549. ſi in vno
loco quis accepiſſet vnam mulierem, & in alio
eam duxiſſet, & ibi publicaſſet edicta, cum eſſet
conſuetudo in illis locis ea publicandi. iux. c.
fin. hoc tit. Vt ſi poſtmodum appareret eam
2 profeſſam, matrimonium † diſſolueretur, & fi-
lij illegitimi iudicarentur. Nam licèt eam inue-
niſſet in monaſterio Becutarum, & non appa-
reret, an profeſſa eſſet. Tamen quia eam ex eo

loco

loco acceperat, & in alio loco eam tranſduxe-
rat, & conſtabat in alio tertio loco emiſiſſe pro
3 feſſionem, iudicarunt Domini craſſam † hanc
dici ignorãtiam, iux. l. qui contra. C. de inceſt.
nupt. not. in c. eos. de tempor. ordin. in 6. & d.
4 c. fin. §. 1. vult non † ſeruatis edictis, ignorantiã
non excuſare, & impedimentum quandocum-
que ſuperueniens impedire matrimonium.

EPITOME.

MAtrimonij mala fides non purgatur, ſi quis ad alium locum transduxit mulierem, ibiq. edicta de conſuetudine loci publicauit, & per 30. annos cum ea habitauit.

SVMMAE.

1 *Matrimonij mala fides, quando per cohabitationem 30. annorum non dicatur purgata?*
2 *Praſcriptione 30. annorum bona fides etiam cauſatur ex errore iuris.*
3 *Titulus à iure reprobatus inſurgit, quando in aliquo actu requiritur contractus cum certa forma, ſi ea prætermittitur, prout eſt omittendo publicationẽ matrimonij.*
4 *Impedimentum matrimonij, ſemper quod ſuperuenit etiam vtroque ignorante, dirimit matrimonium.*
5 *Ignorantia, ſiue bona fides quando numquam excuſet?*

329. DECISIO. II.

ALio die fuit dubitatũ, an ex eo quòd am-
bo rediiſſent à loco, ex quo fuetat tradu-
cta, & ibi habitaſſent per tempus 30. annorum,
1 an † propter longum tempus fuiſſet purgata
mala fides? Et licèt dubium faceret doctrina
Bar. in l. fin. C. vnde vi. cum ibi traditis in dua-
bus additionibus, cũ concordantijs per Alex.
conſ. 151. 2. vol. & Dec. conſ. 272. quicquid
dicat Imol. in c. fin. in 5. col. de pręſcripr. Et
idem in l. Celſus. col. fin. quod cõprobabatur,
2 quia in † pręſcriptione 30. annorum bonæ fi-
des etiam cauſatur ex errore iuris. prout tra-
dit Paul. de Caſtr. declarando Cyn. in d. l. Cel-
ſus. 3. not. de vſucapion. cum concordantijs ibi
per Balb. in 4. not. adductis.
Tamen ſupradictis non obſtantibus, Domi-
ni duplici capite noluerunt excuſari illud ma-
trimonium. primo quia omnia ſupradicta non
procedunt, quando eſſemus in caſu, in quo
contractus requireretũr, & cum certa forma:
3 quia tunc † ea non ſeruata inſurgit titulus à
iure reprobatus: quo caſu Balb. in d. 4. not. per
duas columnas diſputando articulum poſt Fe-
lin. & alios ita limitat ſupradictam materiam:
at in caſu noſtro requiritur certa forma edi-
ctorum, qua non ſeruata titulus reprobatus
non ſuppletur. Secundo ego reſpondebam,
quòd hic erat æquiuocatio. Nam etiam data
bona fide, quòd quis neſciret impedimentum;
4 tamen ſemper † impedimentum ſuperueniens
etiam vtroque ignorãte, dirimit matrimoniũ:
5 & ignorantia † ſiue bonafides numquam excu
ſat, niſi ſeruata forma dicti c. fin. prout habetur
in d. §. 1. & ita eſt verus intellectus d. tex. & pla-
cuit Dominis.

EPITOME.

MAtrimonium quoad effectum excuſandi filios ab illegitimitate, dicitur clandeſtinum, nõ propoſitis edictis.

SVMMAE.

1 *Matrimonium non poteſt dici clandeſtinum, ſi ſit contractum in facie eccleſiæ, non propoſitis edictis, circunſcripta conſuetudine, fallit quantum ad priuilegiũ ignorantiæ ad effectum excuſandi filios à defectu illegitimitatis, nam requiruntur edicta num. 2.*
3 *C. fin. §. ſi quis verò huiuſmodi. de clandeſt. deſponſ. intellectus.*

330. DECISIO. III.

1 LIcèt matrimonium † non poſſit dici clande
ſtinum, ſi ſit contractum in facie eccleſiæ,
non propoſitis edictis, circũſcripta conſuetu
dine, vt per Abb. in c. fin. hoc tit. & ea quæ tra-
dir Marian. Iunior in conſ. 86. num 106. vol. 2.
& Grammat. conſ. 168. in ciuilibus.
2 Tamen † quantum ad priuilegium ignoran-
tiæ ad effectum excuſandi filios à defectu ille-
gitimitatis tenuerũt Domini in vna Coloniẽ.
3 coram Puteo requiri edicta: quia §. † ſi quis ve
rò huiuſmodi. d. c. fin. venit excipiendo, & dan
do priuilegium in caſu illo, extra quem verbis
refragantibus ceſſat dicta tex. diſpoſitio. l. 4. §.
rationes. ff. de dam. inf.

QVI FILII SINT LEGITIMI.

EPITOME.

FIlius natus ex coniugata cohabitante cum marito, quamuis probetur ex vehementibus coniecturis eſſe potius adulteri, niſi probetur abſen-
tia,

tia, vel aliquis defectus mariti tempore conceptionis, non potuit à dicto putatiuo patre inſtitui.

S V M M AE.

1 *Filius adulteri quando inſtitui poſsit? & num. 2. & 7.*
3 *Ancaran. conſ 225. Gozadin. conſ. 12. & 13. ac Pariſ. 10. vol. 2. declarantur.*
4 *Præſumptio l. filium diffinimus. de his qui ſunt ſui vel alie. iur. & l. miles. §. defuncto. de adulter. eſt iuris tantùm.*
5 *Filius natus ex prætenſo adultero, quando venit ad bona mariti morientis ab inteſtato, & contra teſtamentum adulteri, puta quia eſſet legitimatus, non indiget tot præſumptionibus, quia ſunt caſus fauorabiles. & nu. 6.*

331. DECISIO. I.

1 FIlius natus ex coniugata † cohabitante cum marito, licèt probaretur tempore conceptionis adulteri ad eam acceſſus, & infinitę coniecturæ tam ex parte matris, quàm filij nati, & adulteri, qui poſt mortem accepit eum in filiũ, aluit, nominauit alio nomine, fecit maximas impenſas, emit officia, doctorari fecit, legitimauit, & tandem eu n hæredem inſtituit, non obſtante filia legitima naturali, voluerunt Domini in vna Amerina coram me de anno 1549. quòd quia non adeſſent tempore conceptionis coniecturę de abſentia mariti, nec aliquis defectus ipſius mariti, quòd non potuerit inſtitui. ex not. per Barbat. in iſtis terminis in conſ. 27. col. penult. vol. 1. deciſ. conſ. 176. num. 10. & conſ. 657. Alber. Brun. conſ. 15. col. 1. Bertran. conſ. 73. col. 6. & ſeq. vol. 3. in nou. Grat. conſ. 158. col. 1. vol. 2. & conſ. 140. col. 2. vol. 1. Alciat. tract. præſumpt. 37. 3. reg. ampliar. 3.

2 Et eſt viua ratio, nam † omnia proceſſerunt ex illa credulitate, illum eſſe filium naturalem. Illa ergo exiſtente erronea, omnia corruit.

3 Ad † conſilia, quæ in contrarium allegabantur, & coniecturas multas, videlicèt Gozadin. 12. & 13. ac Pariſ. conſ. 10. 2. vol. poſt Petr. de Ancar. conſ. 225. Domini reſpondendo conſiderabant, quòd eſſent omnes iſtæ coniecturæ importantes, quaſi continua cohabitatio, infirmitas mariti tempore conceptionis, confeſsio Claudij, mariti tractatus, & nominatio viuente claudio marito, nomen ſuum, non alterius, ſimilitudo linearum, & fama publica tempore conceptionis. Tamen in caſu iſto non adeſt aliqua præſumptio tollens præſumptionem iuris, & inferens probationẽ filiationis, quinimo omnes ſunt actus erronei, vt ſupra dictum fuit.

Quòd autem aliàs in contrarium videbantur tenuiſſe Dominos in vna Placentina legati 3. Iunij. 1538. coram domino Sarnen. vt ipſe refert in addit. ad l. miles. §. defuncto. faciebat in fauorem iſtius deciſionis, quia ibi aderat fama communis viciniæ, non ſolius matris, & adulteri. Item ibi tempore natiuitatis fuit baptizatus tanquam filius adulteri, ſimilitudo, & nominatio, & reputatio omnium conſanguineorum, nec illo caſu mulier habitabat cum marito, & hæc omnes coniecturæ erant conſideratę per bo. mem. Io. Aloyſium aduocatum conſiſtorialem tunc temporis, ad quem ſe referebat dicta deciſio D. Sarnen. prout volui inuenire informationes, in quibus enumerabantur dictæ coniecturæ.

In eadem tamen tenebant Domini pro veriori opin. illam, quam latè tradit Pariſ. d. conſ. 10. vol. 2. contra Marſil. in l. 1. §. quæſtionem.
4 de quæſtio. quòd † ſcilicet pręſumptio. l. filium diffinimus. de his qui ſunt ſui vel alien. iur. & l. miles. §. defuncto. de adulter. eſt pręſumptio iuris tantùm, non autem iuris, & de iure. quod magis conuenit verbis dictarum legum ex Alciat. dicta præſumptio. 37. 3. reg. in 2. ampliar.

Deciſionem ſupradictam tenebant Domini eſſe veriſsimam, & indubitabilem in duobus caſibus.

5 Primus eſt, quando † filius vellet venire ad bona mariti morientis ab inteſtato, qui eſt caſus fauorabilis, & Cyn. in l. ſi vicinis. C. de nupt. dixit illud notabile verbum.

6 Secundus caſus eſt, quando † iſte filius vellet venire contra teſtamentum adulteri, puta quia eſſet legitimatus: quia iſto caſu etiam non adeſt tanta præſumptio pro ipſo, & habet caſum magis odioſum.

Tertius caſus, qui eſt dubitabilis, prout noſter, quando vltra omnes tractatus filius adul-
7 teri eſſet † inſtitutus ab ipſo, quo caſu etiã Rota tenebat deciſionem ſupradictam, licèt vnus ex Dominis diceret propter probabile dubiũ eſſe diuidendam hæreditatem per conſil. 176. Decij.

EPITOME.

SPurij diſpenſatio impropriè nuncupata legitimatio nõ requirit agnatorum citationem.

S V M M AE.

1 *Diſpenſatio ſpurij, vt habeatur pro legitimo, non requirit agnatorum citationem, in alijs item etiam in diſpenſatione ſpurij viuo patre, & conſentiente. num. 2.*
3 *Mar. Socin. conſ. 120. in ſecundo intellectu.*

332. DE-

Google

332. DECISIO. II.

1 LEgitimatio de ſpurio, quæ † dicitur diſpenſatio, non requirit citationem agnatorum. Et ita declararunt Domini in vna Romana bonorum de Soderinis coram Domino Reomano de anno 1548. per not. à Iaſ. in l. Gallus. §. & quid ſi tantùm. num. 46. & ſeq. de lib. & poſthu. citatur Petrus de Ancar. conſ. 241. & 427. qui loquitur in filijs ſpurijs, & ita etiam loquitur Crotus in d. §. & quid ſi tantùm. num. 162.

2 Aliud † verò in alijs etiam in diſpenſatione ſpuriorum viuo patre, & conſentiente. Alex. conſ. 187. col. 2. verſ. quarto. vol. 5. Bal. conſ. 101. vol. 3. Angel. conſ. 87. vol. 2. verſ. nec obſtat. Bar. in d. l. Gallus. §. & quid ſi tantùm. col. 4. & 5. num. 14. verſ. induco ad quæſtionem. cũ verſ. ſeq. de lib. & poſthum. vbi loquitur tam de naturali, quàm de ſpurio. & in conſ. ſuo 98. col. fin. verſ. circa ſecundum. vbi dicit communem. qui loquitur etiam in diſpenſatione, prout præſupponit Paul. de Caſtr. in ſubſcriptione dicti conſilij. Hanc opinionem dicit communem Dec. conſ. 55. col. 1. num. 2. & col. 2. & ſeq. verſ. 2. qui etiam loquitur in legitimatione ſpurij, prout præſupponit ibidem col. 2. num. 4. verſ. & hoc diligenter. & multa cumulat. Iaſ. cõſ. 110. col. 3. verſ. moueor. vol. 4. & pariter de legitimatione ſpurij loquitur, prout col. 3. verſ. nam pater. & in conſ. 68. col. 4. verſ. moueor. & verſ. nec obſtat. 3. vol. 3. Galiul. in d. §. quid ſi tantùm. num. 86. Ludouic. Sard. de natural. libe. in 6. q. princ. verſ. octauo quæritur. Marian. Socin. conſ. 97. num. 4. vol. 2. Barbat. conſ. 49. vol. 2. & Pariſ. conſ. 10. col. penul. vol. 2. qui in num. 114. loquitur etiam in ſpurijs.

3 Ad conſ. † Marian. 120. in 2. dicebatur, quòd ibidem erat poſt aditam hæreditatem, & ratio erat ſemper: quia prꝛiudicium agnatorum non eſt conſiderabile, vt per Roſſell. in §. de cauſa formali. de legitim.

EPITOME.

LEgitimandi poteſtas conceſſa intelligitur etiam ſtantibus maſculis legitimis, quando habet hæc verba, videlicet vel, legitimandi quoſcũque, vel, nec non abſque præiudicio illorum, qui ab inteſtato deberent venire.

SVMMAE.

1 Legitimandi poteſtas quando intelligatur conceſſa etiam ſtantibus maſculis legitimis?
2 Legitimandi poteſtas regulariter non intelligitur ſtantibus maſculis legitimis.
3 Deberent, verbum importat neceſsitatem.
4 Clauſula executiua non ſolet ampliare gratiam; tamen quando adeſſet dubium illud declarat.
5 Principem cogitaſſe aliquid in genere quando ſufficiat?

333. DECISIO. III.

1 LEgitimandi † poteſtas conceſſa quamuis re-
2 gulariter non † intelligatur ſtantibus maſculis legitimis, gloſ. in ver. quibus. in §. & generaliter. in aucten. quibus mod. natur. effic. ſui. Bart. in auct. item ſi quis. C. de natural. lib. Bal. in l. 2. q. 19. C. de ſeruit. & aqu. & in l. cum filius. ff. de teſtam. milit. Aretin. in l. Gallus. §. & quid ſi tantùm. col. pen. verſ. circa 3. ff. de lib. & & poſth. & ibi ſoc. col. 7. num. 12. Dec. conſ. 392. num. 4. & conſ. 479. in fin.

Tamen in vna Bononien. fideicommiſsi de Griſonibus, coram D. Reomano contrarium tenuimus, quãdo ſcilicet in facultate eſsẽt hęc verba, vel, legitimandi quoſcumque, vel adeſſent verba, videlicet, necnõ abſque prꝛiudicio illorum, qui ab inteſtato deberent venire: de quo verbo, deberent venire, vide in terminis conſ. 93. Corne. num. 18. vol. 3. ponderando,
3 quòd illud verbum, † deberent, ſonat neceſſitatem. l. ſæpe audiui Cęſarem. de offic. præſid. & propterea loquitur de filijs, & non ſolùm de agnatis, vel ſaltem eſt dubium, quo caſu clauſula, non obſtãtibus vllis legibus, quibus dicitur, quòd abſque voluntate, & conſenſu legitimorum, & naturalium, &c.

4 Et licèt clauſula † executiua non ſoleat am-
5 pliare gratiam. clem. 1. de præb. tamen † quando eſſet dubium, illud declarat. vt ex doctrina Abb. in c. pro illorum. de præben. faciunt tradita per Rip. in l. qui Romæ. §. duo fratres. num. 84. poſt Iaſ. ibi de verb. oblig. & ſupradicta omnia fuerunt ex mente Ruyn. conſ. 100. vol. 3. facit quod dicit Iaſ. conſ. 184. vol. 2. quod ſufficit in genere Principem cogitaſſe.

EPITOME.

INfans legitimari nequit, ſi ad id facultas peculiaris non datur. hoc limita, ſi in facultate adſunt verba, quoſcunque, vel adeſſet ratificatio.

SVMMAE.

1 Infans quando ex data facultate legitimari poſsit? & nu. 2. &

2.& 5. Quid ſi dicta in facultate ſit verbum, procreatos? num. 3.
4 *Ruin. conſ. 100. lib. 3. iſto in caſu conſutatur.*

334. DECISIO. IV.

1 IN eadem etiam tentum, quòd licèt † magis
communis opinio ſit, quòd niſi detur expreſ
ſa facultas, infans legitimari non poſſit; tamẽ
2 fallit, † vbi eſſent dicta verba generalia, quoſcũ
que. quod verificatur in infantibus, vel adeſſet
ratificatio, vt per Dec. conſ. 55. & 316. Curt.
Iun. conſ. 32. Pariſ. conſ. 15. 3. vol. Marian. Iun.
conſ. 97. & 154. 2. vol. Gozadin. conſ. 6. num.
45. & pro vtraque deciſione conſil. Ruin. 100.
in 3. lib. num. 6. & 7.
Nec obſtat, quòd ſtante defectu poteſtatis,
non debet pendere à ratificatione: quia ſi re-
ctè omnes inſpiciantur, qui requirunt expreſ-
sè hanc datam poteſtatem, loquuntur ad effe-
ctum legitimandi infantem inuitum, iuxta ter-
minos l. iubemus. quantũ autem ad legitiman-
dum ſimpliciter, vt poſtea ratificare poſſit, ni-
hil obſtat, & ſi ſit irrationabile odio infantes
prægrauare.
3 Alia die contra illud, quod fuerat dictum de
4 verbo, procreatos, † contra Ruin. † tenuerunt
Domini, conſiderantes, quòd quicquid ſit de
proprietate verbi, procreatos, quòd intentio
non fuit Principis, quòd legitimarentur in cor
pore exiſtentes, multò minus voluit Princeps
præiudicare infantibus. Et propterea niſi in ca-
ſu ratificationis, eſſet recedendum à regula.
In eadem tandem magis inclinarunt, licèt
5 diſcreparent, quòd ſecuta † ratihabitione, ſuf-
ficeret, ex Bal. conſ. 146. vol. 1. Roman. conſ.
194. num. 10. Dec. cõſ. 55. Alex. conſ. 139. vol.
1. & conſ. 11. num. 15. vol. 7. Dec. conſ. 316. 2.
col. Iaſ. conſ. 156. vol. 4. Socin. Iun. conſ. 97. 4.
col. 2. vol. quod etiam tradit Cur. Sen. cõſ. 54.
Socin. in l. Gallus §. forſitan. num. 6. verſ. 4. con
cluſ. de liber. & poſth. quod & tertia vice om-
nibus placuit.

EPITOME.

LEgitimatio, non diſpenſatio dicitur illa, per quam plenè ad natalia quis fuit per Principem laicũ reſtitutus, etiam quòd facta foret de filio vxorati.

SVMMAE.

1 *Legitimatio dicitur facta plenè ad natalia etiam de filio vxorati, non obſtante quòd adeſſet impedimentum iuris diuini. num. 1. & 7. contrarium tenentes declarantur numer. 8.*
2 *Legitimationem paſsim doctores appellant etiam de filio vxorati, & ſacerdotis.*
3 *Pauli de Caſt. conſil. 30. vol. 1. error credentis neceſſariũ fore diſpenſare ſuper radice matrimonij.*
4 *Imperator poteſt tollere obſtaculum matrimonij, ne impediat legitimitatem.*
5 *Legitimitas eſt iuris ciuilis.*

335. DECISIO. V.

1 LEgitimationem, † in qua quis eſſet reſtitu-
tus plenè ad natalia, voluerunt Domini *in*
eadem cauſa eſſe legitimationem, non diſpen-
ſationem, non obſtante, quòd eſſent facta de fi
lio eius, qui habebat vxorem, contra opinionẽ
Hoſtien. in c. per venerabilem. col. 2. in fin. qui
fil. ſint legit. & ſequentium videlicet: Benedicti
de Plumb. in ſua diſputatio. incip. ſtatuto Piſt.
Crot. in §. & quid ſi tantùm. num. 83. l. Gallus.
de lib. & poſth. Paul. de Caſtr. conſ. 30. col. 2.
vol. 1. & 34. col. 1. vol. 2. Alex. cõſ. 2. col. 4. verſ.
deciditur. vol. 2. Socin. conſ. 65. num. 8. vol. 3.
Curt. Sen. conſ. 73. & Dec. conſ. 264. num. 3.
Gozadin. conſ. 85. & 92. Pariſ. conſ. 2. nu. 22.
& conſ. 12. num. 207. lib. 2. Dec. conſ. 288. nu.
6. & 338. num. 3. ac conſil. 576. vbi alios alle-
gat. Et fuit de mẽte Ludouic. de Sardis in trac.
de natural. lib. §. de effectu legitimationis per
reſcriptum. in princ.
2 Et non obſtante † ea ratione, quòd adeſſet
impedimentum iuris diuini, quo caſu videba-
tur per principem procedi non poſſe, niſi per
viam diſpenſationis.
Contraria enim opinio fuit viſa Dominis
de Rota verior, quam tenuit Aretin. in l. ex fa-
cto. col. 12. de vulg. & pupill. Socin. in l. Gallus.
§. ſi eius. de lib. & poſthum. Ant. Roſell. in tit.
de legitimationis effectu. nu. 8. Ruin. poſt mul-
tos. conſ. 67. num. 9. 75. num. 14. 76. num. 14.
79. num. 3. 94. num. 10. vol. 3. & fuit de mente
Cardin. in c. per venerabilem. col. 11. qui fil.
ſint legit. Et fortun. Garſ. in d. §. & quid ſi tan-
tùm. num. 175. & Didac. Couarru. ſuper 4.
decretal. 2. par. cap. 8. animaduertendo tamen,
qnòd Didacus facit differentiam, an legitimãs
poſſet tollere impedimentum, vt tunc pro-
cedat deciſio: aut non, & tunc ſecus per doctri
nam Gozadin. dicto conſ. 6. num. 66. quando
3 eſt plena legitimatio. Et paſſim Doctores † ap
pellant legitimationem de filio ſacerdotis, &
etiam de filio vxorati.
4 Ratio autem fuit potiſsima, quia fuit error †
Pauli

Pauli de Caſtr. credentis neceſſarium fore diſpenſare ſuper radice matrimonij: quia imò ſufficit, quòd in genere potuerit homo talis habere filios legitimos. Et quia † poteſt Imperator tollere obſtaculum matrimonij, ne impediat legitimitatem, quæ † eſt iuris ciuilis.

Et attenta ratione Paul. de Caſtr. quæ fuit primò Hoſtien. Imperator, qui nunquā poſſet diſpenſare ſuper ſolēnitatibus matrimonij de iure canonico, nunquam poſſet legitimare, & ſi ſit legitimatio, eſt † tex. expreſſus in §. illud. verſ. ſi qs ergo. Auct. quibus mod. naturales effi. ſui. qui loquitur in eo, qui ſine peccato vxorem ducere non poterat, vel de eo, qui ad ſacerdotium vellet aſcendere. Et tamen ille tex. vult, quòd reſtituātur tales filij primis natalibus. Et ideo dictum fuit doctrinas ex aduerſo eſſe declarandas † vel reſpectu eius, qui non poſſent dici nati ex legitimo matrimonio, vel ad differentiam pleniſſimæ legitimationis, quæ eſt per ſubſequens matrimonium, & plenioris, quę eſt in Pontifice diſpenſante ſuper radice matrimonij. Iſta autem, quæ eſt Principis laici, ſatis poteſt dici plena.

EPITOME.

Legitimatio, qua reſtitutus quis eſſet natalibus, quamuis limitaretur ſucceſſio, vel adeſſet clauſula, ſine præiudicio venientium ab inteſtato, dicitur legitimatio, non diſpenſatio.

SVMMAE.

1 *Legitimatio eſt ea, qua quis reſtituitur natalibus.*
2 *Succedendi ius diuerſum eſt à legitimatione.*
3 *Pauli de Caſtr doctrina in l ſolet de iuriſd. omn. iud. & in l ſed ſi hac. § patronum, de in ius voc. declaratur.*
4 *C. cum inhibitio. de clandeſt. deſp. intellectus.*
5 *Legitimatio diſpenſatiua ea dicitur, quādo habilitatur quis ad certos actus, non obſtante illegitimitate.*

336. DECISIO. VI.

1 Legitimationem, † in qua quis eſſet reſtitutus natalibus, licèt limitaretur ſucceſſio, vel adeſſet clauſula, ſine præiudicio venientium ab inteſtato, tenuerunt Domini pro magis vera, & communi eſſe legitimationem, 2 & non diſpenſationem: quia diuerſum † eſt ius ſuccedendi à legitimatione, & ſtatu, de- 3 clarantes † doctrinam Paul. de Caſtr. in l. ſolet. de iuriſd. omn. iud. & in l. ſed ſi hac. §. patronū. de in ius vocan. & in alijs locis, de quibus per Alex. cōſ. 29. vol. 4. & 189. col. 1. vol. 5. & Dec. conſ. 338. non procedere, quando quis eſſet diſpenſatus non obſtante defectu natalium, licèt videatur fieri violentia in verbis: quia alia eſt communior, & melioribus rationibus fulcita. vt per Dec. in l. ſolet. & in l. pactum quod dota li. num. 15. C. de collar. vt declarat Curt. Sen. conſ. 73. num 6. Socin. conſ. 246. vol. 2. Dec. conſ. 258. & 264. Ruin. conſ. 86. num. 5. vol. 3. Gozadin. qui latè diſtinguit in conſ. 6. nu. 64. Et Pariſ. conſ. 7. num. 17. lib. 2. Et videtur fuiſſe ex mente Ant. de Butr. & Prępoſ. in c. per venerabilem. & Anto. Roſell. dum faciunt diſtinctionem inter legitimationem vel collatiuam, & reſtitutiuam, & diſpenſationem. Quę opinio etiam fundatur in doctrina Bar. communiter approbata in l. ex facto. col. 3. de vulg. & pu- 4 pill. & per Benedict. Capr. col. penult. & † c. cū inhibitio. quod allegat. Paul. de Caſtr. cū gloſ. de clandeſtin. deſponſatio. procedit tantū quo ad ſtatum.

Ideo Curt. Senior. conſ. 16. nu. 22. poſt Ant. de Butr. diſtinguentē tres ſpecies legitimatio- 5 num, dicit eam † eſſe diſpenſatiuam, quando habilitatur quis ad certos actus, non obſtante illegitimitate, & idem videtur ſentire Corneus conſ. 9. col. fin. vol. 4.

EPITOME.

Imperator in terris eccleſiæ, conſentientibus patre, & filio, poteſt non ſubditum legitimare, etiam ſi talis eſſet filius ſacerdotis.

SVMMAE.

1 *Imperator, patre, & filio conſentientibus, poteſt non ſubditum etiam filiū ſacerdotis legitimare in terris eccleſiæ. & num 2 ampl. etiam quo ad bona vbique ſita, quia de nullius præiudicio agitur, cum pater poſſit eius bona proijcere in mare, num. 3.*

337. DECISIO. VII.

Decima ſeptima Octobris 1552. poſtquā ſæpius de menſe Iunij eadem difficultas fuiſſet poſita, & ventilata in vna Romana hæreditatis de Soderinis coram Capizucco, & reſo- 1 lutum † per omnes Dominos communiorem, & tutiorem eſſe opinionem, quòd Imperator in terris eccleſ ę conſentientibus patre, & filio, poteſt non ſubditum legitimare, quia & in lecturis in c. per venerabilem. qui fil. ſint legit.

r & in

& in tractatibus,vt per Roſell. Ludou. de Sard.
Nicol.de Vbal.de ſucceſſ.ab inteſt. Didac.Co-
uarruu.ſuper 4.decret.in 2.par. 8.capit.8.§.&
legiſtę.in d.§.& quid ſi tātùm. vbi Crotus.om-
nes hāc communiorem dicunt, & ita etiam in-
finiti conſulentes.

Fuit pariter dubitatum an idem dicendum
2 eſſet † in filio ſacerdotis? Et fuit tentum conclu
ſiuè, quòd communior ſit quòd ſic. Quā tenet
gloſ.in §.fin.in ver.participium.in auct.quibus
mod. natur.effic.ſui. Bal.in l. & ſi contra. C. de
nupt.& conſ.363.vol.1. Præpoſ. Alexandr. in
d.c.per venerabilem.num. 70.qui fil.ſint legit.
vbi etiam Io. Andr. Io. Calderin. conſ.3.eod.
tit.Pau.de Caſt.& in l.ſi qs poſthumos. in prin
cip.de lib.& poſthum.& conſ.226.vbi dicit cō
munem. vol. 2. Signor. de Homod. conſ. 127.
Socin. in l.Gallus.§. forſitā.in fine.vbi dicit ita
iudicatum. de lib. & poſthu. & latiùs conſ. 47.
nu.36. 4.vol.& Dec.in filio ſacerdotis in conſ.
150.col.3.num.5.verſ.nec obſtat. vbi etiam in
1.col.tam in primo membro, quàm in ſecundo
vtramque dicit communem, & idem conſ.258.
num.10.vbi etiam communem dicit. Pariſ.cōſ.
8.num 19. col.final.vol.2. Ruin.conſ.167.num.
4.vol. 5.& conſ.67.num.4.vol.3. & idem in fi-
lio ſacerdotis patre conſentiente. Corne.conſ.
1.num. 18.vol.3.Didac. Couarruu. ſuper 4. de-
cretal.8.cap.2. part.num.1. qui confirmat hanc
deciſionem, & num. 18. vbi iſtam habet pro cō
muni, & veriori opinione, & potiſſimè, quia om
nes rationes, quæ loquuntur in non ſubdito,
habent locum in caſu noſtro. Et Doctores, qui
tenent contrarium, mouētur rationibus repro
batis in pręcedenti opinione. Et etiam omnes
3 ſupra ad citati Doctores loquuntur quo† bona
vbique ſita: quia de nullius pręiudicio agitur,
& bona poſſent proijci in mare per patrem, &
alias bonas rationes addunt, prout in pręd ictis
locis.

E P I T O M E.

CLericus non poteſt legitimari ab Imperatore, niſi quoad bona cū eo poteſt is diſpenſare.

S V M M A E.

1 Imperator non poteſt legitimare clericum, quamuis poſsit cum eo quoad bona diſpenſare. num. 2.

3 Clericus poteſt prorogare iuriſdictionem voluntariam iudicis laici, quotieſcunque agitur de bonis patrimonialibus, & nan requiritur citatio, vel tangitur clerici perſona.

4 Curator ad litem in bonis patrimonialibus clerici dari poteſt à iudice Laico. Curator autem omnium bonorum non item. num. 5. idem in inſinuatione. num. 6.

7 Laicus iudex, vbi non requiritur citatio, ſed modica cauſa cognitio, an de cauſis clericorum cognaſcat. & num. 10.

8 Legitimationis actus eſt Principis, non patris.

9 Diſpenſatio requirit cauſæ expreſsionem, vel cauſæ cognitionem, & an citationem.

338. DECISIO. VIII.

IN eadem cum die 3. Nouembris 1553. fuiſ-
1 ſet tentum clericum † non poſſe legitimari
ab Imperatore per Conſil. Dec. 150. quod nō
habet contradicentē, prout ſequitur Pariſ.cōſ.
2.num.24.vol.2.Marſil.ſing.667.Cagnol.in l.
final.num.25.de iuriſ.omn. iud. Marian. Soci.
conſ.100.num.22.vol.2.Reſtaur.Caſtal. de im
perat.q.102.Et Didac.Couarruu.ſuper 4.decre
tal. 2.par.c. 8.§. 8.& fin.

Tamen poſtea die 3. Decembris 1554. te-
2 nuerunt poſſe † diſpēſari per Imperatorem cū
clerico quo ad bona. Et pro hac opinione erāt
duo doctores, qui non habēt contradictorem.
Caſſaneus (ſcilicet) in conſuetud. Burgund.
des ſucceſſionis des paſtar.§.5.verſ. vt in patri-
monialibus.& Didacus vbi ſupra, & fuit etiam
de mente Nicolai de Vbal.in tract. de ſucceſſ.
ab inteſt.num.103.& num. 108. Et pro deci-
3 ſione ego faciebam talem rationem, quòd †
quotieſcunque agitur de bonis patrimoniali-
bus, poteſt clericus prorogare iuriſdictionem
voluntariam iudicis laici, vbi non requiritur ci
tatio, vel tangitur perſona: quia non ſubijcitur
patriæ poteſtati, ſicut in legitimatione. quod
4 videmus in curatore † ad litem ſuper bonis pa-
trimonialibus, licèt ſecus ſit in curatore omniū
bonorum: quia vltra quòd continentur ſpiri-
tualia, perſona etiam clerici inhabilitatur, iux.
tex.in l.ſi curatorem habens. C. de integr. re-
5 ſtitut. minor. Et propterea iſto caſu † non po-
teſt dari per laicum, vt per Franc. poſt alios in
c.ſi annum.§.ſi verò.de iudic.in 6.
6 Videmus idem etiam in iudice † ſuper inſi-
nuatione, vt per Ripam poſt alios in d.c.2. nu.
7 9.de iudic.facit, quia vbi † non requiritur cita-
tio, & modica cauſæ cognitio, laicus poteſt, vt
per Dec.in d.c.2.col.penul.de iudic.quod etiā
tradit Præpoſ. in c. per venerabilem. §. quòd
autem.num. 84.cum ſeq. verſ.ad tertiam. qui
fil.ſint legit. cum his, quæ dicit Alex. in addi.
ad Bar.in l.1.& ibi Iaco. de S. Georg. num. 17.
de iudic. & in caſu noſtro cum non extarent
alij filii, & facultas Comitis haberet etiam ip-
ſis inuitis, clarum erat non fuiſſe opus citatio-
ne, vt eſt communior opinio in §.& quid ſi tan
tùm.

tum l. Gallus.de lib.& poſth.Dec.cõſ.307.nu. 3.& 4.& alibi ſæpe.& Marian. Iun.qui dicit cõ munem conſ.142.num. 10.12.& 18.vol.1.

Præterea, cum ſupra fuerit tentum, quòd filius ſacerdotis poteſt legitimari per Impera-
8 torē: quia actus † legitimationis eſt actus Principis, non patris, fruſtra ſit differentia, an pater ſit clericus, vel laicus.

Doctrina Bal. in l. 1. in fin. de conſul. loquitur, quando requiritur cauſæ cognitio cum
9 citatione.& licèt in † diſpenſatione requiratur cauſę expreſſio, vel cauſę cognitio; in caſu tamen noſtro requiritur citatio. Et rectè conſiderãdo inſeruit doctrina Decij in tit.de iudic. c.decernimus.num.24. verſ.ſecundo prędicta. poſt Bal.in l.Titia diuortium.col. 2.verſ.ſecun
10 do caſu.ſolut. matrim. quòd vbi † non eſt aliqua contradictio, nec res geritur in figura iudicij, tunc laicus poteſt. Et hic poſſent cumulari omnia, quæ dicũtur de clericis in bonis patrimonialibus. Abb.in c.cum dilectus. de iure patron.num.5.& Felin.in c.cum eccleſiarum. nu. 31.de conſtitutio.

QVI MATRIMONIVM accuſare, &c.

EPITOME.

FRatres etiam inuitis coniugibus admitti debent in diſceptatione matrimonij, præſertim ſi pro intereſſe proprio compareant.

SVMMAE.

1 *Fratres admittuntur in quæſtione matrimoniali etiam coniugibus inuitis, præcipuè pro intereſſe proprio comparentes num.1.*

339. DECISIO. Vnica.

1 FRatres † volebant admitti in vna Iſpalenſe matrimonij coram d. Peregrino de anno 1549. inuita ſorore, quę agebat ad diſſoluendum matrimonium, & inuito marito, qui tuebatur matrimonium, vltra timorem colluſionis, & iniuriam, quę etiam fratres tangebat, tenuerunt Domini eos eſſe admittendos inuitis coniugibus, prout expreſsè dicit Hoſtien. hoc eodem titulo in ver.ego Petrus. in fin. & Specul.hoc tit.§.debet.verſ.ſi verò.ibi etiam coniugibus inuitis. ſub num.5.

Et quia volebant admitti non tamquã con-
2 iunctę perſonæ pro intereſſe alterius, ſed † pro proprio, & iſto caſu ceſſabant, quæ dicuntur in c.accedens.de procurat.quod principali nolẽte, coniunctus non admittitur, & eodem modo quę dicuntur, quòd non debet citari &c. vt per Innocent.in c.perlatum.qui fil.ſint legit. quia ſecus, ſi velint admitti: & quæ dicuntur de coniuncta perſona, quæ non admittitur, vt per Io. Andr. in addit Specul. de coniuncta perſona. & Iaſ.in l.exigendi.de procurat.ſecus quã do volunt venire pro intereſſe proprio.

Et pro deciſione hac allegabantur not. per Abb.in c.tenor.num.7.re iudic.& Io. Brunel. de ſponſal.q.35.in 2.limitat.

Libri quinti decretalium.

DE SIMONIA.

EPITOME.

SImonia, eſt quando aliquis loco ſui eadem die ſubſtituit generalẽ Vicarium ad conferendum, qui dicta die ei contulerat.

SVMMAE.

1 *Simonia dicitur, ſi eadem die quis ſubſtituit generalem Vicarium ad conferendum, qui dicta die ei contulit.*

2 *Fraudis præſumptio eſt etiam in delictis ex his, quæ in continenti fiunt.*

3 *Præſumpta conuentio inducens ſimoniam, qua dicatur?*

340. DECISIO. I.

1 SImoniam † habuerunt Domini pro probata, ex eo quia quis loco ſui eadem die ſubſtituerat generaliter Vicarium ad conferendum, qui dicta eadem die ei contulerat. tam per not.in c. cum officij.de electio. & per Fe-
2 deric.conſ.258. & quia etiam † in delictis eſt præſumptio fraudis ex his, quę in continenti fiunt.ex not.per Paul.de monte pico poſt Bar. in l.poſt contractum.de donat. & not.per Specul. in tit. de præſumptio. verſ. ſed pone. & quę notantur per Aegid. deciſ. 12.

Ad argumentum, quod ex aduerſo fiebat, quòd poterat eſſe delictum, & non delictum, quòd poterat eſſe ſimonia mentalis, & non cõ-
3 uentionalis, fuit reſponſum, quòd erat † præſumpta conuentio ex ſupradictis, & ex notatis in l. ſi ventri.de priuil.credit. Et ita fuit tentũ in vna Calciaten. bis propoſita coram domino Fabio de anno 1548.

EPITOME.

SImoniacus in vno beneficio, redditur inhabilis ad aliud.

SVMMAE.

1 *Simoniã cõmittẽs in vno beneficio, nõ poteſt aliud aſſequi*
2 *Epiſcopus diſpenſat cũ ſimoniaco, vt poſsit aliud retinere.*
3 *Collatio facta irregulari, & homicida eſt nulla ex magis commmuni, & tutiori opinione.*
4 *Simoniacus eſt irregularis, & peior homicida.*
5 *Simoniacus non priuatur ipſo iure beneficijs obtentis.*
6 *Simoniacus in beneficialibus magis punitur, tanquam in legem beneficij peccauerit.*
7 *Felin.in c.inſinuatum.de ſim.reprobatur.*
8 *Boerij deciſ.117.col.fin.intellectus.*

341. DECISIO. II.

SImoniacus † in vno beneficio redditur in-
1 habilis ad aliud.& ita poſt multas informa
tiones tenuerunt Domini in vna Tholetan.
Theſaurarię coram domino Peregrino. Primo
quia ita fuerat deciſum in vna S. Andreæ corã
domino Puteo, & quia ita dicebat Mil. in ſuo
repertor.in ver.ſimoniacus. in beneficio, poſt
Doctores, maximè poſt Ant.in c.penult.de ele
ctio.col.2.verſ.ad ſecundum.vbi dicunt, quòd
2 Epiſcopus † diſpenſabit, vt aliud beneficium
obtineat.licèt ego huic argumento reſponde-
rem, quòd diſpenſatio erat neceſſaria ad effe-
ctum, vt retinere poſſet, non autem vt ſine ea
diceretur ipſo iure inhabilis.

Et pro hac ratione fuerunt conſiderata ma-
gis communia dicta doctorũ, qui tenent, quòd
3 in † irregulari & homicida ſecurior ſit opinio
collationem eſſe nullam, vt poſt omnes latè tra
dunt Dec.& Felin.in c.2.de reſcript.vbi Felin.
improbat quæ ipſe dixerat in c. querelam.de
iur. iur. & ibi etiam Felin. dicit doctrinam In-
nocent.in c.cum in noſtris.de conceſs. præbẽ.
vulgo non bene intelligi, & idem ipſe Felin.
poſt Abb. quem allegat in c. inquiſitionis.de
homicid.aliter declarat Innocent. in d. c. cum
in noſtris.vbi etiam Abb.num.22. declarat In-
nocent. hanc eandem opinionem latè probat
Lambertin.in tract.iur.patron.in 1.par. 2. lib.
in 10.artic.9. quæſt. vbi multa allegat, vbi in-
4 ter cæteros oſtendit ſimoniacum † eſſe irre-
gularem, & peiorem homicida.

Et multa, quæ in contrarium allegabantur,
5 procedunt † reſpectu beneficiorum obtento-
rum, vt non priuetur ipſo iure, vt dicunt Dec.
& Feli.vbi ſupra, & tradit Io. de Silua in tract.
de benefic.in 3.par.q.2.co.4. Et per hoc etiam
reſpondebatur ad dicta per Innocent.in c.per
dilectos. de exceſſ. prçlat. qui loquitur propriè
reſpectu obtentatorum. Et ibi etiam reſponde
batur ad tex.in c. inter dilectos. in quo aduerſa
rius faciebat magnum fundamentum: quia lo-
quitur in caſu, in quo poterat excuſari ignoran
tia collatoris propter conſuetudinẽ Gallicanã.
Præterea loquitur in ſimonia, in qua doctores
6 conſiderabant reſpectum beneficialium, in †
quibus ſimoniacus magis punitur, tanquam in
legem beneficij peccauerit. Et ita etiam tolle-
7 batur † dictum Felin. quod videbatur quaſi in
terminis in c. inſinuatum. de ſimon. quia fun-
datur ex dictis per Innocent. in d.c.cum in no-
ſtris. in quo dicto eſt ſibi contrarius in locis ſu-
pra allegatis.
8 Vltimo retorquebatur deciſio † Nicolai Boer.
117. col.fin. quia ibi ideo tenet ſimoniacũ non
eſſe inhabilem, quia ſimonia non probabatur.

EPITOME.

SImonia non dicitur commiſſa ex cõcordia, neque ex ſolutionibus eius vigore ſecutis continẽte: quòd prę ſentata alicui conceſsione apoſtolica, permittente ei reſeruationem certę ſummæ penſionis, is cedet beneficio, ſi poſt multos annos, nulla præſentata ſedis apoſtolicæ conceſsione, is, cui ex dicta cõcordia cedi debebat beneficium, repertus eſt in illius poſſeſsione, & penſionis nomine ſoluit id titulari in terminis conuentis multas pecunias.

SVMMAE.

1 *Simoniaca quando non dicatur concordia executa de facto ſuper reſignatione non expectata ſedis apoſtolicæ conceſsione? & quare? num. 2.*

342. DECISIO. III.

1 SImoniacam voluerunt † Domini eſſe con-
cordiam quãdam, & ſolutiones inde ſecu-
tas in vna Aſtoricen. penſionis coram me de
anno 1548. in qua quis prius petebat ſibi re-
ſeruari penſionem auctoritate ſedis apoſtoli-
cę, cũ hoc ꝙ poſtquam reſeruatio ſibi erit prę-
ſentata, tũc cedet beneficio, dato quòd permul
tos annos poſt concordiam, nulla habita con-
ceſſione ſedis apoſtolicę, reperiretur ille, cui
debebat cedi beneficium, fuiſſe in poſſeſſione,

&

& ſoluiſse nomine penſionis in eadem ſumma, & in eiſdem terminis,quibus conuentum erat, multas pecunias.

Conſiderabant † enim Domini, quòd nihil ceſsum erat ſpiritualitatis, & nõ erat ſimoniacũ,quòd ille, qui habebat ius in beneficio,ſub quouis nomine perciperet fructus ſui beneficij, & ſic non dabatur aliquid temporale pro ſpirituali,ſed ex permiſſione titulati tertius poſſidens beneficium pro fructibus titulato ſoluebat.

EPITOME.

Patroni præſentantes capellanum ad eccleſiã parochialem cũ conditione,quòd teneretur in ea habere duos capellanos, quos nominabãt, & quorum alter erat filius vnius ex patronis,Item quòd teneretur ſalicare porticum,committunt ſimoniam.

SVMMAE.

1 *Simoniam committunt patroni præſentantes cum his duabus conditionibus.*
2 *Fabrica ſpectat ad redditus eccleſiæ.*
3 *Expreſſio eorum,quæ non tacitè inſunt,quæ dicatur.*

343. DECISIO. IV.

Simoniacã iudicarunt Domini præſentationem patronorum in vna Bononien.S.Thomæ de Brauia pro electo Marſicano contra ele
1 ctum Comen. in qua patroni † præſentabant capellanum ad eccleſiam parochialem cũ duabus conditionibus.prima quòd teneretur habere duos capellanos,& nominabãt eos, quorum alter erat filius vnius ex patronis,ſecunda conditio erat,quòd teneretur ſalicare porticũ.

Et licèt diceretur ex aduerſo,quòd iſtę duę
2 conditiones erant quaſi de iure, quia fabrica † ſpectat ad redditus eccleſię, & ſic videbantur conditiones quodammodo,quæ tacitè inerãt; tamen fuit dictum , quòd quia erant expreſsæ certę perſonę, & ſic videbatur factum magis intuitu perſonarum,quàm eccleſiæ, & propte-
3 rea inferebatur, quòd erat expreſſio † eorum, quæ non tacitè inerant, vel alio modo, quàm ineſsent,vt per Dec.in c.ſignificaſti.num.17.cũ ſeq. de electio.& vide trad. per eundem Dec. in c.cum M.num.33. poſt Abb.num.25.& Felin.num.20.de conſtit.& Dec.conſ.118.col.ſinal.verſ. 3. reſpondeo.& Io. Monach. & Alexand.in c.2.de electio.in 6.

EPITOME.

Simoniaca non dicitur electio abbatis facta præcedente ſtatuto, quòd abbas eligendus eſſet triennalis, qui prius erat perpetuus, Item quòd bona, quæ erant abbatis, eſſent totius conuentus.

SVMMAE.

1 *Simoniaca non fuit indicata hæc abbatis electio, præcedente ſtatuto,de quo hic facta.*
2 *Statutum factum contra dignitatem ſede vacante, & quãdo nulla adeſt neceſſitas,non valet. Et venit annullandum.num.3.*
4 *Simonia non dicitur, quando per viam ſtatuti imponitur onus præbenda vacanti.*
5 *Pactum ſicum nullo fit,licèt ſtatutum ſit nullum, non committitur ſimonia.*
6 *Differentia eſſe debet inter dantem, & recipientem.*

344. DECISIO. V.

1 Simoniacam noluerunt † Domini eſſe electionem in vna Ciuitaten.abbatiæ tam in prima inſtantia coram Fabio,quàm in ſecunda coram Guidobono, non obſtante quòd vacante abbatia, fuit factum ſtatutum ,quòd abbas eligendus eſſet triennalis,qui prius erat perpetuus . Item quòd bona,quæ erant abbatis, eſ-
2 ſent totius cõuentus . Nã licèt tale † ſtatutum,quia contra dignitatem ſede vacante,tum quia nulla adeſt neceſſitas, non valeat,vt per Lap.alleg.20. Pauin. de poteſt. capit.ſed.vac. q.7.primæ partis principalis.num. 8. & quæſt. 8.2. part.num.7.Pariſ.conſ.90. num. 3. & 26. vol. 4. Tamen dixerunt non adeo electionem
3 eſſe ſimoniacam,ſed potius annullandum † fo-
4 re tale ſtatutum.Et hoc quia quando † per viã ſtatuti imponitur onus præbendæ vacanti,nõn dicitur ſimonia. c. ſignificatum , vbi Abb. de præben. Aegid. Bellamer. in c.ſignificaſti. col. 2.verſ.de ſtatuto. vbi Henric. Boich. verſ.ſi per
5 modum ſtatuti.de electio. Facit,quia † quando cum nullo fit pactum , licèt ſtatutum ſit inualidum,nõ committitur ſimonia,vt per Abb. poſt.Innocent. in c.cum M.num.24.verſ. in fine gloſ.de conſtitut.

Conſiderabam etiam ego,quod tradit Gambar.in extrauagan.Iul.2. in gloſ.ſuper ſimonia, de capitulis conclauis. quòd non ſint ſimoniaca, quia debet † eſſe differentia inter dantem,
6 & recipientẽ . At in caſu noſtro nemini datur, nec promittitur,igitur,&c.

DE

DE HAERETICIS.

EPITOME.

ABiurato propter hæreſis ſuſpicionem ſunt reſtituenda beneficia, dato quòd tertio fuerint de facto collata.

SVMMAE.

1 *Hæreſis ſuſpectus ſi abiurat, recuperat beneficia etiam tertio collata & num. 3.*
2 *Abiuratio iudicatur purgatiua.*
4 *Hæreſis ob ſuſpicionem ſuſpenduntur tantùm beneficia inquiſiti, ſed priuatur eis ex ſententia condemnatoria de hæreſi. & num. 5.*

345. DECISIO. Vnic.

HAereticus quidam fuerat propter ſuſpicionẽ de hęreſi poſitus in carceribus in partibus, capitulum contulerat ſua beneficia tertio, & poſt longum tempus fuit tranſmiſſus ad carceres reuerendiſſimorum Præpoſitorum Sancti officii Almæ Vrbis, qui tandem abſoluerunt illum cum abiuratione: fuit dictum per
1 Dominos ei reſtituenda † eſſe dicta ſua beneficia, non obſtante dicta collatione facta tertio. Quia cum nulla pręceſſiſſet ſententia condemnatoria, nec iſta abſolutio eſſet de indulgentia
2 ſuperiorum, & talis abiuratio † poterat iudicari purgatiua. iuxta c. cum P. Manconella. de purg. canon. & in c. inter eo. eo. tit. Eramus in diſpoſitione illius tex. & doctrinæ Abb. ibi in 2. col. vbi notat effectum abiurationis purgati
3 uæ, † vt abſoluatur, & reſtituãtur illi eius bene-
4 ficia: nam magis erat ſuſpenſio † beneficiorum propter ſuſpicionem hæreſis, quàm priuatio
5 propter hæreſim. & ſic non † eramus in terminis c. cum ſecundum. de heretic. in 6. & in aliis latiſſimè allegatis per nouiſsim. Ghirland. hoc tit. 2. & 8. q. & ita tenuerunt Domini in vna Vuarnien. coram d. Fabio de anno 1549.

DE APOSTATIS.

EPITOME.

HAbitus regularis ex dimiſsione, etiam quòd non appareat de animo deferendi religionem, nõn incurritur crimen apoſtaſiæ, ſed tantùm excommunicatio.

SVMMAE.

1 *Apoſtata verè, & propriè eſt inhabilis ad beneficia.*
2 *Excommunicatio dumtaxat incurritur per dimiſsionem habitus regularis, non autem apoſtaſia, vel aliqua inhabilitas. & num 9 & 14.*
3 *Habitus ex ſola dimiſsione, & vagatione incurritur excõmunicatio.*
4 *Apoſtata quòd ſit irregularis, iure non probatur.*
5 *Habitum regularem deferens, & vagans, ſi celebrat, ſit irregularis.*
6 *Apoſtata iudicari non debet, etiam ſi in partes longinquas quis dicitur vagari, niſi deſtiſſet habere animũ redeũdi.*
7 *Differentia eſt inter apoſtatas, & vagantes relatiuè.*
8 *Apoſtaſia perfidia, & inobedientia non incurritur ex ſola tranſgreſsione, temeritate, vel contemptu, niſi prout hic.*
10 *Apoſtaſiarum quæ ſit minor.*
11 *Apoſtata eſt deferens habitum ſumptũ, intellige vt nu. 12.*
13 *Habitum geſtare, & geſtare ſed coopertum paria ſunt.*
15 *Coniectura ſunt quærenda, an ex longa habitus deſertione inducatur animus deferendi religionem ex capite apoſtaſiæ.*
16 *Habitum regularem deferens quamuis non puniatur tamquam apoſtata, punitur tamquam excommunicatus, & alijs pœnis à iure inflictis.*

346. DECISIO. Vnic.

FVit dubitatum in vna Pampilonen. hoſpitalaria coram d. Oradino die 11. Februa-
1 rii 1555. an Ioannes Cruzat eſſet apoſtata † verè, & propriè, & ideo inhabilis ad beneficia, an verò ſolùm excommunicatus: qui dum eſſet Bononiæ in ſtudio, vt obtineret beneficium regulare, emiſit profeſsionem canonicorum regularium ordinis S. Auguſtini eccleſiæ Pampilonen. vigore literarum apoſtolicarum, & officialis Pampilonen. in manibus Commiſſarij deputati Bononiæ. & poſtea deferens habitũ laicorum, ſtetit Bononiæ per tres annos. Et quia materia erat exẽplaris, placuit Dominis, vt prius videretur, an ex ſola habitus omiſſione, etiam quòd non aliter conſtaret de animo deferendi religionem, incurreretur crimẽ apoſtaſię reſeruando quæſtionem, cui incumberet onus probandi, quòd dimittens habitum, etiã voluiſſet dimittere religionẽ? Vel in caſu noſtro, an ex longo tempore, & alijs coniecturis conſtaret, vel de animo deferendi religionem vel non?
2 Et fuit concluſum, † quòd non, ſed quòd incurreretur tantùm excommunicatio, & non aliqua inhabilitas. Et primo pro deciſione conſiderabatur dictum Oldrad. in conſ. 202. volentis, quòd ex temeraria habitus dimiſſione non incurretur aliqua inhabilitas, ſed excommuni-

catio,

catio, cuius dicta ſibi attribuit Io. Andr. in add. ad Specul. in rubr. ne clerici, vel monach. & ſequuntur Archidiac. & Petr. de Ancar. in c. 2. vbi etiam Franc. in fin. princ. ne cler. vel vouent. in 6. & ibidem Dominic. in §. 1. num. 5.
3 vbi volunt, quòd ex † ſola habitus dimiſsione, & vagatione incurritur tantùm excommunicatio iux. illum tex.

Et licèt dicant tenentes contrariam partem, quòd in caſu illo per reditum ad religionem, & abſolutionem ſecutam tolluntur omnia; tamē nihil eſt. quia ſi incurſa eſſet apoſtaſia, ſeu inhabilitas, Doctores, maximè Franc. non dicerent, quòd non incurritur irregularitas, quia
4 de † tali irregularitate in iure non probatur. c. is cuius. de ſentent. excommun.

Et propterea ibidem dicunt, quòd ſi talis,
5 dum † vagabatur abſque habitu, celebraſſet, quòd tunc incurriſſet irregularitatem, & ex reditu, & abſolutione abbatis non remoueretur inhabilitas, ergo ſequitur, quòd prius non incurrerat irregularitatem.

Secundum principale fundamentum, quod fiebat pro hac deciſione, erat ex dictis per Rayner. quē allegat Archiepiſcopus Florent. in ſumma 2. lib. tit. 12. c. 6. & Silueſt. de apoſtatis. verſ. quarto quæritur. & fuerunt allegatę aliæ ſummæ Piſanella & Tabiena, quę dicūt
6 quòd non † debet iudicari apoſtata, etiam ſi ad longinqua diu quis vagēt, niſi deſiiſſet habere animum redeundi, & citant l. deſertorem.
7 de re milit. Allegabatur etiam differētia, † quā facit inter apoſtantes, & vagantes Caldetinus in conſ. 1. de apoſtatis.

Comprobantur hæc omnia ratione, nam ſi-
8 cut aliæ † duę ſpecies apoſtaſię, videlicet perfidię, & inobedientię non incurruntur ex ſola traſgreſsione, & temeritate. vel contemptu, niſi quis ideo nolit obedire Pontifici: quia non credit eum habere poteſtatem condendi canones, vt per Io. de Anan. in c. 1. de apoſtat. poſt
9 alios: ita in caſu noſtro † ex ſola temeritate
10 hæc apoſtaſia, quæ † eſt minor cęteris, non incurritur, facit quia Abb. & alij in c. tuæ. etiam final. de apoſtat. conſiderat dimiſsionem habitus ad effectum, vt viuat tamquam laicus, vel tamquam clericus, & deſerat omnino obedientiam, non autem ſi ex temeritate, non animo, deſerendi religionem.

Contra tamen deciſionem hanc allegabatur, & erat magnum fundamentum, illud, quod erat deciſum in hac eadem cauſa die 28. No-
11 uembris anno 1554. quòd deferens † habitū ſubtus erat apoſtata, ex Franc. poſt Io. Andr. in d. c. 2. Io. Anan. in rubric. de apoſt. Calcan. in conſ. 123. vbi apertè volunt deferentem habitum ſubtus, eſſe apoſtatam. Et ſic apparet, quòd ille deferens habitum ſubtus, non habeat animum deſerendi religionem.

12 Sed ſi rectè inſpiciamus, illi † Doctores loquuntur de apoſtaſia impropriè, & largo modo, ſcilicet de vagabundo. iux. tex. in d. c. 2.
13 quia in rei veritate paria † ſunt vel nō deferre, habitum, vel deferre coopertum. Sed Doctores ſupra allegati pro hac deciſione, qui excuſant ab apoſtaſia omnino dimittentem habitū, à fortiori excuſarent illum, qui habitum portarent ſubtus. & ſi rectè inſpiciantur ſupradicti
14 Doctores, ſemper ſe referunt ad d. c. 2. quod † imponit excommunicationis pœnam dumtaxat, non autem apoſtaſiæ, & irregularitatis.

Et huius opinionis erant antiquiorçs Prçſidentes pænitentiariæ dicentes, quòd aliàs interrogauerant theologos aſſerentes iſtam eſſe veritatem, & quòd multi veniunt pro abſolutione ab apoſtaſia, qui in rei veritate non ſunt apoſtatæ.

15 Erunt ergo † quærendæ coniecturæ, ſeu probationes, an ex longa deſertione habitus inducatur animus deſerendi religionem ex capite apoſtaſię? vel an ex tali deſertione habitus inducatur delictum inhabilitans ad beneficia?

Et quamuis non puniatur iſte tamquam apo-
16 ſtata, nihilominus punietur † tamquam excommunicatus, & alijs pœnis à iure inflictis, quia hæc deciſio tantùm loquitur de apoſtaſia vera, & inhabilitate.

DE PRIVILEGIIS.

EPITOME.

ALternatiuè priuilegium Cardinalibus conceſſum, intelligitur illis volentibus vti.

SVMMAE.

1 *Priuilegium alternatiuè Cardinalibus conceſſum quomodo intelligatur?*
2 *Priuilegium non confertur in inuitum.*
3 *Poſsint, verbum quid importet?*

347. DECISIO. I.

PRiuilegium alternatiuè conceſſum Cardi-
1 nalibus intelligitur † illis volentibus vti,
2 & non inuitis: quia vltra quòd priuilegium †

non

5 non confertur in inuitum; lex † loquitur per verbum, poſsint.arg. glo.in l.ſæpe. de offic.præſid. l.non quicquid. de iudic. Et ita reſpondebatur argumento ex aduerſo quòd eſſet conſtitutio, & non priuilegium in fauorem expectantium, cui priuilegio eſſet renunciatum per Cardinalem conferentē, per menſem Ordinarii in aliis menſibus non comprehenſis. Tenuerunt Domini in vna Tiraſonen. coram d. Proſpero ſtātibus expectatiuis, argum. not. per Caſſad. deciſ.4.hoc tit.

EPITOME.

INdultorum Cardinalium derogatio intelligitur de indultis conceſsis Cardinalibus extraordinarijs, non Ordinarijs collatoribus.

SVMMAE.

1 *Indultorum Cardinalium derogatio complectitur Cardinales extraordinarios collatores duntaxat.*
2 *Priuilegium facilè tollitur.*
3 *Ordinarios magis comprehēdere verba diſpoſitionis, quàm extraordinarios, quomodo intelligatur?*
4 *Diſpoſitio, quando non niſi in vno caſu poteſt verificari, perinde eſt, ac ſi illum expreſsiſſet.*
5 *Verba etiam in potentia verificari poſsunt in indulto Cardinalis extraordinarios.*
6 *Damnum ne quis indebitè patiatur, aliquid toleratur.*

348. DECISIO. II.

1 DErogatio indultorum Cardinalium intelligitur de indultis cōceſsis Cardinalibus extraordinariis, non ordinariis collatoribus, argumento ab vſu patrisfamilias.l.ſi ſeruū.§. fin. de legat.1.l.vel vniuerſorum. quod cū eo &c. & ita poſtquam cauſa fuiſſet bis poſita in vna Tholetan. cononicatus coram domino Puteo fuit tentum de anno 1548. & etiam quia fa-
2 ciliùs † tollitur priuilegium l.eius militis.§.militia miſſus.de teſtam. milit. vt minus derogetur ordinariis.

Ex quibus reſpondebatur ad quędam, quæ
3 dicebātur, quòd verba † magis intelliguntur de ordinariis, quàm extraordinariis.l. Seio.§. Medico.de aur.& arg.leg.& in l.fiſtulas.in §. final. & in l.ſi eum.§. qui iniuriarū.ff.ſi quis caution. cum traditis in l.4.de fideicommiſſ.liberr. Nā illa procedunt in aliis terminis, non autem quando agitur de derogatione, vel de tollendo iure aliquo: quia ſi extraordinariū eſt odioſius, ſermo magis in eo verificatur. propterea ſpeciale eſt in caſu noſtro propter vſum patrisfamilias.

Et licèt allegaretur etiam, quòd illa derogatio in caſu, de quo agebatur, non poterat verificari in alio, quàm in indulto Ordinarii collato-
4 ris: quo † caſu perinde eſt, ac ſi expreſſum fuiſſet.l.fundus. ff. de fund. inſtr.& quæ not. in l.2. de lib. & poſthu. Quia reſpondebatur, ꝙ in gratia, de qua agebamus, non erat expreſſa diœceſis, quia dicebatur, in qua duxeris acceptan. Et licèt poſtea in ea, in qua acceptabat, eſſet Cardinalis ordinarius; tamē ſufficiebat, quòd ver-
5 ba † in potentia potuiſſent verificari de indulto extraordinario. Propterea ego dicebam poſt Paul.de Caſtr.in l.fin.§.licentia.C. de iure de-
6 liber. quòd toleratur, † ne quis indebite damnum patiatur.

EPITOME.

PRiuilegia cum prærogatiuis conceſſa Officialibus, de quibus in ſecunda parte regulæ de prærogatiuis, extenduntur etiam ad fauorem ſcriptorum.

SVMMAE.

1 *Priuilegia contenta in ſecunda par. regul. de prærogatiuis complectuntur etiam ſcriptores.*
2 *Clauſula in medio poſita refertur ad omnia.*

349. DECISIO. III.

1 PRiuilegia † conceſſa, & prærogatiuæ Officialibus, de quibus in ſecunda parte regulę de prærogatiuis, licèt illa verba, actu officiū ſuum exercentia; ſint appoſita ab abbreuiatoribus, & ideo videatur, quòd non referantur ad ſcriptores, prout ſentit gloſ.ibidem in verſ. & pondero, quam ſequitur Sarnen. in compēdio vtriuſque ſignaturæ num.48.

Contrarium tamen tenuerunt Domini in vna Leodien. canonicatus S. Bartholomæi coram d. Ant. Aug. & fuit dictum, quòd idem aliàs erat tentū in vna Calciat. per ratiōes Staphil. in tract. de literis.fol.116.& 117. & etiam quia non poteſt reddi bona ratio diuerſitatis inter alios officiales, & ſcriptores.

Nec obſtat, quòd illa clauſula ſit poſita an-
2 te ſcriptores, quia vltra quòd refertur († quia in medio poſita) ad omnia.l. filius §. inter medias.de liber & poſthum.& quę notat Bar.in l. tali ſcriptura. de legat.primo. fuit dictū, quòd illa

illa erat additio noua ad regulam antiquam.& licèt ego multùm dubitarem per §.& quòd inter omnes & ſingulos ſupradictos. in dicta regula.vbi videtur dare priuilegium etiam abſentibus; tamen fuit dictum,quòd loquebatur in alijs à prędictis. Item quòd non erat bona illa ratio.

EPITOME.

Priuilegium clauſulæ,& de ſecunda expeditione, declaratur tunc competere, niſi aliquis impetraſſet. Item niſi doceret de iuſta cauſa erroris.

SVMMAE.

1 *Priuilegium clauſulæ, & de ſecunda expeditione, quando competat?*
2 *Erroris iuſta cauſa quando eſt probanda?*
3 *Erronea tali ex cauſa quem motum fuiſſe, non creditur, niſi probetur.*

350. DECISIO. IV.

1 Priuilegium clauſulæ, † & de ſecunda expe
ditione,fuit declaratum tunc demum cō-
petere,niſi aliquis impetraſſet.Item niſi doce-
2 ret de iuſta cauſa erroris. quam † voluerunt
Domini in vna Oxomen.coram domino Roſ-
3 ſanen. probandam eſſe. Non † enim creditur,
quòd ex eadē cauſa ſit motus. Alex. conſ. 103. col.3. in 1. vol.& conſ. 115. ad finem in 4. vol. Claud. in l. iuſtè poſsidet. in fine. de acquir. poſſeſs. Et licèt aliqui vellent conſiderare, an per longum tempus,an modicum quis ſtetiſſet ad exprimendum verum valorem; tamen fuit dictum,quòd non erat hoc tam propter pœnam negligentiæ, quàm propter expreſſionem temerariam ſine cauſa.

EPITOME.

Indultum Cardinalis Burgen. comprehendit omnia, & quæcunque beneficia etiam patrimonialia, licèt certa forma in eorum collatione ſeruanda ſit.

SVMMAE.

1 *Indultum Cardinalis an comprehendat omnia beneficia etiam patrimonialia.*
2 *Indultum eſt pręſeruatiuum gratiarum apoſtolicarum.*
3 *Verbum,ad liberam collationem, quomodo intelligatur?*

351. DECISIO. V.

1 Indultum Cardinalis † Burgen. voluerunt Domini in vna Burgen. coram domino Fabio comprehendere omnia, & quæcunque beneficia etiam patrimonialia, licèt certa forma in eorum collatione ſeruanda ſit.Nam etſi per indultum non cenſeatur ſublata illa forma conferendi beneficia; tamen voluerunt ſub indulto omnia priuilegia comprehendi ea ratione:
2 quia tale † indultum eſt præſeruatiuum gratiarum apoſtolicarum, quæ fortius remoueri debent,ne officiant beneficijs patrimonialibus.
3 Et verbum,† ad liberam collationem, intellexerunt quantum ad comprehendendum ſub indulto eſſe liberā collationem,licèt certa forma ſit appoſita, ſecus tamen dixerunt in gratia conceſſa alicui ad beneficia ſpectantia ad liberam collationem, quia tunc non comprehenderet beneficia patrimonialia.

EPITOME.

Priuilegia cōceſſa ſcriptoribus, vt poſsint acceptare,ſunt reſtringēda,vt poſſint acceptare beneficia reſeruata,& affecta in menſibus ordinarij tantùm.

SVMMAE.

1 *Priuilegia ſcriptorū vt poſsint acceptare reſtringuntur ad beneficia reſeruata, & affecta in menſibus Ordinarij tantùm.*
2 *Verba,nec reſeruata,nec affecta,poſita in priuilegio ſcriptorum quo modo intelligantur?*

352. DECISIO. VI.

Priuilegia conceſſa ſcriptoribus,vt poſſint acceptare in menſe Ordinarij,quia conceduntur Auditoribus,& multis alijs, quibus Pōtifex facillimè concedit ad inſtar ſcriptorum, putauerunt Domini eſſe multū reſtringenda, quia nimis præiudicant Ordinarijs. Et propte-
1 rea Domini reſtrinxerunt,† vt tantùm poſſint
acceptare beneficia reſeruata,vel affecta in mē
ſibus Ordinarij in vna Calaguritana de Logrogno. Et poſtea fuit confirmata in vna Calciaten. coram d. Fabio.
2 Illa autem verba, † nec reſeruata,nec affecta,
poſita in priuilegio ſcriptorū intellexerūt Domini de regulari. Ratio, quia in parte præcedenti verſ. ipſique ſcriptores, vbi dum datur

ad tres collationes, & tria beneficia, dum loquitur de ſecularibus,dicit,ac ipſa ſecularia canonicatus,& præben.dignitate,non tamen maiores, & non loquitur de reſeruatis. Dum loquitur de regularibus dicit, ac regulares prioratus, præpoſituræ adminiſtratio, ſeu aliàs, vt præfertur reſeruatum, & qualificatum. Et in verſ. ſeq. quòdque ſinguli ſcriptores,dum dicit,quòd poſsint acceptare vigore gratiarum conceſſarum & concedendarum vnum ex ſecularibus,aut regularibus beneficijs huiuſmodi, etiam ſicut prefertur reſeruatũ,aut affectũ, & aliter qualitercumque qualificatum fuerit, aut etiam nec reſeruatum, nec affectum.& ratio differentiæ eſt, quia in regularibus grauat Ordinarios tãtùm in vno, ſecus in ſecularibus, quia nimis grauarentur.

EPITOME.

INdulto Cardinalis ſatis derogatum cenſetur per clauſulas, non obſtãtibus priuilegiis,indultis,&c.conceſſis eccleſiæ,vel illius Prçſuli, etiam Cardinali.

SVMMAE.

1 *Indulto Cardinalis per quas clauſulas dicatur abundè derogatum?*

2 *Etiam,dictio intelligitur ampliatiuè.*

353. DECISIO. VII.

1 INdulto Cardinalis † ſufficienter fuiſſe derogatum dixerunt Domini per clauſulas,non obſtantibus priuilegijs,indultis, &c. conceſſis eccleſiæ,vel illius Præſuli,etiã Cardinali, quia
2 illa dictio,†etiam, fuit intellecta ampliatiuè. & ſatis fuit facta ſpecifica mentio, & ita concluſum in vna Eugubin. Præpoſituræ coram d. Puteo.

EPITOME.

VErba, latiſſimè extenden. derogant clauſulæ indulti, quòd nõ poſſet ei derogari,niſi de verbo ad verbum,& de conſenſu eius.

SVMMAE.

1 *Verba,latiſsimè extenden.an derogent,clauſulę indulti ad verbum.*

2 *Conſenſus eſt iuris naturalis.*

354. DECISIO. VIII.

IN eadem etiam fuit dictum, quòd per illa
1 verba, † latiſsimè extenden. eſſet derogatũ clauſulæ indulti,in quo diceretur, quòd non poſſet derogari,niſi de verbo ad verbum, & niſi de conſenſu eius, non quia ſuppleatur con-
2 ſenſus,qui † eſt iuris naturalis,ſed quia;cũ poſſit exprimi totus tenor indulti, non erit neceſſarius conſenſus,quia eſt derogatum.

EPITOME.

SEcretarij quamuis habent in aſſecutione beneficiorum communionẽ priuilegiorum ſcriptorum, non tamen habent illud, vt non teneantur ad publicationem ſuarũ gratiarũ. & quare?

SVMMAE.

1 *Secretarij in aſſecutione beneficiorum habent communionem priuilegiorum,quæ dantur ſcriptoribus.limit.In priuilegio, vt non teneantur ad publicationem ſuarum gratiarum,num.2.& quare num.3.*

4 *Beneficij ius acquiſitum dicitur per prouiſionem, & acceptationem.*

5 *Publicatio gratiarum an reſpiciat retentionem.& num.7.*

6 *Poſſeſsionis adeptio an perficiat aſſecutionem beneficij.*

355. DECISIO. IX.

1 SEcretarij † in aſſecutione beneficiorum habent communionem priuilegiorum, quæ dantur ſcriptoribus.

Fuit reſolutum in vna Valentina de Paterna coram d. de Thanis, quòd propter talem
2 communionem non † habebant Secretarij priuilegium ſcriptorum,quod eſt,vt non teneantur ad publicationem ſuarum gratiarũ: quia
3 publicatio † non reſpicit aſſecutionem, cum
4 per † prouiſionem, & acceptationem ſit ius
5 queſitum in beneficio, ſed potius publicatio † reſpicit retentionem. per ea quæ dicit Caſſad. deciſ.24.ſuper regul. cancellariæ.

Item ab vſu patrisfamilias, nam tale priuilegium ſolet ſpecialiter concedi.Vnde videmus, quòd multa collegia habent communionem dictorum priuilegiorum,& ſpecialiter eis conceditur,vt non teneantur ad publicationem, vt in Iannizeris, & Cubicularijs.

Iſta deciſ.fuit etiam tenta in Pampilonen.beneficij de Miranda,coram Nouato,non obſtan-
6 te quòd diceretur, quòd adeptio † poſſeſsionis perficit aſſecutionem,iux.verbum adeptus, & aſſecutus,de quo per Archidiac.in c.ne captandæ.col.2.de conceſſ.præb. in 6.

Quia fuit reſponſum, quòd publicatio poteſt ſequi etiam adeptam poſſeſsionem, & ſic magis

Digitized by Google

7 magis reſpicit † retentionem beneficij. Et retorquebatur deciſ. Caſſad. 26. ſuper regulis, & dictum Sarnen. in q. 11. ſuper regul. de publican. quia ibi dicitur, quòd adeptio poſſeſſionis cum continuatione per menſem habet vim publicationis.

EPITOME.

INdultum Cardinalis per verba hic relata, comprehendit beneficia electiua.

SVMMAE.

1 *Beneficia electiua an comprehendantur ſub indulto Cardinalis habente hac verba.*
2 *Ripa reſponſ. 23. & 34. ſecundo libro reſponſorum, declaratur.*

356. DECISIO. X.

1 INdultum Cardinalis † de beneficijs per verba, cæteraque beneficia huiuſmodi, ad quæ conſueuerunt per electionem aſſumi, aut quãuis aliam diſpoſitionem, cum clauſula, ad collationem &c. & quamuis aliam diſpoſitionẽ ſimilem, vel diſſimilẽ, voluerunt Domini, quòd
2 comprehendat beneficia electiua. Et dicta † per Rip. 2. lib. reſponſorum. reſponſ. 23. & 34. fuerunt dicta vel non vera, vel procedere tantùm in caſu, quo capitulum non prouidiſſet, vel non contradiceret.

EPITOME.

PRiuilegium conceſſum familiaribus in expeditione expectatiuarum anno 2. Pauli iij. an ſuffragetur expectatiuis conceſſis anno 11. poſt reuocationem primarum hic traditur.

SVMMAE.

1 *Priuilegium familiarium in expeditione expectatiuarum anno 2. Pauli iij. numquid ſuffragetur expectatiuis conceſſis anno 11. & num. 3.*
2 *Priuilegij natura eſt, quòd ſit perpetuum.*

357. DECISIO. XI.

1 PRiuilegium † conceſſum familiaribus in expeditione expectatiuarum anno 2. Pauli iij. voluerunt Domini ſuffragari etiam expectatiuis conceſſis anno vndecimo, & ſic poſt reuocationem primarum, & ita tenuerunt in vna Conchen. corã d. Ant. Auguſt. de anno 1549. licèt aliqui reclamarent, & hoc quia vltra natu
2 rã priuilegij, quòd ſit † perpetuum, ad reg. decet. de reg. iur. in 6. erant prægnantia verba priuilegij expectatiuarum ſub dat. anno 2. conceſſarum, ſeu ſub alia data concedendarum, licèt quidam dicerent ſub alia data, ante tamen reuocationem, quaſi quòd intelligerentur de illa data.
3 Tamen contrarium † magis placuit Dominis, & faciebat etiam illa ratio: quia ſemper in noua conceſſione expectatiuarum Pontifices præſeruant ante rationes conceſſas familiaribus. quod voluerunt Domini intelligere de alijs.

EPITOME.

INdulto ſtante, quòd prouiſi teneantur illius vigore expedire literas, & iura cameræ cum effectu perſoluere, niſi aliquo legitimo impedimẽto detenti eſſent, aduerſarij intruſio dicitur legitimum impedimentum.

SVMMAE.

1 *Intruſio aduerſarij an ſit legitimum impedimentum non expediendi literas beneficiorum, ſtante diſpoſitione indulti, de qua hic. & num. 2.*
3 *Opinio mitior eſt amplectenda.*
4 *Pœnæ impoſitæ ad faciendas diligentias pro beneficio, ſemper intelliguntur à die captæ poſſeſſionis.*
5 *Solutionis cum effectu appellatione non venit obligatio.*
6 *Pœna priuationis non incurritur, niſi in caſibus in litera expreſſis.*

358. DECISIO. XII.

INdultum habebat, quòd tenerentur prouiſi illius vigore expedire literas, & iura Cameræ cum effectu perſoluere, niſi aliquo legitimo impedimento detenti eſſent. Fuit dubitatum in vna Abulen. de Vanes coram d. Baren. de
1 anno 1550. numquid intruſio † aduerſarij eſſet legitimum impedimentum? & licèt aliqui ex Dominis dubitarent: quòd ſic attento quòd docto de intruſione, ſolent expeditores expedire ſub obligatione, & ſic quantum ad expeditionem non videbatur eſſe clarum impedimentũ; & maximè quia poterat conſiderari aliqua fraus, quia adepta poſſeſſione, non amplius expediuntur literæ.
2 Quibus tamen non obſtantibus contraria † opinio apud Dominos præualuit: quia erat mi
3 tior † opinio, & conſiderabatur, quòd ſemper

4 pœnæ † impoſitæ ad faciendas diligentias pro
beneficio, vt in c. commiſſa, cum ſimil. de ele-
ctio. in 6. ſemper intelliguntur à die captę poſ-
ſeſſionis. Secundo, & hoc tollit contraria, con-
ſiderabatur, quòd indultum ſtringit ad expe-
diendum literas cum effectuali ſolutione an-
natæ, non autem ſub fideiuſſione: At in ca-
5 ſu iſto appellatione † ſolutionis cum effectu
nō venit obligatio, & ceſſant notata in l. fin. C.
ad l. falcid. & maximè in lege pœnali, in qua nō
datur argumentum de maiori ad minus, & pœ-
6 na † priuationis non incurritur, niſi in caſibus
in litera expreſsis l. & ſi quis. §. Diuus. de reli.
& ſumpt. fune.

EPITOME.

Pontifice abſente, etiam pro aliqua parte anni parafrenarij excuſantur à non publicatione vigore eorum priuilegiorum, quod intelligitur de abſentia longinqua vltra Viterbij ciuitatem.

SVMMAE.

1 *Priuilegium Pauli III. conceſſum parafrenarijs de nō acceptando, & publicando non procedit, niſi durante abſentia.*
2 *Papa abſente etiam pro aliqua parte anni, parafrenari excuſantur à non publicatione.*
3 *Abſentia Pontificis vltra Viterbium, non citra attenditur à Rota circa priuilegium parafrenariorum de non publicando.*
4 *Reuerſurus cito non dicitur abſens.*
5 *Parafrenarius quādo probare habeat ſe nō publicaſſe propter abſentiā Pontificis?*

359. DECISIO. XIII.

PRiuilegium Pauli iij. conceſsum parafre-
narijs, quod latiſsimè fuerat diſputatum
coram domino Fabio in vna Oxomen. de Spi
1 noſa, & declaratum † non procedere, niſi durā-
te abſentia, de non acceptando, & publicando.
Fuit poſtea coram me in vna Valentina de Pa
terna iterum in controuerſia, & quia dabat de
abſentia multo tempore Pauli iij. duo dubia
fuerunt deciſa, vnū pro parafrenarijs, & aliud
2 contra. Pro ipſis fuit reſolutum, quòd † etiam
quòd non toto tempore, ſed quòd pro aliqua
parte fuiſſet abſens, erant excuſandi, ne eſſent
deterioris conditionis habendo minus tem-
pus, quàm cæteri, & maximè ſi in vltima parte
temporis daretur abſentia, in qua poteſt expe-
dire, arg. l. pater. §. ſexaginta. & l. is cuius. §. ex
ſenatusconſulto. de adulterijs. Specul. de dila-
tio. §. 2. num. 17.
Secundo quòd fuit dictum contra illos,
quia Papa fuerat per loca circumuicina, & ſua
Curia, non vltra Viterbium, quòd ſemper Ro-
3 ta erat † ſolita tenere, quòd intelligeretur in
abſentia magis longinqua; argu. not. per Do-
minic. in c. præſenti. de præben. in 6. & maximè
4 quia cito † reuerſurus non dicitur abſens. Bal.
in auth. habita. col. 8. C. ne fil. pro patr. & ma-
5 ximè quando ſaltem oporteret, quòd † para-
frenarius probaret ſe non publicaſſe propter
illud impedimentum, & fuiſſe de illis, qui ſecuti
ſunt Pontificem, vt latè per Felin. in c. ex tranſ-
miſſo. col. 1. de præſcriptio.

EPITOME.

EXemptio plena Pontificis liberat etiam à reuerentia Epiſcopi, exēptio autem epiſcopi non item.

SVMMAE.

1 *Exemptio plena Pontificis liberat à reuerentia Epiſcopi, non ſic epiſcopalis exemptio.*
2 *Exemptionem præſcribens tenetur ad reuerentiā Epiſcopo & num. 3.*
4 *Præſcriptio translatiua in alium, eſt ſimilis exemptioni Papali.*

360. DECISIO. XIV.

1 EXemptio † plena Pontificis liberat etiam à
reuerentia Epiſcopi, licèt ſecus ſit in exem
ptione epiſcopali. Et ſic tenuerūt Domini opi
nionē Felin. contra Barbat. in c. cum inter. col.
2. de re iudic. quod probat tex. vbi Paul. de
Caſtr. poſt Bal. in l. fin. C. de bon. libert. & tra-
dit Iaſ. in l. ſed ſi hac. §. patronum. in 4. not. de
in ius voc. & ſentit Alex. in l. alia. §. eleganter.
ſolut. matrim.
Pro qua opinione vltra tex. d. l. final. allega-
batur tex. in argumentum in l. etiam. in verſ.
idem eſt ſi à Principe. de bon. libert. & in c. ab-
batibus. & c. luminoſo. 18. q. 2. Nec obſtabat ar
gumentum de præſcriptione, videlicet, quòd
2 præſcribens † exemptionem, tenebatur ad re-
uerentiam Epiſcopo. vt per Oldrad. cōſ. 254.
col. 1. & 244. col. 1. in fin. & 172. Abb. in c. ve-
niens. col. 6. verſ. pono ſecundo. de pręſcript. &
Pariſ. in c. cum non liceat. nu. 42. eod. tit. quia
4 illa iura † loquuntur in præſcriptione extincti-
ua reuerentię, quia ſicut Epiſcopus per ſuam
exemptionem non liberat à iure reuerentiali,
ita

ita nec per negligentiam: ſecus eſt in præſcri-
4 ptione † tranſlatiua in alium, quæ eſt ſimilis exemptioni Papali, quæ licèt liberet ab Epiſcopo:tamē ſupponit ſibi,cum exempti ſubſint Pontifici,vt per Bal.in tractat.de exemptio.

EPITOME.

Exemptio plena,& generalis Pontificis aufert etiam ius viſitandi.

SVMMAE.

1 *Exemptio Pontificis plena aufert adhuc viſitandi ius.*
2 *Excommunicatio,& correctio ſunt cohęrētia viſitationis.*
3 *Epiſcopus non poteſt renunciare viſitationi.*

361. DECISIO. XV.

EX hac differentia inter exemptionem Papalem,& eam, quę conceditur ab Epiſcopo,tenuerunt Domini in vna Gerunden. iuris viſitandi,coram d. Ant. Aug.de anno 1549. veram illam doctrinam Mariani tract. de viſita-
1 tio.col.12.verſ.primo quæro.vbi voluit in † generali, & plena exemptione etiam eſſe ſublatū ius viſitandi. Eo magis quia correctio concedebatur abbati, & prohibebatur Epiſcopus, ne poſſet excommunicare: quæ cum ſint cohæ-
2 rentiæ † viſitationi, ſublata etiam cenſetur viſitatio.argum. ſumpto à contrario in c. cum venerabilis.§.1.de cenſibus. Et deciſ. Rotę 334. aliàs 2. de cenſibus. in anti. loquitur quando Epiſcopus eximeret,quia tunc non veniret viſitatio, & intraret ratio Imol.in c.cum ex officij.de pręſcript. quia tunc quodammodo Epi-
3 ſcopus † renunciaret viſitationi, quod non poteſt: ſecus quando Papa eximit,quia ipſe poterit deputare viſitatorem.

EPITOME.

Exemptio cōmiſſa conſtito de ſæuitia, conceditur propter actus poſt litem motam.niſi oſtēderetur proceſſus per Epiſcopum.

SVMMAE.

1 *Exemptio conſtito de ſæuitia quando detur?*
2 *Iniuria pręſumitur propter litem.*

362. DECISIO. XVI.

1 EXemptionem † commiſſam conſtito de ſæuitia in vna Fauentina iuriſdictionis corā d. Fabio de anno 1549.dixerunt Domini eſſe concedēdam propter actus poſt litem motam, niſi oſtenderetur proceſſus per Epiſopum. iux. deciſ. Aegid.45. conſiderantes, quòd præſu-
2 mitur † iniuria propter litem, & niſi doceatur de proceſſu,prçſumeretur ſęuitia,& ſic dabitur exemptio durante lite.

EPITOME.

Poſſeſsio prius capta nullam parit prærogatiuam.

SVMMA.

1 *Poſſeſſioni prius capta nulla datur prærogatiua.*

363. DECISIO. XVII.

1 PRærogatiuam † nullam dari ex poſſeſſione prius capta voluerunt Domini coram d. Ant. Aug.in vna Vercellen. de anno 1548. dicentes hoc ſemper fuiſſe ſeruatum per dicta in deciſ. Caſſad 15.de præben.

EPITOME.

PRærogatiua conceſſa pauperibus etiam contra familiares,& officiales, fuit declarata tantùm in beneficio ſimplici,& ſine cura.

SVMMAE.

1 *Prærogatiua conceſſa pauperibus etiam contra familiares, quo pacto fuit declarata?*
2 *Prærogatiua conceſſa doctoribus, vt in parochialibus reliquis præferantur intelligitur de reliquis non priuilegiatis.*
3 *Pauper,& doctor non præfertur in Parochiali militiſ ſancti Petri.*

364. DECISIO. XVIII.

PRærogatiua conceſſa pauperibus,etiam cō tra familiares,& officiales,vt in regula de-
1 ſuper facta,& per Staphil.fol.117.fuit † declarata,prout iacet,tantùm in beneficio ſimplici, & ſine cura, prout tenuerūt Domini in vna Seguntina coram d. Puteo de anno 1549.
In qua etiam fuit dictum, quòd prærogati-
2 ua † conceſſa doctoribus, vt in parochialibus reliquis præferantur, intelligitur reliquis non priuilegiatis, quia in illa de pauperibus, & in aliis ſemper dicitur, quacumque antelatione muni-

muniтis,& ſimilia verba, in ea autem ſimpliciter præferantur reliquis.

3 Et ideo in eadem tenuerunt, quòd pauper† & doctor non præferretur in parochiali mili ti ſancti Petri.

DE INIVRIIS, ET damno dato.

EPITOME.

Filij,& hæredes aduocati interfecti, poſſunt agere ſaltem ad damna, & intereſſe, vt hic declaratur.

SVMMAE.

1 *Aduocati occiſi filij,& hæredes numquid agere poſsint ſaltem ad damna,& intereſſe contra interfectorem? & nu. 2. & quid in filio non habente, vnde ſe alat, & in patre ſene reſpectu alimentorum.num. 5.*

3 *Arbitrio iudicis remittitur,& tempus quo viuere, & tempus etiam, quo operari potuerit occiſus.*

4 *Extraneus hæres aduocati interfecti an agere poſsit ad dãna,& intereſſe?*

6 *Filius,& hæres ſimul aduocati interfecti, an agat ad damna & intereſſe contra occiſorem.*

365. DECISIO. Vnic.

1 FVit dubitatum in vna Tudertin. homicidij coram Puteo,an filij, † & hæredes aduocati interfecti poſſent agere, licèt non ad æſtimationẽ liberi hominis, ſaltem ratione damnorũ,& intereſſe? Et fuit concluſum, quòd iſte articulus haberet duas difficultates.

Prima, quarum erat,quæ opinio eſſet verior, & communior, an Azonis, an Bulgari, vt ſicut hominis vulnerati opera,& cętera damna ęſtimabantur,ita & occiſi? Et viſa eſt receptior opinio Azonis in ſumma,quam ſequũtur gloſ. vbique,& maximè in l.qua ratione.§. in colluctatione.& in. l.huic ſcripturæ.§.fi.ad l. Aquil. cui non aduerſatur gloſ. in l. ex hac. ſi quadr. pau.fec. dic. vt eam concordat Fulgos. in d. §. in colluctatione. Roffred.in libell.libell.de leg. Aquilia. num.10. Specul.de iniur.§.2.verſ.ſed 2 numquid. dicens † quòd agetur ad mercedes medicorum,& aliàs expenſas in curatione factas,veniet etiam æſtimatio operarum,quibus pater occiſi caruit,& cariturus eſt, non autem æſtimatio libertatis, vel cicatricum, vel membrorum eius. Abb.in c.1.verſ.vlterius.hoc tit. Angel.poſt Io.Fab.in §. item is. num. 4. Inſtit. de oblig.quę ex quaſi delicto. naſc. dum dicũt hominis occiſi ęſtimationem deberi. & Hyppol.in hac parte bene in conſ. 115. & 131. & Grat.conſ.91.num.17.vol.2.

Et iſta opinio probatur arguendo à contrario ſenſu in d.§.in colluctatione.& ex identitate rationis,& quia nulla lex vrget in contrariũ. licèt enim.d.l. ex hac.& l.1.§.1. & l. fin. de his qui deiec.vel effud. & l. qui à vulgo. de ędilit. edict. tantùm habeant reſpectum ad vulneratum,non per hoc infertur ad occiſum. Ratio etiam incertitudinis nihil facit,quia aut eſt incertitudo reſpectu temporis, quo viuere potuiſſet,& eſt determinatum in l.hęreditatum.ff. ad.l.falcid. aut reſpectu temporis, quo operari potuiſſet, & eademmet ratio eſt in vulnerato, 3 & tamen totum† id arbitrio iudicis remittitur. l. huic ſcripturæ.& l.nam ſicut. §. dominus. ad l. Aquil.& melius ſequenti quæſtioni applicabuntur.

Sequens igitur quæſtio eſt,quis agere poſ- 4 ſit? Et in hærede † extraneo negatiua placuit Dominis, licèt nihil fuerit deciſum. Ad quod ego dicebam veram eſſe opinionem, & communem hęredem extraneũ agere minimè poſſe,& iſte eſt ſenſus d. l.huic.& l.nam ſicut.§.dominus.& hoc expreſsè dicit Azo.in ſumma de lege Aquil. num.9.licèt de eo non meminerit Zaſius in ſumma ead. num. 13. Et ſecundùm iſtũ ſenſum cautè loquutus eſt Pariſ. de ſyndicatu.in verſ.compoſitio.6.quia pluries.verſ. ſed aliter.vbi tantùm habuit reſpectum ad filios paruulos alimentandos,& iſtum etiam ſenſum habuit Aymo conſ.119.col. 2. ad finem. Et in quantum Specul.& Abb.ſimpliciter extendunt dictum Azon.ad hæredem,ſi in extraneo loquuntur,loquuntur contra mentẽ Azo. & contra iura prædicta, & Hyppol. de Marſil. 5 eodem modo. In filio † autem,ſi non habeat, vnde ſe alat,vel in patre ſene reſpectu alimentorum, omnes Domini concurrebant: quia ſupradictæ concluſiones neminẽ habent contradictorem.

6 Sed maior difficultas erat,quid in filio, † & hęrede ſimul? Et in eo, quia non eſt omnimoda ratio d. l. nam ſicut. §. dominus. & habet quodãmodo certã ſpem viuente patre,& plus iuris,& Specul.& Abb.tenent iſtam opinionẽ, tamen Domini ſubſtiterunt, & eo magis, quia non ſimpliciter habebatur reſpectus ad futurum, ſed quodammodo damni præteriti. tamen nihil fuit deciſum.

DE

DE POENIS.

EPITOME.

Priuationis pœna impoſita à lege non intelligitur ipſo iure,& quid ſi ſit impoſita ipſo iure.

SVMMAE.

1 *Pœna priuationis impoſita à lege, nõ intelligitur ipſo iure.*
2 *Pœna priuationis ipſo iure ſi impoſita eſſet a lege, quis poſſet impetrare beneficium ante aliquam ſententiam.*
3 *Declaratoria non eſt neceſſaria in notorijs, & trahentibus ſecum executionem.*
4 *Declaratoria eſt neceſſaria ad factum, non autem ad ius.*

366. DECISIO. Vnica

1 POena priuationis † impoſita à lege non in-
telligitur ipſo iure, quicquid malè dicat Fe
lin. in c. ſicut. de ſimoni. prout tenuerunt Do-
mini in vna Cæſarauguſtan. de Villel. coram
domino Puteo de anno 1548. per gloſ. quam
omnes ſequuntur in c. 1. de ſagittar. & tradit
Cardinal. Alexandri. in c. ſalonitanæ. 63. diſtin-
ctio. licèt in eadem tenuerint Domini, quòd
2 ſi † eſſet à lege impoſita pœna priuationis ipſo
iure, quòd quis poſset facere ſibi prouideri dè
beneficio, & demum acceptare ante aliquam
3 ſententiam. Tum quia in † notoriis, & trahẽti-
bus ſecum executionem, nõ eſt neceſsaria de-
4 claratoria. tum etiam quia declaratoria † eſt ne-
ceſsaria ad factum, non autem ad ius.

DE SENTENTIA EXcommunicationis.

EPITOME.

EXcommunicatus pro fructibus nõ liquidatis, vel alia in certa quantitate comparens, & offerẽs ſe paratum ſatisfacere, non poteſt publicari.

SVMMAE.

1 *Excommunicationis ſententia poteſt ferri pro fructibus non liquidatis, vel alia incerta quantitate. & quia fundatur in contumacia. num. 2. eo comparente, & ſe offerente paratum ſatisfacere, non poteſt publicari. num. 3. & ſi publicetur, maxima ei ſit iniuria. num. 4.*

367. DECISIO. I.

1 LIcèt ſententia † excommunicationis poſsit
ferri pro fructibus non liquidatis, vel alia
incerta quantitate, & non relaxetur, donec fue
rit plenè ſatisfactum, vt per Rotam deciſ. 183.
in nou.

Tamen in vna Paduan. iniuriarum coram d.
Iacobo Puteo de anno 1548. fuit tentũ, quòd
2 illa † fundetur in contumacia. Et propterea fuit
3 iudicatum comparentem, † & offerentem ſe pa
ratum ſatisfacere, non poſse publicari. imò iu-
4 dicarunt Domini maximam † iniuriam ei fuiſ-
ſe factam publicando.

EPITOME.

EXcõmunicationis exceptio quãtum ad impetrationem reſcripti in curia ab excommunicato factã oppoſita, reddit proceſſum nullũ.

SVMMAE.

1 *Exceptio excommunicationis non obſtat quantum ad impetrationem reſcripti in curia.*
2 *Exceptio excommunicationis oppoſita reddit proceſſum nullum.*
3 *Sententia lata vigore reſcripti impetrati ab excommunicato, eſt nulla.*
4 *Commiſsio facta Auditori quãtum ad proceſſum, diſtribuit tantũ cognitionem in cognoſcendo, & quid in iudicãdo.*

368. DECISIO. II.

1 EXcommunicationis exceptionẽ licèt † non
obſtare tenuerint Domini in Florentina
S. Felicitę coram d. Aliſan. qui eadem die fuit
translatus ad Epiſcopatum Ferentini, videli-
cet die 4. Iunij 1548. quantum ad impetratio-
2 nem reſcripti in Curia; tamẽ tenuerunt † eam,
ſi oppoſitum fuerit, reddere proceſſum nullũ.

Et ad deciſionem Rotæ 594. in antiquis. fuit reſpõſum, quòd in alijs terminis loquitur, prout & deciſ. 453. & Milis in verſ. excommunicatus.

Licèt autem in eadem proceſſum validum tenuerint Domini factũ coram Auditore Rotæ per commiſsionem impetratam ab excommunicato.

Tamen poſtea multùm de hoc dubitarunt, &
omnes inclinabant, vno tantùm contradicen-
3 te, quòd ſententia † lata vigore reſcripti impe
trati ab excommunicato, eſſet nulla; per not. à
Geminian. in conſ. 85. & dicebatur iſtud tene-
re Sarnen. & Prob. in addit. ad Monac. in c. 1.
de reſcript. in 6. Et ratio differentię erat, quia
4 quantum ad proceſſum commiſſio † facta Au-
ditori diſtribuit tantùm cognitionem in co-
gnoſcendo,

gnoſcendo,ſed poſtea in iudicando, quia non tribuit iuriſdictionem, illud non fuit impetratum ab excommunicato.

EPITOME.

SEntentia, in qua eſſet declaratum attentata adeſſe,& incurſum fuiſſe in cenſuras,de quibus in inhibitione,ſaluari poteſt.

SVMMAE.

1 *Sententia declarans attentantem incurriſſe in cenſuras inhibitionis,an ſaluari poſsit? & num.2.*

369. DECISIO. III.

1 SEntentiam cenſurarum † in iudicio attentatorum,poſtquam d. Pighinus pronunciaerat ſuper attentatis,& ſic attentanrem incurriſſe cenſuras,tenuerunt Domini coram me in vna Valentina pecuniaria de la Prebla,eſſe nullam: quia non fuerat citatus ad hoc, nec fuerant ſeruati termini.& fuit mihi dictum,quòd niſi in tertia inſtantia & ſupradictis ſeruatis, non erat pronunciandum ſuper cenſuris.

Tandem in eadem melius cogitantes, & quia fuerunt mihi transportata regeſtra antiquorũ,
2 fuit reſolutum, † quòd poſſet ſaluari ſententia, in qua eſſet declaratum attentata adeſſe, & incurſum fuiſſe in cenſuras, de quibus in inhibitione.

EPITOME.

EXcõmunicationis publicatio quãdo veniat reuocãda,hic traditur.

SVMMAE.

1 *Excommunicatus,non obſtante appellatione, poteſt publicari.Intellige,quando id fit per Ordinarium.num. 3. Itẽ niſi iudex detuliſſet appellationi.num.4.*
2 *Publicatio excõmunicationis eſt quodammodo declaratio.*
5 *Declaratoria excommunicationis lata à iudice, publicari poteſt,quacumque appellatione non obſtante, ad finem vt is vitetur.*
7 *Declaratoria incurſus cenſurarum vel propter ſententiam excommunicationis latã à lege, vel incurſus cenſurarũ propter inobſeruantiam literarum apoſtolicarum, requirit tres ſententias conformes. & appellatio eam ſuſpendit. Intellige prout num.13.*
8 *Deciſ.379.Rotæ,ver.ſed quicquid ſit. in nou. declaratur.*
9 *Excommunicationis publicatio quando mereatur reuocationem?*
10 *Appellatio à fulminatione cenſurarum executoris reſoluit in vim citationis omnia eius geſta.*
11 *Executor non poteſt aliquid facere contra reſiſtentes de iure,licèt ſecus ſit contra rebelles.*
12 *Poſſeſſor non tenetur ad ſimplex verbum executoris,dimittere ius ſuum indefenſum.*

370. DECISIO. IV.

1 LIcèt excommunicatus,† non obſtante appellatione poſſit publicari,quia appellatio non ſuſpendit, vt latè habetur deciſ. 4. 26. &
2 in addit.in nou. quia publicatio † eſt quodammodo declaratio.
3 Tamen illud intelligebant † Domini in vna Gerunden. coram me dicentes ita aliàs fuiſſe deciſum,quando hæc fierent per Ordinarium. Secundo dicebant illud non procedere,quan-
4 do iudex † detuliſſet appellationi: quia publicatio eius nomine amplius fieri non poterat tanquam iuriſdictione ſpoliati. Tertio quòd erat notabilius,& ſingularius, dicebant diſtin-
5 guendum eſſe declaratoriam † excommunicationis latæ à iudice: quia cum conſtaret de
6 excommunicatione, quę licèt † eſſet iniuſta, nihilominus foret timenda,ideo quacunque appellatione non obſtante,poterat publicari, vt
7 is vitaretur. Secus autem in ſententia † declaratoria incurſus cenſurarum, vel propter ſententiam excommunicationis latam à lege, vel incurſum cenſurarum propter inobſeruantiam literarum apoſtolicarum: quia tũc quoniam illa ſententia habet annexum factum, ſuper quo potuit decipi iudex,ideo requiruntur tres ſententię, & appellatio ſuſpendit. Et ita procedit doctrina Cardin. poſt Lap.in clem. 1. §.ſi quis autem.q.2.de ſequeſtr.poſſeſs. Abb. vbi Dec.in c.peruenit.de appellat. & in conſ. 100.& Franc.in c.Is cui.limit.3.de ſent.excommunic. in 6. & ſecundùm hæc verba declara-
8 bant † deciſ.379.verſ.ſed quicquid ſit.in nou.
Et propterea in vna Gerunden.fructuum in
9 abſentia reuocaui † publicationem, & abſolui ad beneplacitum,& fuit relatum aliàs ita fuiſſe tentum in vna Iſpalẽ.attentatorum,& in alia Aſtoricen.
In eadem idem voluerunt Domini, licèt in partibus eſsent fulminatę cenſuræ per execu-
10 torem: quia per appellationẽ † omnia geſta per executorem reſoluunt in vim citationis.iux.doctrinam Bal.in l. de pupillo.§.meminiſse. ff. de nou.operis nunciat. & dicebant eſse de mente Franc.in c. 1.in princ.col.fin. verſ.vel pote-
11 rit.de conceſs. præben. in 6. quòd executor † non poteſt aliquid facere contra reſiſtentes de

iure

iure,licèt ſecus ſit contra rebelles.

12 Nã non † tenetur poſſeſſor ad ſimplex verbum executoris dimittere ius ſuum indefen-
13 ſum, & ſic generaliter † dicebat, vbicũque declaratoria non venit poſt rem iudicatam, ſed venit poſt factum, quod requirit tres ſententias, & in executiuis, niſi daretur ſine retardatione ſolutionis penſionis, non poteſt quis in vna & eadẽ ſententia canonizare, & declarare.

EPITOME.

MOnitorium eſt aliquo pacto reintegrandum, ſi nõ habet clauſulam, ſi quis &c. & in quo eſſent comminatę cenſuræ ex nunc prout ex tunc.

SVMMAE.

1 *Monitoriũ quando aliqua reintegratione indigeat? & quid loco reintegrationis ſufficiat num. 2.*
3 *Intruſus in beneficio, quod vacauerat in curia, qualiter expellatur.*

371. DECISIO. V.

1 MOnitorium † ſine clauſula, ſi quis, & in quo eſſent comminatę cenſurę ex nunc prout ex tunc & ſic ſententiæ excommunicationis latæ, & non ferendæ, voluerunt Domini coram me in vna Egarimen. de mẽſe Octobris 1549. quòd aliquo pacto eſſet neceſſariũ, quòd rein-
2 tegraretur. Sed ſufficere † dixerunt, quòd procederetur ſeruatis quatuor terminis contra taliter monitum, & poſtea ferretur declaratoria,
3 & iſtum † modum tenuerunt Domini eſſe obſeruandum cõtra intruſum in beneficio, quòd vacauerat in curia.

EPITOME.

SEntentia excõmunicationis non eſt neceſſe, quòd feratur in monitorijs extra curiã, ſecus in monitorijs in curia? & quare.

SVMMAE.

1 *Excommunicationis ſententia non eſt ferenda in monitorijs extra curiam, in monitorijs autem in curia non item. & quare? & num. 2.*
3 *Citatio ad videndum ſe excommunicari quando poſt intimatum monitorium eſt neceſſaria?*

372. DECISIO. VI.

1 ET in vna Abrinien. penſionis coram domino Veſtano tenuerunt in monitorijs † extra curiam, quæ fiunt ſub illa forma excommunicationis latæ ſententiæ, non eſſe neceſſarium ferri ſententiam excommunicationis: ſecus au-
2 tem in monitorijs † in curia: quia tunc fiunt ſub pœna excommunicationis ferendę, & ideo tũc
3 neceſſarium † erat citare ad videndum ſe excõmunicari, quia non paruit monitorio.

DE VERBORVM Significatione. 11

EPITOME.

CLauſula, omni meliori modo, ſi habet copulam, & implicat etiã alios modos diuerſos ab expreſſis: ſi autem deeſt dicta copula, & non item.

SVMMA.

1 *Clauſula, omni meliori modo, ſi reperitur cum copula, &, vel ſine, quos pariat effectus?*

373. DECISIO. Vnica.

1 CLauſula, omni meliori modo, † in multis cauſis, & præſertim in vna Eugubina præpoſiturę coram domino Puteo, fuit ſemper declarata hoc pacto, quòd ſcilicèt aduerteretur, quando reperitur in diſpoſitione, vel inſtrumẽto, an adſit vnà cum dictione, vel copula, &, vel ſine ea, quia quando adeſt illa dictio, &, implicat etiam alios modos diuerſos ab expreſſis. ſecus autẽ, quando deeſt illa copula, &, quia tunc reſtringitur ad expreſſa tantùm.

R. P. D. ACHILLIS DE GRASSIS Nobiliſ. Bononienſis,

SACRAEQVE ROTAE ROMANAE IAMDVDVM Auditoris Præſtantiſsimi

DECISIONES SVPER REGVL. CANCELL.

ET PRIMO IN GENERE.

EPITOME.

COMMISSA cauſa tẽpore vitæ Clemẽtis Papæ ſubiacet eius regulę de commiſſione cauſæ, literis nõ expeditis.

SVMMAE.

1 Regula vnius Pontificis poteſt obijci etiam poſt illius mortem contra geſta tempore eius vita.

2 Cauſa commiſſa tempore vita vnius Pontificis ſubiacet eius regula de commiſſione literis non expeditis.

374. DECISIO. I.

1 DE regula† vnius Pontificis poteſt dari, ſeù
opponi ſemper poſt obitum illius con-
tra geſta tempore vitę eius, quando iam eue-
nerat caſus regulæ, & ſic deſierat eſse res inte-
gra, & quo ad illum caſum regula fecerat effe-
ctum ſuum, vt tradit Sarnen. in regul. de infir-
mis. q. 32. & in reg. de annali. q. 59. & in reg. de
publicandis. quęſt. 6. Et propterea voluerunt
2 Domini, quòd cauſa † commiſsa tempore vitę
Clementis ſubiaceret regulæ de commiſſione
cauſæ, literis non expeditis.

EPITOME.

SEntentiam habens, & obtinens ſibi prouideri de beneficio tamquam vacãte per violationem ſequeſtri, licèt per reum poſtea daretur de regula de annali, & ſic annullaretur, & ſentẽtia, & ſequeſtrum: tamen quia ius erat quæſitum etiam ex ſequeſtro nullo, dicta regula non infringit illud ius extrinſecus.

SVMMAE.

1 Regula licèt annullet proſecuta, non tamẽ annullat ea, quæ extrinſecus acquiruntur.

2 Regula de annali oſtenditur defectus iuriſdictionis iudicantis, & imponentis ſequeſtrum.

3 Sequeſtri nulli violatio propter contemptum iudicis eſt punibilis.

4 Regula de annali quando non infringat ius extrinſecus? & num. 5. vbi limitatur.

6 Beneficium quamuis quis acceptaret, quia tamen gratia erat renocata, etiam quòd per nullum eſſet datum de regula renocationis; tamen quando poſtea dabatur de renocatione, dicebat ille, qui acceptauerat, iã ius ſibi quæſitum, quod tolli non poſſet, nihilominus annullatur etiã tale ius quæſitum per d. regulam.

375. DECISIO. II.

1 REgula † licèt habeat oculos retro, & annul
let; tamen ea, quę extrinſecus acquiruntur,
2 non tolluntur, & propterea licèt per regulam †
de annali defectus iuriſdictionis iudicantis, &
imponentis ſequeſtrum oſtendatur, & propte-
rea annulletur & ſequeſtrum, & ſententia; ta-
mẽ ſi reus violaſset ſequeſtrum, quia tenetur,
3 quòd violatio † ſequeſtri nulli propter contẽ-
ptũ iudicis eſt punibilis, vt notatur in clement.
ad compeſcendas. de ſequeſtr. poſseſs. & fruc.
& ideo violans dicitur amiſiſse beneficium, vo
4 luerunt Domini, quòd ille, † qui habuerat ſen-
tentiam, & obtinuerat ſibi prouideri de bene-
ficio tanquam vacante, per violationem ſeque-
ſtri, licèt per reum poſtea darètur de regula
de annali, & ſic annullaretur & ſententia, & ſe-
queſtrum; tamen quia ius erat quęſitum etiam
ex ſequeſtro nullo in vna abbatiæ S. Saluato-
ris coram Io. Paulo, voluerunt Domini, quòd
regula non infringeret illud ius extrinſecus.

Quam deciſionem in vna Palentina canoni-
5 catus coram Reomano limitarunt † Domini
& de-

Digitized by Google

& declararũt,niſi decretum omnia annullaret,
6 &, propterea voluerunt,quòd licèt † quis acceptaret beneficium:quia tamen gratia erat reuocata,etiam quòd per nullum eſſet datum de regula reuocationis;tamen quando poſtea dabatur de reuocatione,dicebat ille,qui accepta uerat iam ius quæſitum,quod tolli nõ poſset. quia dicebãt Domini annullari etiam ius quæſitum per regulam,& non eſſe locum dictæ decisnec dictis per Sarnen.q.5.regul.de annal.

SVPER REG. DE INFIRMIS reſignantibus.

EPITOME.

Regula, de infirmis reſignãtibus, procedit in quacumque permutatione ſiue de æquali, ſiue de inæquali.

SVMMAE.

1 *Regula, de infirmis reſignantibus, quomodo intelligatur?*
2 *Rationem vnã n ſolã adeſſe in diſpoſitione probare is debet, qui dicit.*
3 *Ratio impulſiua reg. de infirmis, quaenam eſt?*
4 *Reſignatio quando cum fraude, vel ſine facta intelligatur? & num 5.*

376. DECISIO. Vnica. aliàs. 26.

1 Regula, de infirmis † reſignantibus, quicquid dicat Sarnen.ſuper hac regula.q.19. poſtquam materia fuiſſet ſępius propoſita,fuit de anno 1549. declarata procedere in quacũque permutatione ſiue de ęquali, ſiue de inæquali.

Primo, quia non apparet, quòd illa regula
2 fuerit mota propter fraudes, & qui dicit † vnã rationem ſolam adeſſe,probare debet. Bar. in l.liberorum.de verb. ſignif.Item quia deciſ.31. & 32.Caſſad.ſuper regul. mouetur ſimpliciter ea ratione, ne beneficia ſint hæreditaria, quę ratio generaliter procedit.

Item etiam conſiderabatur, quòd ratio fal-
3 tem impulſiua regulæ eſſet, ne † teſtator cogitatione mortis turbatus,non bene poſſet conſiderare de perſona idonea eccleſię.l. iubemus. C. de teſtament. & blanditijs, & ſuggeſtione iux.not.in l.penult.C.ſi quis aliq.teſt. prohib. vel coer.

Conſiderabatur etiam, quòd ratio fraudis nõ poterat cõſiderari, quia poterat eſſe, quòd
4 reſignatio † eſſet fraudulenta,puta à ſano facta fraudulenter,qui moreretur intra 22.dies, & tamen regulæ non eſſet locus.

E conuerſo poterat euenire,quòd renuncia
5 tio facta ſine † fraude à detento leui febricula, & tamẽ ſi moreretur intra 22.dies, eſſet locus regulæ,& maximè ſtante noſtro prę ſuppoſito, quòd quantum fieri poſſet inhærendum eſſet verbis regularum.

SVPER REG. DE SVRROgandis colligantibus.

EPITOME.

Reg. de ſurrogandis collitigantibus, verbum menſis, datur col litiganti ad impetrandã ſurrogationem, & currit à tempore obitus.

SVMMAE.

1 *Verbum, menſis, appoſitum in reg. de ſurrogandis, quomodo intelligatur? & an currat à tempore obitus? & num. 4.*
2 *Sarnen. in 1.q.reg.de ſurrogando.improbatur.*
3 *Diſpoſitionis mens fruſtra conſideratur cõtra illius verba.*

377. DECISIO. I. aliàs 16.

Regula de ſurrogandis collitigantibus,quæ facit mentionem menſis,dedit cauſam dubitationis in vna Palentina canonicatus, corã
1 domino Rcomano, an illud † verbum, menſis, daretur collitiganti ad impetrandam ſurrogationem, & an curreret à tempore obitus? Et licèt non fuerit deciſum, quia Domini erant varij; tamen maior pars, cum quibus ego erã,
2 inclinabat pro opinione gloſatoris, contra † id quòd dicit Sarnen. in 1. quæſt. & fuit dictum, quòd quidam ex Dominis viderãt notulã Felin.qui etiam ipſe tenebat opinionem gloſatoris,pro qua faciebat ratio, quia verba regulæ, dum loquuntur de menſe, nullam poſſunt habere relationẽ ad ſurrogationem, ſed tantùm, quod menſis non iuuaret impetrantem, etiam quòd præcederet ſurrogationem, dummodo non vltra quàm ſpatio. Et ex hac tollebatur abſurdum,quod multi conſiderabant, quòd ſi menſis non curreret à die obitus, vel notitiæ petentis ſurrogationem,ſequeretur, quòd beneficium ſtaret diu vacans. quod tollitur.quia non poteſt ſequi maximum inconueniens, eo quia alio impetrante, ſi vltra ſpatio menſis col

litigans non petet ſurrogationem,non gaude-
bit priuilegio illius regulę. Nihil tamen tunc
propter varietatem fuit deciſum, licèt aliqui
3 ponderarent mentem, quæ † fruſtra videbatur
conſiderari contra verba.
Alia tamen vice poſtea Domini tenuerunt
4 iſtam † opinionem propter proprietatem ver-
borum,licèt fuerit relatum,quòd reuerendiſs.
Creſcentius multum reclamaret in contrariũ,
aſſerendo quòd ſuis temporibus Rota ſemper
tenuerat contrarium,

SVPER REG. DE IMPETRAT. BENEF. PER OBIT. FAMIL. CARDIN.

EPITOME.

Familiaris primi Cardinalis iã vita functi, ſi poſtea in familiaritate ſecundi Cardinalis obijt, Pontifex eius beneficia ſolus non prouidet tamquam reſeruata per regulam cancellariæ,ſed de conſenſu ſecundi Cardinalis.

SVMMAE.

1 *Familiare defuncto apud ſecundum Cardinalem,an Pontifex ſolus,vel de conſenſu Cardinalis eius beneficia prouideat? & num.4.*

2 *Reſeruatio perſonalis eſt fauorabilior.*

3 *Reg. de impetrat. per obit. famil. Cardinal. interpretatur contra Principem, tamquam eius beneficium.*

378. DECISIO. Vnic. aliàs 34.

QVID ſi Cardinalis primus eſſet defun-
ctus, & poſtea in familiaritate ſecundi
1 deceſsiſſet,an † Pontifex tamquam reſeruatũ
per regulam tertiam cancellar. ſolus, an cum
conſenſu Cardinalis ſecundi per reg. 30. pro-
uideat? In vna Fulginaten. coram Reomano
de anno 1551. pro reuerendiſs. Cardinal. de
Sabellis fuit diſcuſſum,& vota fuerũt æqualia.
Mihi tamen magis placebat, quòd requira-
tur conſenſus Cardinalis:quia ego intelligebã
verba regulæ in principio generaliter de om-
nibus beneficijs,etiam quæ in alterius familia-
ritate quęſiuiſſet.quod oſtendebatur,quia ſi in
principio regulę non fuiſſent comprehenſa be
neficia in familiaritate Cardinalis alterius, nõ
erat opus quaſi excipiendo facere exceptionẽ,
de qua in regula:& quia non adeſt ratio, quare
recedamus à generalitate regulæ in ſui princi-
pio,& maior fauor debetur Cardinali, quàm
Pontifici propter expenſas.
Et hæc eſt ratio, quare dicit Sarnen.infra.q.
2 15.quòd reſeruatio † perſonalis eſt fauorabi-
lior. Facit quia regul.3.reſeruat ad iſtum finẽ,
vt Papa de conſenſu Cardinalium prouideat.
3 Et iſta regula † contra Principem tamquã be-
neficium Principis eſt extendenda.ad not.in l.
beneficium.de conſtit.princip.
Et cum alia vice cauſa hæc proponeretur,
4 Domini tenuerunt † opinionem ſupradictam
per illam rationem, quam dicebant fuiſſe de
mente Caſſad.deciſ.23.ſecundo,vel tertio ar-
gumento in 1. part. de præben. per quam tol-
lebatur ratio domini Baren. cõſiderãtis, quòd
poſt obitum primi Cardinalis, ſtatim intraue-
rat affectio Pontificis, quæ ſemper durabat,
etiam quòd ille efficeretur familiaris alterius
Cardinalis:quia verum eſt beneficium eſſe re-
ſeruatum Pontifici per reg. tertiam ad iſtum
finem,vt Ordinarij, & expectantes non poſſint
capere; tamen illa reſeruatio erat declarata per
regul. 30. & in eius principio omnia beneficia
cõprehendebantur, vt licèt Pontifex tamquã
de beneficio reſeruato poſſit diſponere; tamẽ
de conſenſu Cardinalis,quia iſto caſu non erat
exceptum.

SVPER REGVLA. de Triennali.

EPITOME.

Reg. de triennali, non tuetur eum, qui poſt lapſum triennij commiſit cauſam ſuper beneficio,& aduerſarius docuit de ſuo titulo.

SVMMAE.

1 *Regula de triennali præſtat tantùm exceptionem, & non actionem.*

2 *Regula de triennali an tueatur eum,qui poſt lapſum triennij commiſit cauſam ſuper beneficio,& aduerſarius docuit de ſuo titulo? limita, prout num.3.*

379. DECISIO. I. aliàs 4.

1 REgula † de triennali, quia pręſtat tantùm
2 exceptionem,& non actionem, non † tue-
tur eum,qui poſt lapſum triennij commiſit cau
ſam ſuper beneficio, & aduerſarius docuit de
ſuo titulo,licèt fortè ſecus, ſi cauſa eſſet com-
miſſa ſuper iactationibus, & moleſtationibus,
& hoc modo reſpondebatur doctrinæ Docto-
rum

rum in c. auditis. de pręſcript. cum ſimil. quòd perfecta præſcriptione ſuperueniens lis non interrumpit. Nã hoc non procedit in reg. triennali, quę tuetur tantùm reum in exceptione. Et ita concordat Pariſ. conſ. 81.4. vol. circa fi-
3 nem. vbi etiam limitat, † quando non eſſet executa citatio, Et ita tenuerunt Domini in vna Gerunden. coram domino Reomano de anno. 1548.

EPITOME.

Reg. de triennali, procedit non obſtante commiſſione, & comparitione ſubſecuta, ſi commiſſio cauſæ fuiſſet literis non confectis pręſentata.

SVMMAE.

1 *Regula de triennali an procedat, non obſtante commiſſione, & comparitione ſubſecuta? & num. 9. vbi ampliatur.*
2 *Sarnen. reg. de annali. q. 45. in fin. non habet locum, quando eſſet defectus iuriſdictionis.*
3 *Pacificus quando quis non deſinit eſſe per comparitionem?*
4 *Comparitio non habet virtutem ſanandi defectum iuriſdictionis.*
5 *Citatio nulla ſanatur per comparitionem partis.*
6 *Neceſſarium an ſit dare de reg. de triennali?*
7 *Forma datur quatenus ante terminum ad articulandum.*
8 *Comparitio quando facit, vt reus abſoluatur, licèt lis non ſit ex parte actoris?*

380. DECISIO. II. aliàs 5.

1 Regulam de triennali † voluerunt Domini in vna Zamoren. parochialis de Villar coram me, de anno 1548. procedere non obſtante commiſsione, & comparitione ſubſecuta, ſi commiſsio cauſę fuiſset literis non confectis, quia nulla aderat iuriſdictio.

Et dicta per Sarnen. in reg. de annal. q. 45. in fin. poſt Roman. vbi per eum dixerunt non
2 habere † locum, quando eſset defectus iuriſdi-
3 ctionis: quia tunc † per comparitionem non de-
4 ſinebat eſse pacificus: quia comparitio † non habet virtutem ſanandi defectum iuriſdictio-
5 nis, ſed tantùm, quando eſset nulla † citatio: quia bene talem nullitatem tolleret comparitio, quo caſu procedit. q. 53. Sarnen. in fin. ſuper hac reg. de moleſtia extraiudiciali.

6 Aduerte, an † ſit neceſsarium dare de huiuſmodi reg. ex dictis per Sarn. num. 42. in compen. vtriuſque ſignat.

7 Facit, quia forma † datur, quatenus ante terminum ad articulan. ex Sarn. q. 19. num. 5. nõ inducitur lis. Pariſ. conſ. 94. in 4. vol. & tunc cõ-
8 paritio † facit, vt abſoluatur reus, licèt lis non ſit ex parte actoris Sarnen. in compen. ſignat. num. 63. & q. 2. ſuper hac regul. Idem per omnia tentum fuit in vna ſanctę Seuerinę de mini-
9 ſtris coram d. Ant. Auguſt. quòd extendebãt † ad appellationem extraiudicialem non factam in ſcriptis, vel non bene intimatam. Et faciunt dicta per Boniſac. in clem. ad compeſcendas. num. 43. §. 1. de ſequeſtr. poſseſs. & fruct. idem tenuerunt domini in vna Vlixbonen. declarantes dicta Sarn. in q. fin. reg. de annali.

EPITOME.

Regula de triennali eſt locus, non obſtante, quòd cauſa commiſſa eſſet contra duos, & generatim contra intereſſe putantes, quamuis in partibus executa fuiſſet contra alium non nominatum, & in executione diceretur per executorem, quòd exequebatur contra illum ad inſtantiam principalis, qui in curia obtinuerat decretum citationis.

SVMMAE.

1 *Regulæ de triennali quando ſit locus?*
2 *Mandatum ſpeciale requiritur, vt quis propter clauſulam ſua intereſſe putantes poſsit ſpecificare tertium.*
3 *Impenſa quando requiritur in actu, præſumitur actu factus nomine principalis intellige, prout num. 4.*
5 *Principalis declaratio poſt eius mortem non tranſit ad hæredes.*
6 *Lis dicitur finita mortuo actore.*

381. DECISIO. III. aliàs 6.

Regulę de triennali voluerunt Domini coram me in vna Zamoren. parochialis de
1 Villar 26. Octobris 1548. eſse † locum nõ obſtante, quòd cauſa eſset commiſsa cõtra duos, & generaliter contra intereſse putantes, licèt in partibus executa fuiſset contra alium non nominatũ, & in executione diceretur per executorem, quòd exequebatur contra illum ad inſtantiam principalis, qui in curia obtinuerat decretum citationis. Et hoc ea ratione, quia
2 non † poterat quis ſine mandato ſpeciali propter clauſulam ſua intereſse putantes ſpecificare illum tertium, per not. per Franc. in cap. cum in multis. in 2. not. de reſcript. in 6.

Nec

Digitized by Google

Nec obſtabat,in quantum dicebatur, quòd
3 cum actus† executionis citationis in partibus requireret impenſam; ideo præſumeretur factus ad inſtãtiam principalis, qui erat in curia. iux.deciſ. Caſsad.3.de procurat.poſt Bart.in l. cum ſeruus. de verb. oblig. quia hæc præſum-
4 ptio † tollebatur ex eo, quia principalis, qui erat in curia, poſtea reproduxit citationem verbo,& petijt decerni proceſsum contra alios,& contra iſtum nihil vnquam dixit vſque ad mortem eius, ex quo declaratur non fuiſse mentis ſnæ moleſtare illum,qui citatus erat,& iſta pręſumptio fuit viſa potentior, & etiam æquior ad tollendas lites,& maximè quia hæc declara-
5 tio † principalis poſt mortem eius non tranſit ad hæredes,ad notat.in l.Pomponius ſcribit ſi frumentum. de rei uendicat.& in l.fin. C.de re
6 uoc.donat.facit,quia mortuo † actore lis eſt finita.Aegid.deciſ.156.

EPITOME.

Reg. de triennali , quamuis eſſet per Papam prorogata,an ille, qui fuerat poſſeſſor per quadriennium,poſsit gaudere beneficio allegationis Lapi 89. hic dicitur.

SVMMAE.

1 *Reg. de trienali , prorogata per Papam , an poſſeſſor per quadriennium poſsit potiri beneficio allegationis Lapi. 89.& num.4.*
2 *Lapi allegat. 89.eſt reducta ad triennium.& num.6.*
3 *Differentia multæ ſunt inter allegationem Lapi, & reg. de triennali.*
5 *Prorogatione conſeruatur ius,& ceſſat negligentia.*
6 *Rationes omnes,quibus Lapi allegatio.89.per ſtylum Rotę eſt reducta ad triennium,tolluntur per prorogationem.*

382. DECISIO. IV. aliàs 17.

Pontifex prorogauerat regulam de triennali in fauorem Cardinalis Caurien. vt non obſtãte lapſu,ius ſuum remaneret ſaluum. Du-
1 bitabatur,an † licèt prorogata eſſet regula,nũquid ille,qui fuerat poſſeſſor per quadrienniũ, poſſet allegare beneficium allegationis Lapi
2 89.quæ † eſt redacta ad triennium, vt per deciſ.2.Caſſad.de cauſ. poſſeſſ. & propriet. Et li-
3 cèt multæ † eſſent differentię inter allegationẽ Lapi,& reg. de triennali, vt per Caſſad. deciſ. 8.ſuper reg. cancell.
4 Tamen contrarium † voluerunt Domini in vna Valentina præpoſiturę de menſe Decembri,coram d.Ant. Auguſt. conſiderantes, quòd
5 per † prorogationẽ fuit conſeruatum ius, & ceſſabat negligentia,quæ erat tam cauſa præſumptionis allegationis Lapi,quàm prę ſcriptionis triennalis , alioqui illa prorogatio ſeruiſſet de vento, quia per indirectum,&c.
6 Item quia omnes † rationes,quibus allegatio Lapi per ſtylum Rotæ eſt redacta ad triennium,tolluntur per prorogationem.

EPITOME.

Pacificus quis deſinit eſſe, ſi poſt decretam citationem , conſtat in actis de procuratoris conſtitutione, vel de comparitione eiuſdem cum mandato,quamuis non appareat de citationis executione.

SVMMAE.

1 *Pacificus poſſeſſor quando quis eſſe deſinat?*
2 *Pænitentia,antequam appareat de executione citationis, quando liceat?*

383. DECISIO. V. aliàs 18.

1 Procuratoris conſtitutio † in actis,vel comparitio eiuſdem cũ mandato poſt citationem decretam,licèt non appareret de executione,facit quem deſinere eſſe pacificum ad effectum iſtius regulæ,argum.not.in deciſ. 402. & not.in c. bonæ. de poſtulat. prælat. Et quæ dicunt in quibuſdam deciſ. Aegid. quòd po-
2 teſt,† antequam appareat de executione pœnitere,fuit dictum procedere ad alium effectum.

EPITOME.

Executor vigore breuis pro accipienda poſſeſsione nomine cameræ cum clauſula, amoto quocumque illicito detentore,tenetur aſſumere partes iudicis.

SVMMAE.

1 *Moleſtia ſi non adeſt in fructibus realibus, requiritur moleſtia iudicialis.*
2 *Executor vigore breuis pro poſſeſsione accipienda nomine cameræ, tenetur aſſumere partes iudicis.*
3 *Executor regulariter non tenetur aſſumere partes iudicis, etiam ſi citet,fallit,quando agitur de amouendo poſſeſſore, nã ſemper executor tenetur aſſumere partes iudicis. num. 4.*

Clauſula,

Digitized by Google

5 *Clauſula, amoto quolibet illicito detentore, requirit ordinẽ iudiciarium, ſi non ſumus poſt latam ſententiam, & in notorijs.*

384. DECISIO. VI. aliàs 19.

QVIA ſepe ſupradictum eſt poſt Bal. in l.
ordinarii. in 4. col. C. de rei uendi. ſi non
1 adſit † moleſtia in fructibus realibus, re-
quritur moleſtia iudicialis.
Dubitatum fuit in vna ſanctæ Seuerinæ de
Nimphis coram d. Ant. Auguſt. de anno 1550.
& inclinatum pro affirmatiua in caſu, quo exe-
2 cutor † vigore breuis pro poſſeſsione accipiẽ-
da nomine cameræ, cum clauſula, amoto quo-
cumque illicito detentore, qui executor parti
præſenti intimauerat. d. breue, & is, cum inti-
matũ fuerat, appellauerat, quod is deberet ac-
3 cipere partes iudicis. Nam licèt executor † nõ
teneatur aſſumere partes iudicis, etiã ſi citet,
vt poſt Ancaran. cõſ. 224. tradit Felin. in c. fin.
in 2. reg. de præſumptio. fuit tamen dictum,
quòd idem Felin. in 2. fallen. ad illam regulam
4 vult, quòd quando † agitur de amouendo poſ-
ſeſsore, ſemper executor tenetur aſsumere par
tes iudicis, argum. d. licèt epiſcopus. de præ-
ben. in 6.
Benefacit dictum Felin. in c. de cætero. col.
3. de re iudi. poſt Bal. in rub. de offic. deleg. col.
5 penult. quòd clauſula, † amoto quolibet illi-
cito detẽtore, ſi non ſumus in caſu, in quo fuit
lata ſententia, & non ſumus in notoriis, requi-
rit ordinem iudiciarium.

EPITOME.

REſtitutio aduerſus regulã de triennali in dubio negatur.

SVMMAE.

1 *Reſtitutio in dubio non datur aduerſus regulam de triennali, & quid quando afferuntur iuſtæ cauſæ num. 2.*
3 *Regula de annali eſt odioſa.*
4 *Derogatio datur quandoque regulæ de annali, non autem regulæ de triennali.*

385. DECISIO. VII. aliàs 20.

1 REſtitutio † aduerſus regulam de triennali
in dubio fuit denegata coram d. Baren.
2 in vna Salamantina del Mercadillo, licèt quis †
afferret iuſtas cauſas credulitatis, quòd cauſa
per ſuum prædeceſsorem eſſet commiſſa per
coniecturas, quas ſupra retuli in deciſ. 3. de re-
ſtit. in integr. quia dixerunt Domini vel in du-
bio denegãdam eſſe reſtitutionem, vt per Sar
nen. q. 58. vel tantùm ex duabus cauſis conſide
ratis per Caſſa. deciſ. 2. de reſtit. in integr. etiã
conſiderabant, quòd erat differentia in regu-
3 la † de annali, quia erat odioſa: quia verba tan-
tùm intelligebantur in non facientem; at iſta
tantùm habebat reſpectum ad pacificè poſſi-
4 dentem, & propterea quandoque † datur de-
rogatio regulæ de annali, non autem iſti.

EPITOME.

REg. de triennali. prodeſt illi, qui habuerat reſignationem ab eo, qui priori die reſignauerat.

SVMMAE.

1 *Reg. de triennali prodeſt ei, qui habuerat reſignationem ab illo, qui priori die reſignauerat & num. 6.*
2 *Titulus coloratus non eſt, qui habetur ad beneficium viuentis.*
3 *Spoliatus non reſtituitur abſq; titulo colorato.*
4 *Reg. triennali non eſt locus, quando quis poſſedit beneficium viuentis, vel non vacans.*
5 *Conditio, quatenus collatio ad nos pertineat, poſita in literis Papæ, facit, vt ea ceſſante, ceſſet literarum diſpoſitio.*
7 *Tituli minor color pro triennali requiritur, quàm pro reſtitutione.*
8 *Conditionem non adimplenti eſt quod imputetur.*

386. DECISIO. VIII. aliàs 31.

REgulam de triennali tenuerunt Domini de
1 anno 1551. prodeſſe † illi, qui habuerat re
ſignationem ab eo, qui priori die reſignauerat,
non obſtante quòd quidam dicerent contra-
2 rium. Primo quia non † eſt titulus coloratus,
qui habetur ad beneficium viuentis: quo caſu
3 in ſpolio † non daretur reſtitutio, vt per deciſ.
439. in nou. Et Staph. fol. 178. Et maximè quia
aliàs dicebatur tentum coram Puteo in vna Iſ-
4 palen. dimidiæ portionis, vbi tenuerũt de illo, †
qui poſsedit beneficium viuentis, vel aliàs non
vacans non eſſe locum regulæ de triennali. Et
maximè quia in collatione, quàm facit Papa ſe
5 cũdo reſignatario, eſt conditio, † quatenus col
latio ad nos pertineat: quo caſu ceſſante con-
ditione non eſt locus regulæ, vt per Sarnen. q.
27. & 33.
6 Tamẽ contraria † opinio viſa eſt verior. Pri
mo quia non eſt clarum, quòd prima reſigna-
tio tenuerit, & maxima fuit contumacia pri-
mi reſignatarij, dimittendo videlicet reſignata
rium triennio in poſſeſſione pacifica, ex quo
redditur

redditur, ſi nonnulla ſua reſignatio, ſaltem dubia, ex quo tollebãtur primo loco dicta, licèt
7 etiam illud verum ſit, minorem † colorem in titulo pro triẽnali requiri, quàm pro reſtitutione, vt per Caſsad. deciſ. 7. circa finẽ ſuper reg.

Rurſus ferè nunquàm eſset locus regulæ, ſi admitteretur iſta quæſtio. quòd ius eſset prius penes alium, propter quod inſerretur ad non vacationẽ, vt triennalis non poſset tenere. Et ex hoc inferre, quòd Princeps non contulit, vltra quòd eſt dubium, an eſset vacans. Et cum prima reſignatio tenuerit, de qua re nõ poteſt dubitare ſtante triẽnali. Et ad illud, quod dicitur de conditione per Sarnen. vltra quòd procedit, quando eſt clarum conditionem non eſſe impletam, & in caſu noſtro non eſt clarũ non pertinere collationem, & beneficium non vacare, quòd etiam tollitur, quod dicitur de beneficio viuentis, quod eſt clarum non vaca-
8 re: Reſponde, quòd eſt, † quod imputetur illi qui conditionem non impleuit per triennium. quod etiam, dum alia vice poneretur, tenuerũt Domini, conſiderantes quòd quotieſcunque poteſt dari aliqua exceptio colorata, ſemper ſufficeret, & reſpondebatur ad duas deciſiones in contrarium aliàs factas.

EPITOME.

PRomotum ſe non eſſe reſpondens poteſt nihilominus allegare ſe eſſe diſpenſatum.

SVMMA.

1 *Promotum ſe non eſſe dicens, an nihilominus valeat diſpenſationem allegare? limita, vt num. 4.*
2 *Gomes in reg. de triennali. q. 10. ad fin. num. 23. improbatur. & num. 3.*
4 *Negatiua diſpenſationis probatur ex inſpectione regeſtri ſupplicationum, quòd ſcilicet in eo non nominatur, ſi eſſemus in caſu, quo ſolus Papa potuit diſpenſare.*

387. DECISIO. IX. aliàs 33.

INterrogatus fuerat Didacus Rubin. in vna Placentina de Valuerde coram Auguſtino, nũquid eſset promotus? & reſponderat, quòd
1 non. poſtea volebat † dare de regula de triennali. Et quidam dicebant, quòd poterat, alle-
2 gantes dicta per Sarnen. † in reg. de triennali. q. 10. ad fin. num. 23. quia videbatur quodammodo conſtare, non poterat habere diſpenſationem, & per alias rationes, de quibus ibi.
3 Contraria † tamen ſententia viſa eſt verior, quia imò poteſt allegare diſpenſatum eſse, & quia non eſt de caſibus exceptis in regula. Nõ enim conſtat de non iure, taliter quòd titulus reducatur ad non titulum.
4 Limitabatur † tamen, niſi ille vellet probare negatiuam, quòd non eſset diſpenſatus ex inſpectione regeſtri ſupplicationum, quòd in eo non nominatur, ſi eſsemus in caſu, quo ſolus Papa diſpenſat, ad quod vide Caſsador. deciſ. 8. num. 2. ſuper reg.

SVPER REGVL. REVOCAtione Vnionum.

EPITOME.

VNio facta loco pio omnino neceſſaria, prout ſi ſine illa non poſſent pauperes ſe ſubſtẽtare, non reuocatur per regulam reuocatoriam vnionum.

SVMMAE.

1 *Regula reuocatoria vnionum, non reuocat vnionem factã loco pio, & ſine qua pauperes non poſſunt viuere. quia nõ reuocaretur etiam per generalem reuocationem. et n. 2.*
3 *Priuilegiatam cauſam non venire in generali diſpoſitione, quomodo intelligatur?*
4 *Vnio quacumque ratione facta ſine tamen neceſſaria cauſa reuocatur per hanc regul.*
5 *Vniones præſumuntur factæ ex iuſta cauſa.*
6 *Dos neceſſaria quæ ſit.*
7 *Epiſcopus tenetur dotare cauſam piam, ſi alius non eſſet qui dotaret.*
8 *Deciſ. Rotæ 784. in antiquis intellectus.*

388. DECISIO. Vnic. aliàs 12.

1 REgula reuocatoria † vnionum non reuocat vniones factas loco pio, quando eſſet omnino neceſſaria, vt ſi ſine illa non poſſent ſe
2 ſuſtentare pauperes illi. Quia tunc in generali † reuocatione eam non venire tenuerunt Domini referentes aliàs bis ita fuiſſe reſolutum in vna Conchẽ. pro collegio coram d. Epiſcopo
3 Alifano. Et intelligebant illud, quòd † in generali non venit cauſa priuilegiata, vt per Iaſ. in l. 1. ſolut. matrim. & Bal. Nouell. in 6. par. tract. de dot. in 2. ſpecial. & Roma. in l. ſi verò. §. de
4 viro. 24. fallen. ſolut. matrim. alioqui ſi cauſa † neceſſaria non eſſet, tenuerunt quacunque ratione factam vnionem cenſeri reuocatam, quia
5 vniones † regulariter debent præſumi ex iuſta cauſa factæ, & tamen reuocantur.

Dotem

6 Dotē † autem neceſſariam in eadem tenuerunt Domini eſſe, ſi Pontifex vniuiſſet inſtante Epiſcopo à principio, antequam fundata eſſet cauſa pia: quia tunc antequam fundaretur, nō poterat dici Epiſcopū teneri dotare. iux. not. in c.cū ſicut. de conſecrat. eccleſ. vel altar. quia
7 tenetur †tantū dotare, quando non eſſet alius, qui dotaſſet; ſecus autem ſi iam fundata reperiretur. Quia licèt Papa vniret; tamen quia teneretur fundator, & eſſet iam in eſſe deducta, iure actionis ſuccederet doctrina Iaſ. in l. de alimentis. C. de tranſact.

Benefacit, quia aliàs nunquam poſſet dici in dotem neceſsariā? Et ſecundùm hæc intelligi-
8 tur deciſ. † Rotæ 784. in ant.

Fuit enim in iſta conſideratum, quòd fundator à principio impetrauit auxilium à Pontifice, non aliàs facturus.

SVPER REGVL. DE PVblicandis.

EPITOME.

Regulæ, de publicandis, eſt locus, non obſtante inſtrumento poſſeſſionis.

SVMMÆ.

1 *Inſtrumentum poſſeſſionis non impedit, quin ſit locus reg. de publicandis.*
2 *Poſſeſsio inſtrumentalis non ſuffragatur, quia requiritur vltra inſtrumentum aliquis actus publicus.*
3 *Poſseſsio continuata non probatur per inſtrumentum.*
4 *Inſtrumentum arrendationis, & quietantia non habentur pro publicis, quia ſunt actus priuati, & non inferunt ad publicationem.*
5 *Publicatio eſt introducta, vt ea innoteſcat ordinarijs. & etiam reſpectu expectantium, & populis, vt cognoſcant ſuum paſtorem.*

389. DECISIO. I. aliàs 7.

1 Regulæ, de publicandis, eſſe † locum crediderunt Domini in vna Aſtoricen. parochialium coram me, non obſtante inſtrumento poſſeſſionis: quia inſtrumentalem poſſeſ-
2 ſionem † non ſufficere poſt deciſ. Caſsad. 26. ſuper reg. & Sarnen. q. 8. hac reg. cōcluſerunt. quia requiritur vltra inſtrumentum aliquis
3 actus publicus, prout nec continuata † poſſeſſio probatur per inſtrumentū Socin. cōſ. 205. col. fin. verſ. & ita. vol. 2. & clariùs idem Sarnē. q. 11. num. 5.

4 Et non † habuerunt Domini pro publico inſtrumentum arrendationis, & quietantiam: quia dixerunt iſtos actus eſse priuatos, qui nō inferunt ad publicationem. Et dato quòd ille, qui arrendabat, eſset ordinarius, qui faciebat alia arrendamenta, & quidam dicerent, quòd
5 ſufficeret ipſum ſcire: quia publicatio † hæc eſt introducta, vt innoteſcat reſignatio ordinarijs, per Conſil. Roman. 433. aliàs 43. Fuit tandem
6 dictum, quòd imò etiam † reſpectu expectantium, & populi, qui debet cognoſcere ſuum paſtorem, fuit inuenta.

EPITOME.

Poſſeſsio licèt non ſit petita ab Ordinario; tamen ſatisfit regulæ, de publicando, quantum ad petitionem poſſeſsionis, ſi eſt petita ab executore in literis deputato, per illa verba regulæ, quos contingat.

SVMMÆ.

1 *Reg. de publicando, quando dicatur ſatisfactum?*
2 *Reg. de publicando, eſt ritè intelligenda.*
3 *Diſtinguere nos non debemus, vbi regula non diſtinguit.*

390. DECISIO. II. aliàs 8.

1 Voluerunt Domini in vna Abulen. bonorum coram Puteo de anno 1550. eſſe† ſatisfactū huic regulæ quantum ad petitionem poſſeſſionis, licèt poſſeſſio non eſſet petita ab Ordinario, ſi tamen eſſet petita ab executore in literis deputato, per illa verba, quos contin-
2 git, quę ſunt in regula, & quæ reg. † eſt ritè in-
3 telligenda, & vbi nō † diſtinguit, nec nos diſtinguere debemus.

EPITOME.

Reg: de publicandis, procedit in reſeruatione, in qua non aderat menſis, nec tempus præfixum acceptandi cum pinguiſsimis clauſulis, de quibus hic.

SVMMÆ.

1 *Reg. de publicandis, procedit in reſeruatione, in qua non aderat menſis, nec tempus præfixum acceptandi cum pingniſsimis clauſulis.*
2 *Reg. de publicandis, eſt introducta ad tollendas fraudes, & ne inuoluerentur omnia beneficia mundi.*

V 391. DE-

391. DECISIO. III. aliàs 9.

REgulam, de publicandis acceptationibus,
1 voluerunt Domini procedere † in reſerua
tione, in qua non aderat menſis, nec tẽpus prę-
fixum acceptandi cum pinguiſsimis clauſulis,
cum ſuſpenſione expectatiuarum ab beneficia
reſeruata litigioſa, & per eã à tempore accepta
tionis eſse ius plenè quęſitũ ſine alia prouiſio-
ne ex generali dicto Doctorum relato per Sar
nen. poſt Simonett. in q. final. ſuper hac reg. Et
imò faciebat pro iſta deciſione dictum Caſsad.
deciſ. 25. ſuper reg. Et vltra dicta per illos do-
2 ctores conſiderabãt Domini, quòd bona erat †
ratio, quòd propter tollendas fraudes, & ne in-
uoluerentur omnia beneficia mundi, erat intro
ducta prædicta regula.

EPITOME.

REg. de publicandis, verba illa, videl. ſi reſignans obierit in poſſeſsione, intelliguntur etiã de detentatione.

SVMMAE.

1 *Verba illa reg. de publicandis, ſi reſignans obierit in poſ-*
ſeſsione, quo pacto intelligantur?
2 *Poſſeſsionem non dicitur habere reſignans poſt reſigna-*
tionem.

392. DECISIO. IV. aliàs 10.

1 ILla verba † in regula noſtra, ſi reſignans obie
rit in poſseſsione, quia non dicũt, quòd poſ
ſidens obierit, intellexerunt Domini in vna
Abulen. præſtimoniorum coram Puteo de an-
no 1551. non ſolùm de poſseſsione, ſed etiam
2 de detentatione: quia aliàs poſt † reſignationẽ
non poteſt reſignans dici habere poſseſsio-
nem, & in hoc canonizatum fuit conſiliũ Cor-
nei 137. lib. 3.

EPITOME.

REſeruatarius, qui reſignauit reſeruatis ſibi fructibus, tunc dicitur deceſsiſſe in poſſeſsione, ſi vltra perceptionem fructuum feciſſet aliquem actum, ex quo dici poſſet eum deceſsiſſe ſaltem in detentatione beneficij.

SVMMAE.

1 *Reſeruatarius quando dicatur deceſsiſſe in poſſeſsione?*
2 *Sarnen. q. 2. reg. de publican. intellectus.*

393. DECISIO. V. aliàs 11.

IN eadem fuit dictum, quòd intelligendum
eſt illud, quod dicitur vel etiam reſeruata-
1 rium, qui † reſignauit reſeruatis ſibi fructibus,
ita demum dici deceſſiſſe in poſſeſsione, ſi vl-
tra perceptionem fructuum feciſſet aliquem
actum, ex quo poſſet dici eum deceſſiſſe ſaltem
in detentatione beneficij. Nam ſi ſolùm perce
pit fructus ex reſeruatione, & ſic ex ſeruitute
formali, non poteſt dici eum deceſsiſſe in poſ-
ſeſsione beneficij, licèt in perceptione fructuũ
ſecus ſit, ſi permiſit reſignatarium accipere poſ
ſeſsionem beneficij. Et quantum ad titulum ip
ſe nihil fecit, ſed tantùm percepit fructus. Et
2 propterea illud, quod dicit † Sarnen. in q. 2. ſu-
per hac reg. quòd habeat locum etiam in reſer
uatario fructuum, & in præſtimonijs, intellexe-
xerunt Domini procedere, vel quando reſigna
tarius nullam accepiſſet poſſeſsionem, vel ſi re-
ſignans feciſſet aliquem actum circa titulũ be-
neficij vltra perceptionem fructuum.

EPITOME.

REg. de publicandis reſignationibus intra trimeſtre, non eſt locus, ſi ante lapſum trimeſtris Papa reuocaret expectatiuas, & per conſequens regulas illas concernentes.

SVMMA.

1 *Reg. de publicandis reſignationibus intra trimeſtre, quando non ſit locus?*

394. DECISIO. VI. aliàs 32.

1 REgulam, de publicandis † reſignationibus
intra trimeſtre, inclinarunt Domini corá
me non eſſe locum, ſi ante trimeſtre elapſum
Papa reuocaret expectatiuas, & conſequenter
regulas illas concernentes, quia acceptans ha
bet integrum tempus, & eo nondum elapſo, nõ
eſt quid ſibi imputetur. Et cum in fine tempo-
ris nõ reperiatur regula amplius, non tenetur,
cum alii plenè traditis per Sarnen. in 6. q. de
publican.

Digitized by Google

SVPER REG. VLTIMA Pauli de impetr.certo modo.

EPITOME.

Reg. vltima Pauli, de impetrationibus certo modo, declaratur procedere in beneficio etiã modico tempore poſſeſſo.

SVMMAE.

1 *Reg. de impetr. certo modo, procedit etiam in beneficio modico tempore poſſeſſo.*
2 *Reg. Pauli, de impetrat. certo modo, eſt extendenda contra improbos impetrantes.*

395. DECISIO. I. aliàs 1.

1 Reg. vltima † Pauli, de impetrationibus certo modo, in vna Maguntina, & Vormacien. coram d. Fabio de anno 1548. declarata fuit procedere in beneficio etiam modico tempore poſſeſſo. & hoc quia regula diſtinctè loquitur non ſolùm de annali poſſeſſore, ſed ſimpliciter de quolibet impetrante certo modo.
2 & dictum fuit, quòd eſt † extendenda contra improbos impetrantes.

EPITOME.

Reg. Pauli, de impetrat. certo modo, procedit in quocumque pacifico poſſeſſore, dũmodo ſit citra annum.

SVMMAE.

1 *Reg. Pauli, de impetrationibus certo modo, quomodo procedat? & num. 2.*

396. DECISIO. II. aliàs ſub 2.

1 Eandem regulam de † impetratione certo modo, declararunt Domini in vnã Tholetan. parochialis ſanctæ Crucis coram d. Fabio, procedere in quocumque pacifico poſſeſſore, dummodo per mẽſem, vel aliquod tempus no-
2 tabile citra annũ, quia † regula venit addẽdo.

EPITOME.

Reg. de impetrationibus certo modo, non comprehendit eũ, qui impetrauit à ſummo Pontifice beneficium Epiſcopi, qui poſt promotionem ad Epiſcopatum erat intra tres mẽſes, & ſic nondum vacauerat.

SVMMAE.

1 *Reg. de impetrando certo modo, non comprehendit impetrantem à ſummo Pontifice beneficium Epiſcopi intra tres menſes ad ſe conſecrari faciendum præſcriptos.*
2 *Aliàs, dictio quo pacto intelligatur.*
3 *Lex impoſita eſt caſui frequentiori.*

397. DECISIO. III. aliàs ſub 2.

Tenuerunt Domini in vna Maguntina cuſtodiæ coram d. Fabio poſt multas diſpu-
1 tiones regulam iſtam non† comprehendere comitem Io. Albertum Brandeburch, qui impetrauerat à Summo Pont. beneficium Epiſcopi Hiddeſemen. qui poſt promotionem ad Epiſcopatum erat etiam intra tempus trium menſium, & ſic nondum vacabat.

Ratio deciſionis fuit, quia Domini conſiderabant regulam in diſpoſitiua, poſt narratam regulam de annali, & de ſurrogandis, ibi, attendentes, &c. continere duo capita. In primo de impetran. beneficia ob amotionem, priuationem, vel aliàs, quod intelligebant Domini re-
2 ſtringi, tãquam quòd illud verbum, † vel aliàs, intelligeretur de modo vacandi reſtricto tamẽ ad cauſas ſubſequentes, videlicèt propter crimina, & defectus, & iſto caſu bene dicebant Domini poſſe impetrari tam beneficia vacantia, quàm vacatura.

Aliud verò caput, & ſecundum citra crimina, & exceſsus non loqui, niſi tantùm de vacãtibus. Item etiam loqui de his, qui impetrabant beneficium tanquam nullo titulo, vel nõ canonico. Et in caſu noſtro, in quo nec propter crimina, nec propter minus canonicum titulum, ſed nec etiam beneficium erat vacans. Et licèt hęc opinio mihi placeret, quia verbis neceſſariò conſonat, tamen ego dubitabam, quia videbatur, quòd melioris eſſet conditionis tenens beneficium criminosè, quàm alius.
3 Fuit dictum, quòd lex † erat impoſita illi caſui tanquàm frequentiori, item etiam quia iſto caſu Princeps ſciens ante tempus poterat decernere, quòd vacaret, vel non ad libitum.

EPITOME.

Reg. de impetrationibus certo modo, habet locum, dato quòd quis fuiſſet electus à capitulo in

V 2 locum

locum illius, qui non fuerat promotus intra tempus conſtitutionis, quamuis ve niſſet ad Pontificẽ pro noua prouiſione.

S V M M AE.

1 *Reg. de impetrationibus certo modo, eſt locus, etiam quòd quis à capitulo electus in eius locum, qui non fuerat intra tempus conſtitutionis promotus, pro noua prouiſione veniſſet.*

2 *Reg de impetrantibus certo modo, non habet locum in prouiſionibus Ordinariorum.*

3 *Nouę prouiſiones gratiæ ſecundæ quando alios defectus ſupplent, non ſubſunt regulæ. amplia, vt hic.*

398. DECISIO. IV. aliàs 27.

REg. de impetrantibus certo modo, vo-
1 luerunt Domini eſſe † locum, dato quòd
quis fuiſset electus à capitulo in locum illius,
qui non fuerat promotus intra tempus ſecundùm cõſtitutiones, licèt pro confirmatione ve niſset ad Pontificem pro noua prouiſione.

2 Et primo conſideratur, quòd regula † non
habet locum in prouiſionibus Ordinariorum,
vt per Sarnen. in regul. de annali. q. 9. & propterea reg. in fine annullat nouas prouiſiones
ſuper prędictis impetrationibus, non autem ſuper alijs nõ apoſtolicis. Et cõſiderabatur, quod
3 dicit Sarnen. q. 28. circa finem, quòd quando †
nouæ prouiſiones gratiæ ſecundæ alios defe-
4 ctus ſupplent, non ſubſunt regulæ. Quod etiã †
dicebant procedere, ſi electus reſignaſset, vt reſignans non teneatur ſeruare regulam, licèt ſecus in regula de annali, quæ habet locum in quibuſcũque ceſsionibus, & impetrationibus, vt multoties tentum fuiſse dicebant Domini poſt Caſsad. deciſ. 15. ſuper regul. licèt mihi durum videretur. Et ita tenuerunt Domini in vna Piſtoriẽ. corã d. Puteo de anno 1549

EPITOME.

REg. certo modo, eſt locus, non obſtante quòd quis ceſsiſſet liti intra tres menſes, ſi tamen iam ex non obſeruatione in eam incidiſſet.

S V M M AE.

1 *Reg. certo modo, quando ſit locus, non obſtante quòd quis ceſsiſſet liti intra tres menſes. ſecus num. 3.*

2 *Pœnitentia poſt delictum non ſuffragatur.*

399. DECISIO. V. aliàs 28.

REgulæ, certo modo, voluerunt Domini eſ-
1 ſe †locum non obſtante, quòd quis ceſsiſ-
ſet liti intra tres menſes, ſi tamen iam ex non
obſeruatione in eam incidiſset. quia pœniten-
2 tia † poſt delictum non ſuffragatur. Bar. in l. qui
falſam. ff. de falſ. & notatur in l. 1. §. hæc verba.
3 ff. quod quiſque iure. ſecus † ſi non dum incidiſset, quia tunc ſi ante lapſum anni cederent, non inciderent, quia nondum eſset locus pœnę legis, & ita declarabatur deciſ. 16. Caſsad. ſuper regul.

EPITOME.

REgula, certo modo, non procedit, quando ſumus in eo, qui commiſit tantùm cauſam, nec citauit.

S V M M AE.

1 *Reg. certo modo, non procedit in eo, qui cauſam commiſit, & non citauit.*

2 *Reg. certo modo, conſiderat moleſtantes.*

3 *Pœna in fine regulæ certo modo poſita ſi contra fiat, præcedit eius principium.*

400. DECISIO. VI. aliàs 29.

EAndem regulam in eadem voluerunt Do-
1 mini non† procedere, quando ſumus in eo
qui commiſit tantùm cauſam, ſi non citauerit,
2 quia † conſiderat moleſtantes. Item voluerunt
3 pœnam † in fine poſitam, ſi contrafiat, principium præcedere.

SVPER REGVL. DE VAlore &c.

EPITOME.

VAlor, quamuis intelligatur de fructibus in abſentia; tamẽ abſentia intelligitur ad differentiam reſidentiæ, ſeu intereſſentiæ in eccleſia, non autem abſentiæ, taliter quòd debeat haberi ratio de cambio.

S V M M AE.

1 *Sarnen. q. 8. reg. de valore reprobatur.*

2 *Valor intelligitur de fructibus in abſentia.*

3 *Abſentia quomodo intelligatur?*

4 *Valorem computari ſecundùm varietatem regionum, & cambiorum valde inconueniens eſt.*

401. DECISIO. I. aliàs 82.

FVit reſolutum in vna Segobien. de Villa Caſtri coram d. Ant. Aug. quicquid dicat gloſ.

1 gloſ.in regul. 23.& Sarnen.†q. 8.ſuper hac re-
2 gul. quòd licèt †valor intelligatur de fructibus
in abſentia.iux. conſ. Oldr. 118.& quæ dicit Fe-
lin.in c.ad aures.de reſcript.tamen intelligitur
3 abſentia †ad differentiam reſidentiæ,ſeu inter-
eſſentiæ in eccleſia,non autem abſentiæ,taliter
quòd debeat haberi ratio de cambio, quia nõ
4 probatur,& eſſet † valde inconueniens ſecun-
dum varietatem regionum, & cambiorum cõ-
putare valorem.

EPITOME.

GRatia ſuſtinetur, etſi ad duplum valoris expreſsi aſcenderet beneficium, ſi valor eſt expreſſus ad taxationem primæ.

SVMMA.

1 *Valore expreſſo ad taxationem primę,gratia ſuſtinetur,& impetratio,& ſi ad duplum valoris expreſsi aſcenderet beneficium.*

402. DECISIO. II. aliàs 23.

1 VAlore expreſſo†ad taxationem primæ, te-
nuerunt Domini in vna Biſignatẽn.archi
presbyteratus coram me ſuſtineri gratiam,et-
ſi ad duplum valoris expreſſi aſcẽderet bene-
ficium. Faciunt tradit per Sthaphile. tract.lite
rarum.c.13.numer.12.

EPITOME.

REſignatione facta in manibus Papæ ad fauorem certæ perſonæ, ſi reſignatarius expreſsit malum valorem, non dicitur abdicatum ius à reſignante.

SVMMAE.

1 *Reſignatio ſi facta eſt in manibus Pontificis ad fauorem certæ perſonæ,& reſignatarius expreſsit malum valorem,ius à reſignante non dicitur abdicatum, intellige prout num. 2.*
3 *Valori expreſſo dari ſolet augmentum.*
4 *Permutatio nulla exiſtente ex defectu vnius ex permutãtibus,vel amborum, is non poteſt habere regreſſum ad beneficium,quod dimiſit,& quare?*
5 *Differentia quæ ſit inter permutationem, & reſignationẽ?*
6 *Permutatio eſt actus liber.*
7 *Reſignatio ſiue fiat ſub modo, ſiue ſub conditione, ſemper ſecuta Papæ admiſsione, habetur pro conditionali, & niſi ea forma, qua fit, valeat, non valet aliquo alio pacto.*
8 *Modali ex actu,do vt des, oriri repetitionem per conditionem ob cauſam,intellige,vt hic.*

403. DECISIO. III. aliàs 24.

IN vna Conchen. parochialis de Azebio co
ram domino Thoma fuit concluſum die 17.
1 Februarij.1542.quòd ſi†reſignatio fuit facta in
manibus Papæ in fauorem certe perſonæ, &
reſignatarius expreſsit malum valorem, quòd
ex quo gratia à principio eſt nulla propter re-
gulam de exprimendo vero valore in literis, &
ſic à principio nullũ ius fuit reſignatario quæ-
ſitum, quòd per conſequens non fuit ius à re-
ſignante abdicatum,per tex.in l. nec vtilem. ff.
ex quibus cauſ. maior. ex quo erat facta in fa-
uorem certæ perſonæ.
2 Quod intelligebãtur † Domini, niſi in ſup-
plicatione reſignationis eſſet expreſſus verus
valor, quia ex quo poterat expedire ſecundũ
verum valorem,foret à principio ius quæſitũ,
& poſtea expediendo literas non expreſſo ve-
ro valore,ius vacaret ex perſona ipſius.
Et ideo fuit dictum,quòd videatur,an in ſup
plicatione eſſet expreſſus verus valor,vel talis,
3 qui † cum augmento, quod ſolet dari, aſcende
ret ad verum valorem,& probaretur, quòd li-
teræ ex interuallo eſſent expeditæ.
Idque poſt multas altercationes fuit reſolu-
tum coram Guidobono in vna Oxomen. de
Herreros.
Et dum poſtea coram Capizucco in vna Au
guſt.prępoſiturę allegaretur doctri. Dominic.
in c. 1. de rer. permutat. in 6. quòd quando
4 permutatio † eſt nulla ex defectu vnius ex per-
mutantibus,vel amborum,is non poteſt habe-
re regreſſum ad beneficium,quod dimiſit. Nã
ſemper ex ſtylo dicebant Domini fieri debe-
5 re differentiã†inter permutationem,qui†actus
6 eſt liber, vt poſt multos tradit Pariſ. in c. cum
venerabilis.num. 45. de except. & reſignatio-
7 nem, quæ † ſiue fiat ſub modo, ſiue ſub condi-
tione,ſemper quòd Papa in vna,& eadem ſup-
plicatione, eodemque contextu iſtum actum
admittit, ſemper actus habetur pro conditio-
nali, & niſi ea forma, qua fit, valeat, non valet
aliquo alio pacto. Et ita reſpondebant argu-
mento,quod fiebat de tit. de præſcript.verbis,
8 iunct.de condit.ob cauſam.vbi ex † actu moda
li,do vt des, oritur repetitio per conditionem
ob cauſam,& ſic actus valebat: quia id proce-
dit in actu merè depẽdente à partium volun-
tate.

SVPER REG. QVOD Vigore &c. non poſsit quis augere vltra tertiam.

EPITOME.

Regula, quòd vigore clauſulæ, maioris valoris, non poſsit quis augere vltra tertiam, fuit declarata ſimpliciter, prout loquitur, ſecus autē ſi quis obtinuerit, quòd poſsit exprimere, augere, vel minuere vſque ad verum valorem.

SVMMAE.

1 *Reg. quòd vigore clauſulæ, vel maioris valoris, non poſſit quis augere vltra tertiam, declarata eſt ſimpliciter, prout loquitur.*

2 *Reg. quòd non poſſit quis augere vltra tertiam, loquitur de valore annuo, quod an intelligatur de vero? vide hic.*

404. DECSIO. Vnic. aliàs 35.

Regula, quòd vigore clauſulæ maioris valoris, nō poſſit quis augere vltra tertiam,
1 fuit † declarata in vna Oxomen. coram d. Roſſano ſimpliciter, prout loquitur, ſecus autem ſi quis in ſupplicatione obtinuerit, quòd poſſit exprimere, augere, vel minuere vſque ad verū valorē, vt regula intelligatur literaliter, prout iacet in cauſa Oxomen. licèt aliqui reclama-
2 rent, cum quibus ego eram: quia regula † loquitur ſimpliciter de valore annuo: quod intelligitur de vero: & expreſſio, quæ fit in ſupplicatione, eſt quodammodo de his, quæ tacitè inſunt.

SVPER REG. RESERVAtoria octo menſium.

EPITOME.

Regula reſeruatoria octo mēſium durantibus expectatiuis, expirat etiam in locis, vbi nō eſſent expectatiuæ.

SVMMAE.

1 *Regula reſeruatoria octo menſium durantibus expectatiuis, an procedat etiā in locis, vbi non ſunt expectatiuæ.*

2 *Reſeruatio octo menſium ideo fit per Papam, vt poſſit prouidere clericis pauperibus.*

405. DECISIO. Vnic. aliàs 30.

1 Regulam reſeruatoriam † octo menſium, durantibus expectatiuis, expirare etiam in locis, vbi non eſſent expectatiuę, tenuerunt Domini in vna Pampilonen. de Veralto corā domino Veſtano de anno 1550. per dicta Staphil. in tit. de literis. fol. 5. verſ. ex prædictis infertur Sarnen. in tractat. expectatiuarū. n. 20. Pariſ. conſ. 18. in 4. vol. & vltra ſtylum cancellariæ, in quo omittitur narratio reſeruationis durantibus expectatiuis, & quòd in regula dicitur vſque ad conceſſionem expectatiuarū, & illis finitis renouatur regula. Inducebatur
2 ratio: quia ideo † Papa reſeruat octo menſes, vt poſſit prouidere clericis pauperibus, at datis expectatiuis, & ſic prouiſo pauperibus, ceſſat reſeruatio.

SVPER REGVL. MODIFICAtoria indultorum Cardinalium.

EPITOME.

Regula modificatoria indultorū Card. vtentur, vt tantùm indultis, & conceſsionibus aduerſus expectantes ſex menſibus alternatis, mōdificat etiam menſes Ordinariorum.

SVMMAE.

1 *Regula modificatoria indultorum Cardinalium, modificat etiam menſes Ordinariorum & n. 2.*

406. DECISIO. I. aliàs 36.

1 Regula modificatoria † indultorum Cardinalium, vt tantùm ſex menſibus alternatis vtantur indultis, & conceſsionibus aduerſus expectantes, quia enumerat expreſsè duos ex menſibus Ordinariorum, & ſic de illis ſentit Pontifex.

Item quia in ea dicitur, quòd vltra illos mēſes non poſsint vti indultis, & conceſsionibus aduerſus expectantes.

Tentum fuit in vna Tiraſonen. coram domi-
2 no Proſpero, quòd modificet † etiam menſes Ordinariorum: quia in illis menſibus, quòd præiudicent expectantibus, eſt ex conceſſione, & benignitate apoſtolica, prout declarat Staphi. in tract. de literis gratiæ, & iuſtitiæ. fol. 81.

EPI-

Digitized by Google

EPITOME.

CArdinalis poteſt nolle vti indulto, & magis velle vti menſibus Ordinariorum, quamuis acceptando indultum, non poſsit pœuitere.

SVMMAE.

1 *Cardinalis poteſt nolle vti indulto, ſed magis vti menſibus Ordinariorum.*
2 *Regula modificatoria indultorum Cardinalium ſonat in priuilegium, & loquitur per verba poſſunt.*
3 *Indultum ſi acceptauit Cardinalis, non poteſt poſtea ab eo reſilire, quoniam dicitur quaſi contraxiſſe.*

407. DECISIO. II. aliàs ſub 37.

IN eadem etiam regula, & cauſa tētum fuit,
1 quòd † Cardinalis poſsit nolle vti indulto,
& magis vti menſibus Ordinariorum: quia re-
2 gula † ſonat in priuilegium,& loquitur per ver
ba,poſſunt.l.non quicquid.de iudic.l.ſæpe au-
diui Cæſarem.de offic. proconſ. Verumtamen
3 dictum fuit,quòd acceptando † indultum , nō
poteſt poſtea Cardinalis recedere , quia eſt
quaſi contractus.

EPITOME.

REgula Pauli modificatiua indultorum Cardinalium,declaratur tantùm procedere,prout loquitur in beneficijs ſpectantibus ad præſentationem.

SVMMAE.

1 *Regula modificatiua indultorum Cardinalium procedit dūtaxat in beneficijs ſpectantibus ad præſentationem.*
2 *Fauorabile eſt minus, quàm fieri poteſt, modificare indulta Cardinalium.*
3 *Indulta Cardinalium ſunt fauorabilia.*
4 *Geminatio arguit enixam mentem.*
5 *Verba magis, quàm mēs attenditur in regulis cancellariæ.*
6 *Electio etiam comprehenditur ſub verbo, præſentationis.*
7 *Ratio eadem vbi militat, videtur licita etiam extenſio in odioſis.*

408. DECISIO. III. aliàs 13.

REgula Pauli modificatiua indultorū Car-
1 dinalium fuit declarata † tantùm procc-
dere,prout loquitur in beneficijs ſpectantibus
2 ad præſentationem, tum quia eſt fauorabile †
minus,quàm fieri poteſt, modificare indulta:
3 quia ſunt † fauorabilia,& eo magis, quia in tri-
bus,vel quatuor locis dictę regulę habetur ver
4 bum,præſentatio: quæ geminatio † arguit eni-
xā mentem, quòd tantùm in præſentatione eā
procedere voluerit. Et eo magis,quia in regu-
5 lis † Domini volebant magis attendi verba,
quàm mentem , nec volebant extendere,licèt
6 aliqui dubitarent, quia electio † etiam com-
prehenderetur ſub verbo, præſentationis. ad
not.inc. 2.de iur. patron. per Lambertin. in
tract.de iur.patron.in 4.artic.1.q.princip. pri
mæ partis 2.lib.num.9. Et videbatur eadem ra
7 tio: quo † caſu videbatur, quòd eſſet licita ex-
tenſio etiam in odioſis. ad notat.per Alex.in l.
ſi conſtante.3.col.ſolut.matr.

EPITOME.

REgula modificatiua fauore expectantium, procedit etiam in ijs indultis Cardinali cōceſsis, antequàm cederet Epiſcopatui, reſeruata ſibi collatione tantùm.

SVMMAE.

1 *Regula modificatiua fauore expectantium procedit etiam in ijs indultis conceſsis Cardinali in reſignatione Epiſcopatus.*
2 *Verbum, collatione, quid importet?*
3 *Adminiſtrationis appellatione continetur collatio. & an veniat ampliatiuè in caſu iſto?*
4 *Conferendi poteſtas quando attendatur?*
5 *Clauſulę modificantis tantùm indulta eccleſiarum, quibus præſunt Cardinalis intellectus.*

409. DECISIO. IV. aliàs 14.

1 ALia regula † modificatiua fauore expectā-
tium,quæ præſeruat vnum ex illis, quod
nominatum eſt, quia in ea præſeruantur parti-
culariter indulta ſuper Epiſcopatibus, quibus
etiam tantùm nomine præſunt adminiſtratio-
ne, & collatione, fuit declarata in vna Fauen-
tin.S. Laurentij coram me contra Herculem
procedere etiam in his indultis, quę compe-
terent Cardinali, quia conceſſa fuerant illi, an-
tequàm cederet Epiſcopatui reſeruata colla-
tione tantùm:tum quia illud verbum,collatio-
2 ne,† id importat, tum etiam quia regulariter
3 appellatione† adminiſtrationis continetur col
latio.vt per gloſ.in c. is cui.de electio. in 6. Et
propterea venit ampliatiuè, etiam in caſu, in
quo ſola collatio illis eſſet reſeruata.
Et eo magis, quia in materia,de qua agitur,
4 principaliter attenditur poteſtas † conferendi,
&

& propterea Pontifex de ea conſideraſſe cen-
ſendum eſt.
5 Benefacit, quia in principio illa clauſula, †
modificat tantùm indulta eccleſiarum, quibus
præſunt Cardinales, & ſic aut intelligitur de
ijs, quibus pręſunt collatione tantùm,& tunc
etiam in parte præſeruatiua de eis intelligen-
dum eſt. Aut verò ſub illis verbis,præſunt, nõ
comprehenditur iſte caſus, & tunc iſta indulta
non ſunt moderata.

EPITOME.

Regula modificatoria indultorũ Cardinalium abſentium durantibus expectatiuis, vt habeant tantùm alternatos menſes, declaratur procedere tã in Cardinalibus, qui ſemper fuiſſent abſentes, quàm in ijs, qui a principio quamuis præſentes, poſtea ab fuerunt.

SVMMAE.

1 *Regula modificatoria indultorum Cardinalium abſentium, procedit tam in ſemper abſentibus, quàm in præſentibus qui poſtea profectionem fecere amplia prout num. 4.*
2 *Cardinales præſentes, qui laborant, & inhærent lateri Pontificis. ſunt magis priuilegiati.*
3 *Finis non debet aduerſari vni ſpeciei de genere.*
5 *Cardinalis quando non poſsit prouidere?*

410. DECISIO. V. aliàs 15.

Regula moderatoria indultorum Cardina-
lium abſentium durantibus expectatiuis,
vt habeant tantùm alternatos menſes, fuit de-
1 clarata † procedere tam in Cardinalibus, qui
ſemper ſuiſſent abſẽtes, quàm in his, qui à prin
cio prę́ſentes poſtea cęperunt abeſſe, tam pro-
pter generalitatem verbi, abſente, & duranti-
bus expectatiuis, tam conceſsis, quàm conce-
dendis, & ſic iam conceſſæ tempore abſentiæ,
2 quàm etiã per rationẽ priuilegiorũ † propter
præſentiã Card. qui laborãt, & inhęrent lateri.
Nec mouebat ratio, quam quidam conſide-
rabãt, quòd illa regula in fine ſui, ibi, quòdque
quam primum Cardinales abſentes, loquitur
de Cardinalibus abſentibus redeũtibus, & ſic
videbatur dicendum, quòd prima pars regulæ
loquebatur de ſemper abſentibus: quia ego di-
cebam, quòd principium regulę erat generale,
3 & non conueniebat, † quòd finis aduerſaretur
vni ſpeciei de genere. Et ita tenuerunt Domi-
ni in vna Paduana canonicatus coram domi-
no Ant. Auguſt.
4 Supradictam regulam procedere etiam †
voluerunt, ſi adeſſent expectantes, quí modò
acceptaſſent cõtra prouiſum à Cardinali: quia
5 Cardinalis † non poteſt prouidere, per doctri-
nam Felin. in cap. cum ex officij. col. fin. de
prę́ſcript. & deciſ. 5. Caſſad. de præb. licèt ego
multùm clamarem propter verba regulæ, quæ
ſimpliciter dicunt, non obſtare expectantibus,
& ſic videtur, quòd vbi expectantes non ſunt,
regula non loquatur. Et ita tenuerunt Domi-
ni in vna Narni. de S. Flora corã Guidobono.

SVPER REGVL. REVOCAtoria gratiarum.

EPITOME.

Regula reuocatoria gratiarum, quamuis procedat, quãdo quis acceptauit dignitatem tantùm, cum in gratia is haberet ad canonicatum, & dignitatem; id tamen intelligitur, ſi dignitas licèt non eſſet annexa canonicatui, vel præbendæ, tamen eſſet ſolita conferri ſolùm canonico.

SVMMAE.

1 *Regula reuocatoria gratiarum non reuocat gratias, quæ in aliqua parte ſunt ſortitę effectum, neque procedit re nõ integra, puta quando quis obtinuiſset canonicatũ, & expectaret præbendam. num 2. amplia, quando quis haberet gratiam ad canonicatum. & dignitatem, & acceptaſſet tantùm dignitatem. num. 3. limita. prout num. 4.*
5 *Diuiduorum vnum non infert ad aliud.*
6 *C. ſi cui. de præben. in 6. intellectus.*

411. DECISIO. Vnic. aliàs 21.

1 Regula reuocatoria gratiarum, quæ † non
reuocat gratias, quæ in aliqua parte ſunt
2 ſortitę effectum, & quæ non † procedit re non
integra, vt puta, quando quis obtinuiſſet cano
nicatum, & expectaret poſtmodum prębendã,
vt in 1. reſponſo. c. ſi cui. de pręben. in 6. quod
3 ampliatur † per Faſtol. cauſ. 23. dub. 44. quẽ ſe-
quitur Felin. in c. in noſtra. 39. corellar. in fine
de reſcrip. Aen. de Falcon. in tract. reſeruat. in
4 4. q. in 47. effectu. vt procedat, † quando quis
acceptaſſet dignitatem, & in gratia haberet ad
canonicatum, & dignitatem, & dignitatem tan
tùm acceptaſſet: quia magis dignum &c. quod
intel-

intelligunt, etiam ſi dignitas, & canonicatus nō eſſent annexi.

Tamen in vna Palentina canonicatus corā domino Reomano dixerunt Domini dictum
4 Faſtol. eſſe † intelligendum, ſi dignitas licèt nō eſſet annexa canonicatui, vel prębendę; tamen eſſet ſolita conferri ſolùm canonico: alioquin ſi quis haberet gratiam ad canonicatum, & dignitatem ſeparatos; poſito etiam quòd acceptaſſet dignitatem, ſuperueniente reuocatione,
5 expiraret quoad dignitatem: quia in † diuiduis vnum nō infertur ad aliud, vt per omnes in d.
6 c. ſi cui. & quia tex. † in eo. c. ſi cui. in verſic. nō ſic. loquitur in dignitate ſolita conferri canonico, & ratio maioris, & minoris dignitatis habet tantùm locum in caſu illius tex. aliàs non, vt ibi poſt Io. And. Io. de lignan. & Io. Monac. tradunt Franc. & Gemin. qui etiam reſpondēt ad inconueniens, quod fiebat, quòd ſi eſſet ſolita dari, quomodo poſſet eſſe, quòd vacarent ſeparatim.

SVPER REG. DE MVTAtionibus.

EPITOME.

SVmptum producens, in quo non erat annotatus à tergo conſenſus, non tenetur probare conſenſum interueniſſe.

SVMMAE.

1 *Sumptum producens, in quo non eſt à tergo annotatus cōſenſus, an teneatur probare conſenſum interueniſſe?*
2 *Præſumitur expeditio in tempore, & qui vult dicere contrarium, debet probare.*
3 *Præſumitur pro expeditoribus, vt non expediuerint, niſi viſo conſenſu.*
4 *Ordinatus quando eſt aliquis ad maiores ordines à circunſpecto viro, vel promotus ad beneficium requirens clericatum, non tenetur quis probare clericatum.*
5 *Negatiua habens præſumptionem pro ſe, non eſt probanda.*
6 *Negatiua non probatur, quando adeſſet præſumptio pro non delicto.*

412. DECISIO. Vnica. aliàs 25.

REgula de mutationibus, in qua requiritur, quòd cōſenſus mutationis annotetur in libris Cameræ, & ſine annotatione literæ non poſsint expediri, fuit in cauſa, vt dubitaretur in vna Paduana coram domino Ant. Aug. de
1 anno 1549. an producens ſumptum, † in quo non erat annotatus à tergo conſenſus, teneretur etiam probare conſenſum interueniſſe? Et Domini tenuerunt exemplo deciſ. 3. Caſſad. ſuper regul. de non iudic. iux. form. ſupplicat.
2 quòd ſicut ibi † præſumitur expeditio à tempore, & qui vult dicere contrarium, probat, ita
3 in caſu noſtro pro † expeditoribus præſumendum ſit, vt non expediuerint, niſi viſo conſenſu. Pro quo benefacit, quod dicit Felin. in c. ſu-
4 per his. de accuſatio. quòd quando † à circumſpecto viro eſt ordinatus aliquis ad maiores ordines, vel promotus ad beneficium, requirens clericatum, non tenetur quis probare cle-
5 ricatum: quia illa negatiua, † quæ eſſet probanda, habet præſumptionem pro ſe. Et facit etiā quod dicit Iaſ. in l. in illa. de verb. obli. vbi vult
6 tunc non † eſſe probandam negatiuam, quando adeſſet præſumptio pro non delicto, & ſatis eſt, quòd pro expeditoribus præſumatur.

DE PENSIONIBVS.

EPITOME.

PEnſio impoſita contra Titium, & eius ſucceſſorem, non poteſt peti ab eo, qui non eſſet vel ſucceſſor iuris, vel poſſeſsionis.

SVMMAE.

1 *Penſio quando non poteſt peti ab eo, qui non eſt vel ſucceſſor iuris, vel poſſeſſionis?*
2 *Roman. conſil. 368. aliàs 388. declaratur.*
3 *Penſio impoſita ſuper prouiſione facta Titio de beneficio, nullo modo peti poteſt, ſi Titius numquam poſſediſſet, ſed alius in eo præſentatus.*

413. DECISIO. I.

PEnſionem impoſitam contra Titiū, & eius ſucceſſores dixerunt Domini in vna Senen. medietatis fructuum coram me de anno
1 1548. peti † non poſſe ab eo, qui non eſſet vel ſucceſſor iuris, vel poſſeſſionis, & in altero eo-
2 rum intelligebant loqui † Roman. conſ. 368. aliàs 388.
3 Et propterea dixerunt, quòd ſi penſio † erat impoſita ſuper prouiſione facta Titio de beneficio, & Titius nunquam poſſediſset, ſed alius pręſentatus, quòd nullo modo poſſet peti penſio, non aliter diſputato de validitate tituli Titij, de quo vide etiam infra.

EPITOME.

PEnſionem petens reſcindi vti impoſitam vltra ſummam, non poteſt petere penſiones, quæ currũt poſt cæptum iudicium, maximè coram alio iudice, quia eſt ſibimet contrarius.

SVMMAE.

1 *Penſionem vti poſitam vltra ſummam petens reſcindi, nõ poteſt petere penſiones decurſas poſt iudicium tale captum, & quare? num. 2. & 3.*

414. DECISIO. II.

1 PEnſionem dicens † excedere ſummam, de
qua in ſupplicatione, & propterea petens
reſcindi, non poteſt petere penſiones, quę cur-
runt poſt cęptum iudicium, maximè corã alio
2 iudice, quia † eſt ſibi contrarius. Et quia † om-
3 ne ius reſpiciens beneficium deduxit, & prop-
terea Andream Vela attentaſse dixerunt Do-
mini in vna Abulen. penſionis coram d. Puteo
de anno 1548.

EPITOME.

PEnſionẽ à ſucceſſore deberi, quãuis Domini numquam reſoluere voluerint: ſecus tamen eſt in milite S. Io. ſucceſſore, quando beneficiũ eſſet reſignatum reſeruato regreſſu, & fructibus, & intimatæ erant literę reſignanti, & reſignatario.

SVMMAE.

1 *Penſionem an & quando ſoluat ſucceſſor? & num. 2.*

415. DECISIO. III.

1 PEnſionem † licèt Domini nunquam volue
rint reſoluere, quòd debeatur à ſucceſſo-
re, ne in dies peterentur, vt per Gigantem. q.
39. in fine quamuis ibi, & quęſt. 43. contrarium
teneat Caſsad. de locat. deciſ. 4.
Tamen in vna Meliten. coram me de anno
2 1548. Domini tenuerunt, † quòd etiam milites
ſucceſſores teneantur ad eam, quando benefi-
cium eſſet reſignatum reſeruato regreſſu, & fru
ctibus: quia intimatę erant literæ tam reſignan
ti, quàm reſignatario, quia imò eſſet locus
regreſſui.

EPITOME.

PEnſionis nõ ſolutæ vigore an agi poſsit ad canonizationem regreſſus?

SVMMAE.

1 *Penſionẽ non ſolutam petens, an agat ad regreſſum, præſertim contra procuratorem conſtitutum à conuento in cauſa non ſolutionis penſionis, & ad omnes cauſas beneficiales, ciuiles, & criminales? & num. 3.*
2 *Notitia certa, & affirmatiua quando requiratur.*
4 *Beneficialis eſt cauſa, ſi agitur ad canonizationẽ regreſſus, non autem priuationem.*
5 *Priuatio ipſo iure quando dicatur incurſa?*
6 *Tenuta nulliter data, pręcipuè per tres conformes ſententias, eſt manutenenda.*

416. DECISIO. IV.

AGebatur propter penſionem non ſolutam
contra aliquem, qui conſtituit procurato
rem in ea cauſa nõ ſolutionis penſionis, & aliàs
generaliter ad omnes cauſas beneficiales ciui-
les, & criminales.
Dubitatum fuit coram me in vna Romani
1 priuationis, an † vigore non ſolutæ penſionis
poſſet agi ad canonizationem regreſſus? Et do
mini fuerunt varij. Et quidam tenebant, quòd
2 non ſufficeret: tum quia requirebatur † certa,
& affirmatiua notitia, vt per deciſ. 770. & ſeq.
in antiquis; & per ea, quæ latè tradit Caſſad.
3 deciſ. 2. hoc tit. 2. 2. col. Et eo magis, quia † ille,
qui conſtituerat procuratorem in cauſa non
ſolutionis penſionis, non habuerat notitiã ani
mi, quòd ille vellet procedere ad priuationẽ.
iux. d. deciſ. Imò pro eiſdem penſionibus, pro
quibus mouerat iudicium, vt ſolueretur, dubiũ
erat, an poſſet mouere ad regreſſum. iux. not.
per Iaſ. in l. 1. col. 38. de iur. emphit. & Caſſad.
deciſ. 2. locat.
Multi tamen tenuerunt contrarium, conſi-
4 derantes, quòd cauſa erat † beneficialis ad ca-
nonizationem regreſſus, non autem priuatio-
5 nis: quia iam incurſa † erat priuatio ipſo iure,
argum. not. per Iaſ. conſ. 21. col. 3. Item quia
cum eſſent intimatæ literæ penſionario, pote-
rat veriſimiliter ſcire. & per hoc reſpondeba-
tur ad doctrinam Sarnen. in compendio ſigna
tur. num. 75. & 76. vt ipſe etiam declarat pau-
lo inferius num. 82.
Alij verò contrarium tenebant varijs ratio-
6 nibus, &c. Sed tamen omnes † concordarunt,
quòd

Digitized by Google

quòd quia erant tres ſententię conformes, cita
to eodem procuratore latę, & data erat poſſeſ-
ſio, voluerunt, quòd per doctrinam Alex. in l.
ſi finita. §. fin. de dam. inf. tenuta nulliter data
manuteneretur, niſi aliquid in contrarium re
leuans allegaretur.

EPITOME.

PRoceſſus factus ſuper priuatione, & canonizatione regreſſus cum procuratore ex aduerſo conſtituto in cauſa non ſolutionis penſionis per actorem principio intentata, & ad omnes aliàs lites etiam beneficiales, valet.

SVMMAE.

1 *Regreſſus poteſt interdum canonizari etiam cum procuratore ex aduerſo conſtituto ad omnes lites beneficiales in cauſa contra eum mota ſuper non ſolutione penſionis. et num. 5.*

2 *Priuationis in cauſa requiritur citatio, & ſcientia certa.*

3 *Emphitheotam quem priuare velle propter non ſolutionẽ non infertur, quando quis agit ad penſiones.*

4 *Citatio perſonalis requiritur ad videndum declarari ſe incurriſſe in pœnas, & canonizari regreſſum.*

6 *Beneficialis cauſa, non autem priuationis dicitur declaratoria pœna incurſa ob non ſolutionem penſionis.*

7 *Sententia eſt valida lata citato procuratore tantùm, in qua declarabatur reſignatio in confidentiam, quia non priuabat, ſed declarabat ius non competere.*

8 *Sententię generaliter in beneficialibus continere debent ius non competere, non autem priuationem.*

9 *Citatio requiritur in ſententia declarante ius non competere.*

10 *Intimatio facta principali ſine literis penſionis facit, vt poſtea ſufficiat intimare ipſas literas procuratori.*

11 *Intimatio facta penſionario facit ſemper conſtare de voluntate habentis penſionem, quòd vult priuare. in emphitheoſi autem non item.*

12 *Poſſeſſio nulliter tradita quando manutenèatur?*

417. DECISIO. V.

FVit dubitatum coram me in vna Roman.
1 clericatus, numquid † procuratore gene-
rali conſtituto in cauſa non ſolutionis penſio-
nis, & ad omnes aliàs lites etiam beneficiales,
proceſſus poſtea teneret ſuper priuatione, &
canonizatione regreſſus, cum prius ageretur
ad penſiones decurſas ſoluendas? Et licet mul-
2 ti dubitarẽt: quia in † cauſa priuationis requiri-
tur citatio, & ſcientia certa, vt per Rotam in
antiq. deciſ. 776. & ſeq. ac Felin. in c. quoniam.
in §. porrò. vt lit. non cõteſt. de quo & Roman.
conſ. 482. At in caſu noſtro non aderat certa
ſcientia illius, de cuius priuatione agebatur,
qui licèt videret peti penſiones; tamen veriſi-
militer poterat dubitare de pœna priuationis.
Et eo magis, quia vt tradit Caſſad. in deciſ. 2.
3 de locat. non infertur, quòd † quis velit priua-
re emphitheotam propter non ſolutionem: ma
ximè quando agit ad penſiones. Gigas. q. 37.
de penſion. Imò idem Caſſad. 2. deciſ. de pen-
4 ſion. num. 7. vult, quòd pars † debeat perſona-
liter citare ad videndum declarari ſe incurriſſe
in pœnas, & canonizari regreſſum, quæ citatio
in perſonam principalis hic facta non fuit.
5 Voluerunt tamen Domini, quòd ego † de
clararem proceſſum validum propter multa.
6 Primo quia iſta non erat † propriè materia
priuationis, ſed magis cauſa beneficialis, & de-
claratoria pœnæ incurſæ. iux. c. ſecundum. de
hæret. in 6. & Alex. conſ. 6. lib. 3. Iaſ. conſ. 21.
col. 3. lib. 3. Propterea dixerunt aliàs Domini
7 in vna Cæſarauguſtana confidentię ſententiã †
fuiſſe validam citato procuratore tantùm, in
qua declarabatur reſignatio in confidentia:
quia non priuabat, ſed declarabat ius non cõ-
8 petere. quod eſt generale † ita ſententias ferre
in omnibus cauſis beneficialibus, licèt iam di-
cti Alex. & Iaſ. loquãtur de ſententia, nihilomi
9 nus in ea citatio † requiritur, vt per Felin. in c.
Rodulphus. verſ. citatio. de reſcript. quod po-
ſtea tenuerunt Domini in vna Segobien. corã
Veſtano de menſe Nouembris anni 1549. &
in duobus illa cauſa differebat à mea. Primo
quia ibi nec ſuper ſolutione penſionis præceſ-
ſerat citatio, ſecundo quia nec ſubſecuta erat
tenuta, ſeu poſſeſſio.
Conſiderabant etiam Domini in hac cauſa
Romana dictum Sarnen. in compend. vtriuſq.
ſignat. numer. 81. quòd in materia penſionum
10 conſideratur, quòd intimatio † facta principali
ſine literis pẽſionis, facit, vt poſtea ſufficiat in-
timare literas procuratori, & ita eſt vna diffe-
rentia ob non ſolutionem penſionis vigore li-
terarum, & non ſolutionem penſionis vigore
11 contractus emphitheotici: quia in iſta † prop-
ter primam intimationem ſemper dicitur con
ſtare de voluntate habentis penſionem, quòd
vult priuare, ſecus eſt in alia.
Omnes tamẽ concordarunt, quòd quia † erãt
latę tres ſententię priuatorię, & iam erat ſecu-
12 ta traditio poſſeſſionis, quòd tenuta † nulliter
aſsignata deberet manuteneri. iux. doctrinam
Alex. in d. l. ſi finita. §. fin. de dam. inf. niſi pri-
uatus allegaret aliquam vrgentem rationem.

EPITOME.

PEnſionis exactio tantùm fit à ſucceſſore poſſeſsionis, & quomodo poſſeſſor probetur?

SVMMAE.

1 *Penſiones petuntur à ſucceſſore poſſeſsionis tantùm.*
2 *Succeßor in poſſeſsione quis dicitur?*
3 *Poſſeſſor tertius poteſt docere de inualiditate tituli illius, qui conſenſit reſeruationi penſionis.*

418. DECISIO. VI.

1 DIxi ſupra in 1. deciſ. hoc tit. ſucceſſorem † poſſeſsionis tantùm poſſe conueniri pro penſione. quod affirmarunt Domini corã me in vna Aſtoricen. penſionis, dicentes, quòd ex
2 eo † probabatur quis eſſe ſucceſſor in poſſeſſione, ſi tempore conſtitutionis penſionis probaretur poſſeſsio in conſentiente; quia tunc, ſi beneficium repetiretur penes alium, ille diceretur ſucceſſor, ad notat. per Felin. in c. cum ſuper. col. fin. de re iudic. poſt Aegi. deciſ. 709.
3 Bene verum eſt, quòd iſte † tertius poſſeſſor poterit docere de inualiditate tituli cõſentientis reſeruationi penſionis.

EPITOME.

PEnſionis tranſlatio eſt bona, quãuis facta ſit coram executore vigore proceſſus fulminati, dummodo conſtaret poſtea de exemplaribus literis.

SVMMA.

1 *Penſionis tranſlatio eſt bona, etiam ſi facta ſit coram executore, vigore proceſſus fulminati?*

419. DECISIO. VII.

1 TRanſlationem penſionis tenuerunt Domini eſſe † bonam in vna Zamoren. corã me, dato quòd eſſet facta coram executore vigore proceſsus fulminati, dummodo poſtea conſtaret de literis originalibus, vt latè dixi ſupra de offic. deleg. in dec. 2.

EPITOME.

PEnſio eſt valida, non obſtãte quòd ſit impoſita ſuper fructibus, quãuis nihil dictum eſſet, quòd omnes fructus conſiſteret in diſtributionibus quotidianis.

SVMMAE.

1 *Penſio validè imponitur ſuper fructibus conſiſtentibus in diſtributionibus quotidianis, ſtante conſuetudine ita eam imponendi, licèt nil ſit de diſtributionibus dictum.*
2 *Diſtributiones quotidianæ veniunt appellatione fructuum.*
3 *Pẽſio ſuper fructibus reſeruari poteſt, vel per modũ quantitatis, vel quotæ, dummodo reſeruatio medietatem non excedat.*

420. DECISIO. VIII.

1 PEnſionem † validam tenuerunt Domini in vna Iſpalen. coram Fabio, non obſtante, quòd eſſet impoſita ſuper fructibus, licèt nihil dictum eſſet, quòd omnes fructus conſiſterẽt in diſtributionibus quotidianis. Quod magis erat de conſuetudine, & de æquitate, quia penſiones ita imponebantur tempore Leonis,
2 quàm de iure. Nam regulariter appellatione † fructuum non veniũt diſtributiones quotidianæ, prout numerat Probus multos in c. 1. col. fin. de cleric. non reſid. in 6.
3 In eadem tenuerunt Domini non † eſſe differentiam, an per modum quotæ, an per modũ quantitatis penſio reſeruaretur, dummodo talis reſeruatio non excedat medietatem.

EPITOME.

PEnſionarius ad inſtantiam ſucceſſoris tenetur probare poſſeſsionem, vel bonum ius illius, qui primo conſentijt penſioni, intellige, vt infra.

SVMMAE.

1 *Penſionarius quando probare debeat poſſeſsionem, vel bonum ius illius, qui primò conſentijt? limita prout num. 2. & 3.*
2 *Penſioni conſentiens poteſt liberare beneficium à penſionis ſeruitute.*

421. DECISIO. IX.

1 PEnſionarium † ad inſtantiam ſucceſſoris teneri probare poſſeſsionem, vel bonũ ius illius, qui primò conſenſit penſioni, tenuerunt Domini in vna Regien. penſionis coram Capi
2 zucco, niſi † eſſet ſucceſſor illius, qui conſentit penſioni in iure illius haben. tãtùm ab eo, quia non poſſet improbare ius, quod erat in ipſo, quod

3 quod† tamen coram me fuit poſtea limitatum,
ſi ipſe ſucceſſor vellet notoriè docere de non
4 iure conſtituẽtis penſionem:quia & ipſemet †
conſentiens poteſt liberare beneficium à pen-
ſionis ſeruitute . & vide ſupra 1.deciſ.& 5.

EPITOME.

PEnſio dicitur bene conſtituta,quã quis obtinuit ſibi conſtitui literis non confectis, & non intimatis, quamuis Papa caſſaſſet illa verba, literis non confectis, dummodo debens ſoluere modo iam relato ſe obligaſſet.

SVMMAE.

1 *Penſio bene conſtituta dicitur per Papam literis non confectis,neque intimatis,dummodo hac concurrant.*
2 *Mandatum impleri poteſt per æquipollens.*

422. DECISIO. X.

PEnſio, quam obtinuerat quis ſibi cõſtitui,
literis non confectis,& non intimàtis, vo-
1 luerunt † Domini in vna Tarraconen. came-
rariæ coram me,quòd eſſet bene conſtituta, li
cèt Papa cancellaſſet clauſulam , literis non
confectis,dummodo habens ſoluere penſionẽ,
quod erat capitulum,ſe obligaſſet etiam lite-
ris non confectis, nec intimatis: quia manda-
2 tum † poteſt impleri per æquipollens, nam ca-
pitulum non moritur.

EPITOME.

PEnſionem ſoluens metu cenſurarum non conſtituit pẽſionarium in quaſi poſſeſſione exigendi.

SVMMAE.

1 *Penſionem ſoluens metu cenſurarum non conſtituit ſoluentem in quaſi poſſeſſione exigendi.*
2 *Penſionis ſolutio ſi facta eſt cum proteſtatione, quòd metu,cenſurarum,de quibus non appareret, ſemper cenſetur repetita in ſolutionibus conſequentibus factis ſine tali proteſtatione.*
3 *Proteſtatio ex cauſa durat ſemper durante cauſa, & cenſetur repetita.*
4 *Cenſuræ an iuſtæ, vel iniuſtæ dicantur quando non eſt diſtinguendum?*

423. DECISIO. XI.

1 TEntum fuit in Rota ſępius ſoluentem†me
tu cenſurarum non conſtituere penſiona-
rium in quaſi poſſeſsione exigendi,per doctri-
nam Innocẽt.& aliorum in c.cum olim.de reſt.
ſpoliat. Roman.conſ.369.& poſtremo loco de
anno 1553. & menſe Ianuarij coram Reoma-
no ita fuit tentũ.In qua cauſa voluerunt,quòd
2 ſi † ſolutio eſſet facta cum proteſtatione,quòd
metu cenſurarum,de quibus non appareret,&
ideo præſumendum eſſe,quòd id fuiſſet factũ
metu cenſurarum literis contentarum, quòd
quia illa cauſa ſemper durabat, ſemper cenſe-
retur repetita in alijs ſolutionibus poſtea ſe-
quentibus ſine illa,ex communi doctrina in c.
cum M.Ferrarien. de conſtitut.quòd proteſta-
3 tio † ex cauſa durat ſemper durante cauſa, &
cenſetur repetita.ad not.in l.2.quod met cauſ.
Nec ad iſtum finem diſtinguendum eſſe di-
4 cebant,an iuſtæ † eſſent futurę cenſuræ per di
ſtinctionem,quam facit. Abb. in c.cũ dilectus.
extr.quod metus cauſa.2. col. dum facit diffe-
rẽtiam,an agatur ad reſcindendum contractũ,
an ad officium iudicis implorandum.

EPITOME.

REſignatio non valet, non obſtante quòd penſio reſignanti reſeruata fuerat nulla, cum de facto illam acceptauerit,& extinxerit, atque reſignationem nullam non dixerit.

SVMMAE.

1 *Reſignatio qua non valuerit? & num.2.*
3 *Nullum quod eſt ab initio,conualidari non poteſt.*
4 *Reſignans quando etiam volens, non poteſt ius à ſe abdicare?*
5 *Caſſador.deciſ.4.de penſio.intellectus.*

424. DECISIO. XII.

IN vna Tullen.parochialis eccleſiæ S. Pauli,
dubitauit d.Peregrinus Fabius die 3. Iunij
1 1547.vtrum reſignatio† Deſiderij valuerit,nõ
obſtante quòd penſio ſibi reſeruata fuerat nul
la,cum de facto illam acceptauerit, & extinxe-
rit,ac reſignationẽ nullã non dixerit.Hic enim
Deſiderius reſignauerat reſeruata ſibi valida
penſione ſuper hac parochiali reſignata, & nõ
aliàs,aliter,nec alio modo.
2 Dixerunt Domini reſignationem non † ab
initio non valuiſſe,cum pręſupponatur penſio
nẽ fuiſſe nulliter reſeruatam. Vnde licèt reſi-
gnans illam acceptauerit, & extinxerit, tamẽ
3 quòd † nullum fuit,non poteſt conualidari. Et
quia

Digitized by Google

quia ius remanſit in reſignante, quod ab ipſo
abdicari non potuit ſine facto Papæ. Abb.in c.
cum olim.num.19.de re iudic.& habetur in c.
admonet.& in c.in dubijs. de renunciat. Vnde
4 etiam quòd Deſiderius † voluiſset expreſsè re
ſignationem tenere,& abdicare ius à ſe, nõ po
tuiſset ſine facto ſuperioris per prædicta.

Et ad multa, quę ex aduerſo allegabantur,
reſpondebatur,quòd loquebantur in propha-
nis,& in caſu,in quo non tractatur de transfe-
rendo iure de vna perſona in aliam, prout in
5 deciſ. † Caſsad. 4. hoc tit. quæ ex aduerſo al-
legabatur. Et dictum per Sarnen.in reg.de triẽ
nali.q.49. nu. 11. Et ſecundùm iſtam deciſio-
nem in ſimili caſu in vna Aſtoricen.coram Fa-
bio hodie 30.Aprilis 1554.fuit reſolutum, &
Rotam ſæpiſsimè idem tenuiſse dixerunt
Domini.

EPITOME.

VAriatio non conceditur ei, qui per aliquod tempus percepit penſionem, ſi poſtea velit petere fructus, dato etiam quòd habuerit reſeruationem penſionis, vel fructuum, prout maluerit,

SVMMAE.

1 *Variatio percipiendi fructus non conceditur ei, qui conſueuit penſiones exigere, & quare?*
2 *Electione alicui data per verbum ſubiunctiui temporis, variatio non permittitur etiam in contractibus.*
3 *L. ſi ſterilis. §. qui domum. de action. empt. intellectus, & num. 7.*
4 *Electio quando eſt debitoris.*
5 *Variatio faciliùs admittitur in contractibus, quàm in vltimis voluntatibus.*
6 *Variatio in beneficialibus, vel dependẽtibus nõ admittitur.*
8 *Penſio reſpectu conſenſus adæquatur contractibus.*
9 *Electio an conſiderari debeat à principio an quotannis?*

425. DECISIO. XIII.

VAriationẽ tenuerunt Domini in vna Cor-
1 duben. coram domino Fabio fieri † non
poſse, ſi quis per aliquod tempus perceperit
pẽſionem,& poſtea velit petere fructus, etiam
quòd habuerit reſeruationem penſionis, vel
fructuum,prout maluerit: vel quia intelligitur
pro prima vice.l.boues.§. hoc ſermone.de ver
bor.ſignif. vel quia non erat facta enumeratio
ſingulorum annorum, licèt eſset actus annus.
ad not. per Alex. in l. de pupillo.in §. ſi pluri-
bus.de nou.oper.nunciat.& Felin.in c.auditis.
col.fin.de præſcript.Gigas.de penſ.q.83.
2 Accedit prædictis, quia eſt data electio † per
verbum ſubiunctiui temporis: quo caſu etiam
in cõtractibus variatio non permittitur.l.ſi ſti-
pulatus.in princ.de verb.oblig.
3 Et l.† ſi ſterilis.in §. qui domum.iunctis not.
per Doctores de action.empt. dabantur mul-
tæ reſpõſiones: quia ibi aliquid dabatur, vt de-
clarat Bart.in l.ſi ſeruus communis Meuij, &
Titij.§. fin.verſ. ex prædictis. de ſtipulat.ſeru.
4 Item quia electio † ſibi eſt debitoris.l. eum qui
certarũ.§.1.de verb.obligat. Io.Andr.in c. gra
5 tiæ.de reſcrip.tertio ibi ſumus in cõtractibus, †
in quibus faciliùs admittitur variatio,quàm in
vltimis voluntatibus. l. ſerui electione. de le-
gat.1.quę opinio eſt viſa Dominis ęquior: quia
6 ſumus † in beneficialibus, vel in dependenti-
bus,in quibus variatio non admittitur? vt per
Archidiac.in c.nec aptandæ. de conceſs. præ-
ben.in 6.

Et variationem non permiſerunt etiam Do
7 mini,conſiderantes quòd in d. l. ſi ſterilis. † in
§.fin.ratio eſset,quia ſumus in debitore, vt ſen
tit ibi glo.fin.dum allegat.l.plerumque.de iur.
dot.& eſt de mente Bar.per illum tex.in l. eũ
qui certarum.§.fin. Et eodem modo reſponde
tur ad l.pater Seuerinam.§.fin.de cõdit.& de-
monſtr.vltra quòd ille tex.non loquitur de va
riatione.quod eo fortius verũ videbatur ęqui-
8 parando † penſionem reſpectu conſenſus
contractibus, quod tradit Gigas, poſt multos
in q.99.de penſio.

Conſideratum etiam fuit, quod ſatis erat,
quando creditor reſeruat ſibi electionem,an
maluiſset perceptionem fructuum, an penſio-
nem annuam, quòd interpretaremur illam ele
9 ctionem † competere tantùm à principio,non
autem ſingulis annis: cum electio debeat regu-
lariter eſse debitoris,& illa reſeruatio pro pri-
ma vice ſufficiat creditori, nõ autem e contra,
niſi expreſsè de ſingulis annis reſeruaſset ſibi
electionem.

EPITOME.

VAriatio non permittitur facta ſemel electione de habendo penſionem loco fructuum.

SVMMAE.

1 *Variatio numquid permittatur, facta ſemel electione?*
2 *Verborum, quoad vixeris, ſenſus.*
3 *Verborum, ſi malueris, intellectus?*

Ele-

Digitized by Google

4 *Electio prima quando attenditur?*
5 *Electo vno, quando ad aliud non datur recurſus?*

426. DECISIO. XIV.

1 PRæcedens deciſ. de variatione † fuit ſemper tenta à Dominis, poſtquam etiam per annum cauſa poſita eſset, & ratio fundamenta
2 lis erat illa, quia licèt illa verba; † quoad vixeris, eſsent ſemper poſita, vel penſioni annuę,
3 vel perceptioni fructuum; tamen illud verbũ, † ſi malueris, nullum habebat tractum, & non dicebatur, quod malueris, quoad vixeris, ſed tantũ penſionem annuã, quoad vixeris, vel perceptionẽ quoad vixeris, prout malueris. Et pro-
4 pterea † conſumebantur in prima electione. Quia licèt eſsent plures perceptiones, vel penſiones, quando eſsent deductę ad actum, vel plures perceptiones fructuum; tamen quantũ ad deducendum in eſse erant duo actus, vel
5 perceptionis fructuum, vel penſionis, & vno † electo, ad alium non dabatur recurſus.

F I N I S.

Digitized by Google



Digitized by Google

INDEX EPITOMATVM.

Deciſionum R.P.D. Achillis de Graſsis.

A

ABIVRATO propter hæreſis ſuſpicionem, ſunt reſtituenda beneficia, dato quòd tertio fuerint de facto collata. deciſ. 345. ſeu vnica de hæreticis.

Abſolutus à condemnatione in contumaciam illata, & incurſu in pœnas etiam cõminatę priuationis in monitorio contẽtas, debet recuperare ſuum beneficium. deciſ. 132. ſeu 2. de dol. & cont.

Actor poſsidens, ſi cõmittit cauſam appellationis, nec non quam & quas, & non producta appellatione, per dictam clauſulam petit abſolutoriam, eſt ſibi danda. deciſ. 248. ſeu 22. de appellat.

Aegidiana prohibet appellari, dato quòd ante ſubſcriptam ſententiam obtinens appellauerit, quatenus cõtra. nam ob id cauſa non dicitur facta appellabilis. deciſ. 234. ſeu 8. de appell.

Alternatiuæ priuilegium Cardinalibus conceſſum intelligitur, illis volentibus vti. deciſ. 347. ſeu 1. de priuileg.

Appellans à ſecunda ſententia, & ab executorialium relaxatione, ita facit dictam ſecundam ſententiam ſuam, vt ſequens ſententia contra eum ferenda ſit tertia. deciſ. 239. ſeu 13. de appellat.

Appellans, & committens appellationem cum clauſula, quam & quas, ſi deſerta appellatione vigore illius clauſulæ, proſequatur aliquam litem dicitur in ea actor. & quare? deciſ. 233. ſeu 7. de appellat.

Appellante aliquo, ne traderetur poſſeſsio aduerſario, neque tradi poteſt ipſi appellanti. deciſ. 244. ſeu 18. de appellat.

Appellatio eſt de ordinatorijs iudicij, & propterea circa eam ſeruatur forus, in quo litigatur. deciſ. 238. ſeu 12. de appellat.

Appellatio eſt friuola interpoſita à ſententia arbitrorũ laudantium contra recuſantem iudicem. deciſ. 232. ſeu 6. de appellat.

Appellatio extraiudicialis etiam intimata, dummodo cauſa non ſit commiſſa, ad effectum regulæ de ſurrogando, non inducit litem. deciſ. 229. ſeu 3. de appellat.

Appellatio interpoſita ab aliquo coram capitulo, in quo erat ſuus aduerſarius, ſufficit. deciſ. 242. ſeu 16. de appellat.

Appellatione à ſententia lata in poſſeſſorio deſerta, non dicitur deſertum negocium principale. & quare? deciſ. 33. ſeu 17. de reſcript.

Appellatione commiſſa vnà cum negocio principali, ſi adeſt clauſula, quam & quas &c. iudex ad quem procedit non conſtito de appellatione, idem in alijs caſibus hic narratis. deciſ. 30. ſeu 14. de reſcript.

Appellationi non dicitur renunciatum, quando aliquis poſtquàm iudex eum grauauit, appellauit, & quia iudex eum citauit ad videndum ſe aggrauari, & reagrauari, appellans petijt prorogari terminum, & quare? deciſ. 247. ſeu 21. de appellat.

Appellationi, quatenus contra, etiam commiſſa cauſa, non poteſt adhærere appellatus, ſi pro appellante in omnibus eſt pronunciatum. deciſ. 227. ſeu 1. de appellat.

Appellationi renunciat appellans, qui poſt appellationem comparuerat coram iudice à quo, petendo reuocari grauamen per interlocutoriam, & acceptauerat dilationes cum monitionibus. deciſ. 245. ſeu 19. de appellat.

Appellatio procuratoris aſſerentis ſe appellare vigore mandati, quod non eſt bonum, non valet, quamuis oſtenderet poſtea bonum. deciſ. 236. ſeu 10. de appellat.

Appellatio procuraturis requirit intimationem vnà cum mandato. deciſ. 235. ſeu 9. de appellat.

Appellatio ſine ſcriptis, ſi non fiat incontinenti à diffinitiua, non valet, etiam ſi illi per iudicem fuerit delatum, & quid in interlocutoria? deciſ. 228. ſeu 2. de appellat.

Attentaſſe non dicitur, qui puſt inhibitionem rotalem iuit ad conſilium regium pro manutentione poſſeſſionionis ſuæ. deciſ. 262. ſeu 36. de appellat.

Attentata dicitur facta poſt citationem obtentam ab aſſerto procuratore cum cautione de rato admiſſo. & quare? deciſ. 253. ſeu 27. de appellat.

Attentata eſſe reuocanda, dicitur ſententia interlocutoria. deciſ. 257. ſeu 30. de appellat.

Attentata ex ſtylo Rotæ ſunt omnia facta poſt inhibitionem. idque ampliatur. deciſ. 255. ſeu 29. de appellat.

Attentata non dicitur, ſi quis obtinuiſſet ab A.C. monitorium in cauſa beneficiali. deciſ. 250. ſeu 24. de appellat.

Attentata non reuocantur poſt ſententiã interlocutoriam, vel grauamen extra iudiciale intra tempus appellandi, vel poſt appellationem à falſo procuratore, interpoſitam, niſi poſt talem appellationem iuſtificatam. deciſ. 256. ſeu 30. de appellat.

Attentata non ſunt facta per iudicem poſt inhibitionẽ emanatam poſt latam ſententiam, ſtante commiſsione, quòd quatenus cauſa non eſſet instructa, citaret, & inhiberet. deciſ. 259. ſeu 33. de appellat.

Attentata non ſunt purganda, quando facta forent per tertium. deciſ. 254. ſeu 28. de appellat.

Attentata non ſunt, ſi obtinens tres conformes, & executoriales, vel eius ſurrogatus ingreſſus fuerat poſſeſsionem, nec apparebat de intimatione executorialium

rialium, vel de ſeruatione terminorum contra intruſum, & tertius dabat de attentatis. & quare? deciſ. 261. ſeu 35. de appellat.

Attentata reuocantur etiam inſtante eo, qui non habet coloratum titulum. deciſ. 251. ſeu 25. de appellat.

Attentata ſat eſt, vt purgentur per ceſsionem in iudicio factam. deciſ. 249. ſeu 23. de appellat.

Attentata ſunt omnia illa facta poſt appellationem extraiudicialem, quæ tangunt articulum, à quo eſt appellatum, etiam ante inhibitionem. deciſ. 258. ſeu 32. de appellatio.

Attentatum dicitur, quando quis appellauerat, ne traderetur poſſeſsio extraiudicialiter eius aduerſario, ſi poſt talem appellationem ei ſuit tradita. deciſ. 160. ſeu 34. de appellat.

Auocatio cauſæ cum clauſula in reſcripto, quatenus nõ ſit in inſtructa, intelligitur tempore auocationis, alioqui iudex inhibitus attentat. deciſ. 21. ſeu 5. de reſcript.

B

BEneficij prouiſio facta per Nuncium apoſtolicum tamquam vacantis de menſe Pontificis, non capit beneficium, quod vacaſſet alio menſe Ordinarij, etiam ſi adeſſet clauſula, quouis modo. deciſ. 264. ſeu 1. de præbend.

Beneficium manuale, & præſertim regulare non venit appellatione dependentis in reſcripto. deciſ. 271. ſeu 8. de præbend.

Beneficium triplex habens non dicitur habere titulũ coloratum ad obtinendum reſtitutionem. deciſ. 106 ſeu 1. de reſtit. ſpol.

Bulla Archiuiſtarum diſponens, quòd non detur fides notis, niſi ad archiuium portentur, comprehendit etiam collegia. deciſ. 4. de conſtitut.

Bulla Clementis prohibens beneficia patrum conferri eorum filijs, limitatur 1. in beneficijs per parentes ante dictam Bullam dimiſsis: ſecundo ſi parentũ beneficia tunc erant portiones, & poſtea fuerunt effectæ canonicatus. deciſ. 47. ſeu 1. de fil. presb.

C

CArdinalis poteſt nolle vti indulto, & magis velle vti menſibus Ordinariorum, quamuis acceptando indultum non poſet pœnitere. deciſ. 407. ſeu 2. ſuper regul. modificat. indultorum Cardinal. aliàs 37.

Ceſsio bonorum facta non præiudicat creditoribus cõditionalibus. deciſ. 225. ſeu 13. de ſent. & reiud.

Citatio ad domum tantùm facta valet, quãdo notarius in citatione omiſit eam fieri etiam debere in parochiali. deciſ. 147. ſeu 16. de dol. & cont.

Citatio creditorum, & legatariorum in inuentario, ſufficit, quòd ſit vna tantùm peremptoria. deciſ. 303. ſeu 3. de teſtam.

Citatio decreta in parochiali, ſuper qua litigabatur, & in parochiali viciniori, ſi loco parochialis eſt executa in cathedrali, eſt bona. deciſ. 149. ſeu 19. de dol. & contum.

Citationis defectus eſt inſanabilis per commiſsionem in citatione deuolutiua dumtaxat. deciſ. 134. ſeu 4. de dol. & contumac.

Citatio de pupillo etiam ſine tutore, quantum ad effectum regulæ de triennali, vt deſinat eſſe pacificus, valet, & tenet. deciſ. 133. ſeu. 3. de dol. & contum.

Citatio eſt bona, ſi notarius dicat ſe legiſſe, non aliter dato, nec petito exemplo? deciſ. 141. ſeu 11. de dol. & cont.

Citatio eſt bona, ſi nuntius retulit ſe citaſſe perſonaliter, & quia citatus petijt exemplum, quòd nuncius ſecum non habebat, fecit fidem ſe illud tranſmiſiſſe cuidam eius amico, qui reſpondit illud citato conſignaſſe, & habuiſſe ab eo quatuor iulios. deciſ. 148. deciſ. 18. de dol. & cont.

Citatio non arctat, neque deuoluit, niſi *vel legati vel* ſaltem eius exemplum etiam non petenti offeratur modo hic præſcripto. deciſ. 139. ſeu q. de dol. & cont.

Citatio noua requiritur, ſi appellatus non aliter producto proceſſu appellationis, & nullitatis, qui pendebat, obtinet committi cauſam negocij principalis cum narratiua, quòd ſua non intereſt ſaluara ſententias de partibus. deciſ. 143. ſeu 13. de dol. & cont.

Citatio ob non tutum acceſſum ad ciuitatem Beneuentanã ſufficit, quòd ſit facta in ciuitate Veliterna. deciſ. 145. ſeu 15. de dol. & contumac.

Citatio per proclama eſt neceſſaria ad hoc, vt ſententia præiudicet illi, de cuius intereſſe ſecundariò agitur. deciſ. 135. ſeu 5. de dol. & cont.

Citatio per proclama alioqui neceſsaria, vt alicui in intereſſe ſecundariò præiudicet, non ſufficit contra minorem, & quare? deciſ. 136. ſeu 6. de dol. & cont.

Citatio præſumpta, ſcilicet ex miſsione procuratoris, vel eiuſdem comparitione non habet locum primo in pœnam cenſurarum, ſecundo in actu, ex quo neceſſariò infertur ſcientia. deciſ. 137. ſeu 7. de dol. & cont.

Citatio publicata, & affixa ex relatione notarij, eſt bona. deciſ. 142. ſeu 12. de dol. & cont.

Citatio quamuis nulla ſanatur, ſi procurator generalis etiam longè ante conſtitutus comparuiſſet cum certis proteſtationibus. deciſ. 146. ſeu 16. de dol. & con.

Citatio tantùm affixa, & non lecta, non dicitur bene executa, quando forma citationis diceret, affigendã, publicandam, & exequendam. deciſ. 144. ſeu 14. de dol. & cont.

Citatorium debere continere inſertã commiſsionẽ, nõ eſt deciſum, ſed in hoc eſt magis communis opinio Doctorum, quæ poteſt variari ſpacio decem annorum. deciſ. 140. ſeu 10. de dol. & cont.

Clauſula, omni meliori modo, ſi habet copulam, &c, implicat etiam alios modos diuerſos ab expreſsis: ſi autem deeſt dicta copula, &c, non item. deciſ. 373. ſeu vnica. de verb. ſignificat.

Clement. 1. de renunciat. limitatur, quando nulla ſequitur illuſio ſuperioris. deciſ. 312. ſeu 7. de decim.

Clement. vt calumnijs. de re iudic. non procedit, ſi datur de nullitate poſt tres ſentẽtias conformes. deciſ. 214. ſeu 2. de ſenten. & reiudic.

Clericus nõ poteſt legitimari ab Imperatore, niſi quoad bona cum eo poteſt is diſpenſare. deciſ. 338. ſeu 8. qui fil. ſint legit.

Coadiutoris confeſsio non præiudicat coadiuto. deciſ. 162. ſeu 3. de confeſſ.

Coadiutor non poteſt diſmembrare eccleſiam vnitam, & in ea erigere ius patronatus. deciſ. 292. ſeu vnica de

de reb. eccleſ. non alien.

Collatio, ad cuius validitatem debebat ex forma ſtatuti adeſſe vel Epiſcopus, vel eius Vicarius, eſt bona, quãuis Vicarius interuenerit vti canonicus, licèt ad id non fuerit vocatus, neque aliquid dixerit. deciſ. 283. ſeu 2. de conceſſ. pręben.

Collatione canonicatus facta Titio per Epiſcopum habentẽ turnum cum capitulo, Mæuio nihilominus habente expectatiuã capientem talem canonicatum ſi Titius ſpoliatus dicto canonicatu, pro ſuæ poſſeſſionis recuperatione obtinuit iurium Mæuij ceſſionem, ob quam ad dictum canonicatum fuit reintegratus, atque obtinuit canonizari illud ius ceſſum, ſi poſtea vacet aliud beneficium, & capitulum velit illud in ſuo turno conferre, idque etiam Epiſcopus prætendat ex ratione, quia eius collatio non habuit effectum præfertur? deciſ. 282. ſeu prima de conceſſ. præben.

Collegiata non dicitur eccleſia etiam probatis omnibus coniecturis hic enarratis. deciſ. 273. ſeu 10. de præbend.

Coadiutoria tertij non obſtat ad diſcolorandum titulũ ſpoliato, qui vigore ſuæ expectatiuæ acceptauerat. deciſ. 112. ſeu 7. de reſtit. ſpoliat.

Colorata cauſa pro reſtitutione in integrum dicitur vbi executio interuenit? dec. 81. ſeu 3. de reſtit. in integr.

Commiſſa cauſa, & decreta citatione, ſed non executa, quia dicitur deuoluta cauſa conditionaliter, & non plenè, poteſt pars ei renunciare. deciſ. 26. ſeu 10. de reſcript.

Commiſſa cauſa tempore vitæ Clementis ſubiacet eius regulæ de commiſsione cauſæ literis non expeditis. deciſ. 374. ſeu 1. ſuper reg. in genere.

Commiſſio auocatoria coprehenditur ſub deciſ. Rotæ 68. in nou. vt ſcilicet ſaluetur in aliquo ex capitibus vero. deciſ. 27. ſeu 11. de reſcript.

Commiſsio auocatoria quamuis liget ignorantes, id intelligitur, quando commiſsio eſſet motu proprio, alioqui non item. deciſ. 24. ſeu 8. de reſcript.

Commiſsio contra certos nominatos, etiam cum clauſula contra intereſſe putantes, & etiam ſi nominati fuerint canonici, non comprehendit capitulum. deciſ. 19. ſeu 3. de reſcript.

Commiſſione emanata contra omnes ſua intereſſe putantes aliquo ſpeciatim nominato, licèt executor nõ poſsit abſque peculiari mandato ſpecificare citandos, id tamen coarctatur non habere locum, quando in d. commiſſione adeſſet particula illa, quòd intruſorũ nomina habeantur pro expreſsis. deciſ. 23. ſeu 7. de reſcript.

Commiſsio facta prætori cum particula, quòd non obſtantibus ſtatutis, ſummariè procederet, reddit eum delegatum, ita vt poſſit ab eo appellari, quamuis vti ab Ordinario ſtatuto id prohibente non potuiſſet. deciſ. 17. ſeu 2. de reſcriptio.

Commiſsio ſine retardatione ſolutionis penſionis, non producit effectum, niſi conſtet reſeruationem penſionis præceſsiſſe, præſertim ſi commiſsio eſſet ſine cauſa. deciſ. 20. ſeu 4. de reſcript.

Compenſationi non eſt locus in cauſa attentatorum. & quare? deciſ. 252. ſeu 26. de appellat.

Compulſor non debet de neceſsitate eſſe in eccleſiaſtica dignitate conſtitutus. deciſ. 54. ſeu 3. de offic. de legat.

Concordia facta vna die de reſignando beneficium cũ reſeruatione regreſſus, & penſionis certæ, ſi eadem die reperiebatur ſupplicatio ſignata cum conſenſu à tergo, in qua ſolùm reſeruabatur penſio ſine regreſſu, intellecta fuit, vt præſumeretur, quòd condordia præceſserit, quòdque ab ea fuerit receſſum. deciſ. 58. ſeu 1. de pactis.

Concordia ſuper beneficialibus, quoniam non valet, etiam ſi actum fuerit, vt confirmaretur per ſummũ Pontificem, ante illius confirmationem ſemper poterit diſſolui. deciſ. 59. ſeu 2. de puncti.

Condemnatus ad fructus perceptos intelligitur propriè de his, qui per ſe perceperãt, non autem de his fructibus, quos perceperat tertius, in quem poſt litẽ motam condemnatus alienauerat. deciſ. 126. ſeu 21. de reſtit. ſpoliat.

Confeſsio facta ab vno tamquam procuratore ei non nocet effecto principali. deciſ. 164. ſeu 5. de onfeſs.

Confeſsio mulieris, vel minoris requirens ex forma ſtatuti certas ſolemnitates, procedit in confeſſione ſimplici; in confeſsione autem habente aliquas præſumptiones pro ſe nõ itẽ. deciſ. 160. ſeu 1. de confeſ.

Confeſsio rectoris vnius eccleſiæ continens eam eſſe membrum alterius eccleſiæ, facta ad effectum, vt ſe defenderet ab actione ſpolij contra eum intentata, non prȩiudicat confitenti effecto rectori illius eccleſiæ. deciſ. 163. ſeu 4. de confeſſ.

Confeſsio tacita, quæ oritur ex productione inſtrumenti, non præiudicat in alio iudicio. deciſ. 161. ſeu 2. de confeſſ.

Confirmatione ex apoſtolica facta in generali derogatione pactorum, non cenſetur ſublata concordia confirmata per ſedem apoſtolicam. deciſ. 60. ſeu 3. de pact.

Conſenſus morte reſignantis per procuratorem tunc eſt verus, quando procurator dediſſet ſupplicationem in vita reſignantis, vel feciſſet aliquem actum, aut mandatum aceeptaſſet. deciſ. 38. ſeu 1. de renunciat.

Conſenſus tertij requiſitus in gratia beneficij habita an poſsit obtineri poſt gratiam, ſi neutri, alteri primo conceſſam? deciſ. 279 ſeu 16. de præben.

Conſtitutum habetur pro vera traditione, ad effectum vt haberetur pro executione, & ex eo inferretur executionem eſſe factam in contractu nominato. deciſ. 293. ſeu 1. de empt. & vendit.

Conſtitutum factum mulieri abſenti ab illo, qui conſtituit ſe poſt mortem alicuius poſsidere, non tranſtulit adeo poſſeſsionem, vt ſpoliatus poſsit poſtea ratificare. deciſ. 123. ſeu 18. de reſtit. ſpol.

Contumax verus, ad hoc vt ſententia ſit valida, & mereatur executionem, dicitur is, qui citatus perſonaliter, conſtituit procuratorem, qui procurator ſubſtituit alium, quo procuratore ſubſtituto recedente docto de abſentia, proceſſum fuit per contradictas. deciſ. 131. ſeu. 1. de dol. & contumac.

Conſuetudo optandi canonicatum per antiquiorem portionarium procedit, dato quòd portionarius eſſet archidiaconus. deciſ. 35. ſeu vnica. de conſuet.

D

Decimarum conceſsio non comprehẽdit, noualia, etiam quòd in tali conceſsione eſſent verba habẽ

ria tractum in futurum, & etiam quòd diceret ſuper toto territorio. deciſ. 309. ſeu 4. de decimis.

Decimarum prædialium ſolutionem facere de iure is tenetur, qui in vna paruchia degit, & in alia prædia colit in illo loco, in quo ſita ſunt prædia ceſſante conſuetudine, quæ præcipuè eſt in his attendenda. deciſ. 308. ſeu 3. de decimis.

Decimas eſſe ſoluendas, vel in loco, in quo quis habitat, vel vbi prædia colit, non reperitur per tex. peculiarem deciſum. deciſ. 311. ſeu 6. de decim.

Decil. Achill. 295. ſeu 1. locati. limitatur procedere, quando is, qui dicebatur incurriſſe caducitatem, nihil penitus pro penſionibus decurſis poſt litem motam feciſſet: ſecus ſi oblatæ penſiones ore ſaltem fuiſſent. deciſ. 269. ſeu 2. de locato.

Deciſ. Caſſador. 2. vt lit. pend. declaratur procedere, quando nihil eſſet actum per longum tempus, & nihil penitus conſtaret de aliquo iure mouentis litẽ, vel aliquo modo conſtaret de calumnia ab initio. deciſ. 156. ſeu 7. vt lit. pend.

Declaratoria non debet facere mentionem fructuum perceptorum poſt ſententiam, quæ tranſiuit in rem iudicatam. Idemque eſt quo ad expenſas. deciſ. 128. ſeu 23. de reſtit. ſpol.

Decreti in alienationibus minorũ cauſæ cognitio præſumitur, quando probaretur conſuetudo loci, quòd actus fieret in continenti cum decreto? deciſ. 199 ſeu 3. de præſumpt.

Decretum in alienationibus minorũ requirit ſcripturam. deciſ. 167. ſeu 3. de procur.

Decretum in contractu minorum interpoſitum, in quo per ſtatutum requiritur interuentus duorum proximiorum, facit ita præſumi adbibitos in eo fuiſſe proximiores, vel ſi non ſint adhibiti, id eueniſſe, quia non extabant, vt reijciat contrarii probationẽ in aduerſarium, deciſ. 200. ſeu 4. ad præſumptio.

Decretum in reſignatione facta, vel manus appoſitio Papæ, quamuis operetur, quòd nullus inferior poſſit ex eadem vacatione conferre; non tamen inficit prouiſionem per obitum. deciſ. 119. ſeu 14. de reſtitut. ſpoliat.

Decretum irritans appoſitum in regreſſu, non operatur effectum, niſi conſtet de expreſſa, vel tacita acceptatione. deciſ. 286. ſeu 5. de conceſſ. præben.

Decretum irritans regularum, non eſt ſimile decreto cap. 2. de præben. in 6. ad diſcolorandum titulum prout hic. deciſ. 118. ſeu 13. de reſtit. ſpoliat.

Delegatio facta Vicario, eo mortuo, non tranſit ad ſucceſſorem, niſi probetur conſuetudo, vel ſtylus in cõtrarium omnino probandus. deciſ. 51. ſeu 3. de offic. Vicar.

Delegatio præſertim illa, quæ fit primo ante litem, ſed poſt per ſubdelegationem, eſt de ordinatorijs, & ideo valet ſubdelegatio facta coram iudice eccleſiaſtico etiam inter Romanos, non obſtante vrbis ſtatuto. deciſ. 52. ſeu 1. de offic. deleg.

Deſerta cauſa dicitur in primo anno, ſi ſit tãtùm cauſa commiſſa, & nihil factum, ſed ſi emanauerint citatio & inhibitio, non niſi per biennium deſeritur. deciſ. 237. ſeu 11. de appell.

Dignitas ſine præbenda cum canonicatu eſt incompatibilis. deciſ. 269. ſeu 6. de præbend.

Dilationes ad partes dantur illi, qui commiſerat cauſã contra Titium, & omnes ſua intereſſe putantes, ſi tertius veniret vigore illius clauſulæ. deciſ. 95. ſeu 2. de dilatio.

Dilationes ad partes datæ fuerunt per Rotam, etiam quòd quis fuiſſet citatus, & per 27. menſes nihil fuiſſet in cauſa factum, dummodo non eſſet ſeruatus terminus ad articulandum. deciſ. 94. ſeu 1. de dilat.

Dilationes in ſummarijs eſſe debent, prout in beneficialibus. deciſ. 96. ſeu. 3. de dilat.

Diſpenſatio ad beneficium ſe extendit etiam ad beneficium iuris patronatus. deciſ. 284. ſeu 2. de conceſ. præben.

Diſpenſatio commiſſa executori, cũ clauſula, ſi ita eſt, redditur nulla, ſi ſtatim præſentatis literis executori, ille diſpenſauit, & quare? deciſ. 48. ſeu 2. de fil. presbyt.

Diſpenſatio præſumitur ex communi reputatione cum curſu decem, vel viginti annorum. deciſ. 197. ſeu 1. de præſumpt.

Diſtributiones quotidianæ ſunt etiam, quòd aliquid dietim non ſoluatur, ſed poſt longum tempus, cum tamen in ſolutione habeatur reſpectus ad ſingulas horas. deciſ. 275. ſeu 12. de præben.

Diuiſio præſumitur ex curſu longi temporis, quando conſtat ambas partes aliquid poſsidere; ſi autẽ vnus tantùm poſsideret, non item. deciſ. 198. ſeu 2. de præſumpt.

Donatio facta pro ſe, & deſcendentibus ex ſuo corpore natis, moriente vltimo ex deſcendentibus, tranſit ad hæredes donatarii. deciſ. 300. ſeu vnica de donat.

E

ECcleſia, vel collegium petens ſe reſtitui in integrum etiam aduerſus aliam eccleſiam debet ſoluere expenſas. deciſ. 226. ſeu 14. de ſent. & re iud.

Epiſcopus Meleuitan. an debeat ſedere poſt Priorem? deciſ. 274. ſeu 11. de præben.

Epiſcopus poteſt acceptare alternatiuam, in præiudicium menſium tributorum ordinarijs collatoribus, etiam inuito capitulo. præſertim in beneficijs ſpectãtibus ad collationem Epiſcopi, ad nominationem capituli. deciſ. 266. ſeu 3. de præben.

Epiſcopus ſolus numquid habeat de iure poteſtatẽ corrigendi pro cauſis criminalibus etiam capitulares? deciſ. 57. ſeu 2. de offic. Ordinar.

Euictionis in materia agnoſci poteſt bona fides, vbi notoriè conſtat de non iure, & intimare ſufficit etiam in ſecunda inſtantia. deciſ. 294. ſeu 2. de emptio. & vendit.

Excommunicationis exceptio quantũ ad impetrationem reſcripti in curia ab excommunicato factam oppoſita, reddit proceſſum nullum. deciſ. 368. ſeu 2. de ſent. excommun.

Excommunicationis publicatio quando veniat reuocanda? deciſ. 370. ſeu 4. de ſentent. excommunic.

Excommunicatus pro fructibus non liquidatis, vel alia incerta quantitate, comparens, & offerens ſeparatum ſatisfacere, non poteſt publicari. deciſ. 267. ſeu 1. de ſent. excommun.

Executor vigore breuis pro accipienda poſſeſsione nomine cameræ cum clauſula, amoto quocumque illicito detẽtore, tenetur aſſumere partes iudicis. deciſ. 384. ſeu 6. aliàs 19. ſuper regul. de triennali.

Exemptio commiſſa conſtito de ſæuitia, conceditur

propter

Digitized by Google

propter actus poſt litem motam, niſi oſtenderetur proceſſus per Epiſcopũ.decis.352.ſeu 16.de priuile.

Exceptiones,quæ poſſunt opponi poſt ſententiam contra executionem, ceſſant poſt datum terminum ad opponendum omnes exceptiones peremptorias,dilatorias,& auomalas.deciſ.206.ſeu 9.de exceptio.

Exemptio plena, & generalis Pontificis aufert etiam ius viſitandi.decis.361.ſeu 15.de priuileg.

Exemptio plena Pontificis liberat etiam à reuerentia Epiſcopi;exemptio autem epiſcopi non item. deciſ. 360.ſeu 14.de priuileg.

Expectatiua ad duos canonicatus non comprehendit duos canonicatus ſub eodem tecto, etiam quòd non contradiceret Ordinarius, & etiam quòd quis prius vnum obtinuiſſet, & illud dimiſiſſet. deciſ. 268. ſeu 5.de præb.

Extrauagans Pauli iij.de poſſeſsione capta vigore monitorij Aud. Cam, vel aliorum per tranſumpta ſupplicationum, interpretatur, vt tunc valeat dicta poſſeſsio, quando ſupplicatio, vel eius tranſumptum eſſet in dicto monitorio inſerta.deciſ.3.de conſtitutio.

F

FAma de morte beneficiati,vt conſtituat Epiſcopum in negligentia ad effectum deuolutionis, debet eſſe omnino clara, & dubia, aliàs non ſufficit. deciſ. 46. ſeu vnica de ſuppl.neglig. prælat.

Familiaris primi Cardinalis iam vita functi,ſi poſtea in familiaritate ſecundi Cardinalis obijt, Pontifex eius beneficia ſolus non prouideat tamquam referuata per regulam cancellariæ, ſed de conſenſu ſecundi Cardinalis? deciſ.378.ſeu 3.aliàs 34.ſuper regul.de impetr.beneſ.per obit.famil.

Familiaritas ad effectum expediendi gratis ſufficienter probat.per cedulam Vicecancellarij. deciſ.168, ſeu 4.de probatio.

Familiaritas non deſiit ex diſceſſu è ciuitate Romana, deciſ.276.ſeu 13.de præben.

Filij, & hæredes aduocati interfecti an poſsint agere ſaltem ad damna,& intereſſe? deciſ. 365. ſeu vnica de iniurijs.

Filius natus ex coniugata cohabitante cum marito, quamuis probetur ex vehementibus coniecturis eſſe potius adulteri,niſi probetur abſentia, vel aliquis defectus mariti,tempore conceptionis, non potuit à dicto putatiuo patre inſtitui. deciſ. 331. ſeu 1. qui fil.ſint legit.

Filius natus ex meretrice eſt capax, vt capiat ex teſtamento patris ſui.deciſ. 305.ſeu 5.de teſtamenti.

Filius poteſt præſcribere cootra patrem.deciſ.210.ſeu 3.de præſcript.

Fratres etiam inuitis coniugibus admitti debent in diſceptatione matrimonij, præſertim ſi pro intereſſe proprio comparent.deciſ.339.ſen vnica. qui matrimon.accuſ.poſſ.

Fructus percepti etiam ij dicuntur,quos percepit tertius à ſpoliante, tamen ex eius ceſsione poſt inhibitionem illi factam.deciſ.125.ſeu. 20.de reſtit. ſpoliat.

Fructuum perceptorum probatio ſufficiens eſt, ſi teſtes dicant ita ſolitum eſſe percipi.deciſ.227.ſeu 22. de reſtit.ſpoliat.

G

GRatia expectatiua capit etiam præſtimonia.deciſ. 288.ſeu 7.de conceſs.præb.

Gratiæ expectatiuæ vigore habentis, quòd quis poſſet capere vnum,vel plura beneficia ſummam 300. ducatorum non excedentia capere poteſt quot vult dictam ſummam conficientia.deciſ.287. ſeu 6. de conceſs.præben.

Gratia eſt ſubreptitia, in qua narrauit quis ſe eſſe compatronum,& tacuit pro illo anno,ex diuiſione aliàs facta per eum cum compatronis, non ſibi, ſed alijs compatronis præſentationem competere.deci.315. ſeu 2. de iur.patronat.

Gratia non eſt ſubreptitia,in qua quis narrauerat ſe iã ex gratia accepta nullum,vel minimum commodũ accepiſſe.& quare? deciſ.280.ſeu 17.de præben.

Gratiam primam habens expectantẽ conſenſum Conſeruatorum vrbis,ſi ante talem conſenſum alius obtineat gratiam,ſi neutri,& poſtea conſenſus Conſeruatorum vrbis ſequatur, conſenſus eſt bonus. vid. tamen in ſeq.deciſ.278.ſeu 15.de præbend.

Gratia,ſi neutri,non eſt ſubreptitia, ſi in ea impetrans non narrauit ſe ideo prima gratia priuatum, quia narrauerat ſe familiarem, & expediuerat gratis. deciſ. 277.ſeu 14.de præbend.

Gratia ſuſtinetur & ſi ad duplum valoris expreſsi aſcẽderet beneficium,ſi valor eſt expreſſus ad taxationẽ primæ.deciſ.402.ſeu 2. ſuper regul.de valore aliàs 23.

H

HAbilitates auctoris, ſat eſt, vt probentur per cõmunem reputationem. deciſ. 169. ſeu 5. de probatio.

Habitus regularis ex dimiſsione,etiam quòd non appareat de animo deſerendi religionem, non incurritur crimẽ apoſtaſiæ, ſed tantùm excommunicatio. deciſ.346.ſeu vnica.de apoſtat.

I

ILlegitimus diſpenſatus ad archidiaconatum, dignitates,& beneficia ſe inuicem compatientia, non poteſt acceptare beneficium, quod vellet retinere, dimittendo primum ex natura diſpenſationis. deciſ. 285.ſeu 4.de conceſs.præben.

Imperator in terris eccleſiæ conſentientibus patre, & filio.poteſt non ſubditum legitimare, etiam ſi talis eſſet filius ſacerdotis. deciſ. 337. ſeu 7. qui fil. ſint legit.

Indulto Cardinalis ſatis derogatum cenſetur per clauſulas,non obſtantibus priuilegijs, indultis &c. conceſsis eccleſiæ, vel illius Præſuli, etiam Cardinalis. deciſ.353.ſeu 7.de priuileg.

Indulto ſtãte,quòd prouiſi teneantur illius vigore expedire literas, & iura cameræ cum effectu per ſoluere, niſi aliquo legitimo impedimento detenti eſſent, numquid aduerſarij intruſio dicatur legitimum impedimentum? deciſ.358.ſeu 12.de priuileg.

Indultum Cardinalis Burgen. comprehendit omnia, & quæcumque beneficia etiam patrimonialia, licèt certa forma in eorum collatione ſeruanda ſit. deciſ. 251.

251.ſeu 5.de priuileg.

Indultum Cardinalis per verba hic relata comprehendit beneficia electiua.deciſ.356.ſeu 10.de priuileg.

Indultorum Cardinalium derogatio intelligitur de indultis conceſsis Cardinalibus extraordinarijs,non ordinarijs collatoribus. deciſ.348.ſeu 2.de priuil.

Infans legitimari nequit, ſi facultas peculiaris non datur. hoc limit.ſi in facultate adſint verba,quoſcúque,vel adeſſet ratificatio. deciſ. 334. ſeu 4. qui fil. ſint legit.

Inhibitio præſumitur ſubſecuta,ſi appareat eodem die facta.& quare? deciſ.263.ſeu 37.de appellat.

Inſtrumentum antiquum enuncians mandatum,illud probat.deciſ.194.ſeu 3.de fid.inſtrum.

Inſtrumentum quantumcumque antiquum,non probat,niſi reperiantur plura inſtrumenta eiuſdem notarij,vel ſaltem illud repertum ſit in aliquo archiuio auctentico.deciſ. 196.ſeu 5.de fid.inſtrum.

Intereſſe putans habere,etiam non nominatus in commiſſione emanata contra aliquem, & omnes ſua intereſſe putantes, cuius commiſsionis vigore fuit decreta citatio,poteſt ſemper venire,& procedere contra actorem abſentem per contradictas. deciſ. 34. ſeu 18.de reſcript.

Intimatio mandati,quando alternatiuè requiritur vel lectio,vel porrectio,non ſufficit,ſi facta fuit per procuratorem comparentem in capitulo, & oſtendentem regreſſum ſui principalis, cum d. mandato,in quo capitulo erat G.qui tunc nullum habebat in id intereſſe. deciſ. 243.ſeu 17.de appellat.

Iuriſdictionem tribuit,parte non opponente,commiſſio,in qua petebatur committi cauſam reſtitutionis in integrũ,ex quo pars narrabat ſe omnibus paruiſſe,& ſignatura reſpondet,prout de iure.deciſ.28.ſeu 12.de reſcript.

Ius à reſignante non dicitur abdicatum, niſi præſtito regreſſu validè.deciſ.41.ſeu 4.de renunciatio.

Ius patronatus,beneficia mixta clericorum ſcilicet, & laicorum,non comprehenduntur ſub regula reſeruatoria octo menſium. deciſ. 316. ſeu 3. de iur. patronat.

Ius patronatus cauſa eſt profana,ad effectũ concedendi remiſſoriam in prima inſtantia.deciſ.324.ſeu 11. de iur.patron.

Ius patronatus competens filijs, & ſucceſſoribus, dicitur translatum cum vniuerſitate per ceſsionem à filio factam de omni iure,quod in hæreditate habebat.deciſ.322.ſeu 9.de iur.patron.

Ius patronatus etiam in parochianis, & alijs magnatibus probatur per tempus immemorabile etiam ex fundatione,& dotatione.deciſ.317.ſeu 4.de iure patronat.

Ius patronatus ex fundatione,& dotatione ſatis dicitur probatum ex tribus antiquiſsimis inſtrumentis enũciantibus ius patronatus alicui ſpectare de iure, vel de conſuetudine.deciſ.320.ſeu 7.de iur.patronat.

Ius patronatus laicorum dicitur, dato quòd ex teſtamento clerici ſit fundata eccleſia, qui voluit præſentationem fieri debere per ſuos hæredes laicos.deciſ. 314 ſeu 1.de iure patr.

Ius patronatus non immutatur ex prouiſione Pontificis.deciſ.326. ſeu 13.de iur.patr.

Ius patronatus poteſt cedi compatrono ſine conſenſu Epiſcopi.deciſ.323.ſeu.10.de iure patron.

Ius patronatus probatur fama in antiquis,quando eam comitatur longiſsima poſſeſsio. deciſ. 319. ſeu 6. de iure patron.

Iuramentum perhorreſcentiæ ſemper poteſt præſtari, etiam poſt executionem,vſque ad brachium ſeculare,& an & quando ſententia ſit nulla eo non præſtito. deciſ. 202. ſeu 2. de iur.iur.

L

Legatum domos ad præſens ſuæ habitationis complectitur domum poſtea per teſtatorem emptam cũ prima eiua domo maiorem,ſi à teſtatore omnes habebantur pro vna.deciſ.304.ſeu 4.de teſtamenti.

Legitimandi poteſtas conceſſa intelligitur *etiam ſtantibus* maſculis legitimis, quando habet hæc verba *videlicet*,vel legitimandi quoſcunque, vel nec nõ abſque præiudicio illorum, qui ab inteſtato deberẽt venire.deciſ. 333.ſeu 3.qui fil.ſint legit.

Legitimatio,non diſpenſatio dicitur illa, per quam plenè ad natalia quis ſuit per Principem laicum reſtitutus, etiam quòd facta foret de filio vxorati. deciſ.335. ſeu 5.qui fil.ſint legit.

Legitimatio,qua reſtitutus quis eſſet natalibus, quamuis limitaretur ſucceſſio, vel adeſſet clauſula,ſine præiudicio venientium ab inteſtato,legitimatio dicitur,non diſpenſatio.deciſ.336.ſeu 6.qui fil.ſint legit.

Lis cẽſetur extincta per deſertionem etiam ſpatio decem annorum, ſi ex actis conſtet de non iure ad effectum, vt Ordinarius valeat illud beneficium conferre tamquam non litigioſum.deciſ.152.ſeu 3. vt lit. pendent.

Lis dicitur eſſe cum particulari de capitulo prouiſo,ſi intimatio collationis factæ per executorem,qui contulerat beneficium,eſſet facta capitulo, in quo fuiſſet præſens is, qui fuerat prouiſus à capitulo de beneficio, ſi capitulum appellaret ab illa collatione executoris. deciſ.153 ſeu 4.vt lit.pend.

Lis dicitur legitimè introducta, tertio veniẽte ad cauſam vigore commiſſionis contra intereſſe putantes. deciſ. 151.ſeu 2.de dol.& contum.

Lis nõ dicitur finita per mortẽ actoris,ad hoc vt reus incipiat eſſe triennalis, niſi per aliquos actus conſtaret ipſum ceſsiſſe illi iudicio, vel reuocaſſe omnes ſuos procuratores.deciſ.157.ſeu 8.vt lit.pend.

Lis nunquid dicatur taliter eſſe ſuper beneficio, vt ſit locus regulę de ſurrogando.deciſ.154.ſeu 5.vt lit.pẽden.

Lis pendere non dicitur ſuper iure percipiendi fructus propria auctoritate lite pendente ſuper beneficio,& iure regrediendi propter reſignationem,vel aliam ſimilẽ cauſã,& ideo talis non attentat.deciſ. 155. ſeu 6. vt lite pend.

Lis prout non dicitur finita per ſententiam, donec non fuerit etiam tradita poſſeſſio,ita nec per ceſsionem adhuc ad impediendum curſum regulæ triennalis. deciſ. 150.ſeu 1.vt lit.pend.

Lite iniuſtè mota durante, ſi nouæ cauſæ caducitatis eo medio tẽpore ſuperuenerunt,poteſt is, qui nouam ſuper his caducitatibus commiſsionem impetrauit,nihilominus obtinere.deciſ.295.ſeu 1.de locato.

Litis deſertio multum differt à litis ceſſatione, & in quo, & quid operetur? deciſ.159.ſeu 10.vt lit.pend.

Literæ epiſcopi diſpenſantis ſuper defectu natalium,etiã ſi eſſent ſine loco, plenè creditur. deciſ. 170. ſeu 6. de probatio.

Digitized by Google

Literæ quamuis concordent cum ſupplicatione in corpore, tamen interdum fuerunt remiſſæ ad corrigendum. deciſ.281.ſeu 18.de præben.

Literis Ordinarij non creditur, etiam quòd in eis eſſent nominati teſtes, & adeſſet ſigillum ipſius Ordinarij, ſi ſecretarius non eſt notarius, vel teſtes non ſunt ſubſcripti.deciſ.172.ſeu 8.de probat.

Literis ordinarijs ordinarij non creditur, dato quòd eſſet Cardinalis Legatus de latere.deciſ.171.ſeu 7.de probation.

Literis ordinarij ſtatur narrantis partes fuiſſe præſentes, & reſignationem coram ipſo fuiſſe factam. deciſ. 123. ſeu 9.de probatio.

Lucrum, quod defertur marito per ſtatutum vrbis, non poteſt à marito via executiua exigi, etiam ſi cauſam habeat ab vxore, quamuis talis via bene competat vxori. deciſ.14.de conſtitut.

M

Maiori, lapſo quadriennio, nec etiam ex noua cauſa datur reſtitutio in integrum.deciſ.86.ſeu 8.de in integr.reſtit.

Mandatum ad acceptandum vigore expectatiuæ datæ de anno 1536.ſi procurator acceptauerat, non debet extendi ad acceptandum ex alia conceſsione anni 1544. deciſ.76.ſeu 16.de procurat.

Mandatum ad cauſas motas, & mouendas comprehendit omnes cauſas etiam poſt exortas. deciſ. 71. ſeu 11. de procurat.

Mandatum contra omnem perſonam non extenditur cõtra vniuerſitatem, collegium, vel capitulum. deciſ. 75. ſeu 15.de procurator.

Mandatum de commendando, vel de diſpenſando an habeat vim vel cõmendæ, vel diſpenſationis.deciſ.78. ſeu 18.de procur.

Mandatum inualidum factum in cauſa canonizationis regreſſus conualidatur per epiſtolam miſsiuam conſtituentis.deciſ.77.ſeu 17.de procurat.

Mandatum purum habens ad conſentiendum renunciationi, ſi non conſentit ante 20.dies, intra quos mandãs mortuus eſt, nihil poſtea aget, dato quòd ante literas limitatas ad hoc inſufficientes habuerit. deciſ. 39. ſeu 2.de renunciat.

Matrimonium dicitur clandeſtinum, ſi in vno loco quis accepiſſet vnam mulierem, & in alio eam duxiſſet, ibique edicta ex conſuetudine requiſita publicaſſet.deciſ. 328.ſeu 1.de clandeſt.deſponſat.

Matrimonij mala fides non purgatur, ſi quis ad alium locum trãsduxit mulierem, ibique edicta de conſuetudine loci publicauit, & per 30.annos cum ea habitauit. deciſ.329.ſeu 2.de clandeſt.deſponſat.

Matrimonium quoad effectum excuſandi filios ab illegitimitate, dicitur clandeſtinum, non propoſitis edictis. deciſ.330.ſeu 3.de clandeſt.deſponſat.

Monachi quamuis præſcripſerint decimas vni eccleſię parochiali debitas, ſi tamen rector, vel capellani dictæ parochiæ non habent aliunde commodam ſuſtentationem, poſſunt eam petere ab ipſis monachis præſcriptione iã dicta nõ obſtãte.deciſ.310. ſeu 2.de dec.

Monachus non poteſt eſſe in iudicio, nec cõſtituere procuratorem ſine licentia ſui immediati ſuperioris, etiam ſi tale mandatum feciſſet in capitulo congregato, & nõ appareret, quòd eſſet prior capituli, niſi cauſa fuiſſet contra monachum commiſſa, & monachus fuiſſet citatus, & à monacho conſtitutus procurator.deciſ.313. ſeu vnica.de regul.

Monachus poteſt eſſe procurator cum auctoritate vicarij eius generalis.deciſ.65.ſeu 5.de procur.

Monitorium eſt aliquo pacto reintegrandum, ſi non habet clauſulam, ſi quis, & in quo eſſent continuatæ cenſuræ ex nunc prout ex tunc. deciſ. 371.ſeu 2.de ſent. excom.

Motui proprio creditur, etiam quòd in eo narretur vel factum alienum, vel in eo ſint verba, cum ſicut accepimus.deciſ.174.ſeu 10.de probatio.

Mulier mortuo marito, debet habere lucrum reſpectiuè ad integram dotem promiſſam ab alio, quàm ab vxore, & nõ in totum ſolutam, pro qua, & donatione propter nuptias promiſſor hypotecauit bona ſua, nõ obſtante vrbis ſtatuto lib.1.c.77.& lib.4.cap.21.deciſ.13. de conſtitut.

N

Negligentia non conſideratur in impetrante poſt triennalẽ poſſeſsionem.deciſ.184.ſeu 20.de probatio.

Negociorum geſtor quamuis acquirat detentationem, vel etiam corporalem poſſeſsionem, poſt ratificationẽ principalis: tamen id non procedit ex eo ſolo, quòd eo abſẽte, alius eſſet ingreſſus poſſeſsionem, & quare? deciſ.121.ſeu 16.de reſtit.ſpoliat.

Noua prouiſio cũ clauſulis ſuper infecto titulo, præſtat, titulum coloratum in poſſeſſorio etiam non facta in ea mentione intruſionis, & malę fructuum perceptionis? deciſ.265.ſeu 2.de præben.

Noua prouiſio, in qua ſunt clauſulæ obſtantiæ, annullatiuæ, & infectiuæ, comprehendit quamcunque nullitatẽ, etiam in qua requireretur diſpenſatio, vel in qua eſſet defectus ſubſtantiæ.deciſ.270.ſeu 7.de præb.

Nullitas etiam notoria & ex defectu citationis cenſetur reiecta à ſtatuto præfigente terminum ad dicendum de nullitate.deciſ.15.de conſtitut.

Nullitas venit æquè principaliter, commiſſa cauſa appellationis, nullitatis, & attentatorum. Et deſerta appellatione, ſi notorium eſt non adeſſe nullitates, & attẽtata omnia cenſentur deſerta.deciſ.31.ſeu 15.de reſcrip.

Nullitatis cauſa incipit pẽdere à tempore commiſsionis, non à tempore citationis, & quare.deciſ. 80. ſeu 2. de reſtit.in integ.

O

Oblatio, & cõſignatio animalium facta factoribus, dicitur bene facta, etiam ſi non conſtet de eorum mandato, ſi tamen dicta animalia fuerint poſtea viſa in caſali creditoris.deciſ.299.ſeu vnica.de ſolut.

Obtinens tres ſententias contra vſumfructuarium, ſi in executione earum proprietarius ſe opponit, obtinens etiam præſtita cautione iux.l.is à quo.de rei uendicat. non poteſt conſequi rem petitam.deciſ.220. ſeu 8. de ſent.& re iud.

Officia etiam eccleſiaſtica, prout prothonotariorum, & ſimil. non vacant per promotionem ad Epiſcopatum. deciſ.36.ſeu 1.de electio.

Omiſſio comparitionis cum conſtitutione procuratorũ facta à notario tam in manuali, quàm in regeſtro, licèt eas poſuerit in ſuo broliardo, nunquid faciat non liter? deciſ.192.ſeu 1.de fid.inſtr.

Ordinarij

Ordinarij, quia impropriè ſunt illi, qui habent poteſtatem conferendi ex aliquo indulto, vel priuilegio ſedis apoſtolicæ, reſeruatio conceſſa exceptis beneficijs, in quibus Cardinales eſſent ordinarij collatores, intelligitur, in quibus Cardinales habent Epiſcopatum, vel aliud ſimile beneficiũ cum ordinaria collatione. deciſ. 56. ſeu 1. de offic. ordinar.

P

PAcificus quis deſinit eſſe, ſi poſt decretã citationem cooſtat in actis de procuratoris conſtitutione, vel de comparitione eiuſdem cum mandato, qoãuis noo appareat de citationis executione. deciſ. 383. ſeu 5. aliàs 18. ſuper regul. de trien.

Patroni prȩſentantes capellanum ad eccleſiam parochialẽ cum conditione, quòd teneretur in ea habere duos capellanos, quos nominabant, & quorum alter erat filius vnius ex patronis, itẽ quòd teoeretur ſalicare porticum, committunt ſimoniam. deciſ. 343. ſeu 4. de ſimonia.

Penſio dicitur bene conſtituta, quam quis obtinuit ſibi conſtitui, literis non confectis, & non intimatis, quãuis Papa caſaſſet illa verba, literis oon confectis, dummodo debens ſoluere modo iam relato ſe obligaſſet. deciſ. 422. ſeu 10. de penſio.

Penſio eſt valida, non obſtante quòd ſit impoſita ſuper fructibus, quamuis nihil dictum eſſet, qoòd omnes fructus conſiſterent in diſtributionibus quotidianis. deciſ. 420. ſeu 8. de penſion.

Penſio impoſita cootra Titiom, & eius ſucceſſores non poteſt peti abeo, qui nõ eſſet vel ſucceſſor iuris, vel poſſeſſionis. deciſ. 413. ſeu 1. de penſio.

Penſionarius ad inſtantiam ſucceſſoris tenetur probare poſſeſsionem, vel bonum ius illius, qui primo conſenſit penſioni. intellige, vt infra. deciſ. 421. ſeu 9. de penſ.

Penſionem à ſucceſſore deberi, quamuis Domini numquam reſoluere voluerint, ſecus tamen eſt io milite S. Io. ſucceſſore, quãdo beneficium eſſet reſignatum, reſeruato regreſſu, & fructibus, & intimatæ erant literæ reſignanti, & reſignatario. deciſ. 415. ſeu 3. de penſion.

Penſionem petens reſcindi vti impoſitam vltra ſummam, non poteſt petere penſiones, quæ currunt poſt cæptũ iudicium, maximè coram alio iudice, quia eſt ſibi contrarius. deciſ. 414. ſeu 2. de penſion.

Penſiooem ſoluens metu cenſurarum non conſtituit pẽſionarium in quaſi poſſeſſione exigendi. deciſ. 425. ſeu 11. de penſion.

Penſionis exactio tantùm fit à ſucceſſore poſſeſsionis, & quomodo poſſeſſor probetur? deciſ. 418. ſeu 6. de penſion.

Penſionis non ſolutæ vigore an agi poſsit ad canonizationem regreſſus. deciſ. 416. ſeu 4. de penſion.

Penſionis translatio eſt bona, quamuis facta ſit coram executore vigore proceſſus fulminati, dummodo conſtaret poſtea de exemplaribus literis. deciſ. 419. ſeu 7. de penſion.

Penſionis translatio facta coram iudice, vel executore vigore proceſſus fulminati, in quo inſertæ erant literȩ poteſtatis translationis penſionis, eſt valida, dummodo poſt factam oppoſitionem conſtet de exemplari. deciſ. 53. ſeu 2. de offic. deleg.

Periurus non amittit regreſſum. deciſ. 201. ſeu 1. de iur. iur.

Permutatio quadrangularis non valet. deciſ. 298. ſeu 2. de rerum permut.

Petitio publicationis teſtium non eſt noua cauſa in reſtitutione in integrum. deciſ. 82. ſeu 4. de reſtit. in integr.

Pontifice abſente etiam pro aliqua parte anni parafrenarij excuſantur à oon publicatione vigore eorum priuilegiorum. quod intelligitur de abſentia longinqua vltra ciuitatem Viterbij. deciſ. 359. ſeu 13. de priuileg.

Poſſeſsio capellæ transfertur etiam per executorem per bireti impoſitionem. deciſ. 102. ſeu 2. de cauſ. poſſ. & propr.

Poſſeſsio capta per annulum, vel per modicum terræ, ex quo intus erant aliqui non animo poſsidendi, ſed cauſa, puta cuſtodiæ, eſt reſtituibilis. deciſ. 101. ſeu 1. de cauſ. poſſeſſ. & propr.

Poſſeſsio licèt non ſit petita ab ordinario, tamen ſatisfit regulæ de publicando, quantum ad petitionem poſſeſsionis, ſi eſt petita ab executore in literis deputato, per illa verba regulæ, quos contingat. deciſ. 390. ſeu 2. aliàs 8. ſuper regul. de public.

Poſſeſsionis traditio facta per capitulum prouiſo ab epiſcopo, habet vim collationis, ita vt de ea oon ſit facienda mentio in ooua prouiſione? Et numquid collatio ſeparatim facta ab epiſcopo, & capitulo oullitatis vitio ſubſit? deciſ. 267. ſeu 4. de præbend.

Poſſeſsio per annulum dicitur etiam quæſita, ſi nuntius, vel ſubexecutor eam non tradidiſſet, ſed eo præſente pars illam accepiſſet. deciſ. 103. ſeu 3. de cauſ. poſſ. & propriet.

Poſſeſsio prius capta nullam parit prærogatiuam. deciſ. 363. ſeu 17. de priuileg.

Poſſeſsio quȩ habetur ex vna cauſa, mutatur ſuperueniente alia noua cauſa, etiam quòd non exeat quis de poſſeſsione. deciſ. 104. ſeu 4. de cauſ. poſſeſſ. & propr.

Poſſeſſorij cauſa poteſt agitari ferijs non obſtantibus. deciſ. 100. ſeu vnica. de ferijs.

Poſſeſſorij in cauſa non appellatur, etiam quòd eſſet poſſeſſorium iuriſdictionis, in quo eſt coloratus titulus. deciſ. 246. ſeu 20. de appell.

Præceptoria S. Io. Hieroſolimit. non venit in generali reſeruatione, de qua in c. 2. de præben. in 6. deciſ. 272 ſeu 9. de præben.

Præſcribere poteſt communitas mortuis omnibus. deciſ. 208. ſeu 1. de præſcript.

Præſcriptio interrupta dicitur, & amiſſa poſſeſsio ciuilis, ſi monachi timore militum dereliquerant eccleſiam vacantem, quæ poſtea à filijs patrimonialibus fuerat occupata. deciſ. 211. ſeu 4. de præſcriptio.

Præſcriptio 30. annorum quamuis obſtet executioni ſententiæ, fallit in executione cȩpta. deciſ. 212. ſeu 2. de præſcript.

Præſcriptio ſtatutaria aduerſus non petentem debitum non procedit, ſi fideiuſſor ſoluerit, & habuerit ceſsionem actionum, etiam quòd noo intimauerit principali debitori. deciſ. 208. ſeu 1. de præſcript.

Prærogatiua conceſſa pauperibus, etiam contra familiares, & officiales fuit declarata tantùm in beneficio ſimplici, & ſine cura. deciſ. 364. ſeu 10. de priuileg.

Præſentatio tantùm dicitur, quãdo fit ſuperiori, alioquin dicitur magis nominatio, & an ad effectum declarandi nouam prouiſionem ſubreptitiam? deciſ. 325. ſeu 12. de iur. patronat.

Præſentatio vna ſufficit, nec reqoiritur titulus, ne dũ quãdo agitur inter patronos, ſed etiam contra Ordinariũ.

deciſ.

deciſ. 318. ſeu 5. de iur. patron.

Primitiæ etiã vltra decimas debẽt parochiæ, in cuius territorio prædia ſita ſunt, non autẽ eccleſiæ baptiſmali, circumſcripta conſuetudine. deciſ. 307. ſeu 1. de decimis.

Primitiæ ſunt de neceſsitate ſoluendæ. deciſ. 307. ſeu 2. de decimis.

Priuationis pœna impoſita à lege, intelligitur ipſo iure. & quid ſi ſit impoſita ipſo iure? deciſ. 366. ſeu vnica de pœn.

Priuilegia conceſſa ſcriptoribus, vt poſsint acceptare, ſunt reſtringenda, vt poſsint acceptare beneficia reſeruata, & affecta in menſibus Ordinarij tantùm. deciſ. 252. ſeu 6. de priuileg.

Priuilegia cum prerogatiuis conceſſa officialibus, de quibus in 2. parte regulæ de prærogatiuis, extenduntur etiam ad fauorem ſcriptorum. deciſ. 349. ſeu 3. de priuileg.

Priuilegium clauſulæ, & de ſecunda expeditione, declaratur tunc competere, niſi aliquis impetraſſet. Item niſi doceret de iuſta cauſa erroris. dec. 350. ſeu 4. de priuil.

Priuilegium conceſſum familiaribus in expeditione expectatiuarum anno ſecundo Pauli iij. numquid ſuffragetur expectatiuis conceſsis anno 11. poſt reuocationẽ primarum. deciſ. 57. ſeu 11. de priuileg.

Probari ſemper poteſt etiam poſt collationem ordinarij, litem eſſe extinctam, vel calumnioſam, vel generaliter talem, quę non afficiat beneficium, quominus Ordinarius diſponere poſsit. deciſ. 158. ſeu 9. vt lit. pend.

Procedi poteſt per contradictas contra citatum, ſi eſt cõmiſſa cauſa ſuper beneficio, & iure patronatus, quamuis poſtea alia commiſsio diuerſa præſentetur. deciſ. 29. ſeu 13. de reſcript.

Proceſſus factus per iudicem recuſatum poſt appellationem per recuſantem interpoſitã eſt nullus, dato quòd non fuerit appellationem proſecutus. deciſ. 205. ſeu 3. de exceptio.

Proceſſus factus ſuper priuatione, & canonizatione regreſſus cum procuratore ex aduerſo conſtituto in cauſa non ſolutionis penſionis per actorem principio intentata, & ad omnes aliàs lites etiam beneficiales, valet. deciſ. 417. ſeu 5. de penſion.

Proceſſus habitus per contradictas ad inſtantiam A. qui petierat à capitulo poſſeſsionem canonicatus vacantis vigore regreſſus B. exiſtente in poſſeſsione vigore prouiſionis ordinarij, & B. proteſtante ſe non moleſtari, alioqui appellante, & A. pariter appellante, & veniente ad curiã, ac B. nõ citato obtinente ſententiam per contradictas, an ſit validus? deciſ. 240. ſeu 14. de appellat.

Profeſsio probatur ex mandato ad reſignandum illud beneficium, quod requirit profeſsionem. deciſ. 175. ſeu 11. de probat.

Profeſsio ſi ex literis ſacræ pœnitentiariæ erat emittenda in manibus cuiuſcumque in eccleſiaſtica dignitate cõſtituti, ſufficit eum emiſiſſe in manibus canonici. deciſ. 17. ſeu 1. de reſcript.

Procurator cum poteſtate ſubſtituendi, poteſt ſubſtituere etiam poſt ſententiam, item poteſt ſubſtituere, quando eſſet effectus dñs litis. deciſ. 64. ſeu 4. de procurat.

Procuratorem conſtituens cum iuramẽto ad caſſandum regreſſum, ſi poſtea eum reuocat incidendo in periurium, non propterea amittit regreſſum. deciſ. 44. ſeu 7. de renunciat.

Procurator habens mãdata duo, bonum ſcilicèt, & malũ, ſi appellauit vigore mali, non iuuatur bono. deciſ. 67. ſeu 7. de procurat.

Procurator in prima inſtantia effectus dominus litis nõ poteſt procedere in ſecunda inſtantia. deciſ. 73. ſeu 13. de procurat.

Procuratorium eſt bonum, & comprehendit cauſas beneficiales, licèt in eo ſit omiſſum nomen, beneficiales, dũ modo ſit dictum, ad cauſas motas & mouẽdas. Et quid ſi dictum ſit, ad cauſas motas tam ciuiles, quàm criminales? deciſ. 69. ſeu 9. de procurat.

Procurator, qui obtinuit tres ſententias, & nunquam produxit mandatum, cum in executione de hoc ei opponeretur, potuit ad validandas ſententias illud producere. deciſ. 66. ſeu 6. de procurat.

Procurator legitimus etiam particularium dicitur, qui fuit conſtitutus ad proſequendum coniunctim, vel diuiſim à canonicis in capitulo congregatis contra quẽdam, qui mouit litem contra conſtituẽtes, & capitulũ. deciſ. 63. ſeu 3. de procurat.

Procuratoris conſtitutio præſertim ad tradendam poſſeſſionem facta à capitulo in tali capella congregato, pluribus canonicis numeratis, valet, quamuis non fuerit dictum eos capitulariter congregatos fuiſſe, & nomine capitulari factam eſſe. deciſ. 291. ſeu 2. de his quæ fiunt à maior. par. cap.

Procurator, qui vigore mandati à conſtituente habiti ad reſignandum, reſignauit illud beneficium, in quo idẽ procurator habebat regreſſum per ceſſum, ſibi nõ præiudicauit. deciſ. 62. ſeu 2. de procurator.

Procurator rectè dicitur cõſtitutus à decano ſolo in cauſa iuriſdictionis inter capitulum, & Epiſcopum. deciſ. 68. ſeu 8. de procurat.

Procurator ſolus poteſt procedere, licèt plures procuratores fuerint conſtituti ſine clauſula, & vnum quemlibet inſolidum, quando in clauſula ratihabitionis fuit dictum, per alterum ex ipſis. deciſ. 61. ſeu 1. de procur.

Procurator vigore noui mandati, mortuo patre, à matre pupilli tutrice nulliter conſtitutus non dicitur reuocatus, quippe qui prius à patre ad illã cauſam fuerat validè conſtitutus. & quare? deciſ. 74. ſeu 14. de procur.

Promotum ſe non eſſe reſpondens poteſt nihilominus allegare ſe eſſe diſpenſatum. deciſ. 387. ſeu 9. aliàs 33. ſuper regul. de trien.

Promotus ad Epiſcopatum titularem non amittit priora beneficia, niſi per adeptionem pacificæ poſſeſsionis dicti Epiſcopatus. deciſ. 37. ſeu 2. de election.

Prouiſus tenetur probare ſe eſſe intra numerum beneficiorum conferendorum. n. 1. deciſ. 66. ſeu 2. de probat.

Q.

QValitas ſe natum fuiſſe ex ſoluto, & ſoluta & diſpenſatum, etiam expreſſa io gratia beoeficij, pro cuius canonizatione ioſtatur, eſt probanda, quamuis ex diſpenſationis narratiua probetur. deciſ. 176. ſeu 12. de probatio.

Quaſi poſſeſsio in iocorporalibus non transfertur in heredem ſioe apprehenſione. deciſ. 105. ſeu 5. de cauſ. poſſeſs. & propriet.

R.

REctor ſcolarium licèt conſueuerit recurrere ad Abbatem pro executione eius ſententiarum, & carceratione ſcolarium, non per hoc datur Abba-

 ti ſpolij

ti ſpolij actionem, ſi rector nouos carceres erigat. & quare? deciſ. 108. ſeu 3. de reſtit ſpoliat.

Regeſtro antiquo recognito ſimpliciter per teſtes, qui licèt non viderint ſcribi, tamen habent notam manũ notarii, vel illam recognoſcunt per comparitionem, pręſtatur fides, alijs præcipuè concurrentibus. deciſ. 193. ſeu 2. de fid. inſtr.

Regreſſu reſeruato in curia per procuratorem à partibus conſtitutum, vti non poteſt reſignans ex cauſa permutationis, rei compermutatæ poſſeſsione præſertim habita. deciſ. 297. ſeu 1. de rer. permut.

Regreſſus caſſatio facta per procuratorem in partibus conſtitutum ad eam caſſandam cum iuramento de non reuocando dictum procuratorem, an valeat, ſi conſtituens poſtea reuocauit procuratorem, & obtinuit abſolutionem à periurio à ſacra pœnitentiaria cum clauſula, ſine præiudicio alicuius, ſi nec reuocationem huiuſmodi in partibus intimauit, ſed dumtaxat in camera apoſtolica, & cancellaria? deciſ. 70. ſeu 10. de procurat.

Regreſſus poteſt caſſari in manibus notarij citra conſenſum Pontificis. deciſ. 43. ſeu 6. de renunciat.

Regula Adriani reuocans regreſſus &c. non procedit in regreſſu ex cauſa ceſsionis litis, niſi aliter doceatur de bono iure. deciſ. 42. ſeu 5. de renunciat.

Reg. certo modo, non procedit, quando ſumus in eo, qui commiſit tantùm cauſam, nec citauit. deciſ. 400. ſeu 6. ſuper reg. certo modo. aliàs 29.

Reg. certo modo, quando ſit locus, non obſtante quòd quis ceſsiſſet liti intra tres menſes, ſi tamen iam ex non obſeruatione in eam incidiſſet. deciſ. 399. ſeu 5. ſuper reg. certo modo, aliàs 28.

Reg. de impetrationibus certo modo, habet locum, dato quòd quis fuiſſet electus à capitulo in locum illius, qui nõ fuerat promotus intra tempus conſtitutionis, quamuis veniſſet ad pontificem pro noua prouiſione. deciſ. 398. ſeu 4. ſuper regul. certo modo, aliàs 27.

Reg. de impetrationibus certo modo, non comprehendit eum, qui impetrauit à ſummo Pontifice beneficiũ Epiſcopi, qui poſt promotionem ad Epiſcopatũ erat intra tres menſes, & ſic nondum vacauerat. deciſ. 397. ſeu 3. ſuper regul. certo modo, aliàs ſub 2.

Reg. de infirmis reſignantibus, procedit in quacumque permutatione, ſiue de æquali, ſiue de inæquali. deciſ. 376. ſeu 1. aliàs 26. ſuper reg. de infirm. reſig.

Reg. de publicandis, eſt locus, non obſtante inſtrumẽto poſſeſsionis. deciſ. 389. ſeu 1. aliàs 7. ſuper regul. de publicandis.

Reg. de publicandis, procedit in reſeruatione, in qua non aderat menſis, nec tempus præfixum acceptandi, cum pinguiſsimis clauſulis, de quibus hic. deciſ. 391, ſeu 3. aliàs 9. ſuper regul. de public.

Reg. de publicandis reſignationibus intra trimeſtre, non eſt locus, ſi ante lapſum trimeſtris Papa reuocaret expectatiuas, & per conſequens regulas eas concernentes. deciſ. 394. ſeu 6. alioqui 32. de public.

Reg. de publicandis, verba illa, videlicet ſi reſignans obierit in poſſeſsione, intelliguntur etiam de detentatione. deciſ. 392. ſeu 4. aliàs 10. ſuper regul. de publicã.

Reg. de triennali, eſt locus, non obſtante quòd cauſa commiſſa eſſet contra duos, & generatim contra intereſſe putantes, quamuis in partibus executa fuiſſet contra alium non nominatum, & in executione diceretur per executorem, quòd exequatur contra illum ad inſtantiam principalis, qui in curia obtinuerat decretum citationis. deciſ. 381. ſeu 3. aliàs 6. ſuper regul. de trien.

Reg. de triennali, non tuetur eum, qui poſt lapſum triennij commiſit cauſam ſuper beneficio, & aduerſarius docuit de nõ titulo. deciſ. 379. ſeu 1. aliàs 4. ſuper reg. de trien.

Reg. de triennali, procedit non obſtante cõmiſsione, & comparitione ſubſecuta, ſi commiſſio cauſæ fuiſſet literis non confectis præſentata. deciſ. 389. ſeu 2. aliàs 5. ſuper reg. de trien.

Reg. de triennali, prodeſt illi, qui habuerat reſignationem ab eo, qui priori die reſignauerat. deciſ. 386. ſeu 8. aliàs 31. ſuper regul. de trien.

Reg. de triennali, quamuis eſſet per Papam prorogata, an ille, qui fuerat poſſeſſor per quadriennium, poſsit gaudere beneficio allegationis Lapi 89. deciſ. 382. ſeu 4. aliàs 17. ſuper reg. de trien.

Reg. de ſurrogandis collitigantibus, verbum, menſis, an detur collitiganti ad impetrandum ſurrogationem, & an currat à tempore obitus? deciſ. 377. ſeu 1. aliàs 16 ſuper reg. de ſurrog.

Regula modificatiua fauore expectantium procedit etiã in ijs indultis Cardinali conceſsis, antequam cederet Epiſcopatui, reſeruata ſibi collàtione tantùm. dec. 409 ſeu 4. ſuper reg. modificatoria, aliàs 14.

Regula modificatoria indultorum Cardinalium abſentiis durantibus expectatiuis, vt habeant tantũ alternatos menſes, declaratur procedere tam in Cardinalibus, qui ſemper fuiſſent abſentes, quàm in ijs, qui à principio quamuis præſentes, poſtea abſuerunt. deciſ. 410. ſeu 5. ſuper reg. modificator. aliàs 15.

Regula modificatoria indultorum Cardinalium, vt tantũ vtantur indultis, & conceſsionibus aduerſus expectantes ſex menſibus alternatis, modificat etiã menſes Ordinariorum. deciſ. 406. ſeu 1. ſuper reg. modificatoria indultorum Cardinalium, aliàs 36.

Regula Pauli modificatiua indultorum Cardinalium declaratur tantùm procedere, prout loquitur in beneficijs ſpectantibus ad præſentationem. deciſ. 408. ſeu 3. ſuper regul. modificatoria. aliàs 13.

Regula, quòd reſtitutio detur ad fauorẽ ſpoliati, qui reſignauerat in fauorem tertij, non procedit, quando ſpolians fuiſſet ſubrogatus in locum reſignatarij. deciſ. 117. ſeu 12. de reſtit. ſpol.

Regula, quòd vigore clauſulæ maioris valoris non poſsit quis augere vltra tertiã, fuit declarata ſimpliciter, prout loquitur, ſecus autem ſi quis obtinuerit, quòd poſſit exprimere, augere, vel minuere vſque ad verum valorem. deciſ. 404. ſeu vnica ſuper reg. de augen. non vltra tertiam partem, aliàs 35.

Regula reſeruatoria octo menſium durantibus expectatiuis expirat etiam in locis, vbi non eſſent expectatiuæ. deciſ. 405. ſeu vnica ſuper regul. reuocatoria octo menſium, aliàs. 30.

Regula reuocatoria gratiarum quamuis procedat, quando quis acceptauit dignitatem tantùm, cum in gratia is haberet ad canonicatum, & dignitatem, id tamen intelligitur, ſi dignitas licèt non eſſet annexa canonicatui, vel prębendæ, tamen eſſet ſolita conferri ſolùm canonico. deciſ. 411. ſeu vnica ſuper regul. reuocator. gratiarum, aliàs 21.

Regula vltima Pauli de impetrationibus certo modo, declaratur procedere in beneficio etiam modico tempore poſ-

re poſſeſſo.deciſ.395. ſeu 1.ſuper reg.certo modo aliâs ſub 2.

Remedium Canon.reintegrandæ.non competit ei,qui ex contractu inutili poſſeſsionem tranſtuliſſet. quod limita,vt hic deciſ.120.ſeu 15.de reſtit.ſpol.

Remiſſoria in cauſa priuationis regreſſus propter non ſolutam penſionem, datur ſub obligatione de ſtando vnicæ.deciſ.99.ſeu 6.de dilatio.

Remiſſoria non datur ſine obligatione de ſtando vnicæ, etiam quòd eam petens habuiſſet vnam ſententiam,& aduerſarius aliam,& poſsideret.deci.97.ſeu 4.de dilat.

Remiſſoriam obtinenti datur dilatio decem, vel quindecim dierum ad plus ad eam accipiendam.deciſ.98. ſeu 5.de dilatio.

Renunciâs in fauorem tertiæ perſonæ,ſi poſtea remanēs in poſſeſſione,fuerit ſpoliatus, etiam quòd is,in cuius fauorem renunciatum eſt, acceptaſſet renunciationem,reſtituitur.deciſ.215.ſeu 10.de reſtit. ſpoliat.

Reſcripti ſignatura habens videlicet. Placet de legitima executione,ſi ſententia lata eſt pro reo,eius ſucceſſor facit poſſeſsionem litigioſam.deciſ.22.ſeu 6. de reſcri.

Reſeruatarius fructuum in aliquo fundo non æquiparatur fructuario,ita vt poſsit propria auctoritate illum colere.deciſ.40.ſeu 3.de renunc.

Reſeruatarius,qui reſignauit reſeruatis ſibi fructibus,tūc dicitur deceſsiſſe in poſſeſsione,ſi vltra perceptionem fructuum feciſſet aliquem actum, ex quo dici poſſet enim deceſsiſſe ſaltem in detentatione beneficij. deciſ. 393.ſeu 5.aliâs 11. ſuper regul.de public.

Reſignatio eſt bona, quæ facta fuit per reſignatarium, reſeruato primo reſignanti regreſſu per ceſſum,vel deceſſum,qui in articulo mortis dedit conſenſum ad reſignandum,& fuit accepta parua data,& reſignans eſt mortuus,ſi tamen poſt aliquot dies gratia eius fuit ſignata ſub illa data accepta cum derogatione regulæ de 20.deciſ.45.ſeu 8.de renunciat.

Reſignatione facta in manibus Papæ ad fauorem certæ perſonæ,ſi reſignatarius expreſsit malum valorem,nō dicitur abdicatum ius à reſignante.deciſ.403.ſeu 3.ſuper regul.de valore.aliâs 24.

Reſignatione facta tertio ,etiam poſt ſpoliationem, in qua quis dicebat ſe ideo reſignare, quia ſciebat ſuum ſpoliatorem cum traxiſſe ad curiam, quia ſciebat eum ſenem, & non poſſe diu viuere, & venire ad litigandū & ideo renunciare,datur reſtitutio.deciſ. 116. ſeu 11. de reſtit.ſpol.

Reſignatio nō valet, non obſtante quòd penſio reſignāti reſeruata fuerat nulla, eum de facto illam acceptauerit, & extinxerit,atque reſignationem nullam non dixerit.deciſ.424.ſeu 12.de penſion.

Reſtitutio aduerſus regulam de triennali,in dubio negatur.deciſ. 285.ſeu 7.aliâs 20.ſuper regul.de trien.

Reſtitutio cōpetit etiam illi , qui vigore expectatiuæ bis, vel ter reuocatæ inſtrumentalem tantùm habebat poſſeſsionem, & non conſtabat de continuatione poſt 20.annos, & vltra.deciſ.111.ſeu 6.de reſtit.ſpol.

Reſtitutio in integrum aduerſus quadriennium quæ datur propter enormiſsimam læſionem, declaratur non reſpectu amiſsionis totius cauſæ, ſed reſpectu eius, quod ſupereſt. deciſ. 84. ſeu 6.de reſtit.in integr.

Reſtitutio in integrum datur etiam in poſſeſſorio,quando ex ſignis per illud inferretur enormiſsimum præiudicium.deciſ.83.ſeu 5.de reſtit.in integr.

Reſtitutio in integrum poſt publicatas atteſtationes nō datur etiam eccleſiæ,niſi doceatur ſummariè,quòd habet nouas probationes. deciſ. 87. ſeu 9. de in integr. reſtit.

Reſtitutio in iuriſdictionalibus abſque titulo colorato non datur agenti contra Ordinarium,ſecus contra nō Ordinarium.deciſ.110.ſeu 5.de reſtit.ſpoliat.

Reſtitutio negatur minori aduerſus lapſum temporis, propter quod perdiderat ius ad beneficium. deciſ. 88. ſeu 10.de in integr.reſtit.

Reuocatio procuratoris conſtituti ad reſignandū in manibus Pontificis ſufficit,quòd fiat in camera,& cancellaria.deciſ.72.ſeu 12.de procurat.

S

Secretarij quamuis habeant in aſſecutione beneficiorum communionem priuilegiorum ſcriptorū,non tamen habent illud, vt non teneantur ad publicationē ſuarum gratiarum,& quare?deciſ.355.ſeu 9. de priuil.

Sententia confirmans primam etiam nullam ex capite iuriſdictionis, eſt valida, & tranſit in rem iudicatam. deciſ.216.ſeu 4.de ſent.& re iud.

Sententiā contra hæredem exequi non poſſe contra legatarium intelligitur,quādo vel legatarius,vel tertius, dum lis agebatur,erant in poſſeſſione rei,ſuper qua litigabatur.deciſ.138.ſeu 8.de dol.& cont.

Sententia contra regul. cancellar.non eſt nulla,ſed tātùm contra ius partis.deciſ.213.ſeu 1.de ſent.& re iud.

Sententia eſt valida, non obſtante quòd eſſet commiſſa cauſa appellationis in curia,& non producta ſententia iudex in negocio principali ſententiauerat, etiam non conſtito in actis de iure obtinentis, eſt tamen in executione iuſtificanda.deciſ.219.ſeu 7.de ſent.& re iud.

Sententia excommunicationis non eſt neceſſe,quòd feratur in monitorijs extra curiam, ſecus in monitorijs in curia.& quare deciſ.372.ſeu 6.de ſent.excom.

Sententia habens,& obtinens ſibi prouideri de beneficio tamquam vacante per violationem ſequeſtri, licèt per reum poſtea daretur de regula de annali, & ſic annullaretur & ſententia, & ſequeſtrum;tamen quia ius erat quæſitum etiam ex ſequeſtro nullo, dicta regula non infringit illud ius extrinſecus.deciſ.375.ſeu 2.ſuper regul.in genere.

Sententia in cauſa ſtatus,puta declarans beneficium eſſe patrimoniale,vel non, facit fidem inter omnes,quia facit ius.deciſ.217.ſeu 5.de ſent.& reiudic.

Sententia,in qua eſſet declaratum attentata adeſſe, & incurſum fuiſſe in cenſuras,de quibus in inhibitione,ſiluari poteſt.deciſ.369.ſeu 3.de ſent.excom.

Sententia lata contra hæredem non præiudicat fideicommiſſario non citato,ſaltem cum citatione generali. deciſ.215.ſeu 3.de ſent.& re iud.

Sententia lata contra Præceptorem Religionis,& in iudicatum tranſacta,exequitur non obſtante impedimento Magni magiſtri.deciſ.223.ſeu 11.de ſent.& reiudic.

Sententia lata contra proprietarium non præiudicat vſufructuario ignoranti.deciſ. 222. ſeu 10.de ſentent. & re iudic.

Sententia lata per contradictas contra citatum per edictum,quæ tranſiuit in iudicatum,non mittitur executioni.& quare?deciſ.221.ſeu 9.de ſent.& re iud.

Sententia lata vigore proceſſus facti per contradictas modo hic expreſſo,& in iudicatum tranſacta,mereretur executionem.deciſ.224.ſeu 12.de ſent. & re iudic.

Sententia, quæ tertio ſcienti præiudicat in poſseſsione, in-
telligitur quantum ad hoc, vt ille non poſſet impedire
executionem, quæ deberet fieri cootra tertium, vel de
poſſeſsione vacante: ſecus autẽ ſi ille tertius ſciens poſ
ſideret, quia non priuaretur ſua poſſeſsione. deciſ. 218.
ſeu 4. de ſent. & re iud.

Sequeſtratio mulieris fieri non debet, quãdo alter ex duo
bus maritis litigantibus eſt in poſſeſsione. deciſ. 327.
ſeu 1. de ſponſalib.

Simoniaca non dicitur electio abbatis, facta præcedente
ſtatuto, quòd Abbas eligẽdus eſſet triennalis, qui prius
erat perpetuus. Item quòd bona, quæ erant abbatis, eſ-
ſent totius conoentus. deciſ. 344. ſeu 5. de ſimon.

Simoniacus io vno beneficio redditur inhabilis ad aliud.
deciſ. 341. ſeu 2. de ſimon.

Simonia dicitur, ſi eadem die quis ſubſtituit generalem
Vicariũ ad conferendum, qui dicta die ei coutulit. de-
ciſ. 340. ſeu 1. de ſimonia.

Simonia non dicitur commiſſa ex concordia, neque ex ſo
lutionibus eius vigore ſecutis, continente, quòd præ-
ſentata alicui coeceſſione apoſtolica, permittente ei
reſeruationem certæ ſummæ penſionis, is cedet bene-
ficio, ſi poſt multos annos nulla præſentata ſedis apo-
ſtolicæ conceſsione is, cui ex dicta concordia cedi de-
bebat beneficium, repertus eſt in illius poſſeſsione, &
penſionis nomine ſoluit. d. titulari in terminis conuẽ-
tis multas pecunias. deciſ. 342. ſeu 3. de ſimon.

Spolians per procuratorem generalem, ſi ſtatim cedat, &
velit procedere in petitorio, auditur, niſi ſpoliatus in-
continenti probet ratificationem ſpolij. deciſ. 122. ſeu
17. de reſtit. ſpol.

Spoliator debet ſoluere fructus etiam conſumptos in lo-
co rei, in quo fuit cõmiſſum ſpoliũ. Amplia, etiã quòd
eſſent ſoluendæ pecunię pro ipſis fructibus. deciſ. 124.
ſeu 19. de reſtit. ſpoliat.

Litis deſertio nocet illi, qui etiam haberet bonum ius, vel dubitabile, vt tollat effectus litis, & quando cum coniecturis, vel ſine finiatur? num. 2. deciſ. 159. ſeu 10. vt lit. pend.

Litis deſertio ſatis multùm differt à litis ceſſatione. num. 1. deciſ. 159. ſeu 10. vt lit. pend.

Litem facit prætenſio partis, etiam ſi faueat iuſtitiam. nu. 3. deciſ. 22. ſeu. 6. de reſcript.

Litem mouens iniuſtè dicitur facere contra contractum, & ſic non debet frui eius commodo. num. 5. deciſ. 295. ſeu 1. locat.

Lite pendente ſuper beneficio, & iure regrediendi, non dicitur pendere lis ſuper iure percipiendi fructus propria auctoritate, iccirco talis percipiens non attentat. num. 2. & num. 4. deciſ. 355. ſeu 6. vt lit. pend.

Litigioſum beneficium licèt quis non poſſit obtinere effectualiter, vel propter incompatibilitatem, vel quia excedit valorem comprehenſum in expectatiua, tamen interim non eſt in conſideratione, vt gratia dicatur ſubreptitia. num. 1. deciſ. 280. ſeu 17. de prab.

Literæ iſto in caſu fuerunt remiſſæ ad corrigendum, dato quòd concordarent cum ſupplicatione nu. 1. deciſ. 281. ſeu 18. de præben.

Literæ limitatæ tranſmiſſæ procuratori ad conſentiendum renunciationi beneficij, an ſat ſint pro extenſione conſenſus? num. 2. deciſ. 39. ſeu 2. de renunc.

Literis executoris narrantis acceptationem, numquid credatur? num. 2. deciſ. 173. ſeu 9. de prob.

Literis ordinarij non credi. num. 1. amplia, vt num. 2. & limita, prout num. 3. deciſ. 172. ſeu 8. de prob.

Literis ordinarij creditur iſto in caſu. num. 1. deciſ. 173. ſeu 9. de prob.

Loci defectus non reddit nullam probationem, ſed eam ſemiplenam facit. num. 2. deciſ. 170. ſeu 6. de probat.

Lucrum dotis pro dimidia debetur etiam marito vigore ſtatuti illud ei deferentis, non extantibus filijs, eiuſdem matrimonij, quamuis vxor ex primo matrimonio habuerit filios, & ex ſecundo filiam, quæ tandem mortua eſt. num. 1. deciſ. 12. de conſtit.

Lucrum dotis promiſſæ et donationis propter nuptias, quãuis non ſolutæ, an debeat habere vxor mortuo marito, attentis verbis ſtatutorum vrbis, de quibus hic. num. 1. intellige, prout num. 12. deciſ. 13. de conſtit.

Lucrum ideo per ſtatutum defertur marito, vt quis inuitetur ad contrahendum matrimonium. num. 4. deciſ. 12. de conſtit.

M

Magnus Magiſter religionis non impedit executionẽ ſententiæ latæ contra Præceptorem. num. 9. deciſ. 223. ſeu 1. de ſent. & re iud.

Maiores de iure non reſtituuntur, quamuis interdum ex gratia Principis. nu. 2. deciſ. 86. ſeu 8. de in integ. reſtit.

Maiori non datur reſtitutio etiam ex noua cauſa lapſo quadriennio. num. 1. deciſ. 86. ſeu 8. de in integ. reſtit.

Mandati intimatio eſt pars appellationis, & pariter debet intimari. num 1. deciſ 243. ſeu 17. de appell.

Mandati intimatio per procuratorem quando non ſufficiat. num 2. deciſ. 243. ſeu 17. de appell.

Mandati reuocatio eſt intimanda parti? num. 5. deciſ. 192. ſeu 1. de fid. inſtr.

Mandatum ad cauſas motas, & mouendas, includit etiam beneficiales. num. 1. decis. 69. seu 9. de procur.

Mandatum an poſſit adimpleri per æquipollens? num. 4. decis. 17. seu 1. de reser.

Mandatum comprehendit cauſas etiam poſtea exortas, ſi factum eſt, ad cauſas motas, & mouendas. num. 1. decis. 71. seu 11. de procur.

Mandatum contra omnem perſonam, non complectitur capitulum, collegium, vel vniuerſitatem. num. 1. decis. 75. seu 15. de procur.

Mandatum datur per literas. num. 2. decis. 77. seu 17. de procur.

Mandatum de commendando, vel de diſpenſando non habet vim diſpenſationis, vel commẽdæ, quando requiritur cauſæ cognitio, ſecus ſi non requiratur. num. 1. & 2. contrarium vide num. 4. & 9 decis. 78. seu. 18. de procur.

Mandatum factum à Pontifice mulieri de reddendo debitum eius viro, non obſtante impedimento, continet in neceſſarium antecedens diſpenſationem. nu. 10. decis. 78. seu 18. de procur.

Mandatum impleri poteſt per æquipollens. num. 2. decis 422. seu 10. de penſion.

Mandatum inualidum quando per literas miſſiuas principalis validetur? num. 3. decis. 77 seu 17. de procur.

Mandatum morte principalis re integra expirat. num. 2. decis. 38. seu 1. de renunc.

Mandatum primum quando non cenſeatur reuocatum per ſecundum? num. 1. decis. 74. seu 14. de procur.

Mandatum purum habens ad reſignãdum, niſi per 20. dies mandãs ſuperuiuat, fruſtrà conſenſum præſtat. num. 2. decis. 39. seu 2. de renunc.

Mandatum ſemper poteſt produci, cum de illius defectu opponitur. num. 2. decis. 66. seu 6. de procur.

Mandatum ſpeciale requiritur, vt quis propter clauſulam ſua intereſſe putantes, poſſit ſpecificare tertium. num. 2. decis. 381. seu 3. aliâs 6. de trien.

Manuale beneficium, & præcipuè regula non venit dependentis appellatione in reſcripto. num. 1. decis. 271. seu 8. de præben.

Manuale

Digitized by Google

Mannale beneficium per Papam commendatum, quamuis pro illa vice efficiatur perpetuum, tamen cum poſtea vacat, redit ad mannalitatem num. 8. deciſ. 272. ſeu 9. de preben.

Mar. conſ. 94. num. 13. in 2. vol. declaratur, num. 7. deciſ. 279. ſeu 16 de preben.

Mar. Soc. conſ. 120. in 2. intellectus. num. 3. deciſ. 332. ſeu 2. qui fil. ſint legit.

Marito imputandum eſt, qui non exegit dotem, quando potuit. num 7. deciſ. 13. de conſtit.

Maritus dotis promiſſę ſicut lucrum conſequitur, ita & eius vxor. num. 4. & 6 deciſ. 23. de conſtit.

Maritus non poteſt vigore ſtatuti vrbis exigere via executiua lucrum dotis ei delatum etiam ſi cauſam haberet ab vxore. num 1. & 3. idque ampliatur num. 4. & 5. deciſ. 14. de conſtit.

Maritus propter dotem non ſolutam habet remedia iuris in expellenda vxore. num. 13. deciſ. 13. de conſtit.

Matrimonij mala fides, quando per cohabitationem 30. annorum non dicatur purgata num. 2. deciſ. 328. ſeu 2. de clandeſt. de ſponſ.

Matrimonium clandeſtinum eſt diſſoluendum, & filij illegitimi iudicandi. num. 2. deciſ. 328. ſeu 1. de clandeſt. de ſponſ.

Matrimonium non poteſt dici clandeſtinum, ſi ſit contractum in faciem eccleſię, non propoſitis edictis, circumſcripta conſuetudine, fallit quantum ad priuilegium ignorãtie ad effectum excuſandi filios à defectu illegitimitatis, nam requiruntur edicta. num. 1. & 2. deciſ. 330. ſeu 3. de clandeſt. deſponſ.

Meretricum filij non reperiuntur prohibiti ſuccedere ex teſtamento patris, non exiſtentibus aliis, prout & naturales ex concubina domi retenta. num. 6 & 7. & ideo capiunt ex teſtamento patris, legitimis filijs non exiſtentibus. num 8. deciſ. 305. ſeu 5 de teſtam.

Meretricum coitus non dicitur damnatus. num. 4. deciſ. 305. ſeu 5. de teſtam

Minor citatur ſine curatore ad conſtituendum eum in mala fide. num. 4. deciſ. 133. ſeu 3 de dol & cont.

Minor non eſt leſus, qui non facit actum in tempore. num. 4. deciſ 88. ſeu 10. de in integr. reſtit.

Moleſtia ſi non adeſt in fructibus realibus, requiritur modeſtia iudicialis. num 1. deciſ. 384. ſeu 6 aliàs 19. de trien.

Monachus comparens pro defenſione ſuę eccleſię, quando debeat admitti? num. 5 deciſ. 113. ſeu vnica de reg

Monachus cum authoritate vicarii eius generalis poteſt eſſe procurator num. 1. deciſ 65. ſeu 5. de procur.

Monachi non obſtante pręſcriptione per eos facta de decimis vnius parochiæ, tenentur alere rectorem, & capellanos illius, ſi non habeant aliunde num. 2. deciſ. 310. ſeu 5. de dec.

Monachus quando poſſit eſſe in iudicio, & conſtituere procuratorem? num. 1. & 2. & 3 deciſ. 313 ſeu vnica. de reg.

Monitorium quando aliqua reintegratione indigeat? & quid loco reintegrationis ſufficiat? nu. 1. & 2. deciſ. 371. ſeu 5. de ſent. excom.

Mora non committitur in illiquidis. num. 7. deciſ. 296. ſeu 2. de locat.

Motus proprio quando credatur? num. 1. & quando non. num 4. deciſ 174 ſeu 10. de prob.

Mulier non eſt ſequeſtranda, quando vnus ex duobus maritis eſt in poſſeſſione matrimonij. num. 1. deciſ. 327. ſeu 1. de ſponſal.

Mulier quamuis receſſiſſet, etiam ſi per vim transducta, nihilominus marito reſtituitur. num. 3. deciſ. 327. ſeu 1. de ſponſal.

Mulier, ſiue ab ea cauſam habens exigit via executiua lucrum ſibi ex ſtatuto vrbis delatum. num. 2. deciſ. 14. de conſtitut.

N

Narratiua poteſtatis collatoris facta in collatione, eſt probanda per prouiſum. num. 2. deciſ. 160. ſeu 2. de probat.

Naturalium appellatione veniunt filii meretricum. num. 5. deciſ. 305. ſeu 5. de teſtam.

Neceſſarium an ſit dare de regula de triennali. num. 6 deciſ. 380 ſeu 2 aliàs 5 de trien.

Negatiua diſpenſationis probatur ex inſpectione regeſtri ſupplicationum, quòd ſcilicet in eo non nominatur, ſi eſſemus in caſu, quo ſolus Papa poſſet diſpenſare. num. 4. deciſ. 387. ſeu 9. aliàs 33. de trien.

Negatiua habens pręſumptionem pro ſe, non eſt probanda. num. 5. decis. 412. seu vnica. aliàs 25. in reg de mut.

Negatiua non probatur, quando adeſſet pręſumptio pro non delicto. nu. 6. decis. 412. seu vnica num. 25. in reg. de mutat.

Negligentia Epiſcopi de morte beneficiati probanda eſt clarè. num. 1. decis. 46. seu vnica. de suppl. negl. prælat.

Negligentia eſt probanda per eam aſſerentem. num. 3. decis. 111. seu 6. de reſtit ſpol.

Negligentia nihil differt à curſu temporis. num. 4. decis. 156. seu 7. vt lit. pend

Negligentia non conſideratur iſto in caſu. nu. 1 decis. 184. seu 29. de prob.

Negociorum geſtor acquirit detentationem, item & corporalem poſſeſſionem poſt ratificationem principalis. limita prout. num. 1. & 2. decis. 121. seu 16. de reſt ſpoliat.

Notarij ad recipiendum reſignationes dicuntur eſſe in conſiſtorio Principis. num. 2 decis. 72. seu 12 de procur.

Notario creditur circa expenſam factã in executione nu. 3. decis. 81. seu 3. de reſtit. in integr.

Notarius dicens ſe ſcripſiſſe cum ſolemnitatibus in primo dicto eſt de facto proprio, in ſecundo nequaquam. nu. 7. deciſ 191. ſeu 3. de teſtib.

Notarius dixiſſe ſemper præſumitur id, quod partes dixerunt. num. 7. deciſ. 320. ſeu 7. de iu. patr.

Notarius non debet rogari niſi de his, quæ ipſe fecit, vel pars, quæ rogabat, vel ambæ partes. num. 2. deciſ. 195 ſeu 4. de fid. inſtru.

Notarius iuris præſumptione aſſeruiſſe aliquid creditur informatus à partibus. nu 4 deciſ. 321. ſeu 8. de iu patr.

Notario non eſt credendum, quando in inſtrumento dicit ſe fuiſſe præſentem, quando Titius commiſit aliquòd delictum. num. 5. & quare? num. 6. deciſ. 195. ſeu 4. de fid. inſtrum.

Notarius non poteſt dare fidẽ de his, quę tertius egit. nu. 5. deciſ. 195. ſeu 4. de fid inſtr.

Notario præſumũtur dicta verba ab his, quorum intereſt, & quo pacto intelligatur? nu. 6. 7. & 8. deciſ. 320. ſeu 7. de iu patr.

Notarius præſumitur dixiſſe ea, quæ ab intereſſe prætendentibus audiuit, niſi aliud probetur. num. 1. deciſ. 321. ſeu 8. de iu. patr.

Notarius ſi omittat ponere in regeſtro comparitionem, cũ conſtitutione procuratorum, an inducat non litem? num. 1. & 6. deciſ. 192. ſeu 1 de fid. inſtr.

Notitia

Notitia certa. & affirmatiua quando requiratur? nu. 2. deciſ. 416 ſeu 4 de perſ.
Notitia quomodocunque habeatur appellationis, ſufficit in terminis c. cauſam quæ de elect. o. num. 2. deciſ. 242. ſeu 16. de appell.
Notitia ſufficiens mandati procuratoris, quando dicatur habita? num. 3. decis 243. ſeu 17. de appell.
Noua cauſa non eſt petitio publicationis teſtium in reſtitutione in integrum. nu. 2. deciſ 81 ſeu 3. de reſtit. in integr.
Noualia non veniunt conceſſis decimis nu. 1. amplia vt hic deciſ 309. ſeu 4 de dec
Nouæ prouiſionis clauſulæ prægnantes quæ ſint? num. 4. deciſ. 325. ſeu 12. de iu. patr.
Nouæ prouiſionis ex clauſulis quando omnia extendi poſſint? num. 3. deciſ 270. ſeu 7. de præb.
Nouæ prouiſiones gratiæ ſecundæ quando alios defectus ſupplent, non ſubſunt regulæ amplia, vt hic. num. 3. deciſ. 398. ſeu 4 aliàs 27. reg. certo modo.
Noua prouiſia etiam ſuperueniens poſt ſpolium, affert titulum coloratum ad obtinendam reſtitutionem num 1. decis. 107. ſeu 2. de reſt. ſpol
Nullitates, & negocium principale in vno, & eadem ſententia poſſunt terminari. nu. 2. decis. 32. ſeu 16. de reſcr.
Nullitas etiam principaliter deducta, prohibetur ex ſtatuto vrbis, item ſi eſſet defectus iuriſdictionis. num. 1. & 2. decis 8 de conſtit.
Nullitas dicitur principaliter deducta, ſi commiſſa eſt cauſa appellationis, nullitatis, & attentatorum num. 1. deci. 31. ſeu 15 de reſcrip.
Nullitas interlocutoriæ etiam prohibetur per ſtatutum vrbis num. 1. decis 9. de conſtit.
Nullitas notoria non tollitur per ſtatutum vrbis. num. 3. decis 6 de conſtit.
Nullitas, quæ obycitur cōtra poſſeſſorem, non eſt perpetua, ſed tollitur tempore num. 3. decis. 7. de conſtit.
Nullitas replicando oppoſita etiam excluditur per ſtatutum vrbis. num. 1. decis 7. de conſtit.
Nullitas tam agenda, quam excipiendo cenſetur reiecta, ſtante ſtatuto prohibente dici de nullitate poſt certum tempus num 1. decis. 16. de conſtit.
Nullitatibus ſimpliciter reiectis, non cenſetur reiecta nullitas ex eiſdem actis, vel ex defectu citationis. num 2. decis. 15 de conſtit.
Nullo ex acto etiam voluntas colligitur. num. 4. decis. 297. ſeu 1. de rer. permut.
Nullitate inchoata dici per partem, ſi interim labatur annus, neque per viā exceptionis is amplius audietur. nu. 1. decis. 11 de conſtit.
Nullitates multæ non supplentur in confirmatiane. num. 4. decis. 270. ſeu 7. de præb.
Nullitates quaslibet, etiam in quibus requiritur diſpēſatio, vel in quibus eſt defectus ſubſtantiæ, comprehendit noua prouiſio, cum clauſulis, de quibus hic. num. 1 decis. 270. ſeu 7. de præb.
Nullitatis actione prohibita poſt annum non cenſetur prohibita exceptio. num 1. decis. 6 de conſtit.
Nullitatis pœna non procedit, niſi in caſibus expreſſis nu. 4. decis. 37 ſeu 2. de electio.
Nullitatis ſtatutum vrbis continet deciſionem litis, ideirco quodcunque tribunal illud ſeruare debet. num 1. decis. 10 de conſtit
Nullus eſt proceſſus factus per iudicem recuſatum poſt interpoſitam à recuſante appellationem, dato quód appellatio per eum non ſit proſecuta. num. 1. decis 205. ſeu 3. de exceptio.
Nullum, quod eſt ab initio, conualidari non poteſt. num. 3. deciſ. 424 ſeu 12. de penſ.

O

OBedientia interdum aufert præiudicium. num. 8 deciſ. 267 ſeu 4. de præb.
Oblatio verbalis quando ſufficiat? num. 1. deciſ. 296 ſeu 2. de loc.
Offerens reus in illiquidis verbo ſatisfacit. num. 6. deciſ. 296 ſeu 2. de loc.
Oltrad. conſ. 196. eſt reſtrictum ad nobiles, nu 9. deciſ. 305. ſeu 5. de teſtam.
Opinio mitior eſt amplectenda. num. 3 deciſ. 358. ſeu 12. de priuil.
Opponi multa poſſū contra ſurrogationem nu 5. deciſ. 117. ſeu 12.
Optare canonicatum poteſt antiquior portionarius, etiam ſi eſſet Archidiaconus, & quare? num 1. 2. & 3. deciſ 35. ſeu vnica de conſuet.
Ordinarÿ literis ſeu epiſtolis nō creditur amplia vt num. 2. 3. & 5 decis 171. ſeu 7 de prob.
Ordinarios magis comprehēdere verba diſpoſitionis, quàm extraordinarios, quomodo intelligatur? nu. 3. decis. 348. ſeu 2 de priuil.
Ordinarius collator dicitur, qui habet à Papa poteſtatem conferendi, & maximè vniuerſitatem beneficiorum, exceptis illis, qui habent à lege. num. 1. 2. & 3. deciſ. 56. ſeu 1. de offic ordin.
Ordinarius poteſt conferre pendente hac appellatione. nu. 6. decis 229. ſeu 3. de appell.
Ordinatoria canonum ſemper attenduntur, quando agitur inter laycos coram eccleſiaſtico num 5. decis. 52. ſeu 1. de offic. deleg.
Ordinatus quando eſt aliquis ad maiores ordines à circumſpecto viro, vel promotus ad beneficium requirens clericatum, non tenetur quis probare clericatum. nu. 4. deci. 412. ſeu vnica. aliàs 25. in regul. de mut.

P

PAcificus poſſeſſor quando quis eſſe deſinat? num. 1. decis. 383. ſeu 5 aliàs 18. de trien.
Pacificus quando quis non deſinit eſſe per comparitionem num. 3. decis. 380. ſeu 2. aliàs 5. de trien.
Pactum faciens de promittendo aliquid poteſt cogi ad obſeruandum ſine alia promiſſione, & ratio num. 12. & 13 decis. 78. ſeu 18 de procur.
Pactum ſi cum nullo ſit, licèt ſtatutum ſit nullum, non committitur ſimonia num 5 decis 394 ſeu 5. de ſimon. differentia eſſe debet inter dantem & recipientem. num. 6. decis. 394. ſeu 5. de ſim.
Papa abſēte etiam pro aliqua parte anni, parafrenarÿ excuſantur à non publicatione. num. 2. decis. 359. ſeu 13. de priuil.
Papa in regreſſu confert beneficium ex nunc prout ex tūc, ideo collatio cenſetur facta ab initio. nu. 4 decis. 44. ſeu 7. de renunc.
Parafrenarius quando probare habeat ſe non publicaſſe, propter abſentiam Pontificis. num 5. decis. 359. ſeu 13. de priuil.
Paris. conſ. 11. num. 73. vol. 1. intellectus. num. 9. decis 279. ſeu 16. de præb.

Paris.

Digitized by Google

Pariſ.conſ.14.col. 1.lib.1.declaratur.num.3. deciſ.211.ſeu 4.de prȩſump.
Pariſ.conſ.32.vol.4.declaratur.num.4.deciſ.275.ſeu 12. de præb.
Pariſ.conſ.73.vol.4.declaratur.num.10. deciſ.309. ſeu 4. de dec.
Pater mouere poteſt actianem contra filium, vbi agitur inter eos de dominio. num.3.deciſ.120. ſeu 3.de præſcrip.
Patroni cæteri non præſumuntur priuati per præſentationem aliorum patronorum. num. 7.deciſ 105. ſeu 5. de cauſ.poſſeſſ.& propr.
Patrana vno in tempore præſentante, lapſa tempore alij videntur conſentire.num.14.deciſ.267.ſeu 4. de præb.
Patronis laicis in dubio non præſumitur Papa prȩiudicare.num.2.deciſ.326.ſeu 13.de iu.patr.
Patronum vnum habere magis vtile eccleſiȩ propter multa commoda.num.3.deciſ. 323.ſeu 10. de iu.patr.
Patronus verus dicitur ille ſolus, qui eo anno habet præſentare, ſtante diuiſione annorum in præſentando per eõ patronos facta.num.1.deciſ.315.ſeu 1.de iu.patr.
Pauli de Caſtro conſ.30.vol.1.error credentis neceſſariũ fore diſpenſare ſuper radice matrimonij. num. 4.deciſ. 335 ſeu 5. qui fil.ſint legit.
Pauli de Caſtr.doctrina in l.ſolet. de iurisd.omn. iud. & in l.ſed ſi hac.§.patronum. de in ius vocan. declaratur.nu. 3.deciſ.336.ſeu 6.qui fil.ſint legit.
Paul de Caſtr.hic redarguitur de contrarietate.num.5.deciſ.191.ſeu 3. de teſtib.
Pauper, & doctor non præfertur in parochiali militi ſancti Petri.num.3.deciſ 364.ſeu 18.de priuil.
Paupertas mulieris conuentȩ ſola ſufficit, vt cauſa remittatur ad partes eius remotas.num.2.deciſ.27 ſeu 11.de reſcrip.
Penſio bene conſtituta dicitur per Papam, literis non confectis, neque intimatis, dummodo hæc concurrant. num. 1.deciſ 422.ſeu 10.de penſ.
Penſia impoſita ſuper promiſſione facta Titio de beneficio, nullo modo peti poteſt, ſi Titius nũquam poſſediſſet, ſed alius in eo prȩſentatus.num.3.deciſ.1.de penſi.
Penſionarius quando probare debeat poſſeſſionem, vel bonum ius illius, qui primò conſentijt.num. 1. limita, prout num.2.& 3.deciſ.421.ſeu 9 de penſ.
Penſionem an, & quando ſoluat ſucceſſor num 1. & 2 deciſ.415.ſeu 3.de penſ.
Penſionem non ſolutam petens, an agat ad regreſſum? prȩſertim contra procuratorem conſtitutum à conuentu in cauſa non ſolutionis penſionis, & ad omnes cauſas beneficiales, ciuiles, & criminales num.1 & 3.deciſ.416. ſeu 4 de penſ.
Penſionem ſoluens metu cenſurarum, non conſtituit ſoluentem in quaſi poſſeſſione exigendi.num.1. deciſ.423.ſeu 11.de penſ.
Penſionem vti poſitam vltra ſummam petens, reſcindi non poteſt petere penſiones decurſas poſt iudicium tale cœptum, & quare.num.1.2 & 3.deciſ.414.ſeu 2. de penſ.
Penſiones petuntur à ſucceſſore poſſeſſionis tantùm.num 1. deciſ.418. ſeu 6. de penſ.
Penſioni conſentiens poteſt liberare beneficium à pẽſionis ſeruitute.num.4.deciſ.421.ſeu 9.de penſ.
Penſionis reſeruationem prȩceſſiſſe conſtare debet, vt commiſſioni cum clauſula, ſine retardatione ſolutionis, detur locus. Etiam quòd certo tempore quis eam percepiſſet. num.1.& 2.deciſ. 20. ſeu 4.de reſcrip.
Penſionis ſolutio ſi facta eſt cum proteſtatione, quòd metu cenſurarum, de quibus non apparet, ſemper cenſetur repetita in ſolutionibus conſequentibus, factis ſine tali proteſtatione.num.2.deciſ.423.ſeu 11.de ſolut.
Penſionis translatio facta coram executore vigore proceſſus fulminati cum inſertione literarum poteſtatis transferendi, valet, dummodo poſt factam appoſitionem conſtet de exemplaribus.num.6.deciſ.53.ſeu 2. de offic.de legat.
Penſionis translatio eſt bona, etiam ſi facta ſit coram executore vigore proceſſus fulminati.num 1.decis.419.seu 7.de pens.
Penſionum, & regreſſuum caſſationes, quia ſunt quodammodo liberationes beneficiorum à ſeruitute, fieri poſſunt in manibus cuiuſcumque. nu.2.deciſ.312.ſeu 7. de dec.
Penſio poteſt caſſari in manibus notarij citra conſenſum Pontificis ad inſtar regreſſus. num.1.decis.43.seu 6. de renunc.
Penſio ſuper fructibus reſeruari poteſt, vel per modum quantitatis, vel quotȩ dummodo reſeruatio medietatem non excedat.num.3.decis.420.seu 8.de pens.
Penſio reſpectu conſenſus adæquatur contractibus. num. 8.decis.425.seu 13.de pens.
Penſio ſapit naturam cauſæ alimentorum. num. 3. decis. 252.ſeu 26.de appell.
Penſio validè imponitur ſuper fructibus conſiſtentibus in diſtributionibus quotidianis, ſtante conſuetudine ita eas imponendi, licèt nil ſit de diſtributionibus dictum.num. 1.decis.420.seu 1.de penſ.
Peremptorium non eſt neceſſarium, quando in citatione adeſt comminatio legis, quȩ apponit tempus.num.1.decis.303.seu 3.de teſtam.
Peremptorium non requiritur in actu extraiudiciali. num. 4.decis. 303. seu 3.de teſtam.
Periurus an ſit inhabilis ad beneficia obtinenda? num. 5.& 6.decis.44.seu 7.de renunc.
Periurus dicitur conſtituens procuratorem cum iuramento ad caſſandum regreſſum, ſi poſtea procuratorem reuocat.num.1.decis.44.seu 7 de renunc.
Periurus ob non ſeruatam fidem, eſt infamis, & etiam inhabilis ad beneficia.num.1.& 2.quamuis non priuetur obtentis. num.3.decis.201.seu 2 de iureiur.
Periurus regreſſũ non amittit.num 4.decis. 201. seu 1. de iureiur.
Permutatia eſt actus liber.num 6.decis.403.seu 3.aliàs.24. in reg.de val
Permutatia eſt inter duos.num.1.decis. 298. seu 2. de rer. permut.
Permutatio nulla exiſtente ex defectu vnius ex permutantibus, vel amborum, is non poteſt habere regreſſum ad beneficium, quod dimiſit & quare? nu.4. decis. 403. seu 3.aliàs 24 in reg.de val.
Permutatio quadrangularis eſt inualida.num.2.decis.297. seu 2 de rer.permut.
Perſonæ locus attenditur quoad perſonam, & quoad contractum attenditur locus contractus.num.4.decis. 1.de conſtit.
Petitorio ſuſpenſo in prima inſtantia, an, & quando valeat ſententia ſecunda inſtantia ſuper dicto petitorio ſeruatis terminis lata? decis.91.seu 3.de iud.
Pia cauſa eſt honorabilior cauſa libertatis. num. 4. decis. 301.seu 1 de teſtam.
Plura beneficia ad aliquam certam ſummam aſcendentia, qui capere poteſt vigore eius expectatiuæ, quot beneficia capiat.num.1. decis.287.seu 6.de conceſſ.prȩb.

Plura,

Digitized by Google

Plura, dictio quot capiat. num. 2. deciſ. 287. ſeu 6. de conceſſ. præb.

Pœna in fine reg. certo modo, poſita ſi contra fiat, præcedit eius principium. num. 3. deciſ. 400. ſeu 6. aliàs 29. in reg. certo modo.

Pœnę impoſitę ad faciendas diligentias pro beneficio, ſemper intelliguntur à die capta poſſeſſionis. num. 4. deciſ. 358. ſeu 12. de priuil.

Pœnarum nimia extenſio eſt vitanda. num. 6. deciſ. 161. ſeu 2. de confeſſ.

Pœna priuationis impoſita à lege non intelligitur ipſo iure. num. 1. deciſ. 360. ſeu vnica. de pœnis.

Pœna priuationis ipſo iure ſi impoſita eſſet à lege, quis poſſet impetrare beneficium ante aliquam ſententiam. num. 2. deciſ. 366. ſeu vnica. de pœn.

Pœna priuationis non habet locum, niſi in caſibus expreſſis. num 5. deciſ. 201. ſeu 1. de iureiur.

Pœna priuationis non incurritur, niſi in caſu in litera expreſſo. num. 6. deciſ. 358 ſeu 12. de priuil.

Pœnitentia antequam appareat de executione citationis quando liceat? num. 2. deciſ. 383. ſeu 5. aliàs 18. de trien.

Pœnitentiæ non eſt locus, ſtante conſtituto appoſito in contractu nominato, licèt nondum eſſet traditum precium. quamuis poſtea in executione ſit cogendus ad dandum precium. num 3. & 5. deciſ. 293. ſeu 1. de emptio. & vendit.

Pœnitentia habet locum ante Pontificis confirmationem ſuper concordia in beneficialibus dicta cum conditione facta. num. 3. deciſ. 59. ſeu 2. de pact.

Pœnitentia poſt delictum non ſuffragatur. nu 2. deciſ. 399. ſeu 5. aliàs 28. in reg. certo modo.

Pontifex, & Nuncius apoſtolicus faciliùs prouident de beneficijs in ſuis menſibus, quàm quòd velint grauare ordinarios collatores. num 4. deciſ. 264. ſeu 1. de præb.

Poſitione impugnata quis poteſt vti probationibus factis ſuper ea. num. 2. deciſ. 190. ſeu 2. de teſtib.

Poſſint, verbum quid importet? num. 3. deciſ. 347. ſeu 1. de priuil.

Poſſeſſio ad hoc vt dicatur plena, requiritur, vt appareat aliquem intus eſſe animo poſſidendi. num. 2. deciſ. 101. ſeu 1 de cauſ. poſſ. & propr.

Poſſeſſio capellæ etiam per executorem dicitur translata per biretri impoſitionem. num. 1. amplia, prout num. 6. deciſ. 102. ſeu 2. de cauſ. poſſ. & propr.

Poſſeſſio capta per annulum, vel per modicum terrę, quando eſt reſtituibilis? num 1. deciſ. 101. ſeu 1. de cauſ. poſſ. & propr.

Poſſeſſio capta vigore monitorij quando dicatur bona, non reſtituibilis. num. 2. deciſ. 3. de conſtit.

Poſſeſſio continuata non probatur per inſtrumentum. num. 3. deciſ. 389. ſeu 1. aliàs 7. in reg. de public.

Poſſeſſio ex vna cauſa, quando ex noua cauſa ſuperueniente mutetur? num. 1. deciſ. 104. ſeu 4. de cauſ. poſſ. & propriet.

Poſſeſſio habetur pro tradita per conſtitutum in re ipſa. nu. 3. deciſ. 102. ſeu 2. de cauſ. poſſ. & propr.

Poſſeſſio inſtrumentalis non ſuffragatur, quia requiritur vltra inſtrumentum, aliquis actus publicus. num. 2. deciſ. 388. ſeu 1. aliàs 7. ſuper reg. de publ.

Poſſeſſio iuris vniuerſalis non transfertur ſine hęreditatis aditione. nu. 6. deciſ. 105. ſeu 5. de cauſ. poſſ. & propr.

Poſſeſſionem non dicitur habere reſignans poſt reſignationem. num. 2. deciſ. 392. ſeu 4. aliàs 10. in reg. de publ.

Poſſeſſionem transferenti ex contractu inutili non datur remedium c. reintegrandæ. num. 1. ratio. num. 2. deciſ. 120. ſeu 15. de reſtit. ſpol.

Poſſeſſio nihil poteſt operari, titulo exiſtente nullo. num. 2. deciſ. 267. ſeu 4. de pręben.

Poſſeſſio adeptio an perficiat aſſecutionem beneficij. num. 6. deciſ. 355. ſeu 9. de priuil.

Poſſeſſionis petitio eſt facti, & debet dari à ſingulis, non ab vniuerſis de capitulo. num 6. deciſ. 153. ſeu 4. vt lit. pend.

Poſſeſſioni prius captę nulla datur prerogatiua. num. 1. deciſ. 363. ſeu 17. de priuil.

Poſſeſſionis traditio facta à capitulo habet vim gratificationis. num. 15. deciſ 267. ſeu 4. de præben.

Poſſeſſionis tradendæ non eſt præciſè ſpecificandus modus in re ipſa. num 4. deciſ. 102 ſeu 2. de cauſ. poſſ. & propr.

Poſſeſſio non eſt alicui non citato auferenda. num. 4 deciſ. 258. ſeu 32. de appell.

Poſſeſſio non dicitur translata, adeo vt ſpoliatus poſſit poſtea ratificare per conſtitutum factum mulieri abſenti ab illo, qui conſtituit ſe poſt mortem alicuius poſſidere. nu. 1. deciſ. 123. ſeu 18. de reſtit. ſpol.

Poſſeſſio non poteſt tradi, niſi per habentem poteſtatem cõferendi. num 2. deciſ. 102. ſeu 2. de cauſ. poſſ. & propr.

Poſſeſſio nulliter tradita, quando manuteneatur? num. 12. deciſ. 417 ſeu 5. de penſ.

Poſſeſſio per annulum dicitur capta per partem, Nuntio, ſeu ſubexecutore præſente, licèt non tradente. num. 1. deciſ. 103. ſeu 3. de cauſ poſſeſs. & propr.

Poſſeſſoris per 20. annos ad fauorem omnia præſumuntur ſolemniter acta. num. 2. deciſ. 261 ſeu 35 de appell.

Poſſeſſio quando non poteſt peti ab eo, qui non eſt vel ſucceſſor iuris, vel poſſeſſionis. num. 1 deciſ. 413. ſeu 1. de penſ.

Poſſeſſio tradita per capitulum, an habeat vim collationis? num. 1. deciſ. 267. ſeu 4 de pręb.

Poſſeſſio transfertur ex contractu inutili ex defectu ſolemnitatum. num. 4. limita, prout num 5. deciſ. 120. ſeu 15. de reſtit. ſpol.

Poſſeſſor, qui non eſt, non poteſt ſibi mutare cauſam poſſeſſionis. num. 3. deciſ. 107. ſeu 2. de reſtit. ſpol.

Poſſeſſor non tenetur ad ſimplex verbum executoris, dimittere ius ſuum indefenſum. num. 12. deciſ. 370. ſeu 4. de ſent. excom.

Poſſeſſorium remedium abſque colore competit, quando agitur ſuper poſſeſſorio adipiſcendæ poſſeſſionis Caſtri inter duos priuatos, dummodo apertè non conſtet de non iure. num. 5. deciſ. 246. ſeu 20. de appell.

Poſſidere duo inſolidum eodem tempore non poſſunt. num. 2. deciſ. 185. ſeu 21. de prob.

Poſſeſſor fictus, qui dolo deſiit poſſidere, non venit in ſtatutis. num. 2. deciſ. 126. ſeu 21. de reſt. ſpol.

Poſſeſſor tertius poteſt docere de inualiditate tituli illius, qui conſentit reſeruationi penſionis. num. 3. deciſ. 418. ſeu 6. de penſ.

Primitię debentur ex frugibus prędiorum. nu. 2. deciſ. 306. ſeu 1. de dec.

Primitiæ debentur illi parochię, in cuius limitibus componuntur prędia. num. 1. deciſ. 306. ſeu 1. de dec.

Primitię, & decimę quamuis circa quantitatem non ſint ſoluendę, tamen de neceſſitate ſunt dandæ. num. 3. deciſ. 307. ſeu 2. de dec.

Primitiæ ſunt neceſſariò ſoluendæ, contra diuum Thomam, & Brixien. vide ibi nu. 1. & 2. deciſ. 307. ſeu 2. de dec.

Priuatio ipſo iure quando dicatur incurſa? num. 5. deciſ.

416. seu 4. de penſ.

Priuationis in cauſa requiritur citatio, & ſcientia certa. nu. 2 deciſ 417. ſeu 5. de penſ.

Principalis declaratio poſt eius mortem non tranſit ad hæredes. num. 5. deciſ. 381. ſeu 3. aliàs 6. de srien.

Principem cogitaſſe aliquid in genere quando ſufficiat? nu. 5. deciſ. 333 ſeu 3. qui fil. ſint legit.

Priuilegia contenta in 2. par. regul. de prærogat. complectũtur etiam ſcriptores num. 2 deciſ. 349 ſeu 3 de priuil.

Priuilegia ſcriptorum, vt poſſint acceptare, reſtringuntur ab beneficia reſeruata, & affecta in menſibus Ordinarij tantùm. num. 1. deciſ 352. ſeu 6 de priuil

Priuilegiatam cauſam non venire in generali diſpoſitione, quomodo intelligatur? num. 3. deciſ. 388. ſeu vnica. aliàs 12. ſuper reg. reuoc. vnion.

Priuilegium alternatiuę Cardinalibus conceſſum quomodo intelligatur? num 1. deciſ. 347. ſeu 1. de priuil.

Priuilegium clauſulę, & de ſecunda expeditione, quando competat num. 1. deciſ 340. ſeu 4. de priuil.

Priuilegium facilè tollitur. nu. 2. deciſ 348. ſeu 2. de priuil.

Priuilegium familiarium in expeditione expectatiuarum anno 2. Pauli iij. nunquid ſuffragetur expectatiuis conceſſis anno 11. num. 1. & 3. deciſ 357 ſeu 11. de priuil.

Priuilegij natura eſt, quòd ſit perpetuum. num. 2. deciſ. 357. seu 11. de priuil.

Priuilegium non confertur in inuitum. num 2. deciſ. 347. ſeu 1. de priuil.

Priuilegium Pauli iij. conceſſum parafrenarijs de non acceptando, & publicando non procedit niſi durante abſentia. deciſ. 359 ſeu 13. de priuil.

Prębenda tamquam filia ſequitur canonicatum. num. 5. deciſ. 279. ſeu 16. de præb.

Pręceptoriæ Sancti Io. Hieroſolymit an ſint beneficia manualia? num 2. deciſ. 272 ſeu 9. de pręb.

Præceptorię Sancti Io. non ſunt electiua, nec curata ſed regularia num. 3. deciſ. 272. ſeu 9 de pręb.

Præceptor Religionis eſt procurator, & legitimus adminiſtrator eccleſię, etiam ſi non ſit conſtitutus in dignitate propter adminiſtrationem. nu. 4. deciſ. 223 seu 11. de sent. & re iud.

Præceptorię Sancti Io. non comprehenduntur sub generali reſeruatione. num 4. decis. 272 seu 9 de pręb.

Prælatus ſolus bene conſtituit procuratorem in poſſeſſorio. num. 2. decis. 68 ſeu 8. de procur.

Prærogatiua conceſſa doctoribus, vt in parochialibus reliquis præferantur, intelligitur de reliquis non priuilegiatis. num 2. decis 364 seu 18. de priuil.

Prærogatiua conceſſa pauperibus etiam contra familiares, quo pacto fuit declarata? num. 1. decis. 364. seu 18. de priuil.

Pręſcribitur ſpacio 30. annorum executioni ſententię. num. 1. limita. prout. num. 2. decis. 212. seu 5. de sent. & reiud.

Pręſcriptio an poſſit per filium perfici mortuo patre, cum filius confeciſſet inuentarium. num. 5. decis. 210 seu 3. de præscript.

Pręſcriptio decimarum quoad certa prędia non extenditur ad alia. num 10 intellige, vt hic decis. 308. seu 3. de dec.

Pręſcriptio procedit ad fauorem communitatis, etiam mortuis omnibus de eadẽ. nu. 1. decis. 209 seu 2. de pręscrip.

Præſcriptio quando dicatur interrupta, & amiſſa poſſeſſio ciuilis? num. 1. decis 211 seu 4. de pręscrip.

Præſcriptio ſtatutaria non procedit contra fideiuſſorem, qui ſoluit, & habet ceſſionem actionum. num. 1. amplia vt hic. decis. 208. seu 1. de pręscrip.

Præſcriptio translatiua in alium, eſt ſimilis exemptioni Papali num. 4 decis 360. seu 14. de priuil.

Pręſcriptione 30 annorum, bona fides etiam cauſatur ex errore iuris num 2. decis. 329. seu 2. de claud. desp.

Præſcriptio vno actu decimandi, in eo territorio vniuerſo omnia veniunt comprehenſiuè, non extenſiuè. nu. 5. decis 309. seu 4 de dec.

Præſentandi in quaſi poſſeſſione quamuis defunctus reperiatur, ea tamen non tranſit in hęredem absque apprehẽſione. num. 3. decis 105. seu 5 de caus. poſſ. & propr.

Præſentatio contra patronorum proteſtationem nihil valet. num. 8. decis. 49 seu 1. de offic vicar.

Pręſentandi in poſſeſſione ſi populus reperitur, nec probatur immemorabilis, tunc patronatus pręſumitur ex vſurpatione. num. 4 decis. 317. seu 4. de iu patron.

Pręſentatio propriè intelligitur, quando fit ſuperiori non ſolùm ad effectum validitatis præſentationis, ſed vt noua prouiſio declaretur ſubreptitia habens præſentationem eſſe factam. num. 1. & 3. ſed contra in hoc vltimo. num. 3. decis. 325. seu 12. de iu. patr.

Præſentatio vna ſine titulo an ſufficiat? num. 1. decis. 318. seu 5. de iu. patr.

Præſentia, & patientia nuntij quando pro traditione habeatur? num. 2. decis. 103. seu 2. de caus poſſ. & propr.

Pręſtimonia ſunt beneficia, quę dantur clericis in titulum. num 4. decis. 188. seu 7. de conceſſ præb.

Præſtimonia an ſint beneficia? nu 2. & 4 deci. 288. seu 7. de conceſſ præb.

Præſumitur animus durare etiam poſt longum tempus. nu. 8. decis 156. seu 7. vt lit. pend.

Præſumitur concordiam præceſſiſſe, & ab ea fuiſſe receſſum in caſu iſto num. 1. decis. 58. seu 1. de pact.

Præſumitur expeditio in tempore, & qui vult dicere contrarium, debet probare. num. 2. decis. 412. seu vnica, aliàs 25. in reg. de mutat.

Præſumitur mutatio ſtatus beneficii per 40. annos. num. 3. decis. 113 seu 8. de reſtit. ſpol.

Præſumitur neminem ius ſuum derelinquere. num. 9. deci. 156. seu 7. vt lit pend.

Pręſumitur pro diſpenſatione. num. 5. & 6. deciſ. 176. seu 14 de prob.

Præſumitur pro expeditoribus, vt non expediuerint, niſi non ſo conſenſu? num. 3. decis. 412. seu vnica. aliàs 25. in reg. de mutat.

Pręſumitur quemlibet ſcire ius ſuum durare. num. 10. decis 56. seu 7. vt lit pend.

Pręſumpta conuentio inducens ſimoniam, quę dicatur? nu. 3. decis 340. seu 1. de ſim.

Pręſumptio eſt pro notariis publicis archiuii. num. 10. deci. 53. seu 2. de offic. deleg.

Præſumptio fragilitatis, & facilitatis tollitur per aliàs pręſumptiones potentiores nu 2. decis. 160. seu 1. de confeſ.

Præſumptio l filium diffinimus. de his qui ſunt ſui vel alieni iur. et l. miles. § defuncto. de adulter. eſt iuris tantùm. nu 4. decis 331. seu 1. qui fil ſint legit.

Præſumptio receptionis contra mulierem inſurgit ex teſtibus probantibus ſegetes fuiſſe ſolutas factoribus ipſius mulieris, quę confeſſa erat eas recepiſſe. nu. 3 decis. 160. seu 1. de confeſſ.

Probare quis teneatur ſe eſſe intra numerum beneficiatorũ num. 1. decis. 166. seu 2. de conf.

Probatio iuris patronatus, & dominii de iure ęquiparãtur. num. 3. decis. 320. seu 7. de iu. patr.

Probatio per vnum teſtem quando non ſufficiat? numer. 3. deciſ.

deciſ. 185. ſeu 21. de prob.

Probatio ſemiplena quando iungatur? num. 3. deciſ. 170. ſeu 6. de prob.

Probatio ſufficiens eſt, ſi teſtes dicant ita ſolitum eſſe fructus percipi num. 1. deciſ. 127. ſeu 22. de reſtit. ſpol.

Procedi poſſe coram vtroque, quo pacto intelligatur? num. 4. deciſ. 26. ſeu 10. de reſcrip.

Proceſſus fulminatus non eſt ita ſimpliciter iudicandus copia, vel inſertum, & quare? num. 9. deciſ. 53. ſeu 2 de offic. deleg.

Proceſſus habitus per contradictas aa, & quando ſit validus? num. 1 deciſ. 240 ſeu 14 de appell.

Proceſſus in cauſa non eſt retardandus per purgationem attentatorum faciendam in partibus num. 2. deciſ. 249. ſeu 23. de appell.

Proceſſus per contradictas quando bonus? au 1. deciſ. 224. ſeu 12 de ſent. & retad.

Proceſſus per iudicem recuſatum parte non appellante factus, in Rota habetur pro valido. num 1. decis. 203 ſeu 1. de excep.

Proceſſus valet, quamuis factus à iudice nõ recuſato ſimul cum recuſato in ſolidum conſtituto. num 1. amplia, prout num. 3. deciſ 203 ſeu 1. de excep.

Proclama idem operatur, quod citatio particularis num. 2. deciſ 136 ſeu 6 de dol. & cont.

Procurator ab aliquo iam validè conſtitutus vigore noui mandati, conſtituente mortuo, per eius vxorem nulliter conſtituti non dicitur reuocatus. num. 3. deciſ. 74. ſeu 14. de procur.

Procurator an ſubſtituerit vigore mandati, vel tamquam dominus litis attenditur, ſi in ſubſtitutione ſunt verba, & omni meliori modo. num. 4. decis. 64 ſea 4. de procur.

Procurator conſtitutus à capitulo canonicorum quãdo pro ſingulis etiam conſtitutus dicatur? num. 1. deciſ. 63. ſeu 3 de procur.

Procuratore aſſerto cum clauſula, rati, per iudicem admiſſo, iudicium dicitur benè firmatum, & propterea citatus debet comparere. nu. 4. deciſ. 253. ſeu 27. de appell

Procurator appellans virtute vnius mandati non boni, nil agit, quamuis poſtea producat bonum. num. 1. deciſ 236. ſeu 10. de appell.

Procurator effectus dominus litis poteſt ſubſtituere. num. 3 deciſ. 64 ſeu 4. de procurat.

Procuratorem quem non eſſe ſemper opponi poſſe quomodo intelligatur? num. 5. deciſ 253. ſeu 27. de appell.

Procurator etiam poſt tres ſententias obtentas, poteſt parte opponente producere mandatum num. 1. deciſ. 66. ſeu 6. de procur.

Procurator in cauſa appellationis nõ poteſt ſubſtituere. nu. 3. deciſ. 75. ſeu 13. de procur.

Procurator in prima inſtantia poteſt poſt ſententiam ſubſtituere procuratorem ad appellandum, non ad proſequendum. num. 3 deciſ. 230. ſeu 4. de appell.

Procuratoris appellatio quid requirat ad eius validitatem. num. 1. & 2 deciſ. 235. ſea 9. de appell.

Procuratoris conſtitutio facta à parte coram ſolo notario, dicitur eſſe apud acta, non autem de actis, & dicitur extraiudicialis, atque eget teſtibus. num. 1. & 3. ſecus ſi coram iudice facta eſſet? num 4. & vide in num. 7. deciſ. 192 ſea 1. de fid. inſtr.

Procuratoris conſtitutio fit in manibus ſolius notarij cauſæ, ad effectum vt eam ponat in actis, & ſi notarius id omittat, parti nocere non debet num 7. deciſ. 192. ſeu 1. de fid. inſtr.

Procuratoris reuocatio non obſtante iuramento, valet nu. 1. deciſ. 70. ſeu 10 de procur.

Procuratoris reuocatio ſufficit, quòd intimetur in camera, & cancellaria. num. 1 decis. 72. ſeu 12 de procur.

Procurator habens duo mandata, procedendo ſimpliciter ad vlteriora ſi nõ apparet, cuius mãdati vigore cõparuerit, intelligitur vigore validioris. num 3 deciſ. 74. ſeu 14. de procur.

Procurator licitè excedit fines mandati domino ſciente. nu. 4 deciſ. 77. ſeu 17. de procur.

Procurator non dicitur dominus litis, ſed inſtantiæ. num. 2. deciſ. 73 ſeu 13. de procur.

Procurator non poteſt procedere in cauſa appellationis, quando in prima inſtantia effectus eſt dominus litis. nu. 1. deciſ. 63. ſeu 13. de procur.

Procurator, qui elegit malum mandatum, in appellando non iuuatur bono, quod etiam habebat. num 1 deciſ. 67. ſeu 7. de procur.

Procurator reum defendẽdo non facit actum contrariũ, & quare? num. 2. deciſ. 62. ſea 2 de procur.

Procurator ſi acceptauit expectatiuę vigore datæ de anno 1536. non debet fieri extenſio ad acceptandum ex alia conceſſione anni 1544. nu 1. deciſ 76 ſeu 16. de procur.

Procurator ſi conſtituentis beneficium reſignauit, in quo procurator ipſe habebat regreſſum per ceſſum, ſibi pręiudicium non attulit. num. 1. decis 62. ſeu 2. de procur.

Procurator ſolus quando poſſit procedere pluribus procuratoribus conſtitutis num. 1. deciſ. 61. ſea 1. de procur.

Procurator ſubſtitus etiam poſt ſententiam, quando habet poteſtatem ſubſtituendi. num. 1. deciſ. 64. ſeu 4. de procur.

Profeſſio emiſſa in manus canonici tenet, quamuis in reſcripto dicatur eam emitti debuiſſe in manibus conſtituti in eccleſiaſtica dignitate. num 1. deciſ. 17. ſeu 1. de reſcr.

Profeſſio quo pacto probetur? deciſ 175 ſeu 11. de prob.

Promotũ ſe non eſſe dicens, an nihilominus poſſit diſpenſationẽ allegare? nu. 1. decis. 387. ſeu 9. aliàs 33. de trien.

Promotus ad Epiſcopatum titularem, tenetur pro retentione beneficiorum ſoluere annatam. num. 2. decis. 37. ſeu 2. de elect.

Promotus ad epiſcopatum retinet officia etiam eccleſiaſtica, puta protonotariatus, & ſimil. num 1. decis. 36. ſeu 1. de elect.

Proprietarij intereſt rem remanere apud vſumfructuarium num. 4 decis. 220. ſea 8. de ſent. & re iud.

Proprietarius ciuiliter poſſidet. num. 2. decis 220. ſeu 8. de ſent. & reiud.

Prorogatione conſeruatur ius, & ceſſat negligentia. num. 5. decis. 382. ſeu 4. aliàs 17. de trien.

Proteſtatio ex cauſa durat ſemper durante cauſa, & cenſetur repetita? num. 3. decis. 423. ſeu 11. de pens.

Prouiſus à Papa ſicut poteſt dare de lite, ita prouiſus ab ordinario poteſt dare de noua lite. num. 2. decis. 158. ſeu 9. vt lit. pend.

Publicatio acceptationis ubi eſt facienda? remiſſiue num. 3. decis. 72. ſeu 12. de procur.

Publicatio eſt introducta, vt ea innoteſcat ordinarijs, & etiam reſpectu expectantium, & populi, vt cognoſcant ſuum paſtorem. decis. 389. ſeu 1. aliàs 7. in reg. de publi.

Publicatio gratiarum an reſpiciat retentionem. num. 5. & 7. decis. 355. ſeu 9. de priuil.

Publicatio excommunicationis eſt quodammodo declaratio. num. 2. decis. 370. ſeu 4. de ſent. excom.

Publicationis ex defectu regula annullat actum in odium non publicantis. nu. 3. decis. 88. ſeu 10. de in integ. reſtit.

Pupillus prope xiiij. annum eſt doli capax num.6.deciſ.133. ſeu 3 de dol.& cont.

Pupillus ſine tutore valide citatur in caſu damni infecti. n. 3.deciſ.133 ſeu 3 de dol.& cont.

Q

QVaſtio incidens, vel emergens qua dicatur? num. 2. deciſ.7.de conſtit.

Qualitas ſe natum ex ſoluto,& ſoluta,& diſpenſatum, eſt probanda,& quomodo probetur? num. 1.& 2.deciſ.176. ſeu 12.de prob.

Qualitas ſoluti,& ſoluta, eſt qualitas, pro qua ſtatus naturalis adeſt, prout quòd quis præſumatur laicus.num. 1.& 5.deciſ.176.ſeu 12.de prob.

Qualitates diuerſa ſeparabiles poſſunt concurrere in eadē perſona.num.4. deciſ.35.ſeu vnica de conſuet.

Quod nolui, potui, quod potui, adimplere nequiui, quomodo intelligatur.num. 12.deciſ.17.ſeu 1.de reſcrip.

Quaſi poſſeſſio incorporalium an transferatur in haredem abſque apprehenſione? num.1.deciſ.105.ſeu 5. de cauſ. poſſ.& propr.

R

RAtificari quandocunque poteſt à principali citatio obtenta eius nomine per aſſertum procuratorem cū cautione rati.num.3.deciſ.253.ſeu 27.de appell.

Ratihabitionis clauſula an ampliet poteſtatem? num. 5. deciſ. 61.ſeu 1.de procur.

Ratio eadem vbi militat, videtur etiam licita extenſio in odioſis.deciſ.408.ſeu 3.aliàs 13 in reg. modific. indult.

Ratio impulſiua reg. de infirmis, quænam eſt, num.3. deciſ. 376.ſeu vnica aliàs 26.in reg.de infirm.

Ratione, & mente concedentis concurrentibus, larga ſignificatio attenditur.num.11.deciſ.17.ſeu 1. de reſcrip.

Rationem vnam ſolam adeſſe in diſpoſitione, probare is debet, qui dicit.nu.2.deciſ.376.ſeu vnica aliàs 26. in reg. de infirm.

Rationes omnes, quibus Lapi allegat.89.per ſtylum Rota eſt reducta ad triennium, tolluntur per prorogationem nu.6. deciſ.381.ſeu 4.aliàs 17.de trien.

Rationis diuerſitate data, non ſit æqualis determinatio nu. 6.deciſ.302.ſeu 2.de teſtam.

Recognitio regeſtri antiqui facta per teſtes habentes notā manum notarij, vel recognoſcentes ea per comparationem, eſt valida.num.1. & eò magis concurrentibus his, de quibus num.3.deciſ.193.ſeu 2.de fid.inſtr.

Recuſari iudex, non niſi ex noua cauſa poteſt poſt primum actum, qui haberet effectum litis conteſtationis in ſummarijs,& quis ſit talis actus.num 1.2.& 3. deciſ.203. ſeu 1.de except.

Recuſatus iudex ignorans coniudicis recuſationem validè procedit.num 2.deciſ.204. ſeu 2.de excep.

Regeſtrum primæ inſtantiæ continet in ſe appellationem.nu. 2.deciſ.230.ſeu 4.de appell.

Regreſſum dare ius ad rem, & facilè tolli ius ad rem, quo pacto intelligatur? num.7 deciſ.44. ſeu 7.de renunc.

Regreſſum habens, ſi permiſerat alium poſſidere per triennium,& vltra poſtquam eſſet locus regreſſui, etiā quòd non ſciuiſſet.an ſibi præiudicauerit. num. 2. deciſ. 183. ſeu 19.de prob.

Regreſſum habens ad canonicatum per quācunque dimiſſionem non poteſt propria auctoritate regredi ad beneficium, eò quia canonicus acceptaſſet dignitatem. nu. 4. deciſ.269.ſeu 6. de præb.

Regreſſum non amittit, qui conſtituit procuratorem cum iuramento ad illum caſſandum, licèt poſtea dictum procuratorem reuocet.num. 2.deciſ. 44.ſeu 7.de renunc.

Regreſſum quis intentare non poteſt, donec ibi locus fiat n. 9 deciſ.183.ſeu 19.de prob.

Regreſſus caſſatio an fieri poſſit per procuratorem ad id conſtitutum cum iuramento de non reuocando, poſt tamen dicti mandati reuocationē per conſtituentē factam, ſed in partibus non intimatam.num.2.deciſ. 70.ſeu 10. de procur.

Regreſſus caſſationi poteſt quis conſentire in manibus ſolius notarij inſcio Pontifice ad inſtar penſionis. num. 1. deciſ. 43.ſeu 6.de renunc.

Regreſſus debet eſſe validus, vt dicatur abdicatum eſſe ius à reſignante.num.2.deciſ.41.ſeu 4 de renunc.

Regreſſus ex cauſa ceſſionis litis non comprehenditur ſub regula Adriani reuocante regreſſus. num. 1.deciſ.42. ſeu 5.de renunc.

Regreſſus habet ius de præterito, & eſt reliquia iuris ceſſi. num.3.deciſ 44.ſeu 7.de renunc.

Regreſſus poteſt interdum canonizari etiam cum procuratore ex aduerſo conſtituto ad omnes lites beneficiales in cauſa contra eum mota ſuper nō ſolutione penſionis. nu. 1.& 5.deciſ.417.ſeu 5.de penſ.

Reg.certo modo conſiderat moleſtantes. num.2.deciſ.400. ſeu 6.aliàs 29 in reg.certo modo.

Reg.certo modo, non procedit in eo, qui cauſa commiſit, & non citauit.num.1.deciſ.400.ſeu 6 aliàs 29.in reg. certo modo.

Reg.certo modo, eſt extendenda contra improbos impetrantes.nu.2.deciſ.395.ſeu 1.aliàs 1.ſuper reg.certo modo.

Reg.certo mod, quando ſit locus, nō obſtante, quòd quis ceſſiſſet liti intra tres menſes.num. 1. ſecus num. 3. deciſ. 399.ſeu 5.aliàs.28 in reg.certo modo.

Reg.certo modo, eſt locus, etiam quòd quis à capitulo electus in eius locum, qui non fuerat intra tempus conſtitutionis promotus, pro noua prouiſione veniſſet. num. 1. deciſ.398.ſeu 4.aliàs 27.in reg. certo modo.

Reg.de annali, eſt odioſa.num. 3.deciſ 385. ſeu 7.aliàs 20. de trien.

Reg.de annali, oſtenditur defectus iuriſdictionis iudicantis, & imponentis ſequeſtrum.num.2.deciſ.375.ſeu 2 ſuper reg.in genere.

Reg.de annali, quando non infringat ius extrinſecus. num. 4.& 5.ibique limitatur deciſ. 375. ſeu 2. ſuper reg. in genere.

Reg de impetrando certo modo, procedit etiam in beneficio modico tempore poſſeſſo. num. 1.deciſ. 395. ſeu 1. aliàs 1.ſuper reg.certo modo.

Reg. de impetrando certo modo, non comprehendit impetrantem à ſummo Pontifice beneficium Epiſcops intra tres menſes ad ſe conſecrari faciendum præſcriptos.nu. 1. deciſ.397 ſeu 3.aliàs ſub 2.in reg.certo modo.

Reg.de impetratione per obitum famil.Cardin interpretatur contra Principem, tanquam eius beneficium num. 3. deciſ.378.ſeu vnica.aliàs 34.in reg.de impetr benef.per obit.famil.Card.

Reg de impetrantibus certo modo, non habet locum in prouiſionibus ordinariorum.num 2. deciſ. 398.ſeu 4. aliàs 27.in reg.certo modo.

Reg.de infirmis reſignantibus quomodo intelligatur. num. 1.deciſ.376 ſeu vnica.aliàs 26 in reg.de infirm.

Reg.de publicandis, eſt introducta ad tollendas fraudes, & ne inuoluerētur omnia beneficia mundi.nu.2.deciſ. 391. ſeu 3.aliàs 9.in reg.de public.

Reg.de publicandis, procedit in reſeruatione, ia qua non aderat

Digitized by Google

rat menſi, nec tempus præfixum acceptandi cum pinguiſſimis clauſulis.num 1.decis.391.seu 3.aliàs 9.in reg. de public.

Reg. de publicandis reſignationibus intra trimeſtre, quando non ſit locus.num.1.decis.394.seu 6.aliàs 32. in reg. de public.

Reg.de publicando eſt ritè intelligenda.num. 2. decis. 390. seu 2.aliàs 8 in reg.de public.

Reg. de publicando quando dicatur ſatisfactum?num.1.deciſ.390.ſeu 2.aliàs 8 in reg de public.

Reg. de triennali,an procedat non obſtante commiſſione, & comparitione ſubſecuta? num.1.& 9 vbi ampliatur nu. 1.decis.380.seu 2.aliàs 5.in reg. de trien.

Reg.de triennali,an tueatur eum,qui poſt lapſū triennij, cōmiſit cauſam ſuper beneficio, & aduerſarius docuit de ſuo titulo. limita.prout num. 5. num. 2.decis.379.seu 1. aliàs 4.in reg.de trien.

Reg.de triennali, præſtat tantùm exceptionem, & nō actionem num 1.decis.379.seu 1.aliàs 4.in reg.de trien.

Reg.de triennali prodeſt ei, qui habuerat reſignationem ab illo,qui priori die reſignauerat.num 1.& 6. decis. 386. seu 8.aliàs 31.de trien.

Reg. de triennali prorogata per Papam, an poſſeſſor per quadriennū poſſit potiri beneficia allegationis Lapi 09. num. 1.& 4.deciſ.382.ſeu 4.aliàs 17.de trien.

Reg.de triennali quando ſit locus?num.1. deciſ. 381. ſeu 3 aliàs 6.de trien.

Reg de triennali non eſt locus, quando quis poſſedit beneficiū viuentis,vel non vacans num. 4 deciſ. 386.ſeu 8. aliàs 31.de trien.

Reg lite annullet proſecuta, non tamen annullat ea, quæ extrinſecus acquiruntur.num.1.deciſ. 375.ſeu 2.ſuper reg in genere.

Reg modificatiua, fauore expectantium procedit etiam in ijs indultis conceſſis Cardinali in reſignatione epiſcopatus.nu.1.decis.409.ſeu 4.aliàs 14 in reg. modific.

Reg modificatoria indultorum Cardinalium procedit dūtaxat in beneficijs ſpectantibus ad præſentationem.num. 1.deciſ.408.ſeu 3.aliàs 13.in reg.modific indult.

Reg.modificatoria indultorum Cardinalium abſentiū, procedit tam in ſemper abſentibus,quàm in præſentibus, qui poſſet protectionem facere.num.1.amplia,prout num.4. deciſ 410.ſeu 5 aliàs 15 ſuper reg.modific.

Reg. modificatoria indultorum Cardinalium modificat etiā menſes ordinariorum.num.1 & 2.deciſ 406. ſeu 1.aliàs 36 in reg.modific.indult.

Reg.modificatoria indultorum Cardinalium ſonat in priuilegium & loquitur per verba poſſunt.nu.2.deciſ. 407. ſeu 2.aliàs 37 in reg.modific.indult.

Reg. quòd non poſſit quis augere vltra tertiam,loquitur de valore annuo quod,an de vero intelligatur, vide. nu. 2. deciſ.403.ſeu vnica.aliàs 35.in reg.auge. non poſſ vltra tert.

Reg.quòd reſtitutio detur ſpoliato,limitatur, quādo ſpoliās fuiſſet ſurrogatus in locum reſignatarij.num.1.& 2.deciſ.117.ſeu 12 de reſtit.ſpol.

teſt defendi ex eo capite, quia ſumus in confli-
ctu opinionum, cum maximè ſufficeret conſta
re de communi. Put. 233. lib. 3. bene verum eſt
quòd Aym. in d. conſ. 12. num. 15. dicit quòd ip
19 ſe † quatuor modis ſolet limitare concluſioné
(quòd quando ſtatutum mandat quòd filia ſit
dote contenta, non poſſit petere ſupplemen-
tum dotis) quos Aym. ibi non refert: igitur po
terunt Informantes Bernardinæ perquirere,
quia Domini circa huiuſmodi limitationum
inueſtigationem non potuerunt laborare, & vi
debitur an aliqua ex illis poſſit applicari caſui
noſtro.

Addebant etiam pro Bernardina aliqui Do
mini, quòd Soccin. conſ. 100. ſub num. 11. lib.
3. quem ſequitur Aym. conſ. 236. num. 4. dicit
20 quòd ſaltem poterit† petere quòd ſuppleatur
dos ſufficiens ad alimenta, quia dos ſuccedit
loco alimentorum: Sed reſpondebāt quod ne
que hoc excuſabit ſententiam, quia attento
quòd eſt vxor artificis, ſatis ipſa Bernardina
habuit totam ſuam legitimam, nam (vt eſt di-
ctum) habetnr ſummopere reſpectus ad qua-
litatem perſonæ. Bald. Nouell. in d. 6. part. d.
priuil. 17. ſub num. 5. & hoc ſecundum aliquos
Dominos, præſupponendo quòd dos de tem-
pore dotationis habito reſpectu ad quantita-
tem bonorum paternorum, non fuit incompe-
21 tens, & nimis tenuis, ſed ſufficiens, quo caſu †
non attenditur augmentū ſuperueniens. Bald.
in d. Auten. res quę num. 16. verſ. niſi inſpecto
Ruin. d. conſ. 56. num. 13. & 14. Aym. d. conſ.
12. num. 14. Dec. d. conſ. 276. in loco ſup. al-
leg. ex Bald. Nouell. & alijs per eum allegatis.

Quo ad alias limitationes informantes poterunt audiri, licet aliquibus videretur ex prædictis, quòd ad ſtatutum noſtrum nulla applicari poſſet, quia verba ſunt valdè præciſa; ſed quoniam ſuper prædicto ſtatuto cap. 82. partes non informarunt, & conſequenter nec ſuper alijs hac occaſione per Dominos conſideratis, licet Domini viderentur penè concorditer inclinare quòd ex prædictis colligeretur notoria iniuſtitia prædictæ ſententiæ; tamen fuit dictum quòd pars Bernardinæ audiretur ſuper prædictis, ſi vellet particulariter informare.

Quo vero ad ſecundum caput quantitatis
nihil fuit firmatum; quia de valore non ſatis
Dominis conſtitit, & illa informatio Camera-
22 lis aliquibus non placuit, quia † vbi agitur de
graui præiudicio, non admittitur hæc proba-
tio. Soccin. allegat. in materia ſtyli, in illa Iſpa-
len. penſionis coram me, & hoc caput viden-
dum erit facto calculo valoris bonorum, ſi vi-
deatur neceſſarium.

Calagurritana fructuū ſuper excreſcentium Vener. 29. Aprilis 1575.

EPITOME.

Capitulum non poteſt dare de Iure tertij, abſque eius conſenſu, mandato, ſeu declaratione, & plura ad intellectum cuiuſdam conſtitutionis Eccleſiæ Callagurritan. adducuntur.

SVMMAE.

1 *Capitulum non poteſt dare de iure tertij abſque illius conſenſu, vel mandato, & num. 8. lim. proūt num. 2.*
3 *Impedimentum excuſat à mora.*
4 *Lis, & cauſa finitur pro remindicatam, non autem per vnicam ſententiam à qua eſt appellatum.*
5 *Excuſatio à mora quando intret, ſi ſtat per partem appellantem?*
6 *Reſtitutionis cauſa quamuis debeat intra quadriennium finiri, ſi tamen ſtat per partem appellantem, tunc lapſus quadriennij non obſtat.*
7 *Ablatiui abſoluti inducunt formam.*

DVBIVM.

An in caſu de quo agitur, dimidij beneficiati ſint reintegrandi ad fructus ſupercreſceñ. ſi qui ſint, antequam de illis prouideatur Ioanni de Mugaſ

3. DECISIO. alioqui. III.

Fvit dictum quòd hoc dubium magis in facto conſiſtere videtur, & ideò quòd ego firmarem bene factum. Ex dictis tamen informantium, circa quatuor animaduertebant Domini.

1 Primo ſibi placebat quòd Capitulum † nō
poſſet dare de Iure tertij, nempè illorum dimi
diorum, abſque conſenſu, & declaratione ipſo-
1 rum. Bart. & Socin. in l. 2. ff. de exception. rei
Iud. & fuit dictum in vna Roman. cenſus, corā
2 R.P.D. Robuſterio, de anno 1573. niſi † fortè
in mandato Capituli eſſent etiam compræhen

ſi dimi-

Digitized by Google

ſi dimidij, & appareret de eorum conſenſu.
Secundo quo ad ipſos dimidios dicebatur
eos non videri reintegrandos ad fructus ſu-
perexcreſcentes, quia cum iam ipſi fuerint in-
terpellati,& in mora conſtituti ſecundum for-
mam conſtitutionis,ſunt excluſi:licet enim ve
nerint ad cauſam, & dederint petitionem, itẽ
produxerint mandata, tamen nihil aliud ege-
runt; nec intra annum finierunt litem iuxta
formam dictæ conſtitutionis.
Dixerunt tamen Domini quòd ſi docerent
3 † de impedimento,poſſet intrare excuſatio, vt
per Creſc. deciſ. 239. & aliqui dubitabant an
ſufficeret etiam ſi obtinuiſſent primam ſenten
tiam intra annum (iuxta verba conſtitutionis
vſque ad ſententiam diffinitiuam infra vnum
annum) & dicebant rem videri dubiam, & vi-
deri negatiuam magis eſſe veram: quia conſti-
tutio vult, quòd cauſa finiatur ibi (proſequan
tur & finiant cauſam) certum eſt autem quòd
4 † per primã ſententiam cauſa non finitur,quã-
do ab ea eſt appellatum vt in caſu noſtro, ſed
per rem iudicatam finitur. Ant. Aug. in tit. vt
lit. pend. §. de litigioſis, vbi refert deciſiones
quas ſeruat Rota. Sed circa hoc fuit dictum,
5 quod † ſi ſtaret per partem appellantem, in-
traret forte excuſatio,arg.not.per gloſ.in Cle,
vnica in verb.finiri & ibi Imol.num. 15. & Bo-
nifac.num.37. de reſtit.in Integr.vbi licet cau-
6 ſa † reſtitutionis in integrum debeat finiri in-
tra quadriennium,tamen ſi ſtat per partem ap
pellãtem, tunc lapſus quadriennij non obſtat.
Vnde probato impedimento,fortè non obſta-
ret dicta conſtitutio. Dixerunt tamen in caſu
propoſito, eos videri omnino excludendos
ſtante prædictà eorum negligentia, alio non
docto,
Nec mouebat Dominos id quòd dicitur
per Capitulum quòd expectantes non potue
rint agere niſi elapſo anno integro, ſaltem vt
hoc excuſet moram dimidiorum, nam magis
hęc ipſa incitatio expectantium,conuincit mo
ram dimidiorum.
Tertio (excluſo iam Capitulo) item eiſdẽ
dimidijs, dubitaui an ipſi expectantes ſint au-
diendi,& an ipſi ſatisfecerint conſtitutioni? du
bium faciebant verba dictæ conſtitutionis tũ
cap. 7. ante fin. ibi talis expectans poſſit pete-
re & præferatur dimidio,&c.conſtito qualiter
eos requiſierit, tum cap. 8. in princip. quòd
quarti,& dimidii qui requiſiti petierint, &c.
vtrobique ponderando verbum requiſiti, vel
requiſierint,ad hoc ergo vt admittantur expe
ctantes, debet conſtare quòd requiſierint di-
midios (aduertendo etiam quòd per ablatiuũ
7 † abſolutum conſtito, hoc videtur pro forma
imponi in dicta conſtitutione) Cum autem nõ
probetur requiſitio intimata omnibus bene
ficiatis dimidijs, ſed tantum probetur intima
ta ſoli Ioanni de Aramaiona,videtur quòd nõ
ſit ſatisfactum dictis verbis conſtitutionis. Et
quamuis requiſitio ſit facta de omnibus coram
notario,& alij beneficiati ſint in ea nominati,
tamen (vt dixi) intimatio non probatur facta
alijs;igitur fuit dictum,vt expectantes *ſatisfa-
ciant* huic motiuo.
Quarto quo ad Ioannem Aramaiona, fuit
dictum ex prædictis clare apparere eum eſſe
excludendum; cum enim liqueat eum fuiſſe
requiſitum cum ſpeciali intimatione,item ve-
niſſe ad cauſam, & feciſſe multos actus, & ta-
men non finiuiſſe cauſam intra annũ (nam ſen-
tentia lata eſt poſt annum, quę tamen non eſt
in ſpecie in eius fauorem,ſed tantum continet
quod extant fructus ſuperexcreſcentes pro
dimidia) conſtat eum non ſatisfeciſſe dictæ
conſtitutioni. Debet enim probare quòd *ipſe*
fecit particularem inſtantiam de ſen*tentia ob-
tinenda*, & eam in ſpecie ferri petierit *ſuper*
hoc negocio,non generaliter, & per clauſulas
ordinarias; alioqui non dicitur ſatisfeciſſe, vt
fuit reſolutum in vna Gerundeñ. coram R. P.
D.Lancelloto anno præterito,& in hac exclu-
ſione omnes Domini videbantur concordes,
niſi doceat vel de prædicta diligentia, vel de
aliquo impedimento. Sicut etiam fuerunt con
8 cordes,capitulũ non eſſe audiendũ, nec † poſ-
ſe dare de Iure dimidiorum,ſine eorum con-
ſenſu vel mandato, igitur dixerunt, quòd vi-
deatur benè mandatum Capituli.

Calagurrritana Theſaurariæ, Veneris 29. Nouembris 1577.

EPITOME.

RESignatio nõ publicata Iuxta formam Conſtitutionis Pij V. felic. rec. 182. Incip. Sanctiſsimus, *ob-*
ſtat reſignanti.

SVMMAE.

1 *Publicationi facienda Iuxta formam Conſtitutionis Pij V. an æquipolleat captura poſſeſsionis? & num. 4.*
2 *Pij V. conſtitutio de publicandis, quæ requirat? & n. 8.*
3 *Conditionem haberi pro adimpleta, quando non ſtat pro implere debentem, limitatur prout hic.*

Publi-

5 *Publicatio populoſa requiritur, & coram multitudine iſto in caſu.*
6 *Publicatio facta poſt menſem, nihil operatur.*
7 *Permiſſa ad tempus, cenſentur poſt tempus prohibita.*
9 *Forma per æquipollens an poſsit impleri in terminis conſtitutionis Pij V. de publicandis reſignationibus?*

PRAESVPPOSITA.

Pręſuppoſito mandato ad reſignandum Theſaurariam de qua agitur, per Io. Ybarra dato, cuius copia in neceſſarijs detur. 1
Et reſignatione d. Theſaurariæ in manib⁹ Ordinarii. 2
Et prouiſione facta per Ordinarium Ioanni de Abencaualegni ſub diebus 5. & 6. Februarij. 1572. 3
Et inſtrumento poſſeſsionis, & mandato de manutenendo eundem Io. de Abencaualegni. 4
Et ſtante conſtitutione Pij Papę. V. de publicandis. 5

DVBIVM.

An dictæ reſignationi obſtet dicta conſtitutio Pij Papæ V. de publicandis?

4. DECISIO. alioqui IIII.

COnſtitutio Pij V. dat certam formam cum
decreto irritanti: forma eſt in beneficijs
exiſtentibus in Cathedrali, quòd debeant pu-
blicari eorum reſignationes in eadem Cathe-
drali dum ibi ſolemnia celebrantur, &c. quòd
quia factum non fuit in caſu de quo agitur, op-
ponitur intrare dictam conſtitutionem contra
Ioannem.
1 Ex aduerſo reſpõdetur ſufficere † pro publi
catione captã fuiſſe poſſeſſionem ex deci. Caſ-
ſad. 26. ſuper reg. & Sarnẽ. de public. qu. 11.
Aliqui Domini replicabant quòd ea omnia
procedunt ſecundum terminos antiquę regul.
hodie autem habemus dictam conſtitutionem
2 magis apertam, quæ vult † hæc duo copulati-
uè concurrere debere, vt ipſa conſtitutio dica
tur adimpleta, cum clauſula & non aliter, nem-
pe quòd capiatur, vel ſaltem petatur poſſeſſio,
&c. & quòd fiat publicatio in Cathedrali, &c.
dũ inibi populi multitudo ad diuina audiendũ
conuenerit, publicè, alta, & intelligibili voce,
&c. & aliter factas publicationes vult eſſe nul-
lius momenti. quo caſu videtur intrare ſimile
Bald. in l. ſi pater. num. 18. in fin. C. de Inſt. &
ſubſt. Dec. in l. in Iure ciuili numer. 2. de reg.
3 Iur. quòd licet quando † non ſtat per implere
debentem conditionem, ea habeatur pro im-
pleta: tamen hoc fallit quando teſtator voluit
quòd verè adimpleatur.
Pręterea etiam ſecundum regulam antiquã,
4 non ſufficiebat † captam fuiſſe poſſeſſionem,
ſed requirebatur pro effectu, & æquipollenti
publicationis, ſaltem continuatio poſſeſſionis
per menſem, vt per Sarnen. in d. q. 11. in addit.
ibi & tenendo opin. Rotæ quod continuatio
poſſeſſionis ſaltem per vnum vel duos menſes
æquipolleat publicationi. Caſſad. d. deciſ. 26.
Put. 353. coram Mohedano lib. 1. Achil. 1. ſu-
per reg. de public. aliàs 7. ſuper reg. quo caſu
Rota ſequitur conſ. Gemin. 75. numer. 3. & 4.
5 quòd † requiratur publicatio populoſa, & co-
ram multitudine; ſed reprobat in eo quòd non
vult ſufficere pro publicatione continuationẽ
poſſeſsionis ſaltem per vnum, vel duos mẽſes,
vt dicunt Put. & Sarnen. prælleg. qui volunt
dictam formã publicationis impleri per æqui-
pollens continuationis poſſeſsionis vt ſupra,
&c. hic autem non probatur aliqua continua-
6 tio intra menſem: quia non eſt dubiũ, quòd †
ſi poſt menſem eſſet facta publicatio, nihil ope
raretur, & propterea etiam ſecundum regulã
antiquam oportebat probare illas diligentias
intra tempus datum ad publicandum. Caſſad.
d. deciſ. 26. in fin.
7 Eſt enim regula vulgaris, quòd permiſſa †
ad tempus, cenſentur poſt tempus prohibita.
Caſſad. d. deciſ. 26. ſup. reg. in final. verb. Cum
autem intra menſem hic non probetur conti-
nuatio poſſeſſionis, nec aliquid ęquipollẽs pu
blicationi requiſitæ in dicta conſtitutione Pij
Papæ V. ceſſant ea omnia ex quibus deducitur
publicatio per Ioannem; quia non fuerunt fa-
ctæ intra terminum præſtitutũ à dicta conſti-
tutione. Et ex hoc capite Domini concorditer
8 reſoluerunt † hanc conſtitutionẽ obſtare Ioan
ni in caſu propoſito, quia non docuit de ſolẽ-
ni publicatione, nec de alio æquipollenti intra
menſem iuxta formam dictæ conſtitutionis.
Aliqui etiam Domini maximam habebant
difficultatem in hoc caſu, ſtantibus verbis con-
ſtitutionis annullantibus aliter factas reſigna-
tiones, & per clauſulas valde vrgentes, & præ-
gnantes ibi: ſub infraſcriptis modo & forma &
non aliter publicari, &c. & ibi: alioquin reſigna
tiones & ceſsiones aliter quàm vt præfertur
publicatæ, &c. cum clauſula ſublata, & cũ clau-
9 ſula irritum, &c. an poſsit † adimpleri prædi-
cta forma per æquipollens ex tradit in ſimili à
Socin. conſ. 259. vol. 2. & per Bald. ſupradictũ.
Dicebant enim videri conſtare de mente Pa-
pæ quòd iſta forma ſit præciſè, non autem per
æquipollens implenda; quia videtur tollere ea
quæ aliàs fuerunt iudicata æquipollentia: item
quia eſt noua prouiſio Papæ, vltra quòd nullũ
adeſt æquipollens quoad populum, cui debet
fieri

fieri hæc publicatio, vt per Achill. d. deciſ. 1. in fin. & propterea periculoſam dicit hanc limitationem Brun. de form. fol. 75. col. 2. verſ. ad idẽ facit quia vt latè, &c. nam (vt ipſe ait) de facili poteſt cadere difficultas ſuper iſta æquipollentia. De qua tamen difficultate (quia alij Domini contrarium ſentiebant, & materia præfatæ Conſtitutionis Pij V. viſa eſt ſatis dura) fuit dictum quòd poſtea poterit agi ad partẽ, quia cauſa eſt exemplaris, & digna conſideratione ſi tamen occurret: vt quia Ioannes oſtẽdat talia per ſe eſſe geſta intra menſem, quæ æquipolleant dictæ publicationi, vt dixi.

Deciſiones allegatę coram R. P. D. Aldobrãdino, fuit dictum quòd nõ faciũt ad propoſitũ.

Legioneñ. Capellaniæ S. Vincentij Veneris 20. Decemb. 1577.

EPITOME.

PAtris de fauore hoc in caſu non agitur, vt eius filius ſit in Aui magis, quàm in eius poteſtate?

S V M M A.

1 *Fauor patris quando non conſideretur, vt eius filius ſit magis in eius, quàm in Aui poteſtate?*

P R AE S V P P O S I T V M.

Stantibus reſolutionibus in huiuſmodi cauſa factis, & lege Tauri quadrageſima ſeptima. 1

D V B I V M.

An dicta lex procedat in fauorabilibus tantum, vel indiſtinctè, ita vt Gaſpar reſpectu Bernardini Aui dicatur, vel non dicatur originarius loci de Manſilla, ad effectum & in caſu de quo agitur?

5. DECISIO. ali. V.

DOmini dixerunt (etiam præſuppoſito, quòd lex Tauri procedat in fauorabilibus) hoc caſu non † agi de fauore patris, vt eius filius ſit in poteſtate Aui, ſed magis quòd ſit in ſua poteſtate.

Legionem capellaniæ de Manſilla Lunæ 17. Martij. 1578.

EPITOME.

NAturalis dicitur nepos ex Aui perſona, ſecundum formam huius Conſtitutionis?

S V M M A.

1 *Naturalis nunquid nepos dicatur ex Aui perſona?*

D V B I V M.

An conſtitutio cuius copia datur, ſuffragetur Gaſpari in caſum de quo agitur?

6. DECISIO. alioqui. VI.

1 GAſparem dici etiam naturalem † in hac materia beneficiali, voluerũt Domini ex cõſtitutione de qua in dubio, iunctis teſtibus, qui volunt quòd etiam poſt longiſſimum tempus mortis Auorum, durent nepotes naturales ex Auorum perſona. Quid autem hoc releuet, videbitur in concurſu fiendo.

DE RESCRIPTIS. Salamantina Penſionis. die 3. Iul. 1573.

E P I T O M E.

LIteræ non ſunt remittendæ Officialibus ad corrigendum, quãdo non Conſtat de aliqua diſcordantia inter ſupplicationẽ & literas, & præſertim quãdo minus eſt in eis quàm in ſupplicatione.

S V M M AE.

1 *Literæ remittuntur Officialibus corrigendæ, quando conſtat de aliqua diſcordantia inter ſupplicationem, & literas, alioquin ſecus.*

2 *Literæ non remittuntur corrigendæ, quando minus eſt in eis, quàm in ſupplicatione.*

3 *Verificandæ ſunt omnes qualitates expreſſæ, in gratioſis.*

4 *Militia expreßio facta per aliquem, an inferat clericatũ, vel religionem, vt ei poſsit aſsignari penſio?*

P R AE S V P P O S I T A.

Stante ſupplicatione reſeruationis penſionis de qua agitur, per Franciſcum Guiral in actis producta in regeſto. fol. 509. 1

Et literis deſuper expeditis, & per eundem productis fol. 4. 2

Et ſtante reſeruatione penſionis 150. ducat. ad fauorem Franciſci Ortez de Velaſco, reſeruatæ de anno 1542. ſuper Theſauraria, & Canonicatu Salamantin. fol. 582. 3

Et depoſitionibus teſtium ſuper verificatione habilitatum, & vita Franciſci, quorum breue ſummarium detur. 4

Et depoſitionibus teſtium, nuper pro parte Franciſci Guiral

Guiral examinatorum ſuper valore dictorum Canonicatus & theſaurariæ, quorum etiam breue ſummarium Dominis detur. 5

Et correctione Iulij PP. iij. expræſſionis Io. de Aguilera fructuũ Theſaurariæ ad 600. quòd reducatur & corrigatur ad 125. fol. 552. 6

Et mandato Cameræ Officialibus Cancellariȩ directo, de reſtituendo annatam Io. de Aguillera vſque ad ſummam 160. ducatorum, attento quòd conſtabat per teſtes tam in Curia quàm in partibus examinatos, quòd fructus dictæ Theſaurariæ ſummam 160. ducatorum non excedebant. 7

Et reſolutione poſtremo loco in hac cauſa facta. 8

DVBIVM.

An conſtet de tali diſcordantia inter ſupplicationẽ & litteras, vt literæ ſint remittendæ officialibus ad corrigendum?

Et an narratiua dictæ penſionis 50. ducat. de qua agitur, ſit ſufficienter iuſtificata quo ad valorem Theſaurariæ?

7. DECISIO. alioq. I.

1 DOmini reſoluerunt non † conſtare de tali
diſcordantia inter ſupplicationem, & litteras, vt litteræ ſint remittendȩ officialibus ad
corrigendum. Et vltra alia deducta, ea potiſſi-
2 mum ratione ſunt moti, quia litteræ † non remittuntur ad corrigẽdum vbi minus eſt in eis quàm in ſupplicatione.

An autem Frãciſcus teneatur verificare clericatum, quæ eſt qualitas narrata in ipſa ſuppli-
3 catione, quaſi in gratioſis † omnes qualitates ſint verificandæ Iux. tradita per Doctor. in l. Gallus §. & quid ſi tantum, de liber. & poſthum. argum. deciſ. 7. de reſcript. in nou. cum ſimil. An verò ſufficiat narraſſe ſe militem,
4 † quaſi Militia inferat clericatum, vel eum religioſum, & cui poſſit aſſignari penſio arg. not. per Abb. in c. niſi in fin. de præb. Gig. de penſio. q. 15. Item an idem teneatur verificare valorem Theſaurariȩ? Domini voluerũt plenius, & particularius informari.

Romana 35. locorum montis carnis Veneris 11. Decembris. 1573.

EPITOME.

COmmiſsio appellationis non tribuit iuriſdictionem, nec ſuffragatur ei qui non appellauit.

SVMMAE.

1 *Commiſsio appellationis quando non prodeſt?*
2 *Appellationis Iudicis vt iuriſdictio fundetur, probandum eſt appellatum eſſe, & intra legitima tempora.*
3 *Conſtiterit verbum requirit veram, & perfectam probationem.*
4 *Commiſsio non poteſt dare iuriſdictionem ſuper eo quòd nõ eſt. præſertim quando in commiſsione non adeſt clauſula quam & quas num. 5.*
6 *Cõmiſsio quando ſuſtinetur vigore clauſulæ quã & quas?*
7 *Principale negotium totum videtur commiſſum per clauſulam quam & quas, non obſtante quòd de appellatione non conſtaret.*
8 *Appellatum quamuis ſit, ſed non ſit commiſſa cauſa appellationis, non tribuitur iuriſdictio.*
9 *Appellatus poteſt committere cauſam appellationis, dummodo id tamquam appellatus expreſsim faciat.*
10 *Potuit quis vt appellatus cauſam committere, & non fecit, ergo noluit: valet conſequentia.*
11 *Litis conſortis clauſula quando non proſit?*

DVBIVM.

An commiſsio appellationis (cuius copia detur) ſuffragetur Bernardo in caſu, & ad effectũ de quo agitur.

8. DECISIO. alioq. II.

1 FVit reſolutum per Dominos, Commiſſionem † appellationis in caſu & ad effectum
de quo agitur, non ſuffragari Bernardo, nec tribuere iuriſdictionem.

Et moti ſunt potiſſimum, quia commiſſa eſt cauſa appellationis interpoſitæ à Ioachimo, & in qua aſſeritur Ioachimus appellãs, & qui vt talis inſteterit committi cauſam, qui tamen Ioachimus non appellauit, nec de eius appellatione conſtat. Intrat ergo vulg. reg. Iuris, quòd
2 † ad fundamentum iuriſdictionis Iudicis appellationis, debet probari appellatio ritè, & intra debita tempora interpoſita, alioqui appellans non poteſt obtinere coram Iudice ad quem, vulg. c. Romana §. ſi vero de appell. in 6. l. hi qui ad ciuilia, vbi Bart. ſub num. 3. verſ. tu vero C. de appell. c. cum in Eccleſia, vbi materia, & ibidẽ Dec. in 2. notab. & Prępoſ. eod. Abb. in c. exibita in penult. notab. per illum tex. in verb. ſi conſtiterit appellatum, de Iud. Bald. conſ. 308. lib. 5. Gemin. in dicto §. ſi vero in primo notab. ad quod ipſum in ſpecie pon-
3 derabãt etiã prædicta verba ſi cõſtiterit, † quæ requirunt veram & perfectam probationem ſecundum Io. de Ana. in cap. ſi conſtiterit vbi etiam Felin. in 1. col. de accuſat. ad idem eſt deciſio Rot. 11. in nou. Itẽ Egid. vulg. deciſ. 100.
4 Item deciſ. 22. in illis verbis, nam commiſſio †
non poteſt dare Iuriſdictionem ſuper eo quòd
5 non eſt. Item deciſ. 28. cum plur. concord.
cum maxime † in commiſſione non adſit clau-

ſula quam & quas,de qua per Sarn.in reg. de
6 infir.reſig.q. 34. num. 4. vigore cuius † com-
7 miſſio forte ſuſtineri poſſet,quia totum † nego
cium principale commiſſum videretur, etiam
non obſtante quòd de appellatione non con-
ſtaret vt per Sarn. prædictum mihi in 2. pag.
verſ.& hoc vlterius comprobatur.

Cum ergo cauſa appellationis à Ioachimo
interpoſitæ ſit commiſſa,& non conſtet de hu
iuſmodi appellatione, commiſſio non tribuit
Iuriſdictionem. Et licet Bernardus appellaue-
8 rit,tamen quia cauſa † huius appellationis non
reperitur cõmiſſa, ea non poteſt tribuere Iu-
riſdictionem.

Nec obſtat quòd Ioachimus ſaltem vt appel
9 latus † potuerit committere hanc cauſam ap-
pellationis, iuxta deciſ. 16. de appell. in nou.
cum alijs ex aduerſò deductis:quia hoc proce-
deret ſi obtinuiſſet cõmitti vt appellatus; ſed
liquet de contrario in ſupplicatione,quòd ma
gis commiſit vt appellans ibi, Ioachimum de
Pichis,& litis cõſortes &c.appellantes ex vna,
10 quòd † ergo ipſe potuit, nempe vt appellatus
committere cauſam, & non fecit, noluit ergo,
&c. vulg.reg.l.multum intereſt.C.ſi quis alte-
ri vel ſibi cum ſimil.

Nec placuit Dominis,quòd ſuſtineretur cõ
11 miſſio in vim clauſulæ & litis cõſortes,† quaſi
Bernardus appellãs eſſet effectus litis conſors
Ioachimi:quia de tali conſortio non conſtat ni
ſi poſt latam ſententiam, & penè in eiuſdem
ſententiæ fraudem, Immò apparet ſententiam
prædictam fuiſſe latam inſtante procuratore
eiuſdem Ioachimi,qui ſemper fuit conſors ad-
uerſariorum dicti Bernardi. Alia non viſa ſunt
Dominis releuantia.

Burgen. Iuris ſepelliendi Veneris 10. Iunij. 1575.

EPITOME.

DErogatio expreſſa regulę Pij. V. de iure quæſito non tollendo eſt neceſſaria.

SVMMAE.

1 *Derogatio expreſſa regulæ de iure quæſito non tollendo quando ſit neceſſaria?*

2 *Scientia Papæ ſiue implicita, ſiue explicita quando non ſufficit?*

3 *Regul.de non tollendo iure quæſito emanauit,ne propter varias impetrantium ſuggeſtiones tolleretur ius tertij.*

4 *Suggeſtiones eſſe poſſunt non ſolum vbi falſum, ſed etiam vbi verum narratur.*

5 *Impetrantium ſuggeſtiones vbi adſunt,derogatio expreſſa regul.de non tollendo iure quæſito requiritur.*

6 *Derogatio in ſpecie vbi requiritur (prout in regul. Cancellariæ)non ſufficit generalis derogatio.*

7 *Patronis non præiudicatur ex ſola narratione quòd beneficium non ſit de iure patronatus,niſi ſpeciatim ei per Papam derogetur.*

8 *Derogatio requiritur etiam in conceſsione facta à Principe, & quare?*

9 *Principis ſola ſcientia non ſuffieit quando reſcribit contra factum proprium, ſed particulatim clauſula derogatoria requiritur.*

10 *Derogatoria clauſula requiritur in facto deteſtabili.*

11 *Scientia certa non ſufficit vbi tractatur de graui alterius præiudicio.*

12 *Concilij derogatio peculiaris requiritur, quamuis eius ſeries & diſpoſitio narrata ſit.*

13 *Derogatio peculiaris requiritur regulæ de iure quæſito nõ tollend.etiam quòd Papa intellexerit præiudicium.*

14 *Derogatio ſpecialis requiritur in diſpoſitionibus etiam motu proprio, & etiam excerta ſcientia emanatis, vbi pariter de intellectu Bullæ Pij. V. fel.record.*

PRAESVPPOSITA.

Præſuppoſita ſcientia Papæ, prout in commiſſione, cuius copia datur. 1

Et reſolutione in iſta cauſa facta 5. Iulij. 1574. 2

Et verbis regulæ Pij. V. de Iur. quæ. non toll. cuius etiã copia datur. 3

DVBIVM.

An fuerit neceſſaria expreſſa derogatio dictæ regulæ,in caſu de quo agitur?

9. DECISIO. alioq. III.

FVit reſolutum(ſtrictè ad punctum) expreſ
1 ſam derogationem † regulæ de Iur. quæ.
non toll. eſſe neceſſariam in hoc caſu. maximè
attenta ampliatione fel.record.Pij V. & dixe-
2 runt † non ſufficere ſcientiam Papæ, ſiue impli
cita ſit,& quæ deſumatur ex clauſula ex certa
ſcientia, ſiue etiam explicita, & verè narrata
ſemper enim dixerunt requiri expreſſam de-
rogationem.

Moti ſunt Domini, quia (vt colligitur ex
3 procemio reg.) ea emanauit ne † propter va-
rias impetrantium ſuggeſtiones tolleretur Ius
4 tertij. ſuggeſtiones † enim poſſunt eſſe non ſo
lum vbi falſum, ſed etiam vbi verum narratur,
propter quas, licet Papa inducatur ad reſcri-
bendum, hoc noluit vllo modo intelligi ſi per
eas tollatur Ius tertij, in quo actu præiudicia-
li Papa voluit quòd in ſpecie de ſua mente cõ
ſtaret per ſpecialẽ, & expreſſam derogationẽ.
Vbi-

Digitized by Google

5 Vbicunque ergo adſunt ſuggeſtiones † im-
petrantium(vt apertè colliguntur in quæſtio-
ne noſtra ex narratiua ſupplicationis monia-
lium) tunc voluerunt regulam non intrare, ni
ſi habeat ſpecialem derogationem. Et pro hoc
placuerunt Dominis notata per Sarn.in proœ
mi.reg.q.5.ſub num. 2.cum ſeq.& per rot. qui
6 plura cumulat:quòd vbi † requiritur in ſpecie
derogatio (vt eſt in regulis Cancellariæ, in ſpe
cie autem in regula noſtra) non ſufficit genera
lis derogatio; ſed requiritur ſpecialis. Adidẽ
aliquibus placebat Felin.in c.nonnulli in prin.
col.3.num.2.verſ. regula prima eſt iſta, & col.
ſeq.in fin.ſub num.3.verſ. amplia iſtam regulã
de reſcript.& numer.12.verſ. obſtant huic fal-
lentiæ,& verſ.limita primo,idem Felin.in c.cũ
inter num.1.& magis in ſpecie num.4.verſ. Itẽ
aduerte,vbi ſubdit. Rotam ſuo tempore ſem-
7 per obſeruaſſe,quòd ex † ſola narratione quòd
beneficium ſit de iurepatronatus, non cenſe-
tur præiudicatum patronis.Item in materia hu
ius regulæ Sarn. ſuper reg. de Iur. quæſ. q. 1.
num.21.& q.6.ſub num.2.verſ. tamen in con-
trarium.Mohed.deciſ.82. & in hoc propoſito
ſuggeſtionis,placuit ratio allegata per text. in
l.1.C.de petit.bonor.ſublat. lib.10.vbi requi-
8 ritur † derogatio etiam in conceſsione facta à
Principe,ea ratione: quia aliquando ad inuere
cundam petitionem,& ſuggeſtionem alicuius,
cogitur Princeps concedere non concedẽda;
& placuit etiam argumentum deſumptum ex
Bal.c.1.§.libellariæ verſ.illud eſt, de Pace Cõ
9 ſtant. non ſufficere † ſolam ſcientiã Principis
quando reſcribit contra factum proprium, ſed
requiri clauſulam derogatoriam; tradit idem
Bald.in l.eam quam num.31. C. de fideicom.
10 vbi pariter requiritur † clauſula derogatoria
in facto deteſtabili, vt per eum, quæ videban-
tur comprobari ex communi opinione,de qua
atteſtatur Alex.in l.3.§. ſi is nu.7.ff.quòd quiſ-
que Iur.& in addit.ad Bart.in l.fin. in verb. re-
11 quiratur C.ſi contra ius,&c.quòd vbi † tracta
tur de graui alicuius præiudicio, nõ ſufficit cer
ta ſcientia.

Et prædicta procedunt,& loquuntur non
ſolum vbi colligitur ſcientia ex narratis, & di-
ſpoſitis, ſed etiam vbi eſt clauſula ex certa
ſcientia.

Aliqui addebant, quòd ſimile videmus in
12 †Concilio,in quo requiritur derogatio ſpecia
lis,quamuis eius ſeries & diſpoſitio fuiſſet nar
rata.Rip.poſt Archid.& alios in c. 1.ſub num.
8.de Iud.

Placuit etiam deciſio coram bo.mem. Ora-
dino,in cauſa Abulen.parrochialis, de Burra-
cho 24. Martij 1572. exhibita per informan-
13 tes,vbi † in reg.de Iur.quæſ.non toll. Domini.
dixerunt requiri derogationem ſpecialem,e-
tiam quòd Papa intellexerit præiudicium.

Demum perpẽdebant addictionẽ Pij V.ad
14 hanc regulam, quæ † vult requiri ſpecialẽ de-
rogationem etiam in diſpoſitionibus adhuc
motu proprio, & etiam ex certa ſcientia con-
ceſſis: & aduertebant quòd verba additionis
non dicunt vbi ſit clauſula ex certa ſcientia, vt
ſic videatur reſtringere regulam ad illam ſcien
tiam Papæ implicitam, quæ importatur, per
clauſulam ex certa ſcientia; ſed ſimpliciter, &
generaliter referũtur ad impetrationes ex cer
ta ſcientia factas.

Ad deducta ex aduerſo videbatur Dominis reſultare reſponſio ex prædictis, & ſatis etiam placuerunt reſponſiones datæ per informantes capituli,& prædicta referuntur ad regulam ipſam,& eius naturam. An autem regula intret in caſu propoſito quo Ius commune aſſiſtit monialibus, iuxta reſolutionem aliàs factam, & poſſit dari de ea? Domini, reſeruarũt vt de hoc ageretur ad partes.

Paduana decimarum. Vener. 21. Februarij. 1578.

EPITOME.

Citationis nullitati expreſsim narratæ in commiſsione, & per Papã ſanatæ, nõ præiudicatur per clauſulam generalem ſubſequentem, videlicet dummodo non ſit ex tribus.

SVMMAE.

1 *Nullitas citationis poteſt per commiſsionem ſanari.*
2 *Narrata omnia in commiſsione an cenſeantur ſanata?*
3 *Clauſula commiſsionis dummodo non ſit nullitas ex defectu Iuriſdictionis,mandati, & citationis,quo pacto intelligatur, quando expreſsim vnus citationis defectus fuit ſanatus?*
4 *Relatio fieri debet ad proxima.*
5 *Exceptio concepta per verba pluralis numeri, quid operetur?*
6 *Relatio non fit ad omnia,quando adeſt ratio diuerſitatis.*

PRAESVPPOSITA.

Præſuppoſita monitione ad ſententiam per Iudicem vtrique parti facta. 1
Et fide notarij cauſæ,quòd procurator monialium ſub die qua cadebat monitio, fuerit in Iudicio. 2

Digitized by Google

Et ſententia in prima inſtantia lata. 3
Et quòd fuerit pro parte Monialium dictum io ſpecie de nullitate huiuſmodi, & commiſſa cauſa nullitatis,& ſuper ea facta litis conteſtatio. 4
Et commiſsione ſanatoria nullitatum pro parte Epiſcopi. 5
Et reſolutione Rotæ ſub die 4. Iulij 1576. quorum omnium in neceſſarijs copia detur. 6

DVBIVM.

An conſtet de tali nullitate ex defectu citationis, quæ impediat confirmationem ſententiæ in negocio principali proparte Epiſcopi?

9. DECISIO. alioq. IV.

Reſolutũ fuit ſententiam validam eſſe, quia nullitas ex aduerſo oppoſita fuit per Cõmiſſionem obtentam ſanata. Nam huiuſmodi
1 nullitas † citationis ad ſententiam poteſt per commiſſionem ſanari. Put. Deciſ. 119. Die 29. Aprilis lib. 1. quòd autem fuerit ſanata, videtur clarum: quia iſte defectus explicitè,& claris verbis in dicta commiſsione narratur,& om
2 nia † obſtacula quę ex narratis colligi poſſunt, cenſentur ſublata. Egid. deciſ. 333. quòd confirmatur, quia hic expreſſe tollitur iſte defectus, quatenus mandatur Vicario, vt non obſtante prætenſa allegata nullitate, ad vlteriora procedat.

Nec obſtat exceptio de qua in dicta com-
3 miſſione (nempe dummodo † non ſint ex defectu Iuriſdictionis, mandati,& citationis) quia hæc exceptio non videtur referenda ad ſupradictum defectum explicite iam narratum; ſed ad alias nullitates quæ in genere exprimebantur, & quatenus petebatur mandari procedi non obſtante dicto defectu, & quibuſuis alijs nullitatibus. Cum enim in commiſſione prædicta non ſatis clarè exprimerentur quæ nam eſſent ſupradictæ nullitates, Signatura hoc limitauit, dummodo non eſſent nullitates ex defectu Iuriſdictionis, citationis, & mãdati. & huc pertinere videntur plures iuris regulæ.
4 In primis, quia relatio † debet fieri ad proxi
5 ma, &c. Secundo quia iſta exceptio † eſt concepta per verba pluralis numeri, dummodo nõ ſint,&c. ergo benè conuenit ei, vt limitet etiã regulam, & orationem per verba pluralis numeri poſitam, vt poſt Bart. in l. fin. ff. ad Trebell. conſiderat Ruin. conſ. 426. num. 28. lib. 3. & videtur cadere hoc ſuper illo verbo (quibuſuis) vt in ſimili conſiderat Ruin. con. 117. num. 20. lib. 1.
6 Secundo quia relatio † non fit ad omnia, quando adeſt ratio diuerſitatis. Dec. in c. 2. requiris, num. 3. de appell. In caſu autem noſtro adeſt maxima ratio diuerſitatis: nam cum eſſet narratus iſte defectus claris verbis, Papa benè intellexit quiſnam ille eſſet, & ideò ad eum defectum non debet referri dicta excep-
7 tio, ne † tota illa narratio clarè facta, vana & nugatoria reddatur contra not. per Dec. in d. c. 2. requiris, in 4. & 5. limit. Sed cum poſtea generaliter à Papa peteretur vt ſanarentur quæcumque aliæ nullitates, nec particulariter illæ exprimerentur, voluit eas ſanare dummodo non eſſet in eis citationis defectus: quia potuiſſet eſſe defectus totalis citationis, quem Papa nullo modo voluiſſet ſanare.

DE CONSVETVDINE. Calagurritana iuris arrendandi Veneris 7. Maij 1574.

EPITOME.

Conſuetudo etiam contra ius dicitur de iure canonico probata per teſtes depouentes de viſu à 40. annis & per verbum ſemper.

SVMMAE.

1 *Conſuetudo probatur per teſtes deponentes de viſu à 40. annis,& per verbum ſemper, etiam quòd eſſet contra ius. num. 2.*
3 *Conſuetudo non dicitur ſed præſcriptio, quando agitur de acquirendo priuatis.*
4 *Præſcriptio dicitur,& non conſuetudo, etiam quòd agatur de quærendo iure omnibus de clero.*
5 *Conſuetudo interpretatiua quæ dicatur?*
6 *Conſuetudo interpretatiua requirit ſpacium 40. annorum, quando agitur de auferendo ius quæſitum per vnionem.*
7 *Conſuetudo Interpretatiua an requirat titulum?*
8 *Conſuetudini interpretatiuæ eſt locus in ambiguis.*
9 *Teſtibus conſanguineis an adhibeatur fides?*
10 *Teſtes tres vbi adſunt remiſsi arbitrio Iudicis ob oppoſitam conſanguinitatem, is poteſt arbitrari eos probare. eoque magis vbi eſſent quatuor.*
11 *Teſtium conſanguitatis defectus ſuppletur ex numero. item ex natura rei difficilis probationis.*
12 *Sententiæ enunciatio non attenditur, ſi poſtea contrarium appareat per teſtes. & num. 13.*

SVPPOSITVM.

Stantibus dictis quatuor teſtium pro parte beneficiatorum de Fuentemaior examinatorum, & alijs pro parte illorum de Nauarrete, quorum breue ſummarium Dominis detur. 1

DVBIVM

DVBIVM.

An intentio illorum de Fuentemaior ſit ſufficienter probata ad effectum de quo agitur?

10. DECISIO alioqui. Vnic.

IN dubio propoſito Domini dicebant duas
videri eſſe neceſſarias inſpectiones. Prima
an eſſet probatum, quo ad dicta teſtium? & in
hoc fuit inclinatum pro affirmatiua: quia teſtes
1 † deponunt de viſu à 40. annis, & per verbum
ſemper iuxta doctri. Bart. in l. Celſus, de vſu ca
pio. & aliorum; Vnde videtur probata conſue-
2 tudo. quæ dato † quòd eſſet contra Ius: de Iu-
re tamẽ Canonico ſufficiẽter probata videtur.
3 Sed quia poſſet dici quòd non † ſumus in
conſuetudine, ſed in præſcriptione, quia agitur
de acquirendo priuatis, iuxta aliàs plenè dicta
in vna Caietana coram Domino Robuſterio,
& notata per Abb. in c. cum Eccleſia Sutrina.
num. 45. de cauſ. poſſ. & proprie. & in cap. fin.
num. 20. de conſuetu. Rip. reſpon. 4. lib. 2. num.
11. aliàs ſecundum meam impreſſionem in re-
ſponſis ſupra Cod. reſp. 4. num. 11. vbi etiam
4 † quòd agatur de quærendo Iure omnibus de
Clero, dicitur agi de præſcriptione. Vnde cum
iam ſit reſolutum tertia Iulij de anno præteri-
to, quòd Ius commune ſit contra beneficiatos
de Fuentemaior, ſi niti volunt præſcriptione,
videtur quòd debeant docere vel de imme-
morabili, vel de titulo; ſed quoniam nullum ti-
tulum videntur babere de immemorabili, eſſet
videndum an ea probetur?

Sed prædictæ obiectioni reſpondebant ad-
uertendo, quòd hic non de præſcriptione, ſed
5 magis † agitur de conſuetudine interprætati-
ua, nempe quomodo ſit intelligenda vnio de
6 iſtis Eccleſijs facta. In qua † conſuetudine in-
terprætatiua, licet (quia agitur de auferendo
Ius quæſitum per vnionem) requiratur ſpaciũ
40. annorum, vt fuit reſolutum in vna Burgeñ.
Put. deciſ. 12. & melius deciſ. 15. lib. 3. tamen
7 in ea neque † titulus, neque aliquid aliud eſt
neceſſarium, ſed huiuſmodi obſeruãtia per 40.
annos tollit Ius quæſitum, & ſeruit pro titulo,
& bona fide. Put. vbi ſupra.

Cum autem vnio de qua agitur non ſit om-
nino clara, & explicita de eo de quo agimus, er
8 go in huiuſmodi † re ambigua bene eſt locus
dictæ conſuetudini interpretatiuæ. Socin. con.
145. lib. 2. Abb. in c. dilectus num. 21. de con-
ſuet.

Hinc in hac ipſa materia ſeruandam eſſe cõ
ſuetudinem inter has Eccleſias, videtur aptè
inferri, ex ſententia bo. me. Illuſtriſſimi Cardi-
nalis Aldobrandini.

Secunda fuit inſpectio an prædicti teſtes de
Fuentemaior fidẽ faciant, cum omnes fuerint
reſeruati arbitrio propter conſanguinitatem,
quam habent cum prædictis beneficiatis? Et
9 in hac difficultate Domini inclinabant † etiam
in affirmatiua, & pro ſufficienti probatione:
10 quia, ſi vbi ad ſunt tres † teſtes tantum remiſſi
arbitrio, Iudici arbitrarium eſt an probent vt
per Aretin. & Felin. in c. licet vniuerſis de teſt.
hic vero cum adſint quatuor, multo magis arbi
trandum videtur vt probent, vt numerus ſup-
pleat defectum per vulg. Cum præſertim con-
currat dictum Ioannis de Harro ex aduerſo
examinatus, qui ait, quòd illis contradicenti-
bus, arrendationes non ſortiebantur effectum,
& alij teſtes, ſaltem dum dicunt quòd fiebant
huiuſmodi locationes de conſenſu omnium,
coadiuuant multum hanc probationem, & vi-
dentur tollere ſuſpicionem quòd ſoli conſan-
11 guinei hoc probent, & videntur † ſuppleri ex
numero, item ex natura rei difficilis probatio-
nis, nempe eorum quæ fiebant in Capitulo, vt
benè per informantes reſpondetur. Tum maxi
mè prædicta placebant, & videbantur æqua,
quia in prædictis locationibus, agitur de re
quæ omnes ſingulariter tangit.

Ad teſtes de Nauarrete, vltimo loco datos
reſpondebant, quòd omnes ſunt beneficiati,
præter octauum, qui nec excludit quòd adeſ-
ſet conſenſus maioris partis illorum de Fuen-
temaior, quia dicit quòd prędicti beneficiati
de Fuentemaior veniebant ad comedendum:
& quintus teſtis dicit quòd locationes fiebant
de conſenſu Capituli. & diſcurrendo in effectu
omnes prædictos teſtes, pauci admodum pro-
bare vidẽtur, quia dicũt, quòd nonnulli tantũ.

Ad ſententias ad fauorem beneficiatorum
de Nauarrete allegatas, dicebatur quòd non
12 probantur iuſtificatæ: quia cum † aſſignetur
cauſa in ſententia, & hodie huiuſmodi cauſa ex
teſtibus probetur non eſſe bona, videntur po-
tius attendendi teſtes, quàm enunciationes
ſententiæ.

Secundo dicebant quòd non eſt omnino
clarum, quòd ſententiæ loquantur quando
maior pars illorum de Fuentemaior contradi-
cit, qui eſt caſus noſter. dicebant tamen quòd
13 † ſi probaretur ſentẽtias prędictas debere in-
telligi quando omnes, vel maior pars prędicto
rum beneficiatorum de Fuentemaior contra-
dicebant, & in effectu contradictio vel omniũ,
vel maioris partis eorum probetur reiecta, &
excluſa

Digitized by Google

excluſa per prędictas ſententias, quòd tunc ſtā
dum magis eſſet ſententijs, quàm ſupradictis
teſtibus, qui ab eiſdem ſententijs redargueren
tur de falſo.

DE ELECTIONE.
Gerundeñ. Anniuerſariorum. Die Veneris 4. Martij 1575.

EPITOME.

NOminatio à Beneficiatis facta cẽ
ſetur in vim ſolius ſtatuti, quan
do ex alia facultate fieri nõ po-
tuit. ſi autem ex alia fieri potuit, nõ item.

SVMMAE.

1 *Nominatio ſi non niſi in vim alicuius ſtatuti fieri potuit, in eius vim facta cenſetur. & quid ſi potuit fieri ex alia etiam facultate? num. 2. & 7.*
3 *Actus in dubijs & æquiuocis, cenſetur factus prout melius expedit facienti.*
4 *Clauſula & aliàs omni meliori modo, propter illam coniunctionem (&) ſemper auget alios modos vltra expreſſos, & non ſtat reſtrictiuè pro vt ſtaret ſine illa copula (&)*
5 *Mens eorum, qui nominarunt Inſpicitur.*
6 *Opinio in quo præualeat veritati?*

PRAESVPPOSITVM.

Præſuppoſito ſtatuto bo.me. Bertrandi Epiſcopi, & nominationibus beneficiorum, quorum ſummarium detur. 1

DVBIVM.

An huiuſmodi nominationes cenſeantur factæ vigore dicti ſtatuti Bertrandi.

11. DECISIO. alioqui. I.

1 FVit reſolutum quòd ſi † nominationes non
poterant fieri niſi in vim ſtatuti Bertrãdi,
non videtur dubium quòd cenſentur factæ in
vim eiuſdẽ ſtatuti l. 2. de acquir. poſſeſſ. l. quę-
2 dam mulier, de rei vend. Si verò † poterant fie
ri ex alia etiam facultate, puta vigore con-
ſuetudinis, vel alterius ſtatuti, vel de Iure com
muni, quòd beneficiati ſe non reſtrinxerunt.

Nam (prout bene deducitur per informantes pro beneficiatis) ab anno 1505. vſque ad annum 1521. incluſiuè ſimpliciter, & nulla habita mentione prędicti ſtatuti nominauerant, ab anno autem 1523. vſque ad annum 1547. incluſiuè expreſsè dixerunt etiam iuxta alia ſtatuta, & laudabiles conſuetudines hactenus incõcuſsè ſeruatas, ab anno 1549. vſq; an. 1567. præſentarũt cum coniunctiua, & aliàs omni meliori modo, & ſimiliter ſe habẽt duæ ſequẽtes.

Vnde ex his inferebatur per Dominos, quòd
ſi alia competebat facultas, beneficiati non ſe
3 reſtrinxerunt. In dubio † enim, & in actibus æ-
quiuocis, cenſendum eſt actus fuiſſe facto
prout melius expedit facienti. l. 1. & 2. ff. de ſo
lut. Corn. conſ. 338. num. 5. lib. 1. Abb. in c. cum
ſuper ſub num. 12. verſ. ſi ſumus in dubio, vbi
Felin. ſub num. 10. & Dec. ſub num. 12. verſ. ex-
tra iſtos caſus de off. deleg. Grat. conſ. 70. nu.
18. lib. 1. cum plur. concord. Et pro non reſtrin
ctione perpendebant etiam clauſulam (*& aliàs*
4 omni meliori modo) huiuſmodi enim † *clau-
ſula* quando ei eſt adiuncta copula (*& aliàs*)
ſemper auget alios modos vltra expreſſos, &
non ſtat reſtrictiue, niſi quando ponitur ſimpli
citer, & ſine copula &. Achill. de clauſ. deciſ. 1.
& ſæpè fuit dictum in cauſa Rom. donat. 50. co
ram R.P.D. Aldobrandino, & dixerunt etiam
aliàs fuiſſe tentum in vna Oxomeñ portionis,
coram d. Veſtano, 20. Iunij. 1548. & paſſim
tenet Rota.

Et addebant aliqui Domini, quòd cum ſi-
5 mus in † interpretanda mẽte, & intentione bẽ
neficiatorũ qui nominarunt, actus nominatio-
nis magis eſt referendus ad eorũ *intentionẽ*,
& mentem, quàm forte ad veritatem facultatis
eorũ: quia videmur verſari in materia, in qua
6 opinio † præualet veritati. iuxta l. is qui putat
cum materia de acquir. hęred. Dec. conſ. 14. n.
6. & conſ. 127. num. 4. quo ergo animo nomi-
nauerint: videtur iudicandum ex eorum opi-
nione, &c. cum vt dixi, ipſi plura deduxerint,
non autem id fecerint ex ſola diſpoſitione ſta-
tuti Bertrandi. Si tamen ex nulla alia facultate
potuerunt hoc facere: placuit quòd tunc in-
7 traret † conſ. Rom. 343. n. 9. & Natt. cõſ. 312.
num. 9. vol. 2. poſt Bald. quem allegant in l. ſi
duo, de acq. hęred. plura cumulat Aymo conſ.
186. num. 9.

An autem alia poteſtas nominandi Beneficiatis competeret, & cui incumbit onus probandi extare alia ſtatuta, vel prædictam aliam facultatem, particulariter erit videndum.

Giennen. Iuris conferendi gradus. Lunæ 7. Maij 1576.

EPITOME.

ADminiſtrator Collegij Giennen. poteſt eligere aliam perſonam in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutam præter Scholaſticum Giennen. ad conſe-

conferendos gradus. Nec d. Scholaſticus poteſt conferre gradus priuatiuè ad dictam perſonam per Adminiſtratorem electam.

S V M M AE.

1 *Adminiſtrator Collegij, Giennen. an poſsit ad conferendos gradus eligere aliam perſonam præter Scholaſticum Giennen.*
2 *Alternatiuæ vna pars, declarat aliam.*
3 *Obſeruantia ſubſecuta eſt admodum potens ad declarandũ.*

D V B I V M.

An adminiſtrator Collegij poſſit ad conferendos gradus eligere aliam perſonam in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutam præter Scholaſticum Giennen. vel potius ipſe Scholaſticus poſsit conferre gradus priuatiuè ad perſonam per Adminiſtratorem electam?

13. DECISIO. Alioqui. II.

RESolutum fuit adminiſtratorem Collegij
1 Giennen̄. poſſe † ad conferendos gradus
eligere aliam perſonam in dignitate Eccleſia-
ſtica conſtitutam, præter Scholaſticum Gien-
nen̄. nec Scholaſticum poſſe conferre gradus
priuatiuè ad perſonam per adminiſtratorem
electam. Dubium enim quòd ex indulto pote-
rat oriri, qùia ſupra iam erat dictum (per Scho
laſticum, vel aliam perſonam in dignitate Ec-
cleſiaſtica cõſtitutam) inferius reſoluitur, qua-
tenus refertur & declaratur cuius debeat eſ-
ſe electio in iſta alternatiua, nempe ipſius ad-
miniſtratoris ibi (per adminiſtratorem pro tẽ-
2 pore eligen̄.) cum maximè regula ſit: quòd †
vna pars alternatiuæ declarat aliam, l.1.de reb.
dub.Iaſ.in l. qui filiabus nu.4. de lega.1. Curt.
Iun.conſ.113.num.9.

Non obſtat tex. in c. Metropolitana 63. di-
ſtinct.quia bene ei reſpondetur per informan
tem, & tollitur omnis difficultas ex obſeruan-
3 tia ſubſecuta, quæ eſt † admodum potens ad
declarandum ex allegato conſ.Rimin. 366. n.
17.cum alijs.

DE TRANSACTIONIBVS
Viterbien̄.tranſactionis. die 15. Ianuarij 1574.

EPITOME.

ERror detectus in tranſactione, facit vt ceſſet renũciatio facta l. de his ff.de tranſactio.

S V M M AE.

1 *Error tollit l de his ff. de tranſactio.*
2 *Errans etiam in parte, dicitur non præſtare conſenſum.*
3 *Pactum vel tranſactio eſſe non poteſt ſine conſenſu.*
4 *Error etiam in parte tollit conſenſum adhuc à Iuramento.*
5 *Angeli opinio in l.qui Romæ §.duo fratres n.8.ff. de verb. obligat. eſt æquior, & verior.*
6 *Lex de his ff.de tranſactio. an ſolum procedat in eo qui tranſigit, & ius habet ex teſtamento quòd ignorauit.*
7 *Intereſſe prætendens ex teſtamento, poteſt iuuari remed.l. de his ff.de tranſactio.*
8 *Tranſactio dicitur nulla, etiam ſi in parte ſit erratum.*

P R AE S V P P O S I T A.

Præſuppoſito quòd tranſactio de qua agitur, fuerit facta ſuper fideicommiſſis Stephani & Thomæ de Cardellis. 1

Et quòd iam fuerit reſolutum quòd Illuſtr. D.Helena Vrſina quo ad fideicommiſſum Thomæ errauerit. 2

Et dato ſine veri præiudicio quòd pars bonorum contentorum in tranſactione, neque minima, neque maxima fuerit ſubiecta fideicommiſſo Stephani. 3

Et quòd fideicommiſſum Stephani comprehendat perſonam bo.me. Lucidi. 4

D V B I V M.

An ſtantibus ſupradictis, poſsit dici Dominam Hælenam in dicta tranſactione erraſſe, ita vt ceſſet renunciatio l.de his per eandem D.Hælenam facta?

14. DECISIO. alioqui. I.

1 FVit firmatũ D. Helenã poſſe dici erraſſe †
in tranſactione de qua agitur, ita vt ceſſet
renunciatio l.de his ff. de trãſactio. per eandẽ
D.Helenam facta, etiam quo ad teſtamentum
Stephani: Ratio qua moti fuerũt Domini eſt,
quia cum vna pars tantum ſit ſubiecta fidei
commiſſo, ergo in altera eſt error: cum fuerit
dictum omnia bona eſſe ſubiecta fideicom-
miſſo.

Et prædicta reſolutio probatur ex mente
Ang.in l.qui Romæ §.duo fratres in 1.q.num.
8.etiã in fortioribus terminis, ff.de verb.oblig.
& ibidem Alex.num.54. Aret.col. antepen.po
tiſſimum vero in verſ.tu autẽ aduerte, Claud.
de Saijs.num.32.33.cum ſeq. & placuit ratio,
2 quòd cum d. Helena errauerit † etiam in par-
3 te, non fuit conſenſus, ſine quo † pactum vel
tranſactio eſſe non poteſt l.1.ff.de pact. l. ſi di-
uerſa C. de tranſac. iuncta l. ſi per errorem ff.
de Iuris.om.Iud.reg.nihil conſenſui, §.fin.ff.de
reg.Iuris cum plur.vulg. Et dicebant Domini,
4 ex huiuſmodi errore † etiam in parte (cum nõ
aliàs eſſet factura D.Helena) remoueri conſen-
ſum etiam à Iuramento, vt per Saijſel. d. num.
33.poſt

33.poſt Ang.& Aret. & alios alleg. & pro hu-
iuſmodi erroris cõprobatione addebant, quòd
huiuſmodi bona aſſignata D.Helenæ,tanquam
ſubiecta,& deducta ex fidei comniſſis,non tã-
quã in ſimplicem cauſam tranſactionis, & tan-
quam nullo Iure debita D.Helenæ, ſed magis
pro ſua legitima & trebellianica deducenda
ex dictis fideicommiſſis, & ratione dotis &
donationis propter nuptias ſibi debitæ appa-
rent aſſignata. Et licet Imol.ibi num.32. in ca-
ſu Ang.teneat contra eum, tamẽ illud eſt, quia
in caſu Ang. aderant explicita verba in tran-
ſactione,nempe viſis, & cognitis verbis teſta-
menti, &c.quæ non ſunt in caſu propoſito.
5 Secundo poteſt dici opinio † Ang. æquior
& verior etiam in prædicto caſu fortiori, vt ibi
dem dixit Aret. & ſic reprobato Imol. ibi per
eum,& per Alex.ſub.d.num.54. qui Doctores
in terminis quæſtionis noſtræ ſupponunt eſſe
erratum tantum in parte.

Non obſtat quòd D. Helena nõ fundet ius
ſuum ex prædictis teſtamentis, ſed veniat ab
inteſtato,vel ex teſtamento Lucidi filij, de quo
6 ipſa erat certa, Vnde nõ eſt locus l.de his quę †
procedit in eo, qui tranſegit, & Ius habet ex
teſtamento quod ignorauit. Iuxta Socin. Iun.
conſ.59.num.7.lib.1.& Natt.conſ.145. num.
2.quia reſpondebant Domini Socin. ipſum,&
alios poſt Iaſ. in d. l. de his, loqui vbicumque
nullum confertur commodum vel Ius ex illo
teſtamento ignorato, & ita Socin. declarat il-
7 lud dictum. Nam imo poteſt † allegare reme-
dium l.de his omnis qui prætendit intereſſe ex
teſtamento, & cui aliquid confertur ex teſta-
mẽto, vt per prædictos Docto. & hoc ipſemet
probat Alex. conſ.11.ſub num.13.verſ. ſecun-
do poteſt reſponderi, ibi ne occaſione ignoran
tiæ aliqua lęſio interuenerit.vol.2.& latius ibi
per eum, hoc ipſum dixit Natt. ſub d. nu.2. ibi
vbi nulla eſt dependentia ex teſtamento, nec
inſpectis verbis teſtamenti, poteſt eſſe magis
certus de Iure ſuo, ergo ſecus in quęſtione pro
poſita vbi ius D.Helenæ hæredis D.Lucidi ha
bet dependentiam à prædictis teſtamentis, &
ius eius inſpectis verbis teſtamentorum ma-
gis certum eſſe poteſt &c.

Errore igitur vt ſupra probato, & conſequẽ
ter etiam defectu conſenſus, ceſſant alia ex ad-
uerſo deducta: vt etiam aliàs fuit reſolutum. &
quòd vbi ſit erratum, & vbi verba teſtamenti
non ſint inſpecta, etiam quòd in præfationibus
teſtamenti ſit inſerta cauſa timoris litis, tã præ
8 ſentis, quàm futuræ, nihilominus tranſactio † di
citur nulla ſi etiam in parte ſit erratum. vltra
prædicta allegabant Ang.in conſ.94. ſub num
4.verſ.in contrarium, cum ſeq. vbi latè benefa
cit ad prędicta conſ.Calder.100.aliàs primum
de tranſact. quòd error vitiet tranſactionem
&c.per vulgar.

Viterbien. tranſactionis, Lunæ 1.
Februarij 1574.

EPITOME.

TEſtamentum ſiue nuncupatiuum, ſiue in ſcriptis debet eſſe cognitum, vt renunciatio tranſactioue ſuper eo facta teneat.

SVMMAE.

1 *Diſpoſitio l.de his ff.de tranſactio.locum habet in teſtamento nuncupatiuo.*
2 *Teſtamenti cognitionem habere per oculum intellectus ſatis eſt in caſu l.de his ff.de tranſactio ex communi.*
3 *Ratio l.de his ff.de tranſactio. quæ eſt?*
4 *Teſtamentum etiam nuncupatiuum ne dum in ſcriptis debet eſſe cognitum, vt renunciatio ei facta valeat.*
5 *Remedium l.de his ff.de tranſactio. an non niſi ei competat, cuius actio, vel ius fundatur in teſtamento?*

DVBIVM.

An in caſu de quo agitur habeat locum diſpoſitio l. de his ff.de tranſactio?

15. DECISIO. alioqui. II.

FVit reſolutũ per Dominos in caſu de quo
agitur diſpoſitionem l. de his ff.de trãſact.
1 locum habere, & in ſpecie eam † procedere in
teſtamento nuncupatiuo. & hoc dixerunt Do-
mini apertè inferri ex communi concluſione
Docto.in §.duo fratres de verb. oblig. Romæ
ſuper 4. q. princip. Bar.quæ habet quòd ſatis
2 eſt † habere cognitionem teſtamenti per ocu
lum intellectus in caſu l. de his & l. 1.quemad.
teſtam. aper.quam concluſionẽ ibi poſt Aret.
qui teſtatur de communi, multi recentiores
pariter teſtantur communem, & in ſpecie So-
cin.Iun. ſub num. 117. quæ concluſio maximè
fundata eſt in illa ratione, quia aliàs l.de his nõ
procederet vbi teſtamentum non eſſet in ſcri-
ptura redactum, quòd nõ poteſt exemplificari
niſi in teſtamento nuncupatiuo, vt ibi per Iaſ.
quòd videbatur abſurdum ſecundum eos.

Ex qua communi concluſione dixerunt Do-
mini reſultare reſolutionem præſentis dubij.

Prædi-

Prædictam autem communem concluſionē
firmauit Bart. ibi in 4. quæſt. principali, n. 17.
verſ. nec obſtat, & eam ſequuntur Ang. ibi in
1. quæſtione Caſtren. Alex. num. 54. & Arer.
qui ſub nu. 27. ante fin. numeri verſ. extra gloſ.
vt dixi, teſtatur de communi. Idem Bart.
poſt gloſ. in d. l. de his in vlt. q. & ibi Ang. Fulg.
in fin. & Caſtren. poſt Alber. n. 6. reprobata
opin. Iac. de Rauen. Idem tenet Caſtren. in l.
non eſt ferendus, inducendo vt per eum, de trā
ſact. Idem ſimpliciter tenet Alex. conſ. 11. Vi-
ſo, & vt oportet conſiderato, 2. vol. col. 5. & in
conſ. 76. ponderatis his col. 5. vol. 3. refert &
ſequitur Iaſ. in d. §. duo fratres ſub nu. 59. qui
in ſpecie de teſtamento nuncupatiuo ex prædi
cta concluſione habet mentionem, & alij penè
omnes, addidi deciſ. Pedemont. 112. num. 13.
vbi tenet d. l. de his procedere in teſtamento
nuncupatiuo, & refert quòd Iaſ. in d. l. de his n.
19. qui prima facie videtur contrarius, Idem
tenet in effectu, ſequens opin. Bart. Alber. &
Fulg. nempe quòd in teſtamento ſine ſcriptis
habeat locum d. l. de his, dummodo ſaltem in
mente tranſigens habuerit notitiam teſtamen-
ti. quòd (vt dixi, non poteſt verificari niſi in te
ſtamento per nūcupationem; qui Iaſ. certè eſt
mendoſus. Nam Bart. Alber. & Fulg. alleg. ab
eo pro negatiua, tenent contrarium. vt be-
nè etiam aduertunt informantes Illuſtr. D. He
lenæ, & habetur in d. deciſ. Pedem.

3 Placuit etiam Dominis ratio † dictę l. de his
communiter allegata, nempe fauorem vltima-
rum voluntatum, & vt eæ effectum habeant. de
qua in d. l. 1. & in d. l. de his, per Natt. conſ. 145.
per Alex. conſ. 11. col. 5. vol. 3. vigere pariter in
ipſo teſtamento nuncupatiuo. Nec Alciat. ex
aduerſo allegatus ait contrariam eſſe commu-
nem. Imò ſi rectè perpendatur, in hoc ipſo non
diſſentit in effectu à prædicta communi in d. §.
duo fratres, nam ſub num. 22. teſtatur Docto-
res cæteros ſequi Bart. in hoc, quòd ſufficiat
inſpectio oculi intellectus in caſu d. l. de his, er-
go ſequitur illatio ſupradicta. & licet etiam re-
ferat communi calculo receptum eſſe in teſta-
mēto nuncupatiuo non eſſe neceſſariam illam
inſpectionem de qua in d. l. de his, & in d. l. 1.
quia illud edictum Prætoris loquitur in teſta-
mēto in ſcriptis, iuxta originalē naturam illius
4 edicti: tamen idem Alciat. ſubdit quòd † qua-
lecumque illud teſtamentum ſit ſcilicet, vel nū
cupatiuum, vel in ſcriptis debet eſſe cognitum
vt renunciatio valeat. quod teſtamentum in
queſtione propoſita iam probatum eſt per Il-
luſtr. D. Helenam non fuiſſe cognitum, Imò iā
reſolutum eſt in eo eſſe manifeſtè erratum; &
confert Paul. Leon. ſub num. 412. & 413. cum
ſeq. in d. l. de his.

Quatenus ex aduerſo allegatur remedium
5 † l. de his non competere niſi ei cuius actio,
vel Ius fundatur in teſtamento, ex tunc allega-
tis, potiſſimum ex conſ. 11. Alex. vol. 2. hoc Do
mini iam reſpuerunt in præcedenti poſitione
huius cauſæ, perpendendo ex aduerſo allegata
retorqueri cōtra informātes pro Dominis de
Cordellis, plenius etiā reſpondendo vt in eadē
reſolutione, & ſe remiſerūt ad ibi dicta, & per-
ſtiterunt in reſolutis. & licet aliqui ex recen-
tioribus in d. §. duo fratres circa eandem 4. q.
Bart. qui pariter prędictam eſſe communem re
ferunt, contrarium videantur ſentire circa in-
tellectum verbi inſpectis, de quo in d. l. de his:
tamen ijdem non negant prædictam l. de his
habere pariter locum in teſtamento nunc upa
tiuo. Nam imò dicunt habere locum tam in
teſtamento redacto in ſcriptura, quo caſu ver-
bum inſpectis ſtabit propriè, & verificabitur
in oculo corporis, quàm etiam in teſtamento
ſine ſcriptura, quo caſu prædictum verbum
verificabitur in oculo intellectus, & intelligen
tia mentali.

DE PROCVRATIORIBVS.

Burgen. beneficij de Tueſta, Vener. 18. Iunij 1574.

EPITOME.

Regeſtrum parte opponente, nō
cōſignat Rota nō procuratori,
dato quòd oſtēdat litteras prin
cipalis: parte autem non opponente:
nō item. ſed cum promiſsione de rato.

SVMMA.

1 *Notarius Rotæ, an & quando tenetur tradere regeſtrum non procuratori, oſtendenti tamen litteras principalis vt cauſam defendat?*

DVBIVM.

An cōparenti pro beneficiatis & capitulo de Tue-
ſta, cum eorum literis, habentibus quòd cauſam defen
deret, debeat cauſæ notarius dare regeſtrum, cum eius
promiſsione de rato?

16. DECISIO. alioqui I.

Reſolutum eſt per Dominos, quòd (licet
comparens pro beneficiatis iam dictis,

Digitized by Google

& capitulo de Tueſta, aſſerat ſibi fuiſſe tranſmiſſum mandatũ (de quo nõ apparet) & oſtendat litteras prædictorum, continentes: vt pro eis vellet cauſam in Curia defendere) Nota-
1 rius †(parte opponente) non det ei dictum regeſtrum, niſi docto de ſufficienti mandato:

Parte autem non opponente, quòd ei illud tradat, cum præuia tamen promiſſione de rato.

Ariminen. Legati. 400. Lunę 19. Martij 1576.

EPITOME.

PRocuratorem ſubſtituens, ſi non reſtrinxit ſe ad vnum ex ſuis inualidis mandatis, ſubſtituti geſta ad fauorem principalis valent, quamuis is ea geſſerit vigore dicti Inualidi mandati.

SVMMAE.

1 *Ratificatio principalis inducitur ex aliqua cõparitione per eum facta poſt aſſertum procuratorem.*

2 *Procuratoris ſubſtituti geſta, quando valeant ad fauorem principalis, dato quòd is ea fecerit enunciando inualidum principalis mandatum?*

3 *Veritas attendenda eſt, reiecta erronea enunciatione.*

4 *Litis ſuſtentatio an inducat ratificationem?*

5 *Mandati defectum ſi principalis non opponit procuratori ex aduerſo, ſicut tacitè potuit illum approbare procedendo ad vlteriora: Ita poſtea poterit expreſſim renunciare dictæ oppoſitioni concernenti proprium fauorẽ.*

DVBIVM.

An ſubſtitutio procuratoris facta per Galeottum procuratorem illorum de Monticulis, ſit inualida, quaſi idem Galeottus tunc reſtrinxerit ſe ad aliud mandatum in alia cauſa ei per Monticulos factum?

17. DECISIO. alioqui. II.

DOmini dixerunt die Veneris 16. Martij 1576. quòd (ex quo agebatur ſuper inualiditate mandati, ex eo quia quidam Galeottus procurator à Monticulis aliàs conſtitutus, ſe reſtrinxerat ad quoddam mandatum ad aliã cauſam factã) videretur an poſt reſtrictionem pro Monticulis allegatam, adſit aliquis actus
1 † principaliũ, ex quo poſſit induci ratificatio.

Iccirco hodie 19. præſentis menſis ſuper eiſdem, dicti Domini voluerunt quòd ſi Galeottus quando ſubſtituit Zãbellottum & Ca-
2 ballum, non ſe † reſtrinxit ad ſuum inualidum mandatum, licet poſtea Caballus vnus ex ſubſtitutis Galeotti ineptè, & erroneè habuerit relationem ad inualidum mandatum Galeotti, hoc non eſſe attendendum, nec curandum. cũ ſit enunciatio quę repugnat veritati ipſius actus ſubſtituendi, & ſubſtitutioni ipſi. cũ præſertim in ſubſtitutione prædicta ipſe Galeottus apertè dixerit: q̃ vti procurator ipſorũ de Monticulis in cauſa quam habent contra Bonamicum ea faciebat, non aliàs referendo, vel ſe reſtringendo ad ſuum inualidum mandatũ.
3 Habita igitur iſta † veritate, non eſt curandum de hac erronea enunciatione ſubſtituti. cum maxime iſte Caballus qui talia enunciauit, nõ ſit ille qui obtinuerat ſententiam de cuius confirmatione agimus; ſed fuit alter ſubſtitutus, nempe Zambellottus, de cuius nulla reſtrictione conſtat, ſed magis quòd eſt ſubſtitutus à Galeotto vti procuratore Monticulorum cõtra Bonamicum, quòd in ſpecie ſatis eſt, ſtante reſolutione vltimo facta, quòd conſtet de tacito mandato in hac cauſa ipſius Galeotti, per ratificationem ipſorũ de Monticulis, per actus in alia poſitione ponderatos: & potiſſimum
4 quia ſuſtinuerunt † proprijs ſumptibus hanc litem in duabus inſtantijs.

Nec etiã obſtat Turturini ſubſtitutio, quia in illa nulla eſt reſtrictio, & pariter eſt facta à Galeotto vti procuratore cõtra Bonamicum, vt cantant verba ſubſtitutionis.

Quòd Bonamicus oppoſuerit defectum mandati, & ſemper vocauerit procuratorem aſſer-
5 tum, non videtur obſtare: quia Bonami cus † ſicut tacitè ad vlteriora procedendo, abſque dicta oppoſitione, potuit approbare; ita & nũc debet poſſe expreſſe renunciare prædictæ oppoſitioni, quæ concernit merum ſuum fauorem, vt liquet.

Colimbrien. Caſalis. Veneris 1. Martij 1577.

EPITOME.

MAndatum ex pluribus coniecturis præſumitur.

SVMMAE.

1 *Procurator quibus ex coniecturis quis præſumatur?*

2 *Præſumendum non eſt quem velle 20. ſcuta in litem erogare, pluresq́. actus & Inſtantias in cauſa facere, cum non ſit procurator.*

PRAE-

PRAESVPPOSITA.

Præſuppoſitis duabus ſententijs latis in partibus, ad fauorem q. Chriſtophori, Preceptoris S. Io. de Oliueria, contra Lupum, & litiſconſortes. 5

Et quòd in tertia Inſtantia dicti ſuccubentes obtinuerint cauſam in Rota committi, & plures procuratores conſtituerint, ac preſertim de Menſe Martij 1564. quemdam Martinum Fernandez, qui ſimul cum Emanuele ad annum vſque 1566. vti procuratores prædictorum ſemper comparuit. 2

Item quòd poſtea ſolus Emanuel vti procurator dictorum litis conſortium comparuerit in iudicio, præſertim de Menſe Octobris 1565. ſe proteſtando in cauſa non procedi, attento quòd regeſtrum erat in manibus Aduocati ad effectũ ſcribendi in iure prout fol. 365. & ſæpius ad alios actus citauerit; videlicet ad videndũ examinari teſtes ſuper obitu dicti Chriſtophori ad effectum obtinendi ſententiã abſolutoriam fol. 392. ad videndum reiterari omnes terminos, &c. ad concludendum, & ad ſententiã fol. 404. & ſibi deferri Iuramentum in ſupplementum probationis poſitionum & articulorum, &c. prout fol. 405. & 423. & dicto obitu probato, ſeruauerit omnes alios terminos ſubſtantiales per officium contradictarum fol. 408. 3

Item quòd idem Emanuel vti procurator dictorũ Lupi & Litiſconſortium, accuſauerit ſæpius contumaciam aduerſarij non dicentis contra commiſsionem fol. 410. ſeruaueritq. terminum ad libellandum fol. 411. omneſq; alios terminos ſeruari ſolitos, & tandem obtinuerit ſententiam pro eius principalibus vt in fol. 425. cum ſeq. 4

Item ſuppoſito quòd Magnus Magiſter d. Religionis (certificatus de dicta lite, & obitu Chriſtofori) miſerit procuratorem ad hanc cauſam defendendam, qui in productione quorumdam Iuriũ pro reuocatione dictæ ſententiæ per Emanuelem obtentæ, citari fecerit d. Emanuelem ad dicendum contra, & Emanuel dixerit genaralia contra, & poſtea concordauerit cum procuratore Præceptoris ſuffecti in locum dicti Chriſtophori, in perſonã R. P. D. Seraphini pro Iudice fol. 492. qui tandẽ dictas duas ſententias confirmauit, expenſas taxauit, & executoriales relaxauit, quæ de Menſe Auguſti 1575. fuerunt perſonaliter intimatæ Iſabellæ Vxori dicti Lupi. 5

Item quòd dictus Emanuel ſæpius habuerit huius cauſæ regeſtrum in manibus, & ſe ſubſcripſerit in actis notarij, atque ei in tribus vicibus ſoluerit viginti ſcuta ad bonum computum pro d. Regeſtro. 6

Item quòd procurator dicti Chriſtophori, & ſucceſſoris de cauſæ huius meritis valde informatus, obierit: & in actis non appareat de aliquo mandato in perſonam dicti Emanuelis. 7

DVBIVM.

An ex prædictis reſultare dicatur ſufficiens præſumptio mandati in perſonam dicti Emanuelis, ad validandum acta de quibus agitur?

18. DECISIO. alioqui. III.

Viſum eſt Dominis deducta in præſupoſitis ſufficere † ad præſumendum mandatum ad effectum de quo in dubio.

2 Ridiculum enim † credebant Domini, viginti penè aureos fuiſſe expenſos, & multos actus & inſtantias factas eſſe fruſtra, & ſine effectu ab eo: qui non eſſet procurator. vt in ſimili Domini Dixerunt fuiſſe deciſum in Vna Bruonien. de Ponticulo, coram R. P. D. Robuſterio, & in pluribus alijs cauſis.

HIS QVAE VI METVS. CAVS. FIVNT.

Valentina nullitatis ſuſceptionis Ordinis ſubdiaconatus. Veneris 15. Ianuarij 1574.

EPITOME.

Ordinatus per vim conditionalẽ in ſubdiaconatu, ſi prius habebat vxorem, non tenetur continere. ſi non habebat, tenetur.

SVMMAE.

1 *Coactio eſt duplex, abſoluta, & conditionalis, & vtraque declaratur.*

2 *Coactione in abſoluta nulla eſt voluntas, & quid in conditionali? & num. 5.*

3 *Character non imprimitur in abſoluta coactione.*

4 *Baptiſmus non confertur in abſoluta coactione.*

5 *Coactione in conditionali character imprimitur, & n. 14.*

6 *Voluntas coacta voluntas eſt ſaltem indirecte & num. 20.*

7 *Votum continentiæ dicitur annexum ſacro ordini, & illum ſuſcipiens, dicitur ſe ad id inſeparabiliter obligare. & numer. 23.*

8 *Ordinatus per vim conditionalem, ſi prius habebat vxorẽ, non tenetur continere; ſi non habebat ſecus. & num. 9. & 13.*

10 *Opinionem quam Doctor poſtremo loco refert, ſequi videtur, & num. ſeq.*

12 *Sotus hic arguitur de contrarietate.*

15 *Baptizatis per vim cauſatiuam, imprimitur character, & coguntur ſeruare totam religionem.*

16 *Inuitis grauius eſt ſeruare totam religionem, quàm ſeruare ſolam continentiam.*

17 *Ordo, & baptiſmus non requirunt actum in ſuſcipiente, & ſufficit in vtroque non reſiſtentia, num. 18. & voluntas etiam coacta vt hic num. 19.*

21 *Conſentiens in ordine, conſentit pariter in ijs quæ ſunt ordini annexa.*

22 *Caſtitas eſt res voti, non præcepti.*

24 *Continentia debet eſſe voluntaria.*

25 *Caſtitas an ſit annexa ordini ſacro? & num. 26.*

27 *Ordinis natura quæ ſit?*

28 *Acceſſorium non debet requirere pluſquam principale.*

29 *Votum metu extortum an obliget?*

Digitized by Google

30 *Iuramentum quamuis metu extortum ligat, niſi ſuperior abſoluat.*

31 *Baptiſmus an ſit tam propriè votum, quàm profeſsio religionis?*

32 *Ordo regulatur iiſdem terminis, quibus baptiſmus circa metum.*

33 *Iuriſdictio pronunciandi in cauſa illius, qui coactè fecit votum continentiæ, quo pacto, & apud quem eſſe dicatur?*

34 *Diſpenſatio à Papa quando tutius obtineatur?*

PRAESVPPOSITA.

Præſuppoſito quod D. Franciſcus Iter per vim & metum qui cadere poterat in conſtantẽ virum, promotus fuerit ad ordinem ſubdiaconatus. 1

Et quod ante, & poſt reclamauerit. 2

DVBIVM.

An prædictus D. Franciſcus teneatur ad illius, & continentię obſeruationem, ita vt vxorem ducere non poſsit, alio ſibi impedimento non obſtante? Et an conſtet de ſufficienti Iuriſdictione, ſtante commiſsione cuius copia datur?

19. DECISIO. Alioqui I.

DOmini ex mente Doctorum in hac mate-
1 ria diſtinguebant duplicem † coactionẽ,
abſolutam, vt in eo qui ul tenetur: & conditio-
nalem, vt in eo qui vt euadat cruciatus, vel
mortem, conſentit ſe ordinari, de quibus eſt
tex. vbi omnes in c. maiores §. item quęritur de
baptiſ. quam aliqui ex Dominis vocabant vim
præciſam, & vim cauſatiuam. & licet in coactio
2 ne † abſoluta nulla ſit voluntas tamen in coa-
ctione conditionali adeſt voluntas, ſaltem indi
recta, de qua Auguſt. voluit facere, quia voluit
3 viuere 15. q. 1. c. merito & in vi † abſoluta dixe
4 runt characterem non imprimi, ſicuti nec † in
hoc caſu confertur baptiſmus c. maiores de ba
pt. c. prębyteros 50. diſtinct. c. ſacri de his quę
5 vi metusve cauſa fiunt. In † coactione autem
conditionali dixerunt characterem imprimi,
arg. c. de Iudęis 45. diſtinct. & c. vbi iſta 84. diſt.
6 c. quòd quidam 1. q. 1. & quia † voluntas coa-
cta, voluntas eſt ſaltem indirectè d. c. merito
15. q. 1. Cum autem in quæſtione propoſita ſi-
mus in coactione conditionali, & conſequen-
ter character ſecundum omnes ſit impreſſus,
dubium eſt, an per talem vim ordinatus conti-
7 nere teneatur, ſtante quòd votum † continen-
tiæ dicitur annexum ſacro ordini c. diaconus
28. diſtinct. c. cum in præterito 83. diſtinct.

Et in hac quæſtione, duæ extare videntur
opiniones, & prima quę videbatur magis com-
8 munis, quòd aut taliter † ordinatus prius habe
9 bat vxorem, & non tenetur continere, aut † nõ
habebat, & hoc caſu teneretur cõtinere. & hãc
primam opinionem tenuerũt Goffred. in ſum.
de æta. & qual. col. 4. num. 11. verſ. circa hanc
diſtinctionem, Oſtien. in ſum. eodem tit. nu. 5.
Diu. Anto. in ſum. in 3. part. tit. 14. c. 16. §. 18.
prope fin. verſ. de ſic coacto ad ordinem, ſum.
Syluestri, in verb. ordo 4. ſub num. 1. verſ. & ſe-
cundo. ſum. Tab. in verb. ordo 2. num. 17. ſum.
Piſan. cum ſupplem. in verb. ordinatus primo
verſ. vtrum coactè ordinatus. Archid. in c. de
Iudæis in fin. 45. diſtinct. Ant. de Butr. in c. ma-
10 iores §. fin. nu. 7. dũ vltimo † loco refert opin.
Goffr. Illam videtur ſequi Card. ibi verſ. quęro
ſi quis conditionaliter, licet videatur probare
opin. gloſ. tamen dicit quòd opinio Goffre. eſt
honeſtior, & idem Card. in Clem. generale §.
fin. num. 14. verſ. decimo quæro, de æta. & qua.
tenet indiſtinctè quòd ordinatus per vim cau-
ſatiuam teneatur continere. Henr. Boh. in d. c.
maiores num. 5. vbi benè declarat opinionem
11 Ioan. & dum vlt. loco † refert opinionem Gof
fre. & Raymund. & ſic eos videtur ſequi Abb.
ibidem in §. Item quæritur num. 7. tenet hanc
opin. & ſubijcit quòd iſta eſt communis opin.
contra Ioan. Sum. confeſſ. de æta. & qual. q. 50.
& 51. videtur tenere hanc opinionem.

In hac tamen authoritate Domini habebãt
aliquam difficultatem, ob vltima verba gloſæ,
quam refert. Præpoſ. in c. 1. 74. diſt. col. 3. verſ.
an autem talis compulſus, qui licet videatur
mihi quòd ſequatur eandem opin. benè verum
eſt quòd ipſe etiam vt Sum. confeſſ. recitat vlti
mo loco vltima verba gloſę. Sot. etiam videtur
12 ſibi † contrarius, nam in tract. de Iuſt. & Iur. lib.
7. q. 2. art. 5. propè fin. verſ. qua propter, dicit:
quapropter etiam ſi quis cõſenſu extorto per-
metum cadentem in conſtantem virum, ſacris
initietur, voto etiam caſtitatis tenetur ſecun-
dum dexteriorem opin. vt benè ait Sylueſter
atque id probatur argumento ſumpto ex c. de
Iudæis diſtinct. 45. vbi baptizati per vim cau-
ſatiuam, coguntur ſeruare religionem Chriſtia
nam, & tamen illis qui renuunt, grauius eſt ad
ſolam Chriſtianam religionem obligari, quàm
ad ſolum caſtitatis votum; hęc Sotus ibi.

Contrariam opinionem quòd imo non te-
neatur continere, tenent poſt Io. Guil. Raym.
Sum. Angel. relata à Nauarr. de quo infra poſt
Roſ. per prędictos alleg. Calder. in alleg. conſ.
13 1. qui cler. vel voue. gloſ. in c. maiores §. item
quæritur de bapt. & in c. vbi iſta. 74. diſt. Tur-
recrem. autem in c. 1. num. 2. 74. diſtinct. vide-
tur ſequi hãc partem, cum vltimo loco referat
hanc opin. Gemin. in c. vbi iſta, videtur tenere 1

hanc

hanc partem, quia vltimo loco refert eand.
opin. Nauar. in Enchirid. fol. 330. qui tamẽ ibi
non videtur tractare materiam principaliter.
Sot. de Iuſt. & Iur. lib. 7. q. 2. ar. 1. col. 4. qui nõ
tractat niſi de uoto ſeparato à ſuſceptione or-
dinis, ſed ſuper quarto tom. 2. cart. 23. bene te-
net hanc opinionem, & eam defendit.
13 Quo igitur ad authoritates, plures † tenent
quod obligatus ſit cõtinere. Quo ad rationes,
res eſt viſa multum difficilis, tamen magis in-
clinabant Domini pro cõmuni prædicta, quòd
teneatur continere, præſertim ante cõtractum
matrimonium, ... ratione, quia omnes Doctor.
14 conueniunt quòd ordinatis † per coactionem
conditionalem, ſeu per vim, imprimatur chara
15 cter. ſicuti baptizatis † per vim cauſatiuam im
primitur etiam character. Vnde quemadmodũ
per vim cauſatiuam baptizatus cogitur ſeruare
totam religionem, c. de Iudæis 45. diſt. quòd
16 tamen inuitis † grauius eſt, quã ſeruare ſolam
continentiam, vt dicit Sot. in loco citato pro
communi, Idem dicendum eſt in ordine, cum
17 † neutrum ex ijs ſacramentis requirat actum
in ſuſcipiente, vt per Sot. in loco proxime cita
18 to, & in vtroque ſufficit † non reſiſtẽtia, vt per
Doctores in. c. maiores §. fi. de bapt. & in vtro-
19 que ſufficit † voluntas etiam coacta, quia eſt
20 † voluntas, cum quis ita velit, quia vult potius
viuere, vt dicit, Diuus Aug. in d. c. merito 15. q.
21 1. cum igitur conſentiat † in ordine; conſentit
etiam in ijs quæ ſunt ordini annexa.
In contrarium aſſignantur plures rationes,
quas refert Sum. cõfeſſ. d. q. 50. & alij Doctor.
22 ſupra citati. Prima quòd caſtitas † eſt res voti,
non præcepti, vt per Ambroſ. in c. integritas.
32. q. 1. ſed reſpondebant aliqui ex Dominis vẽ
rum eſſe aſſumptum, ſed vt dicit gloſ. in c. nul-
lum 27. diſt. Eccleſia adiecit rei ſuæ hoc onus,
23 & potuit facere. Vnde qui † ſuſcipit ordinem
taliter quòd imprimatur character, ſuſcipit cũ
illa qualitate quam Eccleſia Sancta voluit eſſe
annexam illi ordini inſeparabiliter, niſi ipſa di-
24 ſpenſet. Secunda, quia continentia † debet eſſe
volũtaria, per c. perlatũ de his quę vi metuſve
cauſ. fi. c. ad aures de ęta. & qual. c. ante trien-
nium 31. diſtinct. c. præſens clericus 20. q. 3.
Sed ad hanc dicebãt alij ex mẽte doctorũ præ
dictorũ, quòd eſt voluntaria, quia magis vult
hoc quàm illud, volũtas enim coacta volũtas
25 eſt d. c. merito. Tertia, quia caſtitas † nõ eſt an-
nexa ordini ſacro, ſed ordinatus ex cõſtitutio-
ne Eccleſiæ tenetur ſeruare caſtitatẽ. Reſpon-
26 debant quòd imò Caſtitas † eſt annexa ordi-
ni ſacro, licet non ſit de ſubſtantia ordinis ſa-
cri, vt declarat Diuus Thom. 2. 2. q. 88. art.
11. & benè etiam declarat, & defendit Turre-
crem. in c. diaconus 27. diſtinct. quæ ratio ali-
quos Dominos multum mouere viſa eſt, quia
cum Eccleſia Sancta adiunxerit huiuſmodi vo
tum ordini ſacro, prædictum votum debet re-
gulari ſecundum terminos ordinis cui fuit
adiectum, l. grege ff. de lega. 1. l. peculium
de leg. 2. Bart. in leg. ſi conuenerit §. Si nuda.
ff. de pignor. actio. Bald. in l. etiam C. de Iur.
27 dot. Sicut igitur de natura † ordinis eſt quòd
ad hoc vt imprimatur illius character, ſufficit
voluntas etiam coacta: eadem & voluntas de-
bet ſufficere ad continentiam, quæ dependet
28 ab ordine; alioquin plus † requiretur in acceſ-
ſorio, quàm in principali. Et quamuis ſecundũ
opin. gloſ. in c. Abbas, de his quæ vi &c. votum
29 † metu extortum non obliget, quia non valet
ipſo Iure: quã ſequũtur ibi Egid. Ant. de Butr.
& alij, tamen ibidẽ Card. col. 3. verſ. quartus ca
ſus, dicit quòd hæc opinio Iure non probatur,
& eam etiam licet ſub nomine Abbatis, ſequi
tur Sylueſtr. in verſ. metus num. 8. & militare
videntur in voto eædem rationes quę militant
30 in Iuramento, quod † quamuis ſit metu extor-
tum, ligat, niſi ſuperior abſoluat. quas rationes
refert Turrecrem. in c. 1. num. 4. cum ſeq. 15.
q. 6. & in omnem euentum hoc poſſet proce-
dere fortaſſe in voto ſeparato ab ordine, ſed in
voto iuncto cum ordine, aliter videtur dicen-
dum. Nec videtur bona reſponſio applicari ad
particulare de baptiſmo, nam quidam tenent
quòd in baptiſmo totus homo renouatur, quæ
ad propoſitum nihil facere videtur. Sot. re-
31 ſpondet quòd baptiſmus † non eſt tã proprie
votum, quàm profeſſio religionis, quæ non re-
quirit alium conſenſum quam Eccleſia, quæ ra
tio non videtur omnino concludens, quia ſicut
in baptiſmo requiritur non reſiſtentia, ita etiam
32 in ordine; & cum ordo † reguletur iiſdem ter-
minis in hac materia ſicut baptiſmus, idẽ erit
de voto illi ordini annexo; hæc opinio ante cõ
tractum matrimonium prouidet magis ſalu-
taris animæ, & magis conueniens eſt honeſtati
ordinis ſacri.
Quo ad iuriſdictionem diſtinguebant Do-
33 mini, quia ſi dubitatur an adſit Iuriſdictio † pro
nunciandi teneri vel non teneri ad continen-
tiam, & adeſt proculdubio Iuriſdictio. ſed ſi te-
nemus quòd de Iure ſit obligatus ita ordina-
tus continere, non adeſt Iuriſdictio pronun-
ciandi eum non teneri; ſed hoc caſu indiget di-
ſpenſatione, vel ſaltem commutatione.
Ideo, Domini magis ſecurum eſſe exiſtima-
bant

bant quòd iſte Franciſcus impetraret diſpen-
34 ſationem † omnino à Papa, & dicebant quòd huiuſmodi metus preſtat iuſtam cauſam illam concedendi, vt dicit Nauar. in loco alleg. vt ſic eligeret magis tutam viam.

Valentina nullitatis ſuſceptionis Ordinis ſubdiaconatus. Lunæ 22. Martij 1574.

EPITOME.

Ordinatus ad ſubdiaconatum per vim & metum, non tenetur continere.

SVMMAE.

1 *Ordinatus ad ſubdiaconatum per vim & metum, an debeat continere? & num. 3.*
2 *Ordinatus coactè recipit charactierem.*
4 *Actus omnis in quo requiritur voluntas non ſolum ſimplex, ſed ita qualificata vt ſit libera & ſpontanea, ſi fiat coactè, non valet.*
5 *Matrimonium metu contractum, eſt ipſo iure nullum.*
6 *Electio metu facta, eſt nulla.*
7 *Dos metu conſtituta, eſt nulla.*
8 *Continentia ſui natura requirit qualitatem libertatis à coactione, & eſt voti, non praecepti.*
9 *Puer ſi promoueatur, qui non ſit doli capax, ſicut non poteſt ſe obligare expreſsim ad votum, ita nec etiã tacite.*
10 *Subdiacono promoto antequam eſſet doli capax, vel per vim & metum, datur libera facultas contrahendi matrimonium.*
11 *Metus ſicut vitiat & annullat votum expreſſum, ita & tacitum. & num. 13.*
12 *Metus vitiat ſpiritualia, qua pro ſubſtantia requirunt plenam libertatem.*
14 *Ordinem ſpontè ſuſcipiens, dicitur obligatus ex voluntate.*
15 *Votum omne metu emiſſum, eſt ipſo iure nullum.*
16 *Continentia non eſt de ſubſtantia & eſſentia ordinis ſubdiaconatus, ſed accidentaria ex ſtatuto Eccleſia.*
17 *Subdiacono olim licebat contrahere matrimonium. hodie non item. & num. 19.*
18 *Subdiaconus per metum Ordinatus, eſt verus ſubdiaconus.*
20 *Ordo omnis ſacer habet annexam continentiam.*
21 *Subdiaconatus eſt ordo ſacer.*
22 *Acceſſorium ſequitur naturã ſui principalis, limita prout numer. 26.*
23 *Baptizatus metu, cogitur viuere prout baptizatus.*
24 *Votum requiritur voluntatem liberam, ſaltẽ à iuſto metu.*
25 *Annexa quando eodem modo iudicantur?*
27 *Stylus & interpretatio Cancellaria attenditur, ſtante doctorum varietate aliquo in articulo.*

PRAESVPPOSITA.

Præſuppoſito quòd Dominus Franciſcus Iter per vim & metum qui cadere poterant in conſtantẽ virum, promotus fuit ad ordinem ſubdiaconatus. 1
Et quòd ante, & poſt reclamauerit. 2

DVBIVM.

An prædictus Franciſcus teneatur ad illius voti, & continentiæ obſeruationem, ita vt vxorem ducere non poſsit alio ſibi Impedimento non obſtante?

20. DECISIO. alioqui. II.

IN quæſtione propoſita, Domini (*his quæ in alia poſitione plenè deducta fuere inhærendo*) dicebant Doctores in hac materia admodum variè locutos fuiſſe, & ideò ſi auctoritatibus certandum ſit, res magnam difficultatem habere videtur. Licet enim per informantes plures teſerantur pro negatiua, vt ex ſerie per eoſdem informantes relata videri poteſt; tamen dicebant Domini, rem non omnino ita ſe habere, nam multi pro ea allegati nil firmare videntur, & in ſpecie Turrecremat. diſtinct. 74. in princ. & aliqui alij, vt facilè ex eiſdẽ videri poteſt. Imò Syluestrina pro hac eadem negatiua ab eiſdem allegata, contrarium tenere videtur in verb. Ordo 4. num. 1. *in caſu de quo agitur*, nempè vbi ſic ordinatus nõ habet vxorem, prout etiam tenere videtur Alberic. in verb. ordinatus 1. verſ. vtrum coactè ordinatus, pariter pro negatina allegatus, & vltra plures relatos cumulatè in prædicta *prima poſitione*, Domini pro eadem affirmatiua addebant Petr. de Rauen. in compend. Iur. cano. de
1 Baptiſ. qui atteſtatur de communi, quòd † taliter ordinatus debeat continere. licet ipſe contrarium ſentiat. pro eadem affirmatiua allegabatur Summ. Aſten. de Sac. ordin. tit. 2. §. circa quartum, videlicet circa effectum Sacramẽti, verſ. Sed numquid teneatur continere, dicit vt Præpoſ. & vt Summ. confeſſ. vt ibi dicitur in fin. Secundum vero Rodericum, prima ſolutio eſt potior & benignior, & ideò tenenda.

Et licet allegaretur Boniſa. de Vital. in Cle. fin. §. fi. num. 30. & 31. de æta. & qual. qui refert vltimo loco gloſ. in c. verum diſt. 14. quæ tamen non videtur facere ad propoſitum, quòd qui recipit Sacramentum coactè, non teneatur continere; tamen illud dictũ non placuit, quia
2 aſſignat rationem, quia † talis coactè ordinatus non recipit characterem, quæ eſt falſa, vt ſupra in alia poſitione eſt concluſum, & videtur tritũ in hac materia ex doctor. plenè alias allegat. ex quibus credebãt Domini quòd difficile ſit ex auctoritatibus hanc ipſam rem difſinire

finire aliàs quàm in alia poſitione eſt dictum.
& ideò hac via omiſſa, ad rationes deuenire me-
lius eſſe exiſtimarunt.

Quibus accurate, & maturè hinc inde dedu-
ctis, & conſideratis multis alijs, & tum in prę-
ſenti, tum in alia poſitione deductis poſthabi-
tis, & reiectis: æquior viſa eſt Dominis & iu-
3 ſtior opinio negatiua † nẽpe quòd Franciſcus
in caſu propoſito non teneatur continere.

Primo ex ratione irrefragabili, ſcilicet quòd
4 omnis † actus in quo requiritur voluntas non
ſolum ſimplex, ſed ita qualificata, vt ſit libera
& ſpõtanea, ſi fiat coactè, ſiue per voluntatem
coactam, non valet, iuxta tex. iuncta gloſ. ſolen.
& recepta c. notificaſti. 33. q. 5. in verb. licen-
tiam, quam inter alios commendat Panor. in c.
cum locum ſub num. 6. de ſponſ. Confirmatur,
5 quia videmus quòd matrimonium † metu con
tractum eſt ipſo Iure nullum. c. ſignificauit de
eo qui dux. in matr. & tenet gloſ. pen. commu-
niter recepta in c. veniens de ſponſ. & plenius
in cap. Abbas in gloſ. vnic. ante med. de his
6 quæ vi, &c. quia etiam † electio metu facta eſt
nulla. c. vbi periculum §. cæterum de elect. lib.
7 6. prout & dos † metu conſtituta l. ſi mulier §.
ſi dos ff. quod met. cauſ. vt declarat Panorm.
in d. c. Abbas num. 8.

8 Continẽtia † autem ſui natura requirit qua
litatem libertatis à coactione, & eſt voti, non
præcepti, quia continentia ſuaderi poteſt, ſed
non præcipi nolenti, c. integritas 32. q. 1. er-
go &c.

Secundo ex ratione quæ multũ placuit Do
minis, arguendo de voto expreſſo, ad hoc vo-
tum annexum, vt per Innoc. in c. vel non eſt cõ
pos ſub nu. primo de tempo. ordin. vbi ſi puer
9 † promoueatur, qui non ſit doli capax, ſicut nõ
poteſt ſe obligare expreſſe ad votum, ita nec
etiam tacitè: & propterea non tenetur contine
re, quem ibi ſequitur Hoſtien. & benè etiam
Aegid. ad idem etiam Abb. c. vnico num. 3. de
cler. per ſalt. prom. & Ancar. in d. Clem. fin. in
fin. de æta. & qual. videtur ſequi Inno. & Imol.
expreſſe in d. Clem. fin. n. 9. dicens quòd veri-
tas eſt iſta. Idem etiam videtur tenere Sum.
Aſten. de æta. & qual. Huc etiam videtur perti-
nere declaratoria data à Cancellaria de conſi-
lio Card. Alex. vt refert Hier. Paul. pract. Can
cel. ſiue in prouinciali vt vocant, cart. mihi 54.
verſ. & pro accipiente ordinem ſacrum ante-
quam eſſet doli capax, & cart. 55. verſ. pro eo
autem qui inuitus, quẽ refert etiam Couarru.
in epit. 2. part. cap. 6. §. 3. ſub num. 1. nempe, da-
10 tam † fuiſſe liberam facultatem contrahendi
matrimonium cuidam Subdiacono, promoto
antequàm eſſet doli capax, vel per vim & me
11 tum. Sicut igitur metus † vitiat & annullat vo
tum expreſſum: ita debet annullare votum hoc
tacitè annexum per ſupradicta.

Et licet Cardin. in cap. Abb. col. 3. verſ. quar
tus caſus de his quæ vi &c. videatur tenere
quòd metus non vitiat votum: tamen cæteri
Docto. ibi ſequuntur d. gloſ. quam communi-
ter etiam approbari dixit Io. de Sylu. in tract.
de benef. part. 3. quæſt. 32. ſub num. 3. Bero.
pulchrè (qui rationem reddit) in c. in præſen-
tia n. 121. de probat. ſpiritualia enim non ſunt
præcepta ab initio ipſo contentioſa, ſed merè
voluntaria, voluntarium enim militem elegit
12 Deus. Metus † igitur viciat ſpiritualia, quæ pro
ſubſtantia requirunt plenam libertatem, Ideò
deficiente prędicta libertate, & ſic ſubſtantia,
deficit actus. quam opin. etiam ſequitur, & tue
tur Garſia, de vlt. fin. num. 418. & 466. Brunell.
de ſponſ. & matr. concl. 18. num. 8.

Cum igitur ex ſupradictis votum expreſ-
13 ſum vitietur à metu, eadem ratione viſum † eſt
Dominis viciari & hoc votum tacitum ſibi an
nexum. quòd ipſum videntur ſentire Gemin.
& Turrecrem. in c. nullum 28. diſt. dum dicunt
quòd Eccleſia appoſuit onus rei ſuæ, & quia
14 † ille qui ſponte ſuſcepit ordinem, dicitur obli
gatus ex voluntate &c. facit vulg. regula quòd
15 omne † votum metu emiſſum, eſt ipſo Iure nul
lum. c. 1. de vot. per quòd gloſ. fin. ibi commu-
niter recepta id tenet. & colligitur ex D. Tho.
2. 2. q. 89. artic. 7. adiunctis quæ tradit ar-
tic. 5.

16 Tertio facit quia continentia † non eſt de
ſubſtantia & eſſentia ordinis Subdiaconatus,
ſed tantum accidentaria ex ſtatuto Eccleſiæ,
17 fuit enim tempus quando Subdiacono † lice-
bat contrahere matrimoniũ. c. placuit 32. diſt.
cap. ante triennium 31. diſt. & arg. d. c. à multis,
Vnde Nugut. relatus ab Archid. & Turrecre.
in d. c. cum in prętерito, dixit quòd ordo per ſe
inſpectus, non impedit matrimonium, ſed con-
ſtitutio Eccleſiæ facta ratione ordinis.

Ex aduerſo pro affirmatiua & cõtraria, quòd
Franciſcus teneatur continere, aliquę rationes
deducebantur per aliquos ex Dominis, pro di
ſcuſſione huius arduæ quæſtionis: Et primo
18 quia Subdiaconus † per metum ordinatus, eſt
verus ſubdiaconus. arg. c. quòd quidã, in princ.
& latius in §. opponitur autem 1. q. 1. & c. ma-
iores §. item quæritur de Baptiſ. at Subdiaco-
19 nus † non poteſt contrahere matrimonium, c.
cum in præterito Iunct. gloſ. 84. diſt. & c. ante

trien-

triennium 31.diſt.& c.à multis de æta. & qual.
c.erubeſcant,& c. nemo & c.placuit 32.diſt.

Secundo quia idem iudicandum eſt de an-
nexis &c. c.tranſlato, de conſtit. & ſubdiaco-
20 natui eſt annexa continentia,quia † omnis or-
do Sacer(quorum de numero eſt ſubdiacona
21 tus † d. c.à multis) habet annexam continen-
tiam,d. c. cum in præterito 84. diſt. cum plu-
rib. ſupra alleg.ergo cum metus non impediat
veri ordinis ſubdiaconatus ſuſceptionem vt
dictum eſt, non impediet continentiæ obliga-
tionem illi annexam. Huc pertinet etiam regu
22 la acceſſorium † ſequitur naturam ſui principa
lis.c.acceſſorium de reg.Iur. lib.6.cum ibi cita
tis à gloſ.& continentia eſt acceſſoria ſubdia-
conatui,Ergo qui metus non impedit ſubdia
conatum, non etiam impediet obligationem
ad continentiam.

23 Tertio quia in ſimili,metu baptizatus † co-
gitur vt baptizatus viuere. c. de Iudæis 45.
diſt.ergo & coactè ordinatus tenetur vt ordi-
natus viuere; & ita ordinatus, ſi eſt ordinatus
ordine Sacro.

Sed prædictis rationibus primo loco vt ſu-
pra conſtitutis per eoſdem Dominos, facile
tolli videbantur contrariæ.

Ad primam enim reſpondetur concedendo
quidem ſubdiaconatum metu ſuſceptum,eſſe
verum ſubdiaconatum, negando verò illi eſſe
24 votũ continentiæ annexum, quia ad votũ † re-
quiritur voluntas libera, ſaltem à iuſto metu.
iux.trad.d.c.1.de vot. Ad ſubdiaconatum ve-
rò ſufficit voluntas etiam coacta per præcita-
ta.

Ad ſecundã reſpondetur concedendo idẽ
25 † eſſe Iudicandum de annexis quando ſunt eſ
ſentialiter, vel inſeparabiliter annexa, vel ſe
neceſſario conſequentia,ſiue indiuidua, in qui-
bus fallit regula vtile per inutile non viciatur,
alioqui non per eandem reg. prout reſoluit
gloſ. ibid. & probat per c. ſi quos 12.q.2. & l.
ſancimus C.de donat.cum ſimil. In propoſito
autem ſubdiaconatus, & obligatio continen-
tiæ non ſunt eſſentialiter ſiue naturaliter anne
xa,neque Iure naturę vel diuino inſeparabilia,
ſed iure tantum humano coniuncta, & ita per
metum (qui humana reſcindit, & non diuina)
licet non impediatur eſſentia Sacramenti ordi
nis,quod eſt diuinum, impeditur tamen con-
iunctio continentiæ quæ eſt humana.

Secundo reſpondetur quòd caſtitas tunc eſt
annexa ordini, quando nil aliud obſtat. Abb.in
d.c.vni.num.3. de cler.per ſalt. prom. hic autẽ
obſtat metus per ſupradicta, ergo &c.

Ad regulam acceſſorium &c. reſponderunt
26 eam procedere † niſi inter principale & acceſ-
ſorium adſit diuerſa ratio,iux.gloſ.in d.reg.ac-
ceſſoriũ, faciunt tradita per Felin. in c. debito-
res n.3.de Iur.Iur. poſt. Abb.ibi ſub num.2. &
Imol.in c.cum contingat,eo.cum ſimil.

Ad tertium reſpondebant, concedẽdo qui-
dem quod baptizatus tenetur viuere vt bapti-
zatus,& confiteri fidem Catholicam,negando
tamen conſequentiam, quòd coactè ordinatus
teneatur continẽter viuere.quia in anteceden-
te arguitur ad eſſentialiter & naturaliter anne-
xum: In conſequente verò ad accidentaliter.
obligatio enim profitendi fidem Catholicã,
eſt eſſentialiter & naturaliter,annexa characte-
ri baptiſmatis:obligatio vero cõtinendi ex ſta-
tuto Eccleſiæ vel voto tacito, eſt, annexa ſub-
diaconatui, & non naturaliter, & eſſentialiter
vt ſupra probatum eſt, cuius rei inconſidera-
tio fuit in cauſa vt Goffred. Panorm.& alij eius
ſequaces contrariam partem errando tenue-
rint, non aduertentes quòd ex prædicto ante-
cedente, ſequitur quidem quòd ſubdiaconus
tenetur ſecundum naturam & eſſentiam ſub-
diaconatus viuere, non tamen ſecundum eius
accidentia,ſi aliqua de cauſa, (quæ non ſufficit
viciare naturam & ſubſtantiam) vitientur illa.

Poſtremo in effectu placebat Dominis quòd
ſi Franciſcus in hoc caſu teneretur continere,
ſequeretur quòd ſi expreſſe in ordine quis vo-
ueret caſtitatem (quia poteſt hoc votum exigi
in ordinando, & ſolent Epiſcopi id facere per
c.quanquam & ibi late Turrecrem. nu. 2. diſt.
23.) quòd viciaretur votũ hoc expreſſum per
metum ex ſupradictis, & non viciaretur tacitũ
in quo videtur ineſſe minor ratio obligationis,
vel ſaltem par, et æqualis, non maior. Iux.trad.
in reg. expreſſa nocent &c. Et hæc tanto ma-
gis placebant Dominis: quanto comprobãtur
à prædicto ſtylo Cãcellariæ de quo ſupra per
Io.Paul.& Couarr.alleg. cum enim in hoc ne-
gocio authores ſint tam varij, & nihil certi in
Iure ſit cautum, vt ex prædictis auctoritatibus
27 ſupra relatis latè patet: ſequitur ſtylum † & in-
terprætationem conſuetudinis Cãcellarię me-
rito videri attendendam, vulg. l.ſi de interpræ-
tatione ff. de legib. vt videtur in ſimili tenere
Sarnen.in tract.breuiũ, qui ait eundẽ eſſe ſtylũ
etiã Pænitentiarię in caſu de quo agimus, ver-
ba Hier.Paul.ſupra relati ſeruiunt ibi, talẽ per
vim & metum promotum, vel non adhuc doli
capacẽ &c.denũcies ad ſeruandam cõtinentiã
non teneri, & alio canonico non obſtante, ma-
trimoniũ contrahere liberè, & licitè poſſe. &c.

DE

DE RESTITVTIONE in Integrum.

Reatina Caſtri poſtæ. Veneris 10. Decembris 1574.

EPITOME.

Reſtitutio in integrum non datur Minori iſto in caſu, ſed res iudicata executioni mandatur.

SVMMAE.

1 *Minor an aduerſus tres ſententias conformes reſtituatur?*
2 *Eccleſia reſtituitur in ſpolio.*
3 *Reſtitutio de iure communi conceſſa, retardat executionē rei iudicatæ.*
4 *Reſtitutio in integrum quo caſu negetur?*
6 *Minorum edicti verba loquuntur de geſtis cum minoribus, ex quibus geſtis ſint læſi. & inferunt quòd ſi nihil geſtum eſt cum minore, licet minor ſit læſus: tamen non eſt locus reſtitutioni.*
7 *Reſtitutio ad effectum opponendi contra teſtes, non datur minori. & quare?*
8 *Reſtitutio non datur minori propter interrogatoria omiſſa.*
9 *Reſtitutio ad effectum vt teſtes examinati contrarium deponant, non videtur releuans.*
10 *Teſtis primo dicto ſtatur.*
11 *Teſtis cum iuramento examinatus, ſi poſt triduum reuertatur & contrarium deponat, eius vltimo teſtimonio non creditur. & quare?*
12 *Teſtis in mortis articulo dicens ſe falſum depoſuiſſe, non nocet parti.*
13 *Reſtitutio ceſſat, quando obligatio habuit originem contra maiorem, nec tunc conſideratur perſona minoris.*
14 *Reſtitutionis in integrum petitio, non retardat executionem, quando primo loco iam petita eſſet executio.*
15 *Reſtitutio in integrum eſt petenda pro minore, cum ſpeciali eiuſdem minoris mandato.*

DVBIVM.

An in caſu de quo agitur, ſit locus alicui reſtitutioni in integrum, ita quòd exequutio rei iudicatæ retardari debeat?

21. DECISIO. alioqui. I.

Domini in quæſtione propoſita omiſerunt
1 illam diſputationē, an † aduerſus tres cōformes minor reſtituatur? in qua Rota aliàs variè proceſſit, & aliàs ſequuta eſt opinionē Baldi & Alex. negatiuam, ne tres ſententiæ tanto diſpendio & labore obtentæ ſint ludibrio; aliquando ſequuta eſt opinionem Salic. affirmatiuam, vt plenè per Caſſad. de reſtit. in integr. decis. 1. num. 3. ſaltem quando vel ex nouis, vel ex antiquis aliquid appareat, quòd præſumptionem calumniæ excludat. quam etiam varietatem opinionum refert. Apoſtil. ad Bald. in l. vnica ſub num. 16. in verb. nunquid, ne liceat tertio prouoc. & Couuar. pract. quæſt. li. 1. cap. 25. num. 7.

Nec etiam omnino placuit quòd in ſpolio non daretur reſtitutio, quia hoc videtur dubium, & habere multam difficultatem. Vide-
2 mus enim quòd in ſpolio † Eccleſia reſtituitur, Ioan. Andr. in cap. 1. num. 2. de integ. reſtit. in 6. & ibidem Ancar. ſub. num. 4. Gemin. nu. 6. Franc. num. 4. prope fin. Achil. de reſtit. in in-
3 teg. decis. 5. & reſtitutio † de Iure communi cōceſſa, retardat executionem rei Iudicatæ. Ant. Aug. in repert. de reſtitut. in integ. num. 3. Sed
4 quicquid ſit de prædictis: fuit † reſolutum in caſu de quo agitur, nullo modo eſſe locum reſtitutioni in integrum, nec debere retardari executionem rei Iudicatæ.

Primo moti ſunt Domini, quia in effectu nihil geſtum eſt cū minoribus, ſed ſententiæ ſunt latæ altera contra Metellum, altera contra procuratorē dominum litis effectū; immo nec hodie apparet vllum mandatum minorum apud
5 acta, vnde ceſſat † reſtitutio. vt per Bart. Bald. Caſtren. Salic. & alios in l. 2. C. ſi aduer. vend. pigno. bene per Bart. in authē. de hæred. & falcid. §. pupillis num. 2. & 3. latiſſime. Cur. Sen. conſ. 58. per l. Aemilius de minor. Roland. cōſ.
6 10. num. 14. vol. 2. quia (vt idē refert) verba edicti de minoribus loquuntur de geſtis cum minoribus ex quibus geſtis ſint læſi, & inferūt quòd ſi nihil eſt cum minore geſtum, licet minor ſit læſus, non eſt locus reſtitutioni: qui Roland. teſtatur de communi ex mente Bart. & omnium in l. cum filius familias §. in hac, de verb. oblig. Idem Bart. & alij in l. fin. C. in quibus cauſ. in integ. reſtit. non eſt neceſſaria.
7 Secundo quia † petitur reſtitutio ad effectum opponendi teſtibus, quæ de iure non eſt danda, quia obiectiones ſunt odioſæ, vt bene
8 refert cap. Tholoſ. decis. 53. Imo nec † propter interrogatoria omiſſa daretur reſtitutio. d. decis. 53.

Tertio aliqui dicebant quòd non videtur
9 reuelans reſtitutio † ad effectum vt teſtes pro Matrerijs examinati cōtrarium deponant, Rot.
10 de teſt. decis. 19. in nou. quia omnino ſtandū † eſt primo eorum dicto. per plura ibi allegata, Abb. in c. cum in tua, ſub num. 9. ver. aut ex interuallo, & ibi Aret. num. 5. & Felin. nu. 4. verſ. 2. concluſio de teſtib. & eſt communis opinio prout atteſtatur Corn. in conſ. 27. ſub numer. 15. verſ. & dato à fortiori vol. 3. Dec. in conſ.
11 189. num. 6. Imo ſi teſtis † Iuratus poſt triduū rediens, deponat contrarium eius teſtimonio vltimo, non creditur, tum propter longum interuallum,

teruallum,tum quia præſumitur ſubornatus,&
à patte informatus,tum quia apparet vatius in
ſua depoſitione,primo vnum deponendo, po-
ſtea contrarium,vt dicitut ad litteram in d. de
12 ciſ. 19. Imo ſi † teſtis in mortis articulo dixe-
rit ſe ſalſum depoſuiſſe, non nocet parti,vt ha-
betur per Bart.in l.ſi quis in graui §. 1.ff.ad Sil
lan.Bald.in authen. ſi teſtis productus,ſub nu.
3.verſ.3.quid ſi teſtis,C.de teſt.& in l. genera-
liter num. 2.C.de non num.pec.

Quarto aliquibus placebat non eſſe locum
13 reſtitutioni, quia quando † obligatio habuit
originem contra maiorem, non conſideratur
perſona minoris. l.apud Iulianum,in princ. Ex
quibus cauſ.maior.Docto.in d.§. in hac,nec ſi-
bi conceditut reſtitutio, in integ. ex edicto de
minor.l.Aemilius ff. de minor.Ita Roland. vbi
ſupra num.2.

Quinto placuit ratio per informantes dedu
14 cta, quòd cum primo † loco iam petita eſſet
executio, nunc per reſtitutionem in integrum
nõ debet impediri,vel retardari executio.Pau.
de Caſtr.in auten.quæ ſupplicatio ſub num. 3.
verſ. vel dic melius, aut incipit ab executione
C.de prec.Imper.offer.vbi etiam atteſtatur ita
aliàs fuiſſe Iudicatum,& trad.Rip.in l.4.§. con-
demnatum ante num.31.verſ. aliquando peti-
tur reſtitutio, ff. de re Iud.Alex.in conſ. 223.
col.fin.verſ.quia ita demum per petitionem re
ſtitutionis,lib.6.Socin.in conſ. 78.ſub num.4.
circa fin.vol.3.Put. deciſ.10.de reſtit.integ. &
in deciſ.285.Incip.die prima Iunij lib.2.Cotta
deciſ.161.& deciſ. 178. & ita dixerunt Domi-
ni aliàs fuiſſe reſolutum in vna Beneuẽtana, co
ram Iunio,die; 29. Nouembris 1557. & in alia
Vercellen. decimarũ coram R.P.D. Epiſcopo
Caputaquen. ſexta Iulij. 1558.

Sexto & vltimo prædicta confirmatur, quia
15 nullum † adeſt ſpeciale,vel etiam generale mã
datum minorum ad petendam huiuſmodi re-
ſtitutionem.Imò citata parte ad docendum de
huiuſmodi mandato ſi quod habet apud acta:
vſque ad hanc horam nullum exhibuit. quare
ſine vlla controuerſia,Domini dixerunt locũ
eſſe executioni.

Iſpalen.penſionis 200. ducat. Lunæ
25. Iunij 1576.

EPITOME.

Maiori,negatur reſtitutio ad ver
ſus ſententiam latam in poſ-
ſeſſorio.

SVMMAE.

1 *Reſtitutio non datur maiori ratione ſolius poſſeſsionis. & num. 4. An autem detur ob inſtrumenta de nouo reperta? num. 2.*
3 *Reſtituũtur Minor, Eccleſia, & alij quibus de iure conceditur reſtitutio, aduerſus ſententiã latam in poßeſſorio.*
5 *Poßeßorium iudicium eſt momentaneum, & modici præiudicij.*

DVBIVM.

An in caſu de quo agitur, conſtet de tali grauamine, vt potuerit Dominico concedi reſtitutio in integrum?

22. DECISIO. Alioqui. II.

Domini (cum præſuppoſito quòd ſenten-
tia abſolutoria de qua agitur ſit iuſta) di-
xerunt non conſtare de tali grauamine, vt eſſet
locus reſtitutioni.quia licet debuerit Domini-
1 cus manuteneri in poſſeſſione: tamẽ ratione
ſolius poſſeſſionis,non datur maiori reſtitutio.
vt per Put.deciſ.36.lib.1. Et quamuis aliquan
2 do † fuerit data ob inſtrumentum de nouo re-
pertum:Ioan.Paul.deciſ.90.tamẽ (vltra quòd
non ſumus in Inſtrumentis de nouo repertis)
Ant.Aug.de reſt.in integ.num.2.dicit non re-
cte id factum fuiſſe.

3 Quamuis enim minor, † Eccleſia, & ij qui
de Iure communi reſtituuntur, reſtituantur ad-
uerſus ſententiam latam in poſſeſſorio: vt per
gloſ.Bald.& Salic.in l.vnic.ſi de moment.poſſ.
Paul.de Caſt.cõſ.38.n.2.Zuccard. in d.l.vnic.
num.450.Menoch.in 4.remed.adipiſc.n.906.
4 tamen hoc non placebat Dominis in maiore †
quia ei non datur reſtitutio niſi ex clauſula ge-
nerali ſi qua mihi iuſta cauſa &c. hæc autem
non videtur aliquibus Dominis iuſta cauſa,
5 quia Iudiciũ † poſſeſſorium eſt momentaneũ
& modici præiudicij &c.

Placeret tamen Dominis quòd Dominicus
Iuſtificaret ſuam diſpenſationem, quia tũc po-
terit ſaltem ei fortaſſe dari mandatum de ma-
nutenendo.

Dicebant etiam quòd videatur an coram
eodem Iudice fuerit producta diſpenſatio Mu
darræ,& alia Iura concernentia petitoriũ, quia
ſi nihil horum, & in ſpecie diſpenſatio prædi-
cta non eſſet coram eo producta, vt contendit
pars Dominici: ceſſaret dictum præſuppoſitum
Iuſtitiæ ſententiæ præfatæ, quia nec conſtitiſ-
ſet ei de illegitimitate Mudarræ, nec de alijs
quæ ei opponuntur.

Firmetur ergo plenè factum ex præſuppoſi-
tis totum negocium concernentibus, vt bene
Domini omnia guſtent, & poſſint dare reſolu-
tionem quæ omnes tollat difficultates.

Iſpalen.

Iſpalen.penſionis 200. ducat. Mercurij 28.Nouembris 1576.

EPITOME.

Sententiam reſtitutionis in integrũ aduerſus lapſum fatalium, & tempus proſequẽdæ appellationis, ſufficit latam eſſe intra quadriennium inceptum à die læſionis.

SVMMAE.

1 *Sententia in cauſa reſtitutionis in integrum lata poſt quadriennium, dicitur lata ſine iuriſdictione.*
2 *Reſtitutionis in integrum quadriennium quando incipiat currere in lapſu fatalium? & n. 3. quid in reſtitutione ad appellandum? n. 4. Quid aduerſus ſententiam? n. 5.*
6 *Appellatio quando non dicitur deſerta?*
7 *Negligentia non datur ob cuius odium intrat deſertio.*
8 *Indefinita in onerosis non æquipollet vniuerſali.*
9 *Sententia eſt ſtricti iuris, & Intelligitur quatenus eius verba ex proprio ſignificatu important. & num. 11.*
10 *Sententia ſub ſimplici, non comprehenditur mixtum.*
12 *Fatalium prorogatio non eſt neceſſaria iſto in caſu.*
13 *Reſtitutionis commiſſione præſentata, Rota non conſueuit præfigere terminum, ne videatur reſtituere, & det materiam appellandi: ſed procedit vt hic dicitur.*

DVBIVM.

An ſententia R. P. D. Decani ſit lata extra tempus quadriennij?

23. DECISIO. alioqui. III.

FVit reſolutum quòd procedatur ad expeditionem pro Dominico, ſtante ſuo bonò Iure ex reſolutione vltimo coram me facta; motiua autem Didaci non placuerunt Dominis ex infra dicen. Duo enim opponũtur ſentẽtiæ declaratoriæ in Rota pro Dominico vltimo latę.
1 Primo quod huiuſmodi ſententia † in cauſa
reſtitut.in integrum fuit poſt quadriennium la
ta, ergo ſine Iuriſdictione.glo. in Clem. vni. in
verb.finiri, de reſt.in int.cum concord. Sed re-
2 ſponſum fuit: quadriennium † huiuſmodi curre
re non à die ſententiæ prædictæ, ſed tantum à
die læſionis.d. Clem.vni. ibi à tẽpore læſionis.
Reſtitutio autem in caſu noſtro Dominico
conceſſa non eſt à ſententia, nec ab appellatio-
ne omiſſa, ſed aduerſus lapſum fatalium, & tem
3 pus proſequendæ appellationis. Lęſio † ergo
tunc intrat vbi fatalia lapſa ſunt. ſed bene com
putato toto tempore vſque ad d. ſententiã de-
claratoriam, nullo modo effluxit quadrienniũ.
Videmus enim quòd huiuſmodi quadrien-
niũ pro uarietate ſubiecti variè currit, & ideò
4 quadriennium † ad petendum reſtitutionem
ad appellandum, currit à lapſu 10. dierum. Ad-
5 uerſus † verò ſententiam à die ſententię Ioan.
And.in c.1.ſub num. 4. verſ. poſt.contractum
vel ſententiam de in int.reſt.in 6.& ibi poſt cũ
Franc.ſub num.2.in 3.not.
Dubium tamen in hac quęſtione mihi faciebat, An ſicut in reſtitutione aduerſus omiſſam appellationem tenetur reſtitutus appellare, & proſequi appellationẽ intra terminum Iuris, & dicitur prima appellatio, vt bene declarat Io. And.in c.fin.in 7.q. de in integ. reſtit. vbi Ab. ſub num.5.verſ.Item quando reſtituitur ad appellandum, ita & hoc caſu proſequendo ſuam appellationem teneretur Dominicus prorogare fatalia? Sed dicebatur dubium ceſſare in caſu propoſito, quia pars Dominici inſtetit bis
pręfigi terminum, & procedi iuxta formam
6 commiſſionis, & cum non culpa ſua, ſed † Iu
dicis, vel partis Iudex non proceſſit, non dici
tur deſerta appellatio. Caſſad. 5. de appell. &
7 deciſ.9.num.5.Eod.tit. non enim datur † negli
gentia ob cuius odium intrat deſertio per vul.
Secundo opponitur etiam ſententię declaratorię quòd fuerit iniuſta, quia declarat Did. cum ob non ſolutionem terminorum decurſorum, & cum indefinita ęquipolleat vniuerſali, videtur includere omnes terminos decurſos vſque ad diem prolationis ſententię. conſtat autem per quatuor annos ante ſententiam Dominicum fuiſſe vxoratum, & ſic incapacem penſionis.
Sed reſpondebatur primo quòd in onerosis
8 indefinita † non ęquipollet vniuerſali. Socin.
Iun. in §. cũ iter n.18.l.ſi pæn.ff.de cõd.indeb.
9 Secundo quod ſententia † eſt ſtricti Iuris, &
non intelligitur niſi quatenus verba ex propria
ſignificatione important. Socin.conſ.18. num.
7.lib.3.per tex.in l. Paul.la 2.ff.de re Iud.& l.1.
C.ſi plur.vna ſent. & eadem ratione, in ſenten-
10 tia † ſub ſimplici non compręhenditur mixtũ,
Corn.conſ.63.num. 8. & 9. lib. 2.& eſt bonus
textus in c.dilectus & ibi benè not.Abb. num:
11 2. de offic. ordin. Inquiens: verba ſentẽtię † de-
bere ſtricte intelligi, & non debere illum intel-
lectum accommodari, quem habere poſſent ex
lata vocabuli ſignificatione, ſed debere intelli-
gi, & reſtringi iuxta illum quem ſtrictè habere
poſſunt. Verba ergo ſententię (ob non ſolutionem terminorum decurſorum) non Iudaicè ſunt intelligenda de decurſis vſque ad diẽ ſententię, quod Iudex non dixit, nec cogitauit, ſed

ſtricte de decurſis vſque ad tempus habile, & de tempore quo de Iure debẽtur. alioqui enim nimis dura, & iniuſta, imò fatua ſumerẽtur interpretatio ad deſtruendam ſententiam, quòd abſurdum eſſet, & contra omnes Iuris regulas.

Dicebant etiam Domini tolli omnem difficultatem, quia conſtat de bono Iure Dominici, & fuit vltimo reſolutum ſuiſſe iuſtificatam diſpenſationem etiam coram R.P.D.Verallo, ergo ceſſat res Iudicata, & intrat reſtitutio &c.

Et cum iterum die Mercurij quinta Decem
bris eiuſdem anni facerem verbum, An ſtante
conſideratione ſupra facta, eſſet neceſſaria pro-
rogatio fatalium poſt præſentatam commiſſio-
nem reſtitutionis in Rota? Domini dixerunt
12 non † fuiſſe neceſſariam prorogationem fata-
lium, ſed ſatis fuiſſe diligẽtiam Dominici in pe
tendo bis terminum præfigi iuxta formam cõ-
miſſionis. & licet Iudex non præfixerit termi-
13 num: tamen ideo fecit, quia de ſtylo † etiam ad
tollendas vanas appellationes, Rota non ſolet
pręfigere terminum, ne videatur reſtituere: ſed
prius cognoſcit de bono Iure, & poſtea, non
aliàs pronunciando ſuper reſtitutione, vel non
reſtitutione, ſi pręcedens ſententia eſt iuſta, eã
exequitur, ſin minus eam reuocat. & iſte eſt ſty
lus quem Domini ſeruant in hac materia ſine
controuerſia. Alia motiua Didaci non placuerunt Dominis.

Secundi Libri Decretalium.

DE IVDICIIS.

Panormitan. & Valentin. illegitimitatis.
Lunæ 7. Februarij 1575.

EPITOME.

Moleſtationũ cauſa cenſetur deducta per committentem cauſam ſuper iactationibus, virtute clauſulæ quam & quas &c.

SVMMAE.

1 *Reus dicitur, committens cauſam ſuper iactationibus, & moleſtationibus.*

2 *Clauſula quam & quas ſtat generaliter, ſtantibus conſequentibus verbis, habereque & mouere intendunt, & quid operetur? num. 3.*

4 *Moleſtationes dicuntur apparere ex eo, quia aduerſarius ſuſtinet litem.*

5 *Interpretatio ſumenda eſt ad fauorem committentium cauſam.*

6 *Commiſsio fungitur vice libelli.*

7 *Iactationes, & moleſtationes debet in primis deducere committens cauſam ſuper iactationibus, & moleſtationibus.*

DVBIVM.

An cenſeatur deducta cauſa moleſtationum vel ex clauſula rebuſque alijs, vel alio modo, ad effectum de quo agitur, vt intret deciſ. 1. Achill. de Actore?

24. DECISIO. alioqui. I.

FVit tentum intrare deciſ. Achill. primã de
actore, ſi Laurentius, & Antonia oratores
impetrantes commiſſionem ſunt poſſeſſores,
& ſic nihil obſtat quin poſſint hodie ſpecifica-
1 re, & proponere moleſtationes. committens †
enim cauſam ſuper moleſtation. & iactation.
dicitur reus, & non actor, Docto. & poſt alios
Cagnol. in l. diffamari C. de Ingen. & manu. Mohed. deciſ. 229. Capic. deciſ. 18. de communi Couuar. lib. 1. variarum cap. 18. num. 5.

Verba autem commiſſionis ſunt apta com-
præhẽdere hunc caſum, tum ex clauſula quam
2 & quas, quæ † (quicquid ex aduerſo dicatur)
ſecundum Dominos ſtat generaliter, non au-
tem eſt reſtricta, ſtantibus ſequentibus verbis
habereque & mouere intendunt &c. *Achil.* de-
ciſ. 13. de cõmiſſ. & 9. de re. Iud. & 7. de appell.
Mohed. deciſ. 162. Sarnen. de inſit. q. 34. num.
4. tũ ex clauſula rebuſq. alijs, &c. ex cuius clau-
3 ſulæ virtute † fuit dictũ in cauſa Rom. don. 50.
4 millium poſſe ſpecificari moleſtationes. quę †
in caſu propoſito ſatis conſtare videntur, ex eo
quòd aduerſarij ſuſtinent litem, quòd aliàs fuit
dictum ſufficere ad hunc effectum. cum maximè commiſſio in ſpecie reſpiciat illegitimitatem, & incapacitatem ad ſuccedẽdum, in quo negocio poteſt cadere moleſtatio, non autem eſt indefinitè vel ſimpliciter prolata ſuper illegitimitate.

Et ex hoc fuit dictum ceſſare ex aduerſo de-
ducta, quòd non poſſit fieri relatio ad cauſam
moleſtationum, quia imò bene poteſt fieri ex
mente committentis, ex prædictis apertis ver-
bis (& incapacitate ad ſuccedendum) & ex
prædictis clauſulis, ex verbo, & (deducendis
&c.) hodie poterit ſpecificari moleſtatio.

Et aliqui Domini dicebant prædicta procedere non ſolum data poſſeſſione dictorum oratorum: Sed etiam neutro poſſidente; quia de-
5 bet ſumi interpretatio † ad fauorem eorundẽ
committentium. Nam tritum eſt commiſſio-
6 nem † fungi vice libelli, Vnde ad fauorem ita
committentium intrat l. ſi quis intentione am-
bigua, cum ibi not. ff. de Iud. Rot. de alien. mut.
Iud. cau. fact. deciſ. 2. in fin. & de lib. oblat. de-

ciſ.

ciſ. 1.in nou.cum alijs de quibus per Roland. à Vall.conſ.75.lib.2.

Ex quibus virtualiter, fuit dictum eſſe ſubla
ta exaduerſo deducta; Dixerunt tamen ad hoc
7 vt prædicta procedant, debere † in primis præ
dictos oratores deducere, & proponere iacta-
tiones,& moleſtationes,quas hactenus conſtat
non fuiſſe deductas,aliàs prædicta non applica
rentur &c.

Iſpalen. penſionis 150. ducatorum. Lunæ 12. Decemb. 1575.

E P I T O M E.

TEſtibus aliàs tranſportatis & productis in Rota, & repetitis parte citata, coram eo qui declaratoriã tulit, poteſt quis iuuari: quòd ampliatur.

S V M M A E.

1 *Teſtibus in Rota tranſportatis quando quis poſsit iuuari? & num.2.*

3 *Acta & probationes contra prædeceßorem, an noceant ſucceſſori?*

4 *Acta nocent regulariter ei, cui ſententia nocet.*

5 *Sententia lata ſuper ſeruitute reali, prodeſt & nocet alijs, etiam vniuerſali, & ſingulari ſucceſſori.*

6 *Sententia facit ſtatum inter omnes.*

7 *Cenſuræ an poſsint iuſtificari ex nouiter deductis?*

8 *Sententiæ cenſurarum nulla conualidatio non debet pendere à poteſtate partium.*

P R AE S V P P O S I T V M.

Stante reſolutione facta coram R. P. D. Lancelloctto ſub die 12.Octobris 1571.

D V B I V M.

An poſsit D.Melchior iuuari teſtibus coram A. C. ad inſtantiam Ioannis Ferdinandi examinatis, productis poſt cenſuras illatas per ſententiam Rotalem ad Iuſtificandum valorem in caſu de quo agitur?

25. DECISIO. alioqui. II.

FVit concorditer per Dominos reſolutum
1 Melchiorem poſſe † iuuari ex teſtibus trã
ſportatis, & productis in Rota de anno 1542.
& repetitis coram R.D. qui declaratoriam tu-
lit de anno 1566.20.Nouembris, ante ſenten-
tiam latam die 23.Decembris ſequentis. Et di
xerunt ſufficere quòd in ea repetitione fuerit
citata pars ad dicendum contra. Item quòd ſit
ſeruatus terminus die 27. eiuſdem menſis No
uembris, prout vtrumque in actis probatur.

Et quamuis illa traſportatio, & productio fa-
cta de anno 1542. fuerit in prima inſtantia Iu-
dicij obligationis Cameralis, nec appareat pro
ductio in tertia Inſtantia ſequenti: Tamen di-
2 xerunt Domini † ſufficere iſtam tranſportatio-
nem, cum iam acta eſſent in illo iudicio produ
cta in Rota. & hanc tranſportationem ſufficere
multi Domini exiſtimabant etiam in alio iudi-
cio principali poſtea per Melchiorem intenta-
to, cum cauſa fuerit cõmiſſa ſuffecto in locum
eius qui vltimam ſententiam in primo iudicio
obligationis Cameralis tulerat, cuius commiſ-
ſionis vigore, dictus R. Dominus declarato-
riam de qua agitur tulit, & quòd huiuſmodi trã
ſportatio ſufficiat: dicebant Domini extare de-
ciſionẽ coram Than. licet de hoc vnus ex Do-
minis videretur dubitare reſpectu alterius Iu-
dicij.

Sed omnem difficultatem prorſus ſubſtulit repetitio prædicta coram eodẽ met R.P. (qui declarauit) citata parte ad dicendum contra, & ſeruato termino vt ſupra.

3 Quòd acta † & probationes contra præde-
ceſſorem, non noceant ſucceſſori, non placuit
Dominis, ex multis allegatis. & in ſpecie quia
4 regula † eſt quòd cui nocet ſententia, nocent
& acta. Maximè quia in caſu propoſito agitur
ratione iuris realis, non perſonalis, an ſci-
licet beneficium ſit grauatum vel ne. Alex.
in l. ſępe num. 125.ff.de re iud. ſic etiam vi-
5 demus quòd ſententia † lata ſuper ſeruitute
reali, prodeſt & nocet alijs, Idem Alex.in d.l.ſę
pè num.48. & nocet vniuerſali, & ſingulari ſuc
ceſſori, Alex.ibidem num.68. ſicut ergo noce-
ret ſucceſſori ſentẽtia lata cõtra prædeceſſorẽ
in caſu noſtro, ita debent nocere & acta. pla-
cuit etiam ad hoc Aym. conſ. 10. qui ad id plu-
ra refert num.8.

Huc pertinere videtur Deciſ. Achill. 2. de
6 ſentent. quòd ſcilicet ſententia † facit ſtatũ
inter omnes ex l. Ingenuus ff. de ſtat.homin.cũ
ſimil. Et placuit ratio, quia aliàs requireretur
millies idem probare contra nouos quoſcunq.
ſucceſſores, quòd eſt abſurdum.

Quòd ijdem teſtes ſint reproducti coram D.Sarmiento, non nocet veritati ſupra narratæ. Multa alia dicuntur in facto, quę pertinent ad alios teſtes coram d. Sarmiento deductos, de quibus non agitur.

Quòd enim ſint poſiti ad partem non verificatur niſi in illis.

Alia motiua Ferdinandi viſa ſunt Dominis leuia, & ideo fuerunt reiecta.

An

7 An autem cenſuræ † poſsint iuſtificari ex
nouiter deductis, etiam quòd in alia inſtantia
ea prius iam producta fuerint, non fuit reſolu-
tum; Sed fuit dictum aliquando fuiſſe Iuſtifica
tas, vt in cauſa coram R. P. D. Cotta, & in alijs
allegatis per Melchiorem, aliquando non fuiſ-
ſe iuſtificatas, vt coram R. P. D. Lancellocto. &
8 pro hoc aliqui allegabant, quia non † debet pē
dere à poteſtate partis conualidare ſententiã
cenſurarum nullam; c. licet, de ſentent. excom-
mun. in 6. vbi Doctor. quòd tamen aliqui in-
terpretabantur reſpectu nouiter omnino de-
ducendorum, & ideo ſuper hoc nihil fuit fir-
matum. Sed fuit dictum ex ſubiecta materia, &
varietate rationum hoc eſſe iudicandum, quòd
omiſerunt in hac quæſtione, quia ex facto tol
litur omnis controuerſia per ſupradicta.

DE DILATIONIBVS.

Pientina Iuriſpatronatus. Vener. 27. Nouembris 1573.

EPITOME.

REmiſſoria ad probandum ius pa
tronatus ex fundatione & do-
tatione, conceditur Commu-
nitati.

SVMMAE.

1 *Remiſſoria ſine fumo non datur habenti præſumptiones contra ſe.*
2 *Calumnioſè petere remiſſoriam quando quis dicatur?*
3 *Ius patronatus aſſerens habere in aliqua Eccleſia, habet præſumptionem iuris contra ſe, cum qualibet Eccleſia dicatur libera.*
4 *Ius patronatus Communitatũ præſumitur ex vſurpatione.*
5 *Remiſſoria non datur, quando articuli non ſunt releuantes.*
6 *Teſtes an ſufficiant, vbi probatio facienda eſt per ſcripturas? & num. 11.*
7 *Liber vt probet, quid eſt articulandum?*
8 *Remiſſoria datur Communitati ad probandum Ius patronatus ex fundatione, & dotatione.*
9 *Ius patronatus cauſa dicitur profana quoad obtinendam remiſſoriam.*
10 *Remiſſoria datur indiſtinctè in profanis.*

DVBIVM.

An remiſſoria ſit concedenda in caſu de quo agitur ſuper articulis in actis datis?

26. DECISIO. alioqui. I.

VIdebatur aliquibus ex Dominis remiſſo-
riam non eſſe dandam, quia Communitas
1 Turritæ habet † duas præſũptiones iuris con-
tra ſe, & ideo ſi non docet de fumo, non debet
2 habere remiſſoriã. ratio eſt quia præſumitur †
calumnioſè petere, prout dicit deciſio. Than.
86. & poſt Caſſador. deciſ. 3. de dilatio. eſt de-
ciſ. Chiſſanen. 164.
Primã præſumptionẽ eliciebant ex eo, quia
quælibet Eccleſia cum præſumatur libera, qui
3 aſſerit † habere in ea ius patronatus, habet Iu-
ris præſumptionem contra ſe. Abb. in c. quęre-
lam in 3. nota. de electio. & conſi. 36. vol. 2. Roc
ch. de Iur. patron. ver. conſtruxit q. 20. numer.
29. vbi latè, & in ver. vel is à quo ſub num. 96.
Pariſ. conſ. 34. num. 1. vol. 4.
Secundam vero fundabãt in deciſ. Creſcen.
13. lib. 1. & Io. Paul. deciſ. 85. & 87. In cauſa
Oſcen. parochialis, Than. 68. & Achill. de Iur.
patron. deciſ. 4. vbi dicunt præſertim ex doctri
na Ant. de Butr. in c. dilectus de Iur. patron.
4 quòd Cõmunitates † præſumuntur habere Ius
patronatus ex vſurpatione.
Et addebant non eſſe dandam, quia articuli
5 producti nõ apparent releuãtes, quo caſu † nõ
datur remiſſoria Chiſſan. d. deciſ. 164. Paleott.
Deciſ. 3. poſt Caſſad. de ſequeſtrati. poſſeſſ. de-
ciſ. 1. in fin.
Quòd non ſint releuantes dicebant appare
re quia 1. probare Cõmunitas intendit funda
tionem & dotationem antiquiſſimam, deductã
ex præſentationibus ab immemorabili tempo
re. 2. vult probare per teſtes quaſdam præſenta
tiones in ſpecie vltra 50. annos. 3. per quoſdam
libros id vult probare in quibus dicit eſſe præ-
ſentationes huiuſmodi annotatas, ſed ad 1. &
2. dicebant vltra prædicta ei etiam obſtare Cõ
cil. Trid. ſeſſ. 25. cap. 9. de reform. vbi datur alia
forma probandi Ius patronatus Communita-
tum, cum præſertim mandet probationem in
6 caſu fieri debere per ſcripturas & ideo teſtes †
non ſufficere dicebatur per l. 1. de mãdat. Prin.
Afflicti Deciſ. 398. num. 4. cum ſeq.
Ad tertium dicebant eam non articulaſſe il-
7 la quę requirunt ad dandum fidem huic libro †
de quibus per Putc. de fid. Inſtrum. deciſ. 23.
Incip. Inſtrumenta extracta, maxime quia opor
teret quòd teſtes deponerent de allegato caſu
lacerationis, & de toto tenore contentorũ in
eo, & quòd liber eſſet authenticus. vt per Dec.
conſ. 82. num. 3. poſt Alex. conſ. 33. num. 18. &
ſeq. lib. 3. 2. Afflict. deciſ. 274. num. 2.
Maior tamen pars Dominorum voluit dan-
8 dam eſſe † remiſſoriam Communitati: quoniã
Rota facilis eſt & prona ad remiſſoriam conce-
9 dendam. Mouebãtur præſertim quia hæc † cau
ſa

ſa Iuris patronatus ad effectum obtinendi remiſſoriā, habetur pro prophana. vt per Ach.in tit.de propha.deciſ. Vnica poſt Selu.de benef. par.1.q.7.ſub num.59.verſ. mihi placet. Et in
10 prophanis indiſtinctè† remiſſoria conceditur l. Iudices & auth. apud eloquentiſſimū vbi omnes, C.de fid.Inſtr.Put.deciſ.61.Incip.& in eadē fuit dictū, ac deciſ.201. lib.1.etiā ſine fumo Ant,Aug.deciſ. 122. lib. 3. & tradit R. P. D. Cotta deciſ.377.

Ad oppoſita reſponderunt quòd non prohi
11 betur† Cōmunitas probare per teſtes, id quòd continebatur in eius ſcripturis ſuper dicto iure patronatus, & eius præſentationibus continuatis,vt per Bartol.in l.teſtium verſ. item nota quòd in caſibus C.de teſtib. Abb.in c.2.circa finē de probatio.vbi Felin. numer.20.& 21. verſ.2.Intellige niſi aſtrictus,& ſeq. & Dec. latiſſime ſub numer. 13. & 14. verſ. 2. limitatur cum ſeqq.

In reliquis placuerunt reſponſiones datæ per informantes.reſoluerunt igitur dandā eſſe remiſſoriam communitati Turritæ.

Calaguritana Theſaurariæ, Lunæ 17.Februarij 1578.

EPITOME.

REmiſſoria non datur,quando articuli non ſunt releuantes.

SVMMA.

1 *Remiſſoria negatur,quando articuli non releuant.*

DVBIVM.

An articuli quorum copia datur, ſint releuantes ita vt ſit ſuper illis concedenda remiſſoria?

27. DECISIO. alioqui. II.

1 DIctum fuit per Dominos articulos † non eſſe releuantes, & propterea dandam nō eſſe remiſſoriam.

Calaguritana Theſaurariæ ; Mercurij 26.Februarij. 1578.

EPITOME.

REmiſſoria conceditur conſtito de fumo, ſed tamen ſeruatis de ſtylo ſeruandis.

SVMMAE.

1 *Remiſſoria hoc caſu conceditur,ſeruatis tamen his de ſtylo ſeruandis. num.3.*

2 *Fumus quis ſufficiat vt remiſſoria concedatur?*

28. DECISIO. Alioqui III.

DAtis hinc inde memorialibus, Domini di-
1 xerunt remiſsoriam † eſse dandam Ioan-
2 ni. Fumus † ſufficit ex cōtinuatione poſseſſionis Ioannis. Et articuli qui modo dantur ſunt
3 clari,& concludunt. Seruentur † tamen ſeruanda,vt principalis ſe obliget de ſtando vnicæ, & ad alia quæ de ſtylo fieri debent,ita vt non poſſit vti remiſſoria iam relata, niſi prius plenè ſatisfacto prædictis obligationibus.

DE CAVS. POSS. ET proprietat.

Gerunden.Anniuerſariorum,Mercurij 27.Ianuarij. 1574.

EPITOME.

NOminādi quaſi poſſeſsione quadragenaria probata datur reſtitutio ad ſtatum.

SVMMAE.

1 *Poſſeſsio quadragenaria quo pacto probetur?*

2 *Status nominationis eſt reſtituibilis.*

3 *Actuum multiplicatio excludit præſumptionē facultatis.*

4 *Facultati poteſt præſcribi.*

5 *Spolium eſt ante omnia purgandum.*

DVBIVM.

An conſtet de quaſi poſſeſsione quadragenaria beneficiatorum, nominandi Protectores, ad effectum de quò agitur juxta formam commiſsionis?

29. DECISIO alioqui. I.

FVit reſolutum conſtare de dicta quaſi poſ-
1 ſeſſione quadragenaria † ad effectum prędictum, cum probetur huiuſmodi nominatio ab anno 1509.vſque ad annū 1569. prout conſtat in præſuppoſitis pro parte beneficiatorum à numero 13.vſque ad num.72.& ſic per ſexaginta annos,ſed etiam ante dictum annū 1509. vt in dicto ſummario à num. 1. vſque ad num.
2 13.& iſte ſtatus † eſt reſtituibilis, Pute. Deciſ. 30. de reſtitur. ſpoliat. poſt Abb. in c. quære

lam

lam num. 12. de electio Nec eſt dubitandum de iuriſdictione, cum reſcriptum velit vt conſtito de poſſeſſione, omnia reducantur in priſtinũ ſtatum. quę poſſeſſio intelligitur qualificata cũ ſuis omnibus qualitatibus, ſcilicet nominationis Beneficiatorum, & deputationis per capitulum.

Confirmatur ex confeſſione capituli, quæ habetur num. 10. in ſummario Beneficiatorũ: fatentur enim Canonici Beneficiatos habere poteſtatem nominandi, non autem electionẽ. idem probatur per actum poſitiuum ipſius Capituli ſub nu. 44. in ſummario capituli, vbi priuat nonnullos adminiſtratores ob delicta ab ipſis perpetrata, & requirit Beneficiatos vt intra certum terminum alios nominent.

Nec obſtat quòd deducitur ex aduerſo, hãc facultatem prouenire à capitulo iuxta enunciationes factas in diuerſis inſtrumentis, quod ad ipſum ſpectat totale regimen, gubernatio, & adminiſtratio dictorum anniuerſariorum etiã ſtante ſtatuto: quia iſta enũciatio debet intelligi ſalua nominatione, alioqui eſſet contraria facto per tot actus multiplicato, per quam mul-
3 tiplicationẽ excluditur † præſumptio facultatis, vt per Rip. in c. cum Eccleſia Sutrina num.
4 55. de cauſ. poſſ. & propriet. & eidem † facultati præſcribi potuit. Sozzin. Iun. conſ. 145. nu. 40. lib. 1.

Neque videntur ſimpliciter factæ nominationes vigore ſtatuti, ſed etiã vigore conſuetudinis antiquæ, quæ in dicto ſtatuto enũciatur.

Neque obſtant deputationes aliorum procuratorum: quia videntur factæ ex neceſſitate ad exigendum, non autem ad adminiſtrãdum.

Cætera quæ deducuntur, magis ſapiunt petitorium, & ideo examinanda erunt in petito-
5 rio, purgato † ante omnia ſpolio.

Peruſina Cenſuum. Lunæ 17. Maij 1574.

EPITOME.

APpellationi locũ eſſe, ſi ſententia condemnat ad retinendam poſſeſsionem bonorum, donec fuerit creditori ſatisfactum, pugnantes auctoritates adducuntur.

SVMMAE.

1 *Appellationi eſt locus quando ſententia continet mixturam. & ſub num. 4. vbi de communi.*
2 *Sententia numquid dicatur continere mixturam ex illis verbis poſſeſsionem retinendam donec fuerit ſatisfactum? & num 5. ac. 10.*
3 *Sententia continet mixturam cum petitorio, quando quis condemnatur ad liberè dimittendum poſſeſsionem.*
4 *Poſſeſsionem alicui in perpetuum adiudicare idem eſt, quòd adiudicare dominium.*
6 *Appellatio ſemper datur, quando præiudicium eſt irreparabile in petitorio.*
7 *Conſequens qui vult, cenſetur velle omne neceſſarium antecedens, etiam in ſententia.*
8 *Appellatio datur, ſi agitur ad poſſeſsionem vigore contractus.*
9 *Poſſeſsorio ex mero vbi agitur, non admittitur appellatio, & intrat Aegidiana.*
10 *Clauſulæ poſſeſsionem retinen. donec fuerit ſibi ſatisfactum intellectus.*

PRAESVPPOSITVM.

Stante ſententia, & commiſsione, quarum copiæ in neceſſarijs Dominis dentur.

DVBIVM.

An ſit locus conſtitutioni Aegidianæ, in caſu de quo agitur?

30. DECISIO. ſeu diſcurſus. II.

1 DOmini erant varii, & multi videbantur inclinare quòd in caſu propoſito eſſet † locus appellationi, quia ſententia continet mix-
2 turam. Bald. conſ. 141. num. 7. lib. 1. Mixturã autem continere ſententiam prædictam probatur: Primo quia dicit, retinendã donec & quouſque fuerint integraliter ſatisfacti. vult ergo hæc ſententia quòd iſti poſſint retinere poſſeſſionem bonorum donec fuerit ſatisfactum, ergo non eſt momentanea. Immò idem continet quòd hypothecaria, & ſic petitorium, quia & illa non auocat niſi poſseſſionem retinendam donec fuerit ſatisfactũ. & tamen Bart. in l. 1. ff. de Salu. inter. dicit quòd hęc quæ datur ex iſto interdicto, eſt momentanea, illa ex hypotheca-
3 ria non. Si enim quando † quis condemnatur ad libere dimittendum poſſeſſionem, ſententia dicitur cõtinere mixturã cum petitorio: Alex. conſ. 96. col. 1. lib. 1. quem ſequitur Socin. in l. rem quæ nobis col. 10. numer. 14. verſ. circa ſextam principalem quæſtionem, de acquir. poſſ. quia non poteſt dici liberè dimiſſa quæ per petitorium poteſt auocari, tanto magis cõtinebit petitorium hæc, quæ vult quòd iſti permaneãt in poſseſsione donec ſint ſatisfacti.

Et quamuis Aretin. in §. ite Seruiana in fin. Inſtit. de actio. quando ponit formã libelli hypothe-

pothecariæ, & Saluiani interdicti, ponat iſtam
clauſulam in ambobus, videlicet retinen. &c. ta
men Roffre. in libello de Saluian. interd. illã nõ
apponit, & Aret. ibi citat Bart. in l. 1. ff. & C. de
Salu. inter. vbi de hoc nihil dicit. Imo. in d. l. 1.
ff. de Salu. inter. n. 4. potius dicit cõtrarium, dũ
in Saluiano inquit quòd poſſeſſio eſt momen-
tanea, in hypothecaria non, & tamen in hypo
thecaria non permanet poſſeſſio apud credito-
rem, niſi quouſque ſit ei ſatisfactum; non enim
videtur poſſe excuſari, quin canonizetur debi-
tum. Nam, vt inquit Afflict. deciſ. 299. num. 7.
4 & 8. idem † eſt adiudicare alicui poſſeſſionem
in perpetuum, quod adiudicare dominium: &
ſimiliter Rip. in c. ſæpe. num. 102. verſ. item lo-
quitur. de reſtit. ſpol. dicit, quòd in illo reme-
dio datur appellatio, quando fertur ſententia
contra inuadentem rem ſuam litigioſam, quia
poſſeſſio perpetuò eſt remanſura penes violen-
tiam paſſum, & conſequenter non eſt momen-
tanea, Ita igitur videtur dicendum in caſu pro-
poſito. Imò Grat. conſ. 18. num. 16. lib. 2. vol-
uit, vt, quando libellus ſolùm eſt aptus ad peti-
torium, detur appellatio. Et in ſumma hæc eſt
communis omnium opinio, quòd, quando ſen-
tentia cõtinet mixturam cum petitorio, detur
appellatio. vt poſt Bald. in d. l. vnica. C. ſi de mo
ment. poſſ. col. 2. num. 8. & poſt alios ab eo re-
latos vult Grat. conſ. vltimo. num. 49. lib. 2.
Iaſ. conſ. 187. col. 1. & 2. lib. 2. latè Bero. conſ.
110. num. 2. lib. 3. vbi vult, quòd id locum ha-
5 beat, etiam, † quando in diuerſis capitulis ſen-
tentiæ id fieret.

Cum enim afferat damnum irreparabile hu
iuſmodi ſententia, in qua voluit iudex, quòd re
tineatur poſſeſſio, donec adimpleantur omnia
contenta in ſententia, clarum eſt, quòd datur
6 appellatio, quæ † ſemper datur, quando præiu-
dicium eſt irreparabile in petitorio. Bart. in l.
2. col. 2. de appell. recl. Ang. in d. l. vnica. num.
3. ſi de mom. poſſ. Abb. in c. cum ad ſedem. nu.
30. de reſt. ſpol. Marant. qui etiam alios refert
de ord. iud. in 2. actu princip. emergenti, in vl-
tima part. iud. num. 244. aliàs ſecundum aliam
impreſſionem. 299. fol. 94. maximè quia dici-
tur in alia clauſula, nempè donec fuerint obſer
uata præmiſſa &c. ex iſtis enim quaſi in neceſſa
riam antecedentiam videntur canonizari illi
7 contractus. Non enim eſt dubiũ, quin hoc † ar-
gumentum procedat etiam in ſententia. Aymi
poſt Paul. de Caſtr. conſ. 174. num. 2. vnde in ſi
8 mili videmus, quòd, ſi † agitur ad poſſeſſionem
vigore contractus, datur appellatio. Bald. conſ.
410. num. 5. lib. 5. Grat. d. conſ. vlt. 51. lib. 2. Ma
rant. vbi ſupra num. 250. aliàs num. 305. ſecun-
dum meam paruam impreſſionem: Ant. Nicel.
in concord. gloſ. col. 8. num. 26.

Ex aduerſo alij Domini exiſtimabant in ſen
9 tentia prædicta agi de mero † poſſeſſorio, igi-
tur non admitti appellationẽ, & intrare Aegi-
dianam, ad trad. in l. 1. C. ſi de mom. poſſ. cum
quàm pluribus latè cumul. per Dec. conſ. 28.
ante fin. 1. col. verſ. ſed tamen his, qui Innume
ros congerit. Corn. conſ. 10. num. 2. lib. 4. & pla
cebat ratio, quam ibi latè ponderare videtur
Dec. quòd, cum poſſit intentari petitorium
(quod in caſu propoſito fuit ſuſpenſum) pote-
rit reparari iudicium ſeruatum per hanc ſentẽ-
tiam. Nam obtinendo in eo, poſſeſſionem re-
uocabit &c. vt late ibidẽ per Dec. Et dicebãt,
10 quòd clauſula, † donec fuerit ſatisfactum, vide-
tur importare momentaneam poſſeſſionem, &
quòd mixturam non induceret, vt dicebant
aliàs fuiſſe firmatum in vna Foroliuien. coram
Illuſtriſs. D. Meo Paleotto. allegabatur etiam
alia Senogallien. bonorum coram D. Groppe-
rio, de clauſula, ad effectum continuandæ poſ-
ſeſſionis, donec ſatisfecerit &c. quam dicebãt
nõ importare mixturã, ſed merũ poſſeſſorium,
& alia eiuſmodi, quæ diſcurſus, & excitationis
gratia ſunt deducta.

Vrbeuetana tenutarum, Mercurij 9. Februarij 1575.

EPITOME.

INhibitio non conceditur neque vi-
gore commiſsionis, in præiudicium
poſſeſſoris.

SVMMAE.

1 *Poßeſſoris in præiudicium non Inhibetur.*
2 *Deſcriptio quando conceditur?*

PRAESVPPOSITA.

Stãte commiſsione pro Canonicis in actis præſentata,
cum facultate Inhibendi. 1
Item poſſeſsione Communitatis ſancti Caſsiani. 2

DVBIVM.

An petita inhibitio ſit concedenda R. Canonicis S.
Petri ad Vincula?

31. DECISIO. alioqui. III.

1 REſoluerunt Domini inhibitionem nõ † eſ-
ſe concedendam in præiudicium Com-
munitatis

munitatis, quæ poſsidet. Si tamen fiant inciſio-
nes indebitæ, & iniuſtæ, vel de hoc timent Ca-
2 noniei, fuit dictum, quòd concedam † deſcrip-
tionem arborum non cæduarum iuxta ſtylum
Rotæ.

Iſpalen. penſionis 200. ducat. Veneris 6. Aprilis 1576.

EPITOME.

Litteras canonieatus habens expe-
ditas, & realem poſſeſsionem, eſt
manutenendus, quando non cō-
ſtat de non iure alterius quo ad hæreſim
ei oppoſitam.

SVMMAE.

1 *Manutenendus quis eſt ante omnia in ſua poſſeßione.*
2 *Probatio de relapſu alicuius vt proſit, facienda eſt de tem-*
pore eius prouiſionis, & reſeruationis.
3 *Diſpenſatio illegitimitatis licèt non iuſtificata, ſuffragatur*
in poſſeſſorio, & poſtea in petitorio poterit iuſtificari.
4 *Rei iudicatæ effectus dicitur ſuſpenſus per commiſsionem*
reſtitutionis in integrum.

DVBIVM.

An circumſcriptis ſententijs latis in fauorem Al-
phonſi de Sahelizes ſuper titulo canonicatus, conſtet
de non Iure Dominici ad effectum, de quo agitur?

32. DECISIO. alioqui. IV.

RESolutum fuit non conſtare de non Iure
Dominici ad effectum, de quo agitur, ſcili
cet vt impediatur manutētio. Venit enim Do-
1 minicus † ante omnia manutenen̄. quia non cō
ſtat de non Iure ſuo ratione hæreſis, cum abſo
lutio præcedat prouiſionem canonicatus. Ideo
2 ſi pars prætendit Mudarrā relapſum, debet †
ꝓbare de tēpore prouiſionis, & reſeruationis.
Neque etiam obſtat illegitimitas, quia, cum
adſit diſpenſatio, licèt non ſit iuſtificata, tamen
3 ſuffragatur † in hoc poſseſsorio, & deinde in
petitorio poterit iuſtificari.
Neque obſtat res iudicata ſuper nullitate
4 penſionis, quia eius effectus † eſt ſuſpenſus per
commiſſionem reſtitutionis in integrum, Ideo
debet procedi, ac ſi omnia eſſent integra. Caſ-
ſad. de reſcript. deciſ. 13. & de ſequeſtr. poſſ. &
fruct. 1. Ideo, cum de quaſi poſſeſſione Domi-
nici conſtet, & habeat literas expeditas, ante
omnia venit manutenendus.

Calaguritana Theſaurariæ. Lunæ 14. Maij 1576.

EPITOME.

POſſeſsio per Inſtrumentum capitu
lariter capta, eſt manutenenda
reſpectu ſolius tituli poſsidentis,
& ſine præiudicio reſeruationum aduer
ſarij iſto caſu.

SVMMAE.

1 *Manutenendus quis eſt in poſſeſsione capitulari per eum*
capta.
2 *Poſſeſsio Inſtrumentalis cuius ſit momenti?*
3 *Beneficij titulo vacante per reſignationem, dicitur & ip-*
ſum beneficium vacare.
4 *Papa confert beneficium vacans per reſignationem.*
5 *Poſſeſsio interpretatur ſecundum qualitatem tituli præce-*
dentis.
6 *Poſſeßio præſumitur perſeueraſſe ex præambula forma.*
7 *Poſsidere duo poſſunt beneficium diuerſis reſpectibus.*
8 *Poſſeßio clandeſtina non eſt manutenibilis. declara pro ut*
num. 9.

DVBIVM.

An ſit dandum mandatum de manutendo in fauo-
rem Ioannis de Abenzabalegni.

33. DECISIO. alioqui. V.

1 MAnutenendum † eſſe Ioannem in poſſeſ-
ſione tituli Theſaurariæ voluerunt Do-
mini, quia ipſe probat ſuam poſſeſſionem per
Inſtrumentū Capitulariter 9. Februarij 1572.
captam. Plura, quæ ex aduerſo opponuntur, fa
cilè tolluntur.
2 Nam, quòd hæc † poſſeſſio fuerit inſtrumen
talis, & propterea nullius momenti, cum Al-
uarus prius eſſet in poſseſſione 23. Iunij 1570.
non placuit Dominis, quia huiuſmodi poſseſ-
ſiones non ſunt incompatibiles. Cum enim ti-
3 tulus † beneficij vacaret per reſignationem, vt
benè deducitur per informantes Ioannis, dice
batur ipſum beneficium vacare, vt fuit reſolu-
tum coram R.P.D. Chiroga, & coram Illuſtr.
Aldobrandino in vna Abulen̄. Canonicatus;
4 quòd manifeſtè apparet, quia Papa † Theſau-
rariam vacantem per reſignationem Aluari cō
fert, vnde poſseſſionem Aluari interpretaban
5 tur † Domini, ſcilicet ſecundum qualitatem ti-
tuli præcedentis. l. 2. C. de acquir. poſſ. poſseſ-
6 ſio † namque præſumitur ex præambula forma
perſeueraſse. l. pen. ff. de vſucap. Alciat. conſ.
31. num.

31.num.7. Cum igitur vnus haberet titulum, &
7 alter fructus reſeruatos haberet, quilibet † po-
teſt poſſidere diuerſis reſpectibus Docto. latè,
in c.licet cauſam, de probat. Bart. in l. ſi duo nu
mer.4. ff. vti poſſid. Rip. in §. ait Prætor §. ſi Iu
dex num.15. de re Iudic.

Et eodem modo tollitur 2. oppoſitio Alua-
ri, quòd hæc poſſeſſio Ioannis fuit momenta-
nea, quia Aluarus poſtea poſſedit. Item tertia
quòd hæc poſſeſsio fuit capta abſente Aluaro,
8 & propterea cum ſit clandeſtina † ab ipſo, non
ſit manutenibilis l. 1. vti poſſid. Nam procede-
9 ret † ſi Aluarus poſſideret titulum, quo caſu
poſſeſſiones eſſent incompatibiles, quòd non
eſt. vt dixi in hoc caſu & eadem diſtinctione
poſſeſſionum attenta, ceſſat quarta & quinta
oppoſitio, quòd poſſeſſio Ioannis poſſit dici
ſpoliatiua præcedentis poſſeſſionis Aluari: Itē
quòd veniat contra reſeruationem Aluari: Nā
reſpectu ſui tituli tantum Ioannes poſſidet, &
in nullo lædit Ius, & reſeruatione Aluari: quia
quando ipſe erit præſens, iſte non reſidebit, ſed
tantum quando Aluarus erit abſens; & ita
reſpondetur ad alias clauſulas.

Firmarunt igitur dandum eſſe mandatum
Ioanni reſpectu ſolius ſui tituli, & ſine vllo præ
iudicio reſeruationum ipſius Aluari.

Ceſenaten. ſpolij bonorum. Veneris 1. Iunij 1576.

EPITOME.

POſſeſsio capta per cæteros germa
nos fratres, vigore mandati rela-
xati ad Inſtantiam vnius ex dictis
fratribus, procuratoris aliorum, & per
Iudicem, qui fuerat vnà cum dicto fra-
tre & procuratore à Rota inhibitus, eſt
attentata & reuocanda.

SVMMAE.

1 *Poſſeſsio capta per aliquem etiam nomine aliorum, quando dicatur attentata?*
2 *Inhibitio rotalis qualiſcunque ſit, cauſat attentata.*
3 *Inhibitum eſſe procuratorem ſat eſt, quo ad effectum attentatorum.*
4 *Inhibitio obtenta ab aſſerto procuratore, cauſat attentata.*
5 *Iudex Inhibitus ſi aliquo pacto procedit, attentat.*
6 *Poſſeſsio capi non poteſt propria auctoritate, bonorū comprehenſorum in lite.*
7 *Attentat tertius veniens prætextu proceſſus attentati, et num. 9.*
8 *Tertius attentās vnà cum parte, propter illam mixturam attentat & ipſe & num. 22.*
10 *Mandatum de capiendo poſſeſsionem, relaxatum ſine partis citatione, eſt nullum. lim. pront. num. 11.*
12 *Poſſeſsionis cauſam mutare an liceat poſt attentata, & poſt reformatam commiſsionem? & num. 17. & 18.*
13 *Signatura Sanctiſs. non aufert attentata, poſtquam Aduerſario eſt ex eis ius quæſitum.*
14 *Retrotractio non fit in tertij præiudicium, & quare? n. 16.*
15 *Pacem faciens cum aliquo pro ſe & conſortibus, ſi vnus offenderis, & poſtea velit ratam pacem habere, iſta ratificatio non retrotrahitur. & quare?*
19 *Commiſsionis clauſula poſsidendi ſine vitio ſpolij & attentatorum, continet gratiam. illa autem ſine præiudicio legitimæ executionis, continet Iuſtitiam. num. 20.*
21 *Attentata an præſumantur purgata ſpacio 25. annorum quo durauit lis?*

DVBIVM.

An in caſu, & ad effectum de quo agitur, poſſeſsio
capta per Iulij Cæſarem nomine ſuo, & aliorum prout
in actis, ſit attentata & reuocanda?

34. DECISIO. alioqui. VI.

COncluſum cōcorditer fuit per omnes Do-
1 minos, poſſeſſionem † Iulij Cæſaris captā
etiam nomine aliorum de qua agitur, dici attē
tatam, & eſſe reuocandam: quia poſſeſſio fuit
2 capta poſt inhibitionem Rotalem, quę † quali-
ſcunque fuerit, cauſat attentata. Achill. 7. de
attenta. Incip. ex ſtylo Pereg. deci. 92. fuit con
cluſum Put. decil. 591. Inhibitio lib. 2. Accora-
bon. declarans deciſ. 53. licet Rota. Et quamuis
plures dentur reſpōſiones pro parte illorū de
Rubeis tamen benè tolluntur per informantes
horum de Manginis, & Dñis non placuerunt.
& quatenus opponitur primo quòd licet reſpe
ctu Iulij Cæſ. poſſit dici attentata: reſpectu ta-
men fratrum qui nullam de inhibitione habue
runt notitiam, non poteſt dici attentata, fuit
dictum hoc non obſtare ex pluribus.

Primo, num etiam reſpecto Iul. Cæſ intrant
3 attentata; quia ſufficit quòd † ipſe eſſet inhibi
tus cum eſſet procurator, ſicuti in ſimili vide-
4 mus q̃ inhibitio † obtenta ab aſſerto procura-
tore, cauſat attentata Put. vt lit. pend. dec. 23.

Secūdo, reſpectu Iudicis, quia cum eſſet Iu-
5 dex † inhibitus, ipſe nō poterat vllo modo pro
cedere & ſi proceſſit, totum illud fuit attentatū
ſecundū deciſ. in fortioribus terminis Peregr.
22. aliàs 23. Iudex cui inhibitum, Vnde cum
6 bona † eſſent in lite, pars non poterat auctori-
tate propria capere poſſeſſionem, propter l.
meminerint & l. ſi quis in tantam C. vnde vi,
& l. extat. de eo quòd met. cau. cum concord.

Digitized by Google

Quapropter neceſse fuit quòd iſti tres fratres
Iulij Cæſ. tertij in cauſa, vterentur prædicto
mandato Iudicis,quod mandatum erat atten-
7 tatum, & ſic † venientes prætextu illius pro-
ceſsus attentati, attentarunt & ipſi tertij; vt in
fortioribus terminis dicit Imol.in l.qui à latro
nibus §. fin. col. pen. num. 12. verſ. tangit hic
Bald. Felin. in c.exceptionem col.7. num. 25.
verſ.confirma vtiliter,de except.& in c.cum ſu
per col. 3. numer. 11. verſ. pro iſtis facit gloſ.
de re Iud. & in ſimili videmus etiam quòd
8 quando tertius † attentat vnà cum parte,prop
ter illam mixturam atten at etiam ipſe; Vnde
9 cum iſti † fratres vigore eiuſdem mandati cœ
perint poſseſsionem, participarunt & cum Cę
ſare & cum Iudice inhibito,& propterea neceſ
ſario hęc reuocanda veniunt vti attentata. Ab.
in c.bone,col.pen.num.16.de appel.vbi Pręp.
col.2.num.8.& col.4.num.19.verſ.fallit 2.

Addebant aliqui Domini quòd etiam man
10 datum fuit nullum † quia fuit decretum ſine
11 partis citatione,niſi † mandatum eſset relaxa-
tum in ſententia, quo caſu non requireretur
noua citatio.

Secundo modo reſpondent ad attentata in-
formantes pro Rubeis,quòd cum poſt attenta
ta eſset reformata cõmiſsio vt ſtaret ſine prę-
12 iudicio legitimæ executionis, iſti potuerunt †
ſibi mutare cauſam poſseſsionis,per deciſ.Put.
19.poſseſsio capta,vt lit.pend. & quia hęc clau
ſula retrotrahitur &c. Sed dicebant hoc funda
mentum non ſubſiſtere; quia cum interim eſ-
13 ſet attentatum, ſignatura † Iuſtitiæ ſi id ſciuiſ-
ſet,non ſuſtuliſset attentata, quia parti erat ius
quæſitũ circa huiuſmodi attentata, nec retro-
14 tractio † fit in præiudicium tertij l.ſi partem §.
fin.ff.quib.mod. ſer. amitt. & in ſimili adduce-
batur doctr.Bart.in l.ſi vxor §. ſi quis vxorem.
ff.de adulte. quem ſequuntur alij Docto. & in
ſpecie Alex.in l.quod meo num. 6. Curt. iun.
conſ.52.num.13.Dec.conſ.226.num.7.& cõſ.
15 247.num.5.quòd ſi quis fecit † pacem cum ali
quo pro ſe & conſortibus,ſi vnus offenderit,&
poſtea velit ratam pacem habere,hæc ratifica-
tio non retrotrahitur, ex quo media interue-
16 nit offenſio. ita & hoc caſu,cum † intermedia
adfuerit offenſio Iudicis,partis,& Iuris,nõ de-
bet fieri hæc retrotractio.

17 Nec poteſt intrare mutatio † cauſæ poſseſ-
ſionis, quia hæc facultas mutandi poſseſsionẽ
non ſibi datur in dicta commiſſione, maximè
in pręiudicium attentatorum,de quibus nullã
mentionem habet.

18 Non obſtat d.deciſ.Put.19.quia † in ea ade
rat Breue quod dabat auctoritatem poſſiden-
di ſine vitio ſpolij & attentatorum, quæ erat
19 gratia † hic vero conceditur quòd poſsit pro-
cedere ſine præiudicio legitimæ executionis,
20 & ſic de mera iuſtitia † & de legitima tantum
executione,non de attentata loquitur, nec vi-
gore huius commiſsionis (quæ non loquitur
cum parte,ſed cum Iudice) potuit pars ſibi mu
taſſe cauſam poſſeſsionis.

Vltimo contra attentata opponitur, quòd
cum iam hæc cauſa durauerit per 25. annos,
21 præſumitur † pro legitima executione, & pro
purgatione attentatorum. Achill. de attenta.
deciſ.14.cum ſimil. quia dicebãt Domini quòd
hoc tollitur,ex quo fuit in caſu noſtro in ſpecie
commiſſa cauſa ſuper attẽtatis, & quia ſemper
durauit lis,& bene omnibus reſpondent infor-
mantes pro Manginis, quorum dicta ſatis pla-
cuerunt Dominis.

22 Et pro confirmatione quòd fratres † Iulij
Cęſaris licet tertij in cauſa,dicantur attentaſſe,
fuerunt alleg.plures deciſ.paſsim coram varijs
Dominis factæ,quòd tertius adhærens atten-
tanti,dicitur & ipſe attentaſſe, vt in vna Cala-
guritañ.translationis,coram R.P.D. Blanchet
to anno præterito,& in alia Anconitana,& ple
riſque alijs.

Cochen. beneficij. Veneris 15. Iunij 1576.

EPITOME.

REgula de annali vt habeat lo-
cũ,probari debet poſſeſsio an-
nalis de anno immediatè præ-
cedenti ipſam impetrationem, abſq. ali-
qua interruptione.

SVMMAE.

1 *Regula de annali non intrat iſto in caſu.*
2 *Annalis poſſeſsio vt proſit iux. formam regulæ, proban-*
da eſt de anno immediate præcedenti impetrationem.
3 *Annalis poſſeßor quando quis non dicatur?*
4 *Poſſeſsio annalis non dicitur ea quæ eſt interrupta.*
5 *Probatio debet de neceſsitate concludere, vt quis incidat*
in pœnam regulæ de annali?
6 *Extremis probatis,an præſumantur media?*
7 *Poſſeſsio inſtrumentalis quando non dicatur veroſimilis?*
8 *Remiſſoria non releuans non conceditur, ſecus ſi releuet.*
num.12.
9 *Decretũ irritans appoſitum in bulla Pij V. de publicandis,*
facit vt poſſeſsio Inſtrumentalis contra eius diſpoſitio-
nem capta,non dicatur releuans.

Inſtru-

10 *Inſtrumentum quando continere dicatur vitium viſibile?*
11 *Regula de annali fouet quoſcumque detentores.*

DVBIVM.

An intret regula de annali? & poſito quòd non, an ſit concedenda Remiſſoria Stephano in caſu & ad effectum de quo agitur?

35. DECISIO. alioqui. VII.

QVo ad primam partem fuit concorditer re-
1 ſolutum non † intrare reg. de annali in ca
ſu de quo agitur.
Et vltra allegata, dicebant debere attendi
2 quòd anno † immediatè præcedenti ante im-
petrationem probetur iſta poſſeſsio annalis, vt
dicebant fuiſſe reſolutum in vna Segobien. de
Villacaſt in corã bo. me. Veſtano 4. Nouemb.
1552. & paſsim regulam ita in Rota practica-
ri. quæ immediata annalis poſſeſsio hic nõ pro
batur, ſtãte probatione ex aduerſo facta quòd
reſignans obijt in poſseſsione, vt per teſtes &
probationes Franciſci de Gerrera: Et dato
3 quòd pro parte Stephani probaretur † initium
poſſeſsionis ſuæ per Inſtrumentũ allegatum,
& ab eodem die inſtrumenti effluxiſſet annus,
non tamen Stephanus diceretur annalis, ſi po
ſtea vel reſignans, vel alius poſsediſset, & pro-
batur in hoc caſu per dictas probationes ipſũ
reſignantẽ poſsediſse tẽpore ſui obitus, & ſic
dicta poſseſsio etiã q eſset annalis, nõ intraret
ſtante dicta interruptione, & poſseſſione reſi-
gnantis ante ipſam impetrationem. Et licet po
ſtea idem Stephanus iterum alleget ſe poſse-
diſse, tempore prædictæ impetrationis, & pro-
bet per aſsertionem dicti Franciſci qui in ſuis
literis eum vocat intruſum: tamen iſta aſserta
4 poſseſsio † non ex hoc probatur vel infertur
annalis, ſtãte interuptione iam dicta. non enim
poteſt fundari annalis poſseſsio ſuper dicta aſ-
ſertione quòd ſit intruſus, quia non aſseritur
eum eſse annalem, ſed tantum ſimpliciter voca
tur intruſus; quæ aſsertio etiam verificatur ſi
per ſolum diem vel per ſolam horam ſe intru-
5 ſerit. Probationes † autem debent de neceſſita
te concludere, maxime ad effectum vt quis in-
cidat in pœnã dictæ reg. & ſua gratia dicatur
ſubreptitia vel obreptitia. Et ſtãte dicta inter-
ruptione medij temporis probata vt ſupra, ceſ
6 ſat regula † quòd probatis extremis præſumã-
tur media vbi reperitur obex in medio, qui im
pedit extrema coniungi.
7 Addebant etiam aliqui, poſſeſsionem † In-
ſtrumentalem dicti Stephani non videri veriſi
milem, ſtante probatione prædicta quòd reſi-
gnans obierit in poſſeſsione.
Quo ad ſecundam partem, an ſit danda Re-
miſſoria Stephano? Domini dicebant hoc pẽ-
8 dere ab eo, an hæc Remiſſoria † ſit releuans? ſu
per quo dixerunt quòd particulariter infor-
metur.
Dubium autem faciebat Dominis pro non
releuantia quòd Stephanus obtinuit hoc bene
ficium de anno 1569. tertio Idus Martij, & cœ
pit poſſeſsionem Inſtrumentalem prædictam
de anno 1571. tertia Septembris, & in dicto
Inſtrumẽto poſſeſsionis petijt ſe immitti vigo
re literarum prædictæ ſuæ prouiſionis, & tamẽ
inter literas prædictas, & hanc poſſeſsionem ef
fluxerunt duo anni cum dimidio, vel ſaltem à
die præſtiti conſenſus (nempe de anno 1570.
11. Aprilis, de quo tamen conſenſu à tergo re-
ſignationis nil conſtat in actis, ſed tantum Ste-
phanus quandam ſcripturam de eo ſeparatim
mihi dedit) effluxerunt pene decẽ & octo men
ſes, Vnde videtur intrare reg. de public. Pij V.
de qua iam expreſſe Franciſcus dedit, & exce-
pit in actis, & cum prædicta reg. habeat decre-
9 tum † irritans dicta poſſeſsio Inſtrumentalis
non videtur releuans, nec attendenda, cum ſit
capta longe poſt tempus in regula prædicta
10 præfixum, & continere † videatur dictum In-
ſtrumentum vicium viſibile in ventre, quate-
nus vigore literarum de anno 1569. expedita-
rum, & in earum executione petitur immiſsio
de anno 1572. longe vltra ſex menſes, vt dixi,
11 quia tamen reg. † de annali fouet quoſcunque
detẽtores: fuit dictum quòd informetur ſuper
prædictis ſed iſtis non obſtantibus, fuit reſolu
tum 12. Nouemb. ſeq. Stephano Remiſſoriam
12 eſſe † dandam.

Tyburtina Terrarum. Veneris 16. Nouembris 1576.

EPITOME.

PRimum extremum probant teſtes dicentes quòd moniales poſsidebant talẽ locum, quòdq. earum Factor percipiebat fructus.

SVMMAE.

1 *Teſtis dicens quòd tales poſsidebant hunc locum, an probent primum extremum? & num. 4.*
2 *Indefinita in teſtibus an æquipolleat vniuerſali & n. 3.*
5 *Poſſeſsio Monialium probatur ſi teſtes dicũt earum Factorem*

Digitized by Google

*rem recepiſſe fructus.& quo pacto probetur illum fuiſ-
ſe Factorem? num.6.*
8 *Teſtis vnus alium declarat.*
9 *Teſtes quamuis inter alios examinati,ſaltē aliquid faciunt.*
10 *Teſtis deponēs in ſpecie,declarat alios generatim loquētes.*

PRAESVPPOSITA.

Stantibus dictis trium teſtium vltimo loco examinatorum contra particulares perſonas, quorum ſummarium detur. 1
Et dictis aliorum teſtium examinatorum contra alios particulares Caſtri S. Gregorij. 2

DVBIVM.

An probetur primum extremum, ad effectum decernendi & dandi Abbatiſſæ, & Monialibus mandatum de manutenendo in poſſeſsione bonorum de quibus agitur?

36. DECISIO. alioqui. VIII.

FVit dictum per Dominos, teſtes de quibus agitur ſatis probare poſſeſsionem monialium, etiam in iudicio ſpolij.

Primus enim ſuper 12. videtur probare,
1 quia † dicit quòd moniales poſsidebant hunc
locum.

Contra quem tria opponūtur. Primo quòd
non deponit de toto loco, ſed loquitur indefi-
2 nitè, quæ indefinita † in teſte non æquipollet
vniuerſali, vnde poteſt verificari in parte Ale.
conſ. 110. prima col. vol. primo. Reſpondebant
ad hoc Domini, ſatis eſſe quòd dictus teſtis de-
ſcribat totum locum. Quando enim indefini-
3 tè † loquens, refert ſe ad aliquid quod ad totū
pertineat, tunc teſtis probat de toto, Felin. in c.
auditis, num. 24. prope finē de Teſt. Dec. conſ.
100. n. 7. ſecūdo reſpōdebant probare, quia di-
4 cit idem teſtis quòd poſsidebant † locum ap-
pellatum Opacum, & ſic intelligitur de toto il-
lo loco, vt bene declarat Aretin. conſ. 103. nu.
3. verſ. circa ſecundum, & melius Soccin. in l. ſi
quis totum ff. de exception. rei Iudic.

Secundo opponitur contra dictum teſtem,
quòd illa ratio aſsignata non eſt bona, quia nō
deponit de immediata poſseſsione monialium,
ſed per reſponſionem factam earum Factori.
Sed Dominis videbatur contrarium; quia ſi Fa-
5 ctor † monialium percepit fructus, ſatis proba-
tur poſſeſsio earum. maxime quia coadiuuatur
hoc ex dictis aliorum teſtium. Dicere autem
quòd ille Ciaccia poterat eſse debitor, videtur
aperta diuinatio.

Tertio opponitur quòd nō probatur quòd
ille Hercules eſſet Factor monialium. Sed dice-
6 batur videri ſatis † hoc probari ex iſto primo
teſte iuxta duodecimum & ex illo tertio Iux.
quartum, qui pariter eum nominat Factorem,
& ſic in hoc iſti duo ſunt conteſtes. Suadetur
7 etiam ex quo ipſe † locabat, vnde ipſi teſti
ſoluenti, facile poterat hoc eſſe notum Pute.
Deciſ. 125. Fuit reſolutum lib. 2. Item ex admi-
niſtratione tantæ quantitatis terrarum, qui
præſumitur omnibus illis partibus eſſe notus,
maxime quia ſi requireretur ſemper ratifica-
tio monialium, hoc eſset eis potius impoſsibi-
le quàm difficile, cum numquam egrediantur è
monaſterio, Vnde cogerentur ſingulo momen-
to habere notarios ad huiuſmodi ratificatio-
nes peragendas, prout conſiderat Aretin. in
verſ. nobilibus in rubr. ſolut. matrim. num. 3.

Declarabant tamen Domini hunc teſtem ſe-
8 cundum tertium, quia vnus † teſtis alium de-
clarat: nempe quòd moniales probarent ſuam
poſſeſsionem limitatè tamen, excluſis illis vi-
neis, de quibus deponit dictus tertius. Ant. de
Butr. conſ. 45. col. 2. in fin. Soccin, Iun. cōſ. 69.
nu. 16. lib. 1. Riminal. conſ. 285. num. 36. lib. 2.
maxime quia nominat eumdem Factorem.

Secundus etiam teſtis non diſplicebat, ſtan-
te quòd non ſe firmat in prima ratione, ſed vl-
terius procedit. Et ſimiliter etiā tertius, Maxime
9 ſtantibus † teſtibus examinatis inter alios; qui
ſaltem aliquid faciunt, ſeu probant Curt. in l.
admonendi num. 78. ff. de Iur. Iur.

Reſoluerunt ergo probari poſſeſsionem, &
ſic dictum primum extremum in ſpolio ad fa-
uorem monialiū ex prædictis tribus teſtibus,
ſed cum limitatione prædicta, nempe exceptis
vineis de quibus per tertium teſtem iux. 4. In-
10 terrog. qui in ſpecie † deponens declarat alios
generaliter loquentes iuribus vulg.

Paduana decimarum. Veneris 4. Iulij. 1576.

EPITOME.

NVllitates de quibus hic, viſæ fuerunt Dominis releuantes, & cōſiderabiles, idcirco remiſerūt partem ad Sighaturam Sanctiſs. pro eis ſanandis.

SVMMAE.

1 *Inſtantia prima cauſarum ex Tridentini Concilij praeſcripto, coguoſcenda eſt coram Ordinario.*
2 *Poſſeſſorio intentato vnà cum petitorio in eodem libello, & de eis cognito, non poteſt ſuper ſolo poſſeſſorio iudicari.* 3

cari. præſertim quando conſtat de proprietate. num. 3. & vide num. 9.

4 *Sententia lata parte non Inſtante, & eo magis vtraq. parte abſente, eſt nulla.*

5 *Sententia lata non reproductis actis primæ Inſtantiæ, eſt nulla, idq; procedit dato, quòd ſententia ſit iuſta, num. 6.*

7 *Actorum reproductio in ſecunda Inſtantia facienda eſt parte citata.*

8 *Nullitate ſpeciatim oppoſita coram ſecundo Iudice, eſt ſuper ea particulatim pronunciandum, alioqui fit parti iniuſtitia.*

10 *Sententia lata parte non inſtante, ad fauorem tamen actoris, an ſit nulla?*

11 *Sententia nulla, dummodo iuſta poteſt confirmari, præſertim quando non fuit peruentum ad realem executionẽ, num. 12. intell. prout hic, & ſupra num. 8.*

13 *Signatura Sanctiſsimi interdum ſanat has nullitates.*

D V B I V M.

An ſententiæ in huiuſmodi cauſa latæ, ſint confirmandæ, vel annullandæ?

37. DECISIO. alioqui. IX.

OPponebatur contra ſententias ad fauorẽ Reuerendiſsimi Epiſcopi Paduani, primo per Auditorem nuntij Venetiarum, & ſecundo per Vicariũ Reuerendiſsimi Patriarchæ latas,

Primo nullitas ex defectu iuriſdictionis, quam dicebant hos non habuiſſe trahendi moniales SS. Agathæ, & Cæciliæ de Padua extra Diœceſim in prima Inſtantia, reluctante conci
1 lio † Tridẽtino ſeſs. 24. de reformat. capit. 20. Incip. cauſę omnes.

Secundo quia pro parte Epiſcopi fuit in li-
2 bello † intentatum poſseſsorium, & petitoriũ, & per moniales oppoſita eſt exceptio proprietatis, ac ſuper ea ſunt probationes receptę, & concluſum in cauſa, nullo ex aduerſo ſuſpenſo petitorio, quare dicitur Iudices debuiſſe in vtroque pronunciare, non autem in ſolo poſſeſſorio, per c. 1. de reſt. ſpol. Socin. in reg. ſpoliatus, fallent. 3. Gabr. de reſtit. ſpol. concl. 1. num.
3 48. & 52. cum præſertim † conſtaret de proprietate, Menoch. tract. recup. poſs. remed. 1. q. 17. ſub num. 194. Iccirco prætenditur huiuſmodi ſententias eſſe nullas. Bero. in c. 1. numer. 23. verſ. & huiuſmodi, de reſtit. ſpol. Menoch. loco alleg. q. 18. verſ. extenditur quinto, ſub numer. 175.

Tertio quoniam prima ſententia lata eſt, ne
4 dum † vlla partium inſtante, ſed ambabus partib. abſentibus. Ideo nulliter, gloſ. in l. properãdum. in princ. verſ. triennij, ibi, irẽ nota, & in. §. & ſi quidem, verſ. licentia, in fin. & ibi Iaſ. nu. 5. & Cæteri. C. de Iudic. cum alijs per Moder. in tract. null. ex defect. iuriſd. ordin. num. 121. & ſequen.

5 Quarto nã fuit lata † dicta ſecũda ſentẽtia nõ reproductis actis primę inſtantię corã ſecundo Iudice, & ſic etiam nulliter. Bar. in l. 2. n. 5. & ibi Ias. num. 15. & Dec. n. 33. C. de eden. quã communẽ dicit Felin. in c. Eccleſia Sanctę Marię. num. 17. de conſt. cum alijs per Gabriel. de
6 ſentent. concluſ. 9. num. 10. quòd † procedit. dato quòd prima ſentẽtia ſit iuſta, Socin. iun.
7 conſ. 80. num. 3. vol. 2. quę reproductio † faciẽda erat cũ partis citatione. Rot. in nou. de fid. inſtr. 1. aliàs 10. Angel. in d. l. properandum. §. ſin autem reus. num. 2.

Cumque prędictę nullitates d. primę ſententiæ notoriè ex actis appareant, & fuerint corã
8 d. ſecũdo Iudice oppoſitę: is nõ † potuit d. primã ſententiam cõfirmare: & cõfirmando fecit iniuſtitiam. prout fuit reſolutum corã Sarmiento in illa de Spannochijs 14. Maij. 1563. & per Caputaquenſ. deciſ. 266. lib. 1. & fuit tentum coram Illuſtriſs. Lancellotto in vna Viterbien. reſciſsionis contractus die 1. Iulij 1563.

Pro parte verò Epiſcopi reſpõdebatur, Nũtium Venetiarum habere facultatẽ Legati de latere, & paſsim appellari legatum, & vti talẽ habere Iuriſdictionem in tota ſua prouincia. c. 1. in ver. vniuerſis. de offic. legat. & per totum titulum. ſed hoc non placebat Dominis, & voluiſsent pleniùs informari, an ſaltem tacitus cõſenſus monialium eis attulit pręiudicium?

9 Dicebant etiã pro Epiſcopo, quòd potuit † Iudex, cui prius conſtitit de poſseſsorio, de eo pronunciare petitorio omiſſo, dato etiã quòd cauſa fuiſset commiſsa cùm clauſula, quòd ſimul & ſemel expedirẽtur. Deciſ. Aegid. 506. & Staphi. de lit. grat. fol. 183. in parua mea impreſſione. col. 1. Sed aliqui ex Dominis id intelligebant procedere parte inſtante, non autẽ quòd id poſſit ſolus Iudex ſua ſponte.

Ad id, quòd ſententia lata ſit nemine Inſtan
10 te, reſpondebatur: quòd, cum lata † fuerit ad fauorem actoris, non dicitur nulla, prout limitando notat Iaſ. in d. l. properandum. §. 1. ſub num. 6. lim. 4. poſt Angel. in princ. d. l. ſub n. 2. verſ. in eadem gloſ. 2. Angel. conſ. 167. num. 2. cum alijs allegatis. ſed hãc limitationẽ aliqui ex Dominis intelligebant procedere, quando ſententia fertur ad fauorẽ actoris præſentis, ſecus eo, & reo abſentibus, de mente eiuſdem Iaſ. loco præcitato, & Rip. in l. 4. §. hoc autem iudicium, num. 75. de re iudic.

Quòd acta primæ inſtãtiæ nõ fuerint producta corã ſecũdo Iudice, negabãt id ex actis ap-

parere

Digitized by Google

parere informantes pro Epiſcopo. Et dicebāt
ceſſare omnem difficultatem, quia d. ſententia
11 nulla, † dummodo iuſta, potuit confirmari per
dictum ſecundum iudicem. Alex. conſ. 79. nu.
1.2. & 3. lib. 2. Dec. in rubr. de appel. ſub num.
12. verſ. & prædicta concluſ. Put. deciſ. 121. lib.
1. Achill. deciſ. 333. Peregr. lib. 2. deciſ. 161. cū
12 præſertim † hic non fuerit deuentum ad realē
executionem. Chiſſanen. deciſ. 172. Sed, quo-
niam Domini ſciebant hāc concluſionem non
procedere, parte petente omnino prius ſuper
oppoſitis nullitatibus pronunciari, prout infor
mantes pro monialibus dixerunt: & dictarum
nullitatum aliquæ eis viſæ ſunt releuantes, &
conſiderabiles: fuerunt in hoc cōcordes, quòd
13 Reuerendiſſimus Epiſcopus adeat † ſignaturā
ad ſanandas nullitates, de quibus agitur.

Tiburtina ſpolij terrarum Lunæ
27. Ianuarij 1578.

EPITOME.

POſſeſsio monialium probatur per teſtes dicentes vidiſse eas, & earum agentem poſsidere, atque fructus percipere.

SVMMAE.

1 *Spolium quo pacto probetur? & ſub numer. 2.*
3 *Poſſeſsionis præcipuum ſignum eſt perceptio fructuum.*
4 *Teſtes dicentes vidiſse aliquē poſsidere, probant poſſeſsionē.*
5 *Poſſeſsio monialium dicitur probata, ſi probatur factores earum poſsediſse.*
6 *Teſtes veriſimiliter informati, probant.*
7 *Locatio ſola, quamuis nō probet poſſeſsionem fallit tamen, ſi eſt iuncta cum adminiculis.*

PRAESVPPOSITVM.

Præſuppoſitis dictis teſtium hinc inde examinatorum.

DVBIVM.

An ſit dandum mandatum de manutenendo monialibus Sancti Syluestri contra legitimè condemnatos?

38. DECISIO. alioqui. X.

REſolutum fuit per Dominos teſtes proba-
1 re ſpolium, † quia probāt ferè omnes poſ-
ſeſsionē monialiū loci, de quo agitur ante dire
ptionē vrbis, & poſt, ſed particulariter quartus
in fine, ibi, quòd vidit poſſideri à monialibus,
& ipſarū agētibus: & octauus, qui dicit ꝙ mo-
niales poſſidebant, & percipiebāt fructus, & no
nus etiā in fin. & duodecimus, qui dicit articu-
lū verū. Et magis particulariter adhuc 13. 15.
& 17. teſtes, qui probant perceptionē fructuū
quorum dicta coadiuuantur ex 2. 3. & 12. pro-
bantibus ſe conduxiſſe, vel alios conduxiſſe à
monialibus, maximè quia 2. 9. & 14. probant,
quòd conductores monialium poſſidebant, &
13. probat, quòd merces ſoluebatur monialib⁹.
2 Ex quibus indubitatū videtur probari poſ-
ſeſſionem monialium, & per conſequens pro-
bari etiam ſpolium, ſtante hodie hac poſſeſſio-
ne penes aduerſarium. Sed quoad effectū man
dati de manutenendo, videndum eſt, ſi Monia
les recuperarunt hanc poſſeſſionem.
Quòd autem ex ſupradictis actibus probe-
3 tur poſſeſſio, eſt indubitatum, perceptio † enim
fructuum eſt pręcipuum ſignum poſſeſſionis
Socin. conſ. 13. num. 14. lib. 4. Sarneñ. de annal.
q. 47. num. 1. & 2.
4 Teſtes etiam † dicentes vidiſſe aliquem poſ
ſidere, probant. Bart. & poſt eum Alex. in l. ſti-
pulatio iſta. §. hęc quoque. ff. de verb. oblig. ma
ximè quia penultimus, & vltimus teſtis pro-
5 bant, quòd factores † monialium poſsidebant,
6 & cum iſti † ſint veriſimiliter informati, pro-
7 bant, Put. deciſ. 125. lib. 2. & quamuis locatio †
ſola non probet poſſeſsionem: tamē iuncta cū
tot adminiculis, probat. vt per Gabr. de locat.
concl. 4. num. 16.

DE RESTITVT. SPOLIAT.

Zamoren. ſpolij del Toro. Lunæ
11. Ianuarij 1574.

EPITOME.

SEcundum extremum, ex pluribus hic narratis oſtenditur non eſſe probatum.

SVMMAE.

1 *Extremum ſecundum ex quibus non probetur?*
2 *Delictum in dubio non eſt præſumendum.*
3 *Petitorium reſpicere quid dicatur?*

PRAESVPPOSITA.

Præſuppoſito quòd die 26. Iunij 1573. fuit reſolutum coram bo. me. Oradino conſtare de titulo colorato per prouiſionem apoſtolicam, quæ ſufficit cum derogatione ſtatutorum; & quo ad primum extremū

conclusum

concluſum fuit de eo conſtare, quia fuit admiſſus in confratrem. 1

Quo verò ad ſecundum extremum, Domini dixerunt de eo non conſtare vſque ad annum 1568. ſed à dicto anno conſtare ex his, quę dicuntur in facto, & quoad fructus dixerunt eos non deberi vſque ad dictum annum 1568. quia abſentibus non dabantur, ſed à dicto anno deberi. 2

Et quòd die 6. Iulij 1573. datis memorialibus, fuit tentum, quòd oblatio non ſatisfacit Dominis propter defectum mãdati, & intimationis omiſſæ. Quò verò ad capellanum poſitum de conſenſu confratrum, Dominis videbatur, quòd non præiudicet confratribus, vt teneantur ad fructus in abſentia d. Ioannis de Monroy propter ſtatutum, & ea, quæ deponunt teſtes. 3

Et die 15. Iulij 1573. datis etiam memorialibus, fuit dictum videlicet, quòd in vtroque tempore ſunt difficultates, & poteſt inferri præiudicium confratribus quotidie. Domini noluerunt facere reſolutionem, ſed dixerunt, quòd proponeretur idem dubiũ cum eiſdem præſuppoſitis, ac alijs, ſi ſunt, & reſtringantur dubitationes iuxta difficultates tactas in memorialibus. 4

Et præſuppoſitis ſtatutis confraternitatis, de quibus in copijs num. 1. ac literis apoſtolicis acceſſus D. Io. prout in copijs num. 2. & receſsione dictorum confratrum à lite, ac receptione dicti Io. in confratrem de anno 1541. de quo tempore non erat presbyter, neque de capitulo maiori, de quo in copijs n. 3. 5

Et non prouiſione D. Ioannis, de qua num. 4. 6

Et requiſitione facta per procuratorem Io. confratribus 11. Decembris del 44. vnà cum reſponſione confratrum, de quibus num. 5. & 6. 7

Et alia requiſitione facta eiſdem confratribus del anno 45. vnà cum reſponſione, de quibus numer. 7. & 8. 8

Et alia requiſitione facta eiſdem confratribus per Io. perſonaliter, vnà cum reſponſione, prout numer. 9. & 10. 9

Et præſuppoſitis teſtibus, de quibus n. 25. & 26. 11

Et quòd teſtes, de quibus in ſummario dato 26. Iunij. 1573. dicatur, prout in copijs num. 27. & 32. 12

Et ſtante reſponſione confratrum nomine totius confraternitatis ſuper articulis Ioannis, de qua nu. 33. & 34. 13

Et præſuppoſito articulo Io. dato in remiſſoria A. C. de quo num. 46. vnà cum reſponſione confratrum ſuper eiſdem articulis pro parte D. Io. productis de anno 1569. vt à num. 35. ad 39. 14

Et ſtante breui de percipiendis fructibus in abſentia, cũ facultate deputandi capellanum ad nutũ D. Io. amouibilem ad quinquennium, prout nu. 41. 15

Et intimatione dicti breuis, ac requiſitione facta confratribus, vnà cum eorum reſponſione, prout n. 41. & ſequent. 16

Et alijs literis apoſtolicis D. Io. de percipiendis in abſentia ad vitam, prout num. 43. 17

Et mandato procuræ Abbatis confraternitatis, ad exigendum in perſonã procuratoris D. Io. de Monroy, de quo num. 44. 18

Et præſuppoſita partita libri memorialium, & anniuerſariorum dictæ confraternitatis anni 1572. tenoris videlicet 4. Aprilis poſuit confraternitas, qui deſeruiat in præben. D. Io. Monroy, eo quia non ſoluit prandium. 19

Et in eodem libro reperitur in 66. partit. annotatus, & deſcriptus inter alios confratres D. Io. de Monroy, & præſertim ſub diebus 7. & 9. dicti menſis Aprilis del 42. 20

Et quòd vltra prædictas reſponſiones confratrum, de quibus in copijs, procurator confratrum conſtitutus ad cauſam, quæ pendebat in partibus coram Officiali Zamoren. ſuper ſpolio de anno 1568. bis apud acta allegauit in eius ſcriptis, quòd D. de Monroy nunquam fuit, nec eſt confrater dictæ confraternitatis, nec habuit talem poſſeſsionem, aut illam habere potuit, quia non concurrebant qualitates in eo neceſſariæ, & poſtea in Curia diſputauerint dubium ſupradictum ſuper titulo, poſſeſsione, & ſpolio. 21

Et præſuppoſito mandato procuræ Abbatis, & confratrum in perſonam Bernardini de Salamanca, ac cedula allegationis, & petitionis per eundem procuratorem apud acta data, de quibus num. 45. & 46. in copijs. 22

Et quòd dicta cedula petitionis non fuerit intimata domino Io. nec eius procuratori. 23

Et quòd à ſententia de partibus pro parte confratrum non fuerit appellatum. 24

Et ſtante requiſitione confratrum facta Domino Io. 3. Septembris 1572. prout in copijs n. 47. 25

D V B I V M.

An ex præmiſſis conſtet de ſecundo extremo in ſpolio ante annum 1568. ad effectum, de quo agitur?

39. DECISIO. alioqui. I.

FVit deciſum per Dominos non recedendũ
1 eſſe à iam reſolutis, nempe non † conſtare de ſecũdo extremo ante annum 1568. Et moti potiſsimùm fuerant Domini, quia totum fundamentum Ioannis de Monroy conſiſtere videtur in eo, quòd eius Capellani fuerint expulſi de anno 1542. Nam primo fuit expulſus Garſias de Gamas, vt ipſe iuxta octauum interrogatorium probat, dũ ait, quòd in fine anni 1542. eiecerunt eum, & quòd propterea ſpoliauerũt eundem Ioannem Monroy. Sed in hac expulſione dixerunt Domini non poſſe fundari ſpoliũ, de quo agitur. Quia Paulus Caſado dicit, quòd iſti confratres rogauerunt, vt poneret Chriſtophorum pro Monroy. Ergo non poſſunt dici ſpoliaſſe eundem Monroy. Ad ſecundam expulſionem de Chriſtophoro, de qua deponunt duæ ſorores Ioannis de Monroy, nempe 23. teſtis, quæ tantùm de auditu loquitur, & 24. quæ probat de amotione, reſpondebant Domini, quòd confratres amouerunt, non interuertendo poſſeſsionem beneficij, ſed animo conſeruandi eorum conſuetudinem, & vt nom

ne confraternitatis deputatus deſeruiret. Et quòd ipſa confraternitas illum amouere poſſet. Quod comprobatur, quia plures teſtes, de quibus.n.11.& ſequẽ.præſuppoſitis probant, quòd capitulum conducebat duos capellanos, qui deſeruiebant pro duobus abſentibus, nempe pro eodem Ioanne Monroy, & alio. Itẽ quia ipſe nunquam habuit ſe pro ſpoliato, imò in articulis cõtrariũ teſtatus eſt de anno 1546.
2 Et quia in dubio † delictũ non debet prę̨ſumi.

Non obſtat, quòd confratres pluribus in locis negarunt eum eſſe confratrem, quia iſtis nõ obſtantibus, nunquam prouiderunt de loco, nec negarunt eum eſſe poſſeſſorem, ſed eũ eſſe
3 confratrem: quod magis † videtur reſpicere petitorium, nec ſimpliciter negarunt eum eſſe cõfratrem, ſed eum eſſe talem confratrem in effectu, cui debeantur fructus in abſentia, & ſic ſecundùm quid. Nec viſa ſunt facere ad propoſitũ breuia, quia non petuntur fructus niſi actione ſpolij, quod (vt dixi) non probatur per ſupradicta multis omiſsis.

Zamoren. ſpolij del Toro. Lunæ 10. Maij. 1574.

EPITOME.

SPolij ſecundum extremum probatur modo infraſcripto per eum, cui fuit negata conſueta poſſeſsio in actibus confraternitatis.

SVMMAE.

1 *Spolium ex quibus dicatur ſatis probatum?*
2 *Dolus in conuento non requiritur, & quare?*
3 *Remedium c. reintegranda. datur etiam contra bonæ fidei poſſeſsorem.*
4 *Spolium ſufficit re ipſa.*
5 *Spoliator non poteſt conuenire in petitorio, niſi fructibus integrè ſolutis.*
6 *Spolio renuncians, poteſt petere fructus.*
7 *Prælatus habens adminiſtrationem, poteſt requirere, & interpellare.*
8 *Spoliato poteſt obijci de ſtatuto mandante, quòd canonicus non conſtitutus in ſacris, non habeat vocem, etiam quòd ſemel quis fuerit per capitulum receptus.*

PRAESVPPOSITA.

Prę̨ſuppoſitis reſolutionibus in hac cauſa factis, quorum copia detur. 1
Et quòd d. Ioannes de Monroy fuit admiſſus in confratrem, & habuit poſſeſsionem de anno 1541. 2
Et requiſitione d. Io. facta confratribus die 4. Februarij 1568. præſente tunc Antonio Hernandez vno ex confratribus, qui interfuerunt admiſsioni d. Io. de Monroy. 3
Nec non reſponſione cõfratrum, quorũ copia detur. 4
Et quòd d. Io. ſuam admiſsionem non præſentauerit confratribus, ſed in actis illam produxit in partibus minus, vt prætenditur, auctenticam, illam tamen poſtea in forma probanti in Curia produxit. 5
Et libello d. Io. coram Ordinario dato. 6
Nec non reſponſione confratrum nomine totius confraternitatis, ad articulos d. Io. de Monroy de anno 1569. facta, quorum copia detur. 7
Et cedula petitionis præſentatæ in iudicio de partibus apud acta cauſæ, tertia Decembris 1569. ante ſententiam coram Officiali Zamoren. per procuratorẽ dictorum confratrum, & confraternitatis conſtitutum, prout in mandato, quorum copia detur. 8
Et quòd oon conſtat in actis, quòd in huiuſmodi cedula petitionis fuerit intimata procuratori d. Iohãnis, nec ipſi d. Ioanni. 9
Et quòd die tertia Decembris 1569. iudex admiſit iura per d. Ioannem producta videlicet inſtrumentum admiſsionis, & poſſeſsionis & ſtatim idem procurator confratrum, & confraternitatis appellauit ad Sanctiſsimũ viua voce ab admiſſione dictorum iurium pro parte d. Ioannis præſentatorum. 10
Et alia requiſitione facta d. Ioan. de Monroy die tertia Decembris 1572. cuius copia detur. 11
Et quòd à ſententia de partibus pro parte confratrum non fuerit appellatum, ſed pro parte d. Ioannis fuerit appellatum à non condemnatione fructuum à die perpetrati ſpolij, & deſuper fuerit commiſſa cauſa in Rota cum clauſula, quam, & quas &c. 12
Et quòd 25. Ianuarij Abbas, & confratres confraternitatis huiuſmodi conſtituerunt procuratorem, prout in mandato, cuius copia datur. 13

DVBIVM.

An conſtet de ſecundo extremo in ſpolio ab anno 1568. citra, ad effectum, de quo agitur.

40. DECISIO. Alioqui. II.

FVit tentum per Dominos conſtare de ſecũdo extremo in ſpolio ab anno 1568. vſque ad interpellationem, ſiue requiſitione factam per confratres ipſi Ioanni de Monroy, & ſpo-
1 lium † ſatis viſum eſt probari, quia eo anno is non fuit admiſſus. l. ſi quis conductionis. C. locati. l. fin. C. de acqu. poſſ. cum alijs alleg. notát Doctor. in l. clam poſſidere. §. qui ad nundinas. ff. de acq. poſſ.

Non obſtat prætenſa ignorantia confratrũ, quia dato etiam quòd habuiſſent iuſtam cauſam negandi, ſatis eſt, quòd ipſe non iuſtè ceci-
2 dit à poſſeſsione. Non † enim requiritur dolus
3 in conuento, quia hoc remedium † datur etiam contra bonæ fidei poſſeſſorem. Innoc. Butr. & alij in c. ſæpe. de reſtit. ſpol. de communi Ruin.

conſ.

conſ.46. num. 6. lib. 1. ex mente Alex. vt per
4 eum. & ſufficit ſpolium † reipſa. Idem Ruin.
conſ.5.num.2.lib.4.poſt Bald.& alios,quos allegat.

Credebant tamen aliqui ex Dominis, hoc
ſpolium durauiſse tantùm vſque ad interpella
tionem,& requiſitionem, & quando in effectu
confratres ſe obtulerunt paratos admittere eũ
ad ſuam poſseſsionem. Quando ergo Abbas re
quiſiuit Ioannem,vt veniret ad intereſsẽdum,
credebant aliqui ex Dominis conſtare, quòd
confratres nõ amplius negabant poſseſsionẽ.
Nec eis obſtat,quòd fructus nõ fuerint oblati,
5 vt ideò ſpolium non † diceretur purgatũ: quia
dicebant,quòd il lud procedit ad effectum, vt
talis non poſsit conuenire in petitorio,niſi fru-
ctibus integrè ſolutis. Et ita dicebãt loqui tex.
in c. conquerente.de reſtit. ſpol. & ita loqui
Bald.ibi,& ita loqui deciſ. Rot.in nou.319. dũ
dicit aliàs in petitorio non debet audiri, & ita
loquũtur omnes alij relati per Gabriel.de reſt.
ſpol.concluſ.1.num.11.& per Aym.conſ.140.
num.3.Rip.in vulg.ſ. nihil commune. nu. 50.
l. naturaliter.ff.de acquiren. poſseſs. Iſta enim
duo ſunt ſeperata, & diuerſa, & penitus non ſe
attingunt, vt declarat Menoch.in primo reme.
recup.num.275. cum ſeq. qui quàm plures re-
6 fert. vnde renuncians † ſpolio,poteſt petere fru
ctus &c.

Secundo dicebatur,quòd confratres non te
nebantur ad fructus, ad quos non probabãtur
cõdemnati: & credebãt ijdem Domini, quòd,
7 cum hæc requiſitio fuerit facta † à Prælato,
quòd ſufficeret,quia ipſe habet adminiſtratio-
nem. c. edoceri. vbi latè Felin.de reſcript. Ae-
gid.deciſ.696.maximè quia omnia ad inuicem
correſpõdent. Confratres enim requiſiuerũt.
Item dixerũt, quòd oſtenderet receptionem,
item quòd ipſi erãt parati admittere, item co-
ram iudice procurator obtulit,quòd eum ad-
mitterent, item non appellarunt à ſententia,
poſtmodum Abbas eum requiſiuit. Ex quibus
credebant prædicti Domini conſtare,quòd cõ
fratres tunc non perſeuerarent in ſpolio,igitur
inferebant deberi prædicto Ioanni fructus pro
illo medio modico tempore, ab actu non ad-
miſſionis vſque ad prędictam requiſitionem,&
oblationem, & hoc ipſum ſpolium vſque ad
requiſitionem. Licèt Domini id firmarint pro
maiori parte: tamen aliqui ſub aliquo dubio
credebant fortè poſſe ſibi obſtare dictum Al-
8 ciat.conſ.41.vbi vult,quòd contra † ſpoliatum
poſſit obijci de ſtatuto mandante, quòd cano-
nicus non conſtitutus in ſacris, non habeat vo
cem, etiam quòd ſemel quis fuerit à capitulo receptus. Alia tamen diſcurſus & excitationis gratia aduertebantur. Hoc enim tantum firmatum eſt in prædicta poſitione conſtare de ſpolio Ioannis Monroy de anno 1568. ob nõ admiſſionem eiuſdem Monroy vſque ad actum requiſitionis,& oblationis prædictæ. An autẽ per dictam interpellationem,& requiſitionem confratrum,ſpolium dicatur purgatum de cætero, & an aliquid poſsit opponi prædictæ interpellationi, voluerunt Domini, vt reſeruaretur,& videretur ad partem.

Zamoren. Spolij del Toro. Veneris. 18. Iunij 1574.

EPITOME.

SPolium non dicitur ex infraſcriptis purgatum ad effectum, vt confraternitas poſsit vitare condemnationẽ fructuum pro tempore ſpolij.

SVMMAE.

1 Spolium quando non dicatur purgatum?
2 Mandatum peculiare ad cedendum,& offerendum liti requiritur.
3 Ceſſio,& confeſſio requirunt ſpeciale mandatum.
4 Mandatum ſpeciale ad denunciandũ,& proteſtandum iſto caſu requiritur.
5 Procurator qui proteſtari alioqui poteſt, id ſine peculiari mandato ei facere non licet,quando proteſtatio continet declarationem animi eius principalis.
6 Proteſtatio,& oblatio quando fieri debeant parte citata?
7 Proteſtatio quamuis facta in actis, ſi pars ex aduerſo non eſt citata, non dicitur adhuc in actis.
8 Creditor non tenetur accipere debitũ principale ſibi oblatum ſi debet etiam habere acceſſorium, licèt illiquidũ, puta fructus, niſi illo etiam acceſſorio ei oblato.
9 Paul.Caſtren.vbi hic confutatur.
10 Oblatio Abbatis quando non ſufficiat?
11 Intimatio quando eſt facienda perſonaliter?
12 Appellando pars dicitur recedere à requiſitione,& oblatione facta.

PRAESVPPOSITA.

Præſuppoſita reſolutione vltimo facta die 10. Maij proximè. 1

Et ſtante requiſitione d. Ioannis de Monroy, & reſponſione confratrum de anno 1568.& 1569.tam ad dictam requiſitionem, quàm ad poſitionès d.d. Ioannis,quorum copia detur. 2

Et cedula petitionis præſentata in Iudicio de partibus apud acta cauſæ.3.Decembris 1569.ante ſententiã, per procuratorem confratrum conſtitutum,prout in mandato, cuius copia detur. 3

Et quòd conſtat in actis, quòd huiuſmodi cedula petitionis fuerit intimata procuratori d. Ioannis, neque ipſi d. Ioanni. 4

Et quòd dicta die 3. Decembris 1569. iudex poſt præſentatam dictam cedulam, admiſit Iura producta pro parte Ioannis, videlicet inſtrumenta poſſeſsionis, & admiſsionis; & ſtatim idem procurator confratrum, & confraternitatis appellauit ad Sanctiſs. viua voce ab admiſsione dictorum iurium. 5

Et quòd à ſententia lata in partibus, confratres non appellarunt. 6

Et quòd die 25. Ianuarij 1571. Abbas, & confratres prædicti conſtituerunt procuratorem, prout in mãdato, cuius copia detur, & illud in hoc iudicio produxerunt. 7

Et alia requiſitione facta d. Ioanni die 3. Decembris 1572. per Petrum Ramo, tanquam Abbatem d. cõfraternitatis, de cuius facultate, vel mãdato in actis non conſtat. 8

Et quòd officium Abbatis durat per vnum annum tantùm. 9

Et quòd de anno 1570. de menſe Martii, vel circa d. Ioannes de Monroy (ſine veri præiudicio) ſe contulit ad Romanam Curiam. 10

DVBIVM.

An ſpolium fuerit ſufficienter purgatum ad effectũ, de quo agitur?

41. DECISIO. Alioqui III.

1 FVit concluſum vnanimiter ſpoliũ, † de quo
agitur, non eſſe purgatum, ad effectum vt
confraternitas poſsit euitare cõdemnationem
fructuum pro tempore huiuſmodi ſpolij, & di
cebant Domini neutram oblationem, ſiue re-
quiſitionem ſufficere ad huiuſmodi purgatio-
nem. Non enim prima ſufficit, quia nõ conſtat
2 de ſpeciali † mandato ad cedendum, & offeren
dum liti, quod requiritur à Tiraquell. cũ alleg.
ab eo de retract. Lignag. §. 1. gloſ. 10. num. 93.
94. & 97. Cum enim prædicta oblatio conti-
neat ceſsionem litis quoad poſſeſſionẽ, omni
modo in ea videtur requiri mãdatum ſpeciale.
3 Primo, quia iſta eſt ceſſio, † & confeſſio quæ-
dam ſiue agnitio, in qua videtur omni modo re
quiri ſufficiens mandatum, vt in fortioribus ter
minis videtur uelle Aegid. deciſ. 198.

Secundo, quia cum hoc non concernat ad-
miniſtrationem neque bonorum, neque litis, &
non poſsit eſſe notũ hoc procuratori, niſi qua-
tenus procedat à perſona principali, in hoc ca-
4 ſu requiritur ſpeciale † mandatũ, ad denuncian
dum, & proteſtandum, vt per Bart. in l. 1. §. per-
mittitur. il primo in verb. mandatũ. n. 1. in fin.
ff. de lib. agnoſc. Alex. conſ. 78. num. 14. lib. 5.
per l. de pupillo. §. qui procuratorio. in gloſ. in
verb. verus, vbi etiam Rapha. num. 14. & Ca-
ſtren. in fin. de no. oper. nunciat. Rip. in l. quod
te. num. 56. ſi cert. pet.

Nec faciebant difficultatem illa verba ad re
quirendum, proteſtandum &c. Quia dicebant
debere intelligi ſuper præmiſsis, hoc eſt in con
cernentibus expeditionem cauſæ, non autem
ad cedendum: quia, cum hoc dependeat ab ani
mo domini (vt dicit Alex. vbi ſupra) manda-
tum ſpeciale requiritur, & licet adſit manda-
tum ad proteſtandum, dicebant non videri ſuf-
ficere in hoc caſu, in quo agitur de proteſtatio
ne declarationis animi domini. Quia procu-
5 rator, † qui aliàs poteſt proteſtari, nõ poteſt in
hoc caſu p ſupra allegata. Quia tamẽ, ſi ex hoc
capite ſolùm materia eſſet decidẽda, poſſet ha-
bere difficultatem; placebat ex alijs deductis
ceſſare omne dubium; tum maximè ex ratione,
quæ tertio loco allegabatur, nempè quia obla-
6 tio, † & proteſtatio prædicta debuit fieri parte
citata. Iaſ. conſ. 9. num. 15 lib. 1. Hæc autem li-
7 cet † fuerit facta in actis: non fuit facta citata
parte, & conſequenter non dicitur adhuc in
actis. Caſſad. deciſ. 7. in fin. de appell. Tum, &
quarto, quia non fuerũt oblati fructus, Diceba
tur enim videri claram iuris deciſionẽ, quòd,
8 quando vnum debitũ † eſt principale, & aliud
acceſſorium, prout videbatur hoc eſſe, quam-
uis acceſſorium ſit illiquidum: non cogitur cre-
ditor recipere principale, niſi acceſſorio obla-
to. Alex. in l. quidam exiſtimauerũt, num. 8.
9 ff. ſi cert. pet. quem ſequitur ibi (reprobato †
Paul. Caſtren.) Ias. num. 6. verſ. tertio intelli-
ge. Salic. in l. 1. ſub num. 3. C. de ſolut. vltra
quòd videntur etiam intrare omnia alia allega
ta per Tiraq. de reſtract. conuent. §. 4. gloſ. 4.
per tot. & gloſ. 6. num. 23. & 24. & in ſpecie
quando eſt illiquidum, Tiraq. de reſtract. Li-
gnag. §. 1. gloſ. 19. num. 2.

Non dicitur etiam purgatum per ſequẽtem
10 oblationem † fructuum ab Abbate factam; tũ
quia non conſtat, quòd eſſet Abbas, tum etiam
quia militat eadem ratio de non oblatione fru
ctuum. c. conquerente. & c. grauis. de reſt. ſpol.
Abb. in. c. fin. ſub num. 4. de ordin. cognit. & in
c. accedens. il 2. num. 5. vt lit. non conteſt. So-
cin. conſ. 12. num. 15. lib. 1. Tiraquell. de retra.
conuent. §. 4. gloſ. 6. num. 23. circa princ. facit
l. acceptam. vbi Ang. 2. not. C. de vſur.

Placebant etiam deducta per informantes,
11 quòd intimatio † non fuit facta perſonaliter d.
Io. abſenti, cum nec procuratori generali ſuffi-
ceret fuiſſe intimatã. gloſ. in clem. cauſã. verſ.
intimatio verò, in verb. appellatum, & ibi Car.

Zab.

Zab.q.7.de elect.& plenè Tiraq. de retract. Lignag.§.9. gloſ. 3. num. 7. & prædicta maximè ſtante appellatione pro parte confratrum ab admiſſione iurium d.Ioannis, vt in 5. præſuppoſito, poſt prædictā interpellationem, per quā †
12 appellationem dicitur receſſum à prædicta requiſitione, & oblatione. Alex. in l.non ſolùm.§. morte.num. 11. & 12, de oper. no. nunc. cum vulg. iunct. alijs deductis pro hac parte, quæ magis placuerunt Dominis, quàm ex aduerſo deducta per confratres.

Firmana Spolij beneficiorum. Lunæ 24.Ianuarij 1575.

EPITOME.

Extremum primum, & ſecundum in ſpolio hoc pacto probantur.

SVMMAE.

1 *Extremum primum in ſpolio probatur per Inſtrumentum captæ poſſeſsionis.*
2 *Extremum ſecundum non probatur ex ſola litis ſuſtentatione, ſed alijs cum adminiculis.*

PRAESVPPOSITVM.

Stantibus Bullis in fauorem Laurentij de Bonis, cum mandato procuræ ipſius Laurentij de capien. poſſeſsione, & inſtrumento poſſeſsionis per dictum procuratorem captæ, & mandato procuræ Communitatis, necnon ſuſtentatione litis eiuſdem Communitatis, & cōmiſsione cauſæ pro eius parte præſentata. 1

DVBIVM.

An conſtet ſufficienter de primo, & ſecundo extremo.

42. DECISIO. alioqui. IV.

1 Dictum fuit per Dominos conſtare de primo, & ſecundo extremo. Nam de primo † liquet ex inſtrumento captæ poſſeſſionis, per deducta per informantes pro parte Ioannis, & eſt tritum in Rota.

2 De ſecundo liquet non ſolum ex ſuſtentatione litis (quæ † ſola non ſufficeret) ſed apertè conſtat ex cōfeſſione ipſius Communitatis, maximè in articulis. Si tamen ipſa Communitas velit contrarium probare, audiatur. Videndum etiam erit, an adfuit mandatum ſufficiens ad capiendam poſſeſſionem.

Zamoren. ſpolij del Toro. Lunæ 10.Octobris 1575.

EPITOME.

Spolium non dicitur ſufficienter purgatum ex omnibus infraſcriptis.

SVMMAE.

1 *Spolium quando non dicatur ſufficienter purgatum?*
2 *Oblatio defectiua non inducit purgationem ſpolij, nec renunciationem litis.*
3 *Oblatio quando vti incerta, & obſcura non proſit? & n. 8. & 18.*
4 *Liquidatio poteſt habere plures inſtantias.*
5 *Liquidè dicunt fructus, quando de eis conſtat per relationē ad librum, vbi certificantur.*
6 *Liquidatio, parte petente, debet ante omnia abſolui.*
7 *Attentata, parte inſtante, ſunt ante omnia purganda.*
8 *Spoliator tenetur ad expenſas, & damna.*
9 *Expenſarum condemnatio facta in Rota, includit expenſas factas etiā in partibus, quamuis ſuccumbens in eis per ſententiam ibi non fuerit condemnatus.*
10 *Expenſis in omnibus paſsim condemnatur ſuccumbens in negocio principali in Rota.*
11 *Bona fides excuſat à reſtitutione fructuum.*
12 *Admittere recuſans aliquem ad actus confraternitatis, dicitur eum expellere.*
13 *Remedium reintegrandæ datur etiam contra bonæ fidei poſſeſſorem ad fructus perceptos.*
14 *Alciat.conſ.41.procedit reſpectu fructuum, qui percipi potuerunt, non autem reſpectu fructuum realiter perceptorum, qui debentur à die ſpolij, ſiue intruſionis.*
15 *Deciſ.10. de reſtitut.ſpoliat.in nou. loquitur in materia violentiæ, & in remedio, vnde vi.*
16 *Bona fides omnis ceſſat poſt condemnationem, vt quis teneatur ad fructus.*
17 *Fructuum perceptorum à condemnatione, nec probabilis cauſa litigandi excuſat.*
19 *Oblationis materia vbi tractatur?*
20 *Mora inducitur ex interpellationibus.*

PRAESVPPOSITA.

Præſuppoſitis reſolutionibus in hac cauſa factis diebus 10. Maij.& 18.Iunii. 1574. 1
Et ſtatutis Confraternitatis, ac eorum confirmatione apoſtolica, quæ non ſunt recognita, ſed ſunt regiſtrata in proceſ.de partibus. 2
Et literis Apoſtolicis regreſſus, & nouæ prouiſionis d. Ioānis de Monroy, cum derogatione ſtatutorum. 3
Et ſtante requiſitione d. Ioannis, & reſponſione Confratrum de anno 1560.& 1569. tam ad dictam reſponſionem, quàm ad poſitiones d. Ioannis de Monroy. 4
Et quòd tempore, quo d. Ioannes petiit ſe admitti, erat clericus: ſed nō probatur, neq. de capitulo maiori. 5
Et cedula petitionis præſentata in iudicio de partibus apud acta cauſæ 3. Decembris 1569. ante ſententiā

per

per procuratorem confratrum conſtitutum, prout in mandato. 6

Et quòd non conſtat in actis, quòd huiuſmodi cedula petitionis fuerit intimata procuratori d.Ioannis, neque ipſi d.Ioanni. 7

Et quòd 3.Decembris 1569. iudex poſt præſentatam dictam cedulam, admiſit iura producta pro parte d.Ioannis videlicet inſtrumentum poſſeſsionis, & admiſsionis, & ſtatim idem procurator confratrum & Confraternitatis appellauit ad Sanctiſsimum viua voce ab admiſsione d. iurium. 8

Et quòd à ſententia lata in partibus, confratres non appellarunt. 9

Et quòd 20.Ianuarii 1571. Abbas, & confratres prædicti conſtituerunt procuratorem, prout in mandato, & illud in hoc iudicio produxerunt. 10

Et alia requiſitione facta domino Io. 3. Decembris 1572. per Petrum ¦Ramo tamquam Abbatem dictæ Cõfraternitatis, de cuius facultate, vel mandato non conſtat. 11

Et quòd officium Abbatis durat per vnum annum tantùm. 12

Et quòd de anno 1570. de menſe Martii, vel circa d.Ioannes ſine veri præiudicio ſe contulit ad Rom. Cur. 13

Et ſtante alia requiſitione vltimo loco d. Ioanni facta, & in actis producta cum eiuſdem reſponſione. 14

Et citationibus, ac interpellationbus & proteſtationibus, apud acta cauſæ huiuſmodi contra procuratorem Confratrum pro parte Ioannis factis. 15

Et ſtante mandato d.Confratrum vltimo loco facto, & in actis producto, quorum omnium copiæ dentur. 16

D V B I V M.

An ex præmiſsis ſit ſufficienter purgatum ſpolium, de quo agitur, & confratres cenſendi ſint fuiſſe in bona fide, ad effectum vt excuſentur à reſtitutione fructuum?

43. DECISIO. alioqui. V.

QVoad primam partem dubij, fuit conclu-
1 ſum ſpolium † non eſſe ſufficienter pur-
gatum. & dicebant Domini oblationem†
2 Confratrum eſſe defectiuam, ergo non induci
purgationem, nec ¦litis renunciationem, arg.
not. per Bald. in l.lite. in 2. notab. num. 1. C. de
litigio. Oblatio autem primo deficit, quia
3 non † eſt certa, quatenus in mandato confra-
trum dicitur (ſoluere quicquid ei debebi-
tur, & habere debebit de fructibus) Iſta enim
verba, habebitur & habere debebit, important
4 litem liquidationis, in qua poſſunt †cadere plu
res inſtantiæ, vt eſt tritum in Rota. igitur red-
ditur ſuboſcura & incerta, non autem vera, &
realis, ergo non ſufficit per aliàs dicta. Placuit
dictum Bald. in l. 1. num. 5. C. ne lice. tertio pro
uoc. Matheſil. ſingul. 128. & 129.
Nec placuit, quòd huiuſmodi fructus videã
5 tur illiquidi: quia imò videbantur certi† per re
lationem ad libros ipſorummet confratrum, in
quibus deſcriptę ſunt ſingulis annis portiones
cuiuſque eorum. Ex qua relatione reſultat cer
titudo. l. 1. C. de ſenten. quæ ſine cert. quant. cũ
concord. Ideò ſubdebant aliqui Domini, quòd
poterant confratres (factis computis ex ſuis li
bris) huiuſmodi fructus liquidare, & realiter
ſoluere, ex Bald. Matheſil. & alijs præalleg. vt
ſpolium verè diceretur purgatnm ex alijs reſo
lution. vel ſi aliàs fructus eſſent obſcuri, dice-
6 bant aliqui, quòd (parte petente) ante omnia †
negocium liquidationis debuit abſolui, vt in ſi
7 mili dicitur de attentatis. † Ant. Aug. de atten.
num. 17. Idem deciſ. 712. lib. 3. Caputaq. deciſ.
33. lib. 2. Pereg. & alij allegati.
8 Secundo non placuit oblatio † prædicta,
quia non continet expenſas, quæ & ipſæ debẽt
refici, item damna, &c. Rip. in l. naturaliter. §. ni
hil commune. num. 50. de acq. poſſ. c. accedens.
il 2. vbi Abb. in vltimo not. n. 5. vt lit. nõ con-
teſt. & in c. fin. ſub num. 4. de ord. cogn. Tira-
quell. de retract. conuenr. §. 4. gloſ. 6. num. 23.
Nec obſtat, quòd in ſententia de partibus,
non ſit facta condemnatio in expenſis, quia ſa-
9 tis eſt † quòd ſit facta condemnatio in Curia.
10 & de ſtylo Rotæ, ſuccumbẽs † in negotio prin
cipali, paſſim condẽnatur in omnibus expẽſis.
Quoad ſecundam partem dubij fuit pariter
11 reſolutum confratres non † eſſe cenſendos in
bona fide, ad effectum vt excuſentur à reſtitu-
tione fructuum. Cũ enim non admiſerint Ioan
nem Monroy vt aliàs eſt dictum, huiuſmodi
12 non admiſſio † reputatur expulſio, & ei æquipa
ratur. Put. de fruct. deciſ. 2. & de reſt. ſpol. 8.
13 Præterea (vt aliàs dictum eſt) hoc remediũ †
reintegrandæ, datur etiam contra bonæ fidei
poſſeſſorem ad fructus perceptos. Rot. de reſt.
ſpol. deciſ. 10. in antiq. & aliàs fuit dictum in
deciſ. coram me ſub die 10. Maij 1574. cum ibi
alleg. plures refert Achill. deciſ. 1 de fructib.
Ad conſ. Alciat. 41. per Confratres allega-
tũ multi Domini dicebant fortè poſſe de eo du
bitari, & multa in contrarium allegabant in ma
teria ſpolij. Quicquid tamen ſit de eius verita-
te, dicebant illud procedere, vbi defectus eſſet
notorius in ſpoliato. Contra autem Ioannem
Monroy, quòd non ſatisfecerit ſtatutis confra
trum, non videtur defectus ſaltem notorius,
ſtante diſpenſatione apoſtolica ſibi conceſſa,
ad deciſ. 23. de reſt. ſpol. in ant. fuit tandem di-
14 ctum, quòd † procedit reſpectu fructuum, qui
percipi potuerunt, non reſpectu fructuum rea-
liter perceptorum (vt ad literam loquitur di-

cta

ſta deciſio) qui debentur à die ſpolij, ſiue intruſionis. Io. Paul. Ptolom. deciſ. 38. & 122.

15 Ad deciſ. 10. † eod. tit. de reſt. ſpol. in nou. reſponderunt, quòd loquitur in materia violentiæ, & in remedio, vnde vi, quæ non eſt materia noſtra. fuit allegat. deciſ. 7. de dol. & con-
16 tum. in nou. quòd poſt † condemnationem ceſſet omnis bona fides, & ideò non excuſetur à
17 reſtitutione fructuum. Imò nec † probabilis cauſa litigandi excuſet à condemnatione huiuſmodi fructuũ, vt ibi legitur circa princ. Fuit etiam per aliquos allegatus Neguſ. de pignor. in 5. par. princ. 2. par. 3. memb. num. 18. verſ. 4. Am-
18 plia in argumentum, quòd expenſæ † litis etiã debeant contineri in ipſa oblatione, de qua ma-
19 teria † oblationis multa ibi habentur. Et adde-
20 bant aliqui tanto magis dari moram, † & contumaciam in confratribus ſtantibus interpellationibus ipſius Ioannis de Monroy, de quibus in ſummario num. 15. 16. & 19. per Aug. & alios alleg.

Ianuen. ſpolij bonorum. Veneris 18. Aprilis. 1578.

EPITOME.

VErba in conceſsione, ſine prẹiudicio iurium dotalium vxoris, & neptis exequatur brachij ſecularis, &c. quando important conditionem, & quando non, declaratur.

SVMMAE.

1 *Verba, ſine præiudicio iurium &c, an importent conditionem?*
2 *Poſſeſsionis traditio facta cum clauſula, ſine præiudicio iurium &c. importat conditionem*
3 *Poſſeſsionis traditio debet eſſe conditionalis, nec ſufficit cauſam traditionis eſſe conditionalem.*
4 *Contractus quamuis ſit conditionalis, ſi tamen dominus tradat poſſeſsionem, transfertur poſſeſsio.*
5 *Poſſeſsio quando dicatur quæſita non ſimpliciter, ſed ſub conditione?*
6 *Spolio agi quando non poſsit?*
7 *Exceptio iurium eſt admiſsibilis in ſpolio.*
8 *Detentatio nuda ſufficit ad effectum ſciendi, quis debet ſuſtinere partes actoris, vel rei.*

PRAESVPPOSITA.

Stante quòd q. Donatus Matthæius Minalis tunc Theſaurarius generalis R.C.A. condemnatus fuerit, ac declaratus debitor eiuſdem C. A. in ſummam nonaginta millium ſcutorum. 1

Et quòd pro eadem ſumma fuerit brachium ſeculare relaxatum contra bona d. Minalis. 2

Et quòd decreto, & relaxato brachio ſeculari, in conceden. exequatur per iudices ſecolares Ianuen. fuerit conceſſum, exequatur, cum clauſula, ſine præiudicio iurium dotalium vxoris eiuſdem Minalis, & ſine præiudicio Iſabellæ eius neptis prætendentis pro indiuiſo cum Minali poſsidere. 3

Et quòd C. A. accepit poſſeſsionem in vim brachii ſecularis prædicti de bonis eiuſdem Minalis ſitis in territorio Ianuen. de quibus agitur. 4

Et quòd fel. re. Pius Quintus ſuo motu proprio donauerit Religioni Hieroſolymitanæ omnia bona prædicta ſita in territorio Ianuen. 5

Et quòd vigore eiuſdem donationis eadem Religio à iudicibus ſecularibus Ianuen. obtinuerit exequutionem, ſiue vt dicitur, exequatur, ſine præiudicio dictarum vxoris, & neptis. 6

Et quòd Religio fuerit immiſſa in poſſeſsionem omnium bonorum exiſtentium in territorio Ianuen. prout in inſtrumentis, in proceſſu, & in eadem poſſeſsione permãſerit per tres, vel quatuor annos. 7

Et quòd mortuo Pio V. eædem vxor Minalis, & neptis coram iudicibus ſecularibus partium Ianuen. docto de obitu Minalis, & deputato curatore hæreditati iacenti eiuſdem Minalis, (non aliàs citata Religione Hieroſolymitana, quæ poſsidebat) immiſſæ fuerunt in poſſeſsionem eorundem omnium bonorum per Religionem poſſeſſorum. 8

Et quòd pro Religione à Sanctiſsimo D.N. obtentum fuit breue, quo demandatum fuit Archiepiſcopo Ianuen. vt conſtito de ſpolio, in primis, & ante omnia Religionem ad priſtinam bonorum poſſeſsionem reintegraret. 9

Et quòd coram eodem Archiepiſcopo tam per inſtrumenta poſſeſsionis adeptæ, quàm per teſtes ſuper articulis eiſdem mulieribus citatis doctum fuit de primo, & ſecundo extremo in ſpolio requiſito, vt per teſtes, & inſtrumẽta, quæ in informatione referãtur. 10

Et quòd coram eodem Archiepiſcopo Ianuen. pro Religione fuerit ſuſpenſum petitorium cum proteſtatione quòd in ſolo ſpolio procedatur. 11

Et quòd Archiepiſcopus ſua ſententia pronunciauerit vxorem, & neptem pro certa parte dictorum bonorum in poſſeſsionem manutenendas eſſe, & quoad alia bona Religionem reintegrandam. 12

Et appellatione pro Religione interpoſita ab eadem ſententia, cauſa demãdata fuit R.P.D. de Graſſis cũ clauſula, etiã quòd in primis, & ante omnia ad reintegrationem procedatur, & prædicta omnia, prout in actis, ad quæ relatio habeatur. 13

DVBIVM.

An ſtantibus præmiſsis, Religio Hieroſolymitana ſit reintegranda in primis, & ante omnia ad priſtinam poſſeſsionem bonorum omnium prædictorum?

44. DECISIO. ſiue Diſcurſus. alioqui. VI.

DOmini nihil reſoluerunt ob multiplicitatem, & dubietatem facti, de quo in præſuppoſitis.

Digitized by Google

ſuppoſitis. Sed voluerunt meliùs, & particulariùs informari in eo. Et ſtante illa clauſula (ſine præiudicio dotium vxoris Minalis, & ſine præiudicio Iſabellæ eius neptis) appoſita per iudices ſeculares Ianuen. in concedendo, exequatur, R.C.A. de qua in tertio præſuppoſito, & repetita per eoſdem in concedendo pariter ipſi religioni, exequatur, in vim motus proprij, & donationis Pij V. de qua in 6. præſuppoſito, voluerunt in ſpecie videre. An in actu traditionis poſſeſſionis factę ipſi Religioni, fuerit appoſita eadem clauſula, ſine præiudicio, &c. & ita fuerit tradita in effectu, vt dicatur tantùm trāſlata poſſeſſio in Religionem, quatenus hoc ſit ſine præiudicio illarum mulierum, non autem ſi poſſit dari præiudicium ipſarum: an verò dicta poſſeſſio fuerit ſimpliciter, & purè tradita, & illa clauſula prædictæ poſſeſsioni nullo modo poſsit applicari? Et ideò diſtulerunt reſolutionem ad aliam Rotā. Interim autem per modum diſcurſus in hac materia dubij propoſiti triplex per Dominos fuit excitata quæſtio.

Prima eſt, an importetur conditio, vel non per illam clauſulam, ſine præiudicio, &c.

Secunda an dicta clauſula ſit appoſita ipſi traditioni poſſeſsionis?

Tertia (dato quòd appoſita fuiſſet ipſi traditioni) an acquiſita fuerit poſſeſsio ipſi Religioni? quia, ſi acquiſita non fuit, res de plano videtur procedere ad fauorem mulierum, quòd non ſit danda reſtitutio Religioni aduerſus eas: ſi verò fuit quæſita, videntur intrare ea, quæ pro parte Religionis deducuntur.

Quo igitur ad primam difficultatem, videbatur aliquibus Dominis, quòd verba clauſulæ
1 prædictæ, ſine præiudicio &c. conditionem † importent, per tex. in. l. teſtamento centurio. §. cum ita. ff. de teſtam. mil.

Cum ita teſtamēto adſcripti eſſent, ſerui, qui ſine offenſa fuerint, liberi ſunto, conditionem adſcriptam videri placuit. Per quem text. Rota
2 in iſtis terminis voluit, quòd traditio † poſſeſſionis facta cum illa clauſula, importet conditionem. Put. 34. Incip. 10. Octobris 1543. lib. ſecundo.

Circa ſecundam, an ſcilicet in actu ipſius traditionis poſſeſsionis factæ Religioni, ſit appoſita dicta clauſula, ſine præiudicio &c. videndū eſt, & bene firmandum in facto, quomodo ſe habeant traditiones à varijs executoribus factæ, & quibus verbis, & clauſulis, & in cuius actus executionem? Et tunc Domini dicent, an ſit tranſlata poſſeſsio in ipſam Religionem, vel non. Et fuit dictum, quòd hæc inſpectio eſt val-
3 de neceſſaria, quia debet † ipſa traditio poſſeſſionis eſſe conditionalis, nec ſufficit, quòd cauſa traditionis ſit conditionalis. Aret. in l. qui abſēti. §. primo. in quarto not. ff. de acquir. poſſ.
4 Et hinc eſt, quòd licèt contractus † ſit conditionalis, ſi tamen dominus ſimpliciter tradat poſſeſsionem, transfertur poſſeſsio, vt declarat Pariſ. conſ. 11. num. 83. lib. 1. & eſt de mēte Innoc. in c. olim. 1. nu. 5. de reſt. ſpol. & Hoſtien. ibid. & per Docto. & Bart. in l. ſub conditione. num. 78. ff. de ſolut. Si igitur traditio eſſet facta cum illa clauſula, ſine præiudicio &c. aliqui Domini dubitabant contra Religionem, quia hoc
5 caſu quæſita † videretur ipſi Religioni poſſeſſio non ſimpliciter, ſed ſub conditione, ſi nullū adſit præiudicium prædictarum mulierum, vt eſt text. clarus in l. qui abſenti. §. 1. ff. de acquir. poſſ. & in c. olim. 1. de reſt. ſpol. Et quamuis Innoc. videatur voluiſſe in d. c. olim. num. 5. (cum quo Abb. ibi videtur etiam tranſire, numer. 8) quòd licet traditio ſit facta ſub conditione, tamen, quia poſſeſsio plurimum habet facti, dicitur ipſa tranſlata, ſiue conditio ſit purificata, ſiue defecerit. Hoc tamē videtur expreſsè cōtra tex. in. d. §. 1. l. qui abſenti. vbi, ſi quis poſſeſsionem fundi ita tradiderit, vt ita demum cedere eam dicat, ſi ipſius fundus eſſet, non videtur poſſeſsio tradita, ſi fundus alienus ſit. Hoc amplius exiſtimandum eſt poſſeſsionem ita ſub conditione tradi, ſicut res ipſa ſub conditione traditur, vt ſcilicet non aliter accipientis fiat, quàm ſi conditio extiterit, vt bene hoc dicit gloſ. in d. c. olim. in ver. traditum. de reſt. ſpol. quæ multùm placebat, & videbatur aliquibus Dominis decidere hunc caſum. Et hoc idem voluit Anchar. ibi num. 9. & Ant. de But. numer. 15. qui tamen declarat, quòd id procedat, quando recipiens illam & ipſe conditionaliter recipit: quod negari non poſſet in quæſtione propoſita, ſi in ipſa traditione facta Cameræ, item Religioni prædictis fuiſset appoſita hæc conditio ſine præiudicio &c. & hoc vult Rota in illa deciſ. Put. 34. Quod tamen erit bene firmandum in facto, vt dixi, etiam exhibendo Dominis exēpla ſingularum poſseſſionum captarum, vt appareat, an ſint captæ ita qualificatæ, & limitatæ, quòd ſint exiſtimandæ cōditionales, & non aliter etiā per recipientem captæ, quàm ſub conditione, iuxta doctrinas prælegatas. Si tamen probaretur, quòd Religioni eſset quæſita poſseſsio ſolùm conditionaliter, vel ſi etiam apparet, quòd iſtæ mulieres ius habent, dicebatur poſse inferri, quòd conſtaret de defectu conditionis præteritæ, & ſic quòd

Religio

Digitized by Google

Religio non poſsidebat, & conſequenter ſpo-
6 lio † agere non poterat, vt optimè dicit gloſ. in d. ver. traditum. in d. c. olim.

7 Dicebant etiam ex hoc, quòd iſta exceptio † iurium eſt admiſsibilis in hoc iudicio, quia venit detrahendo poſſeſsioni ipſius Religionis, & ſic ad docendum, quòd non probatur primum extremum Religionis. Rip. in d. §. nihil commune. num. 81. l. naturaliter. de acq. poſs. Menoch. de reeup. poſſ. remed. 15. num. 433. Et quamuis coram R. P. D. Aldobrandino in vna Romana à Bordeſiera fuerit allegata illa deciſ. 34. tamen fuit ibi reſponſum, quòd illa conditio fuerat purificata, item quòd ad illum effectum, videlicet ſciendi quis ſuſtineret par-
8 tes actoris, vel rei, ſufficiebat nuda † detentatio. ſed videatur bene de veritate facti circa prædictas immiſsiones, & poſtea dabitur reſolutio clara.

DE DOLO, ET CONTVM.

Neapolitana S. Georgitelli. Vener. 24. Februarij 1576.

EPITOME.

INſtrumento relationis intimationis factæ in partibus, in quo non ſit inſertus locus loci, non ſtatur. poteſt tamen eidem notario præcipi, vt illum addat.

SVMMAE.

1 *Citatio admittitur de ſtylo Vrbis abſq. loci loci expreſſione.*
2 *Interpretatio ſumenda eſt pro validitate actus, etiam in materia odioſa, & ſtricti iuris adhuc verba improprian do. num. 3.*
4 *Interpretatio quâ actus vitiatur, reijcitur.*
5 *Locus quando non eſt de ſubſtantia, non requiritur.*
6 *Bal. in l. optimam. num. 10. C. de contrah. & committ. ſtipulat. non recipitur à Rota.*
7 *Inſtrumento relationis citationis factæ in partibus, non cõtinente locum loci haud ſtatur.*
8 *Inſtrumentum non requirit expreſsionem loci loci de conſuetudine Hiſpaniarum.*
9 *Inſtrumentum debet de iure communi, & ſtylo Rotæ continere locum loci.*
10 *Citatio in partibus de neceſsitate eſſe debet executa in loco loci; idq. exprimi debet in relationis inſtrumento. poteſt tamen locus loci addi per eundẽ notarium de mandato iudicis. num. 11.*
12 *Loci defectus in inſtrumento dicitur conſiſtere in omittendo.*

PRAESVPPOSITVM.

Præſuppoſito inſtrumento relationis intimationis literarũ executorialium, de quo in regeſtro fol. 42. continente eam factam eſſe in terra Blanchæ pertinentiarum Montisfuſculi, Beneuentanæ Diœceſis. & infra. Acta fuerunt hac in dicta terra. 1

DVBIVM.

An hic actus relationis ſit nullus, eo quia notarius, qui intimauit, non expreſsit locum loci dictæ executæ citationis? Et dato quòd ſic; an hodie notarius poſsit dictum locum loci addere.

45. DECISIO. alioqui. Vnica.

VIdebatur alicui ex Dominis intimationẽ hanc poſſe ſuſtineri, ſi non ex ſtylo Curiæ
1 paſſim obſeruato admittendi † relationes factas à curſoribus hoc modo videlicet, feci perſonaliter, abſq. alia loci, nedũ loci loci expreſſione: ſaltem quia ex dicto præſuppoſito apparet tria loca eſſe expreſſa. Primus eſt generaliſſimus Beneuentanæ diœceſis: ſecundus eſt minus generalis pertinentiarum ſcilicet Montiſfuſculi: tertius eſt ſpecialior in terra Blanchæ, quæ eſt villa d. territorij. Ex quibus expreſ-
2 ſionibus dicebat ſatisfactum eſſe, tum quia ea † ſumenda eſt interpretatio, per quam actus ſuſtineatur, & valeat. l. quoties. ff. de reb. dub. De-
3 ci. conſ. 77. ſub nu. 4. etiam † in materia odioſa, & ſtricti iuris, adhuc verba impropriando,
4 Aym. conſ. 52. nu. 6. cum interpretatio, † qua actus vitiatur, reijciatur. l. titia §. idem reſpondit. de verb. oblig. idem Aym. conſ. 25. num. 7.
5 Tum etiã quia locus, † quando non eſt de ſubſtantia, ſed additur per modum demonſtrationis, tunc ſufficit deſignare locum taliter, quòd aduerſario ſit licitus reprobare inſtrumentum de falſo, vt per Bal. in l. contractus. num. 6. ver. interdum eſt talis actus. C. de fid. inſtr. ſed in caſu iſto dicebat locum non eſſe de ſubſtantia, cũ nil referat, an hæc citatio, ſeu intimatio potius in vno, quàm in alio loco facta ſit, igitur &c.

Addebat pro hoc facere dictum eiuſdem Bal. in l. optimam. num. 10. C. de contrahen. &
6 committ. ſtipulat. vbi videtur tenere, quòd licèt † locus loci in inſtrumento ſit apponendus: id verum putat in ciuitatibus populoſis, & amplis, non autem in locis anguſtis, prout eſt hæc terra Blanchæ. Et quamuis Bal. ibi dicat cautos notarios apponere ſolere in inſtrumentis etiam confines, aſſerebat Bal. id dicere per modum conſilij, non autem neceſsitatis.

Cæteris autem Dominis viſum fuit huic in-

 ſtrumento

7 ſtrumento relationis ſine loco loci ſtandum † non eſſe.nam quicquid ſit in Hiſpanijs de con-
8 ſuetudine,† tamen de iure canonico, & ſtylo
9 Rotæ locus † loci in inſtrumentis requiritur, prout fuit tentum cotam Oradino in illa Iſpalen. canonicatus, & præbendæ die 3. Nouembris 1555. prout etiam adnotauit Caputaq. in eius recollectis.ver. inſtruméta.& habetur per Accotamb. deciſ.4. incip. deciſum fuit.ex Rota in antiq. deciſ. 739. alias v. de fid. inſtr. incip.nota quòd tabellio.

Et firmauerunt generaliter eſſe neceſſarium,
10 quòd citatio † in partibus ſit executa in loco loci,& quòd hoc exprimatur in ipſo inſtrumēto relationis.

Stylum,qui obſeruatur in curia,dixerūt non applicari,& Baldi doctrinam non recipi in hoc per Rotam,reliqua Dominis non placuerunt, quia locus loci in tali inſtrumento eſt de ſubſtantia per prædicta.

Quoad ſecundam partem dubij, placuit Do-
11 minis,quòd ego præciperē † d.notario, vt hūc
12 defectum loci loci (qui eſt † in omittendo) ſuppleat,addēdo,vel plateam,domum,vel aliū locum,vbi citatum reperit,per doctrinam Bar. in.l. librarius.num.4.ff.de reg. iur.& conſ.Nat. 329.num.2.lib.2.

DE CONFESSIS.

Tyburtina retrouenditionis caſtri Viuarij. Lunæ. 17. Octobris 1575.

EPITOME.

Confeſsionis debiti vigore in inſtrumento camerali contentæ, cum pacto retrouendendi caſtrum intra quadriennium per Papā tamen ptorogato,agi poſſe executiuè hic ambigitur.

SVMMAE.

1 *Termini prorogatio facta durante primo, facit, vt dicatur idem terminus,amplia prout num.2.*

3 *Priuatus ſicut præiudicare poteſt alteri in iure quærendo ex contractu,ita poteſt ſtatutum, vel princeps. & n. 4.*

5 *Princeps poteſt differre ſpem competentem ex contractu, & quare?*

6 *Verba,prorogare,extendere,& ampliare,quid importent?*

7 *Prorogatio quibus ex verbis inducatur?*

8 *Coniecturis non eſt locus,quando apparet de expreſſa mente prorogantis.*

9 *Papa ſi vult procedere per viam prorogationis,non autem inductionis nouæ obligationis, ea debet apparere cum omnibus ſuis qualitatibus.*

10 *Terminus prorogatus dicitur idem terminus quoad fictionem extenſiuam.*

11 *Terminus prorogationis an ſit idem terminus in odioſis?*

12 *Terminus prorogatus dicitur idem terminus,etiam quoad pœnam.*

13 *Vſuræ ſolutio eſt pœna.*

14 *Prorogatio cenſetur facta cum omnibus qualitatibus etiā in materia odioſa,& num.28.& 29.*

15 *Prorogatio termini facta principali, an proſit fideiuſſori? & num.16.*

17 *Prorogatio quando non fit ab eo,qui fecit actum,ſed ab eo qui habet poteſtatem actum faciendi,tunc dicitur verè prorogatio.& num.27.*

18 *Identitas actus an cenſeatur in præiudicium tertij?*

19 *Principis in poteſtate non eſſe contractus quomodo intelligatur?*

20 *Princeps an ſuppleat conſenſum?*

21 *Conſeruatio facilius inducitur,quàm noua acquiſitio.*

22 *Prorogatur aliquid faciliùs,quàm de nouo inducatur.*

23 *Papa interdum quod directè facere nequit, prout tollere ius alterius,id facere poteſt indirectè, apponendo clauſulam,ita iudicari debere.*

24 *Princeps poteſt dilationes has concedere.*

25 *Princeps nunquam cenſetur vti plenitudine poteſtatis, quando actus,quem facit,aliter valere poteſt.*

26 *Princeps non poteſt tollere obligationes priuatorum, nec immutare eas ſine eorum conſenſu.& quare?*

30 *Fictio ſemper requirit duo extrema.& quæ?*

31 *Nouus contractus dicitur,quando primo aliquid additur, vel mutatur.*

32 *Progatio an nouam inducat obligationem?*

33 *Actus factus tempore prorogato,an ſit vnus & idem cum actu primi temporis.*

34 *Interpretatio ſtricta fit in materia odioſa obligationis.*

35 *Prorogatio vt dicatur, ſat eſt,vt fiat ante lapſum vltimi momenti primi temporis.*

36 *Interpretatio fauorabilior actui ſemper ſumenda eſt, vt dicatur factus tempore magis ſibi vtili.*

37 *Gratiæ Papæ habenti clauſulam,ſublata,&c. decretum irritans &c. ac huiuſmodi, quando opponi poſsit,vel oris aperitio requiratur? remiſsiuè.*

PRAESVPPOSITA.

Stante inſtrumento venditionis caſtri Viuarij cum pacto retrouendendi,prout in eo. 1

Et ſupplicatione prorogationis termini ad redimendū conceſſa per Papam, & interpellatione, & depoſito pro parte d.Petri Antonij, quorum omnium in neceſſarijs tantùm copia detur. 2

DVBIVM.

An d. Petrus Antonius potuerit agere exequutiuè per viam confeſsionis debiti, & conſequenter proceſſus Aud.Cam.ſit infirmandus,vel confirmandus.

46. DECISIO. ſiue Diſcurſus alioqui vnica.

DVbium propoſitum difficile viſum eſt, & & Domini non fuerunt concordes. Aliqui.

Digitized by Google

qui enim affirmatiuam, aliqui negatiuã tenue-
runt. Qui primam ſequebantur, credebant po-
tuiſſe agi executiuè, moti ex regula, quòd ſtan
1 te † prorogatione facta in termino, dicitur idẽ
terminus ꝓrogatus, vt per plura ſimilia in hoc
propoſito dicit Paul. de Caſt. cõſ. 389. per tot.
lib. 1. & in ſimili termino ꝓrogationis cuiuſdã
venditionis Bert. conſ. 204. num. 7. 8. lib. 1.
latiſſimè Gabriel de dilat. concl. 2. & in termi-
nis habemus doctr. Galleſ. de vi inſtru. oblig.
in for. cam. num. 19. quem refert Gabriel nu-
mero vndecimo.

Non obſtat ſecundùm Dominos, quòd hoc
procedere fortè poſſit in prorogatione partis,
2 non principis. † Quia, cum & in iſta habeamus
poteſtatem, & voluntatem principis, ſequitur,
quòd & in iſta ſit idem effectus.

Quoad poteſtatem, Cagnol. in l. 2. num. 142.
C. de pact. int. empt. & vendit. hoc in terminis
firmare videtur. Quod comprobabatur per ea,
quæ ponit Ruin. conſ. 160. num. 7. 8. lib. 4. vbi
3 quemadmodum † poteſt priuatus carens iu-
riſdictione præiudicare in iure quærendo ex
contractu alteri, vt puta iuxta exemplum d.
Ruin. vendidi prius vni, deinde alteri vendo, &
trado; ita & multo magis poteſt pręiudicare ſta
tutum, & princeps ipſe. In effectu enim hoc nõ
eſt ſubijcere emptorem nouæ oligationi, ſed
impedire, ne ex lapſu termini emptor libere-
tur ab obligatione prima de retrouẽdendo. In
4 iure † autẽ quęrendo poteſt princeps etiam ſi-
ne cauſa præiudicare. Ruin. d. conſ. 160. nu. 8.
idem Ruin. conſ. 163. num. 22. lib. 5. Quod etiã
confirmari poteſt. Nam in caſu propoſito iſta
5 dicitur dilatio ſpei: poteſt autem princeps † dif
ferre ſpem competentem ex contractu, quia il-
la dicitur quædam diminutio, non autem abla-
tio, vt per Brun. conſ. 1. num. 59. Aymo. conſ.
135. num. 9.

Quoad voluntatem principis, videndum eſ
ſet, an voluerit inducere nouam obligationem,
aut verò ſolùm primam prorogare? Ita enim ra
tiocinatur Dec. conſ. 497. quod eſt in eodem
caſu, in quo conſuluit conſ. 362. Et licèt ambo
conſ. Dec. reprobet Socin. Iun. conſ. 75. lib. 3.
id non obſtat, quia ipſe non impugnat ea, quia
in iure non ſint vera, ſed quia in illo facto de-
monſtrat, quòd voluit inducere Antonius no-
uum fideicommiſſum, quod nõ eſt hic. Quòd
voluerit inducere nouam obligationem, hoc
nullibi legitur, nec aliquod verbum eſt in tota
ſcriptura, quæ hoc innuat. Quòd verò voluerit
prorogare antiquam obligationem, pluſquam
6 manifeſtè patet ex illis verbis, † prorogare, ex-
tendere, & ampliare, quæ non poſſunt eſſe ma-
gis clara, vltra illa verba, perinde ac ſi: ex qui-
bus verbis demonſtratur, quòd ſimus in proro-
7 gatione. † Dec. d. conſ. 497. num. 5. Ita vt in hoc
caſu poſſumus dicere, quod dicit Imol. conſ. 10.
8 ſub. numer. 2. cum appareat † de expreſſa men
te prorogantis, non eſt locus coniecturis. Cum
9 itaque conſtet Papam † voluiſſe procedere per
viam ꝓrogationis, non autem inductionis no-
uę obligationis, ſequitur, quòd ea debuerit fie-
ri cum omnibus ſuis qualitatibus. l. labeo. 2. ff.
de arb. Doctor. communiter in l. cum ſtipula-
tus ſim à Proculo. ff. de verb. oblig. vbi Alciat.
& in. l. 1. §. & poſt operis. de oper. nou. nunc. &
in c. de cauſis. cũ alijs all. de off. deleg. dr enim
10 terminus prorogatus † idẽ terminus, nõ quoad
veritatem terminorum, ſed quoad interpreta-
tionem, & fictionem extenſiuam. Bald. conſ.
436. in fin. lib. primo.

Quibus ſic conſtitutis ijdem Domini hanc
ſententiam ſequentes, reſpondebãt ijs, quæ ex
aduerſo obijciebantur.

Primo enim opponitur huic gratię, quòd ea
ſit contra ius. l. ſi à te. C. de pact. int. empt. &
vend. quòdque obſtat reg. de iur. quæſ. nõ tol.
Reſpondebant, quòd hæc eſt alia quæſtio, quæ
erit particulariter videnda, & fortaſse faciet
difficultatem materia. d. l. cum ſtipulatus ſim à
Proculo.

Secundo opponitur, quòd, cũ ſimus in odio-
11 ſis, † terminus prorogationis non dicitur idem
terminus. Bald. in d. l. ſi à te. Reſpondebatur in
primis, quòd dictum Baldi procedit quoad pæ
nam, in qua non ſumus hic, quia non agimus
de pœna. Deinde illud dictum ſecundùm præ-
dictos Dominos communiter reprobatur, quia
12 etiam quoad pœnam † dicitur idem terminus,
vt not. Alex. Aret. Iaſ. & alij in d. l. cum ſtipulã
tus ſim à Proculo. Calcan. conſ. 80. num. 15. Et
licèt Cou. in c. quamuis. de pact. in 6. in 1. pri.
part. ſub. num. 6. diſtinguat, quòd, quando per
prorogationem prorogatur obligatio, quæ tẽ-
pore finiebatur, tunc pæna non cenſeatur repe
tita: quando verò durabat obligatio, ſed proro
gatur tempus ad ſoluendum, tunc intelligitur
prorogata etiam pœna; tamẽ hæc diſtinctio ni
hil facit in contrarium, quia hic non agimus de
pæna, & ſatis eſt, quòd illa generalitas non eſt
vera, quòd in materia odioſa terminus proro-
gationis nõ dicatur idem terminus, quia etiam
in materia odioſa id procedit, vt in pæna tenet
Aret. in d. l. cum ſtipulatus ſim à Proculo. col.
penult. in princip. & ibi Alex. num. 4. & 8. Iaſ.
num. 4. vbi dicit, quòd iſta eſt veritas, & inducit

inter alia,l.lecta.ſi cert.pet.vbi ,progatio intel-
13 ligitur facta ſub vſuris,& vſuræ † ſolutio eſt pæ
na.facit etiā bene Cæpol.in cauſ.crim. conſ.8.
14 vbi apparet, quòd prorogatio † cenſetur facta
cum omnibus qualitatibus etiam in materia
valde odioſa.

Tertio opponitur,quòd regula de ,progatio-
ne cum ſuis qualitatibus procedit,quando pro
rogatio fit ab eo ipſo,qui facit actum. Bald. in.
l.ſi à te C.de pact.inter empt.& vend. Et hinc
15 videmus,quòd !prorogatio † facta principali
non prodeſt fideiuſsori,ad not.in l.ſi ſeruus.C.
locati.cum alijs alleg.per ſcribentes. Reſpon-
debant Domini,quòd imò dicta regula proce-
16 dit,etiā quando† prorogaretur à tertio,à cuius
poteſtate penderet facere illū actum, & noce
re illi tertio,& ita loquūtur omnes Doct.& ita
declarare videtur Calca.d.conſ.80.n.15.Nam,
17 quando prorogatio † non fit ab eo, qui fecit
actum,ſed ab eo,qui haber poteſtatem facien-
di illum actum,tunc dicitur verè prorogatio,&
agitur ex illo primo actu prorogato. Dec. d.
conſ.497. vbi vult,quòd agatur ex teſtamento
Laurentij,& non Antonij.

18 Non obſtat,qnòd in præiudicium † tertij
non cenſeatur identitas actus, quia id intellige
bant,quando illi tertio præiudicari non poteſt
per prorogantem,ſed ſi illi poteſt præiudicari,
quoad omnes cenſetur idem actus,quia in iſto
caſu ceſſat ratio Docto. quæ eſt, quia non ſu-
mus in his,quæ à poteſtate partium dependēt.
Gabriel vbi ſupra.num.24. Lex autem pendet
à poteſtate principis, qui & potuit,& voluit
præiudicare, & propterea dicitur idem termi-
nus indiſtinctè.

Non obſtat, quòd non poſſit dici proroga-
tio,quia plura fuerunt addita,quia imò nihil vi
detur additum.

19 Non obſtat, quòd contractus † non ſint in
poteſtate principis. c. 1. de probat. qnia illud
procedit quoad cōtractus initos cū ipſo prin-
cipe,in quibus ipſe nō poteſt alteri præiudica-
re,ſed benè poteſt præiudicare in iure quærē-
do ex contractu alterius. Ruin. (qui ita decla-
rat) conſ. 36. num. 17. verſ. nec obſtat quòd
princeps.lib.1.

20 Non obſtat,quòd Princeps non † ſuppleat
conſenſum, &c. qnia hic dictus Io.Petrus non
inuoluitur in alia noua obligatione, & nouo
conſenſu,ſed in prima, & antiqua, & tantum-
modo princeps voluit,quòd durante alio an-
no ſequenti,ipſe non liberaretur à priori obli-
gatione, & ita ſecundùm prædictos Dominos
videtur velle Cagn.vbi ſupra. Alioquin ſeque
retur, quòd diceremus extinctam obligationē
primam,& quòd agi non poſſet virtute primæ,
ſed quòd virtute reſcripti Papa induceret no
uam obligationem. Quod prædictis Dominis
primam opinionem tenentibus videbatur ab-
ſurdum:cum imò magis in iſtò caſu per reſcri-
ptum Papa dicatur conſeruare actionem, quæ
erat tēpore peritura,per dicta verba proroga
21 re,extendere,& ampliare:& multo faciliús † in-
ducitur conſeruatio, quàm noua acquiſitio. l.
patre furioſo.de ijs,qui ſunt ſui.l.1.§.caſum.de
22 poſt. Aym.cōſ.292.n.2.& faciliùs quid † pro-
rogatur,quàm de nouo inducatur. Boer. deci.
283.num.11.& deciſ.294.num.18. Cum enim
Papa velit,quòd perinde poſſit redimere, ac ſi
eſſet intra quadriennium,prout potuiſset tunc
agi executiuè,ita & eadem prorſus ratione de-
bet poſse agi etiā poſt. Neceſſariò ergo appa-
rere videtur,quòd Papa vult, quòd duret pri
ma obligatio, vt in ſimili caſu ponderat Corn.
conſ. 235.numer.9.lib.2. Vbi etiam ipſe dicit,
quòd,cum verba ita arctent,illis ſtandum eſt,
cum præſertim Papa mandet ita iudicari debe
23 re. Per quam viam,etiam quòd Papa † hoc fa-
cere non potuiſset directò, vt læderet ius alte
rius; indirectè tamē bene facere potnit, & per
hanc viam præiudicare,ex alleg.per Ruin.cōſ.
21.num. 16. lib. 1. & hæc pro affirmatiua fue-
runt deducta.

Alij Domini,qui negatiuam tenebant, nem
pe non potuiſse agi executiuè, vltra alia dedu-
cta per informantes, pro hac parte moueban-
24 tur ex infraſcriptis. Nam, quamuis princeps †
poſſit huiuſmodi dilationem concedere.l.quo-
ties.C.de prec.imp.offer.cum Cagnol. & alijs
alleg.tamen, cum gratia principis reſpectu ter
tij ſit ſtrictiſſimè interpretanda, dicendum eſt,
id tantùm principem conceſſiſse,quod expreſ
ſum eſt in reſcripto, nempe dilationem, ſiue
prorogationem temporis, non autem proceſ-
ſum executiuum, cum de eo nulla in diſpoſiti-
na ſui reſcripti fiat mētio. Corroboratur, quia
25 princeps † nunquam cenſetur vti plenitudi-
ne poteſtatis,quādo actus,quem facit,aliàs va-
lere poteſt. Caſtren.conſ.414.numer. 5. lib. 1.
quem refert Alex.in.l.quamquā.C. de teſtam.
milit. Iacob. de S. Georg.in.l.bonorum.in fin.
C. qui admitti. Sed in iſta prorogatione duo
poſſunt conſiderari, vnum dilatio,quam de iu-
re poſitiuo princeps poteſt concedere, iurib.
alleg.per informantes:alterum poroceſſus exe
cutiuus, quem, ſi princeps dare voluiſſet, cir-
cumſcripta obligatione Io. Petri del Drago,
vtique in executionem ſui reſcripti dare po-
tuiſſet.

tuiſſet. Verùm de ipſo nos non loqui dicebāt,
ſed de proceſſu executiuo vigore obligationis
primæuæ: quod non poteſt facere princeps, ſal
tem de poteſtate ordinaria, ſed requiritur ple
26 nitudo poteſtatis. Et ratio eſt, quia obligatio †
priuatorum eſt de iure naturali, nec poteſt cā
princeps tollere, neque immutare ſine eorum
conſenſu. Innoc. in c. quæ in eccleſiarum. de
conſtit. Et ex hoc inferebant, quòd iſta proro
gatio continet nouam obligationem ex lege,
non autem ex conuentione prouenientem: &
in hoc caſu erit vera opinio Bal. conſ. 94. lib. 5.
quem refert Tiraquell. de retract. conuent. §.
1. gloſ. 7. num. 36. Et hic optimè quadrat argu
mentum informantium pro d. Io. Petro, quòd,
27 vbi prorogatio † non fit per illum, qui actum
expediuit, ſed per tertium, nunquam dicitur
idem terminus, ſed nouus, vt per Felin. in al-
leg. c. de cauſis. num. 3. vbi Dec. Bero. & alij de
offic. deleg. & Dec. conſ. 93. per tot. cum alijs
alleg.

Ex hoc tollitur fundamentū contrariæ par-
tes, quòd totū innititur ſuper regula illa, quòd
28 prorogatio † cenſetur facta cum eiſdem quali-
tatibus. Nam ex ſupra deductis patet, quòd
hæc non eſt prorogatio.

Sed & alio modo reſpondetur, (quæ reſpō
29 ſio placebat eiſdem Dominis) regulam illā †
non procedere reſpectu repetitionis qualita-
tum, quæ dependent à conſenſu aliarum perſo
narū, & non prorogantis, exemplum in obliga
tione fideiuſſorum. Felin. in c. 1. num. 5. in fin.
de iureiur. latè Tiraquell. loco allegato. num.
32. Ideò abſurdum videtur, ſi in iſta obligatio-
ne dati fuiſſent fideiuſſores, quòd prorogatio
principis plus operaretur, quàm ſi fuiſſet facta
ab eodemmet principali. Neq. præſumendum
eſt, quia modicum illud præiudicium, quod cō
ſideratur reſpectu principalis, euaderet maxi-
mum reſpectu fideiuſſorum. Nec placebant
eis reſponſiones ſupra datæ huic motiuo.

Præterea ſecundùm prædictos Dominos
hanc negatiuam ſequentes, ſequeretur aliud
abſurdum, quòd d. Io. Petrus cenſeretur per-
iurus, & excommunicari poſſet nullo præuio
conſenſu, nec iuramento. Nam eis non place-
bat, quòd hic adſit fictio. Non enim opus eſt
ad hoc, vt principis gratia huiuſmodi ſortiatur
effectum, aliqua fictione. Et quòd dicitur, per-
inde ac ſi duraret &c. non apponitur ad indu-
cendam fictionem, ſed ad effectū parificatio-
nis vtriuſque caſus. Quod ſatis perſuadere po
teſt ijs, qui volent fictionum materiam diligē-
30 ter rimari. Nam fictio † ſemper requirit duo
extrema veritatis, veluti in poſtliminio, ille, qui
reuertitur, fingitur ſemper fuiſſe apud ſuos, nō
item ille, qui nunquam reuertitur.

Quòd autem hæc ſit noua obligatio aliun-
de, quàm ex conſenſu proueniens, licèt prior
conſenſus dederit cauſam principi conceden-
di dilationem, dicebant videndum eſſe Corn.
conſ. 235. num. 9. lib. 2. vbi tradit, quòd, quan-
31 do aliquid † additur, vel immutatur, dicitur
nouus contractus, & noua obligatio: hic autē
perſona concedens dilationem eſt omnino no
ua, & eſt ſub noua forma, cum præſcribat mo
dum iudicibus iudicandi. quod facere non po-
terant priuati contrahentes, ergo &c.

Quòd verò regulariter prorogationes non
dicantur nouam inducere obligationem, fate-
32 bantur, ſed dicebant, hoc eſſe verum, † quo-
ties fiunt ab eiſdem perſonis ſub iiſdem mo-
dis, & forma, & ita procedit dictum Dec. conſ.
497. num. 2. bene facit Socin. conſ. 99. num. 2.
vol. 3. Vbi verò aliquid additur, vel detrahi-
tur, vel alteratur, tunc nouus actus inducitur.
33 Et ita limitatur regula, † quòd actus factus tē
pore prorogato ſit vnus, & idem cum actu pri-
mi temporis. plures refert Gabriel concluſ. 2.
de dilat. num. 25. in 2. limit. ad d. reg. Detrahi-
tur autem, & alteratur primæ obligationi vl-
tra prædicta, quia in prima obligatione eſt cō-
ſenſus, & voluntas ipſius partis, in ſecunda nō
eſt. ad idem Gabriel ibidem num. 26. Et qui
hanc opinionem tenebant, ad clauſulam, perin
de ac ſi quadriennīū duret, & clauſulam, ſublata,
& decretum irritans, dicebant eas proce-
dere reſpectu principalis obligationis, & di-
ſpoſitionis, non reſpectu obligationis came-
meralis, de qua nullum verbum legitur in gra-
tia. Actus enim agentium &c. & vt minus gra
tia principis præiudicet tertio, & prædicta ma
ximè, quia ſumus in materia obligationis odio-
34 ſa, in qua ſtricta † debet fieri interpretatio.
l. quicquid aſtringendæ. de verb. obl. & quic-
quid eſt omiſſū, debet haberi pro omiſſo, &c.
l. triticū. ff. eod. ad quod bene facit vltra alleg.
Dec. in c. de cauſis. ſub num. 7. verſ. tertio præ-
dicta concluſio. & verſ. 4. limitatur. de offic. de
legat.

Videbantur autem Domini concorditer in-
clinare. quòd hic magis ſumus in prorogatione,
quàm in dilatione, cum ſit facta ante lapſum
primi termini. Cum ſatis ſit ad hoc, vt dicatur
35 prorogatio, † ſi fiat ante lapſum vltimi momē-
ti primi temporis. Tiraquell. vbi ſupra. nume.
41. latè Gabriel d. concluſ. 2. num. 1. & 2. Et
36 ſemper eſt ſumenda interpretatio † fauorabi-
lior

Digitized by Google

lior actui, vt dicatur factus tempore magis ſibi vtili. De quo dabant Domini varia exempla vulgaria. Licèt igitur in caſu noſtro in prorogatione dicatur ante finem prædicti quadriennij computandum, dicebatur debere intelligi, ideſt ante momentum finis prædicti quadriennij.

Quia tamen principalis controuerſia, quę erat inter Dominos, fuit, an eſſemus in prima, & antiqua obligatione prorogata, an verò eſſemus in nouiter creata, mandarunt, vt dubitem particulariter.

An duret prima obligatio, & an ex ea agi hodie poſſit, an verò actio, quę competit, detur ex reſcripto, puta cōditione ex lege, vel ſimili, & in effectu ex noua obligatione tantùm.

Dixerunt autem, quòd primo videam, an, cum ſimus in gratia, non motu proprio facta, prius gratia ſit verificanda, vel non? De qua re
37 dixerunt vidēdam eſſe † reſolutionem coram R.P. Domino Aldobrandino, in vna Maioricē. parochialis 27. Iunij 1572. vbi habetur, an & quando ſit neceſſaria aperitio oris, vt poſſit opponi gratię principis habenti clauſulas decreti irritantis, Item clauſulam, ſublatam, & alias huiuſmodi.

DE PROBATIONIBVS. Salamantin. Penſionis Veneris. 4. Decembris. 1573.

EPITOME.

Clericatus non eſt probandus per militem Hieroſolymitanū, qui expeditis literis penſionis appellatus non eſt clericus, quamuis in ſupplicatiōe clericū ſe nominauerit. quia, præterquam quòd literæ attenduntur, is dicitur clericus ſaltem largè, & eccleſiaſtica perſona, atque ſubeſt iudici eccleſiaſtico.

SVMMAE.

1 *Clericatum quando quis non teneatur verificare?*
2 *Gratia forma, & perfectio datur per expeditionem literarum.*
3 *Supplicatio ſola non probat concluſiuè gratiam formalem, & in mundum redactam.*
4 *Officiales Cancellaria in expeditione literarum interdum extendunt clauſulas ſupplicationum diuersè iuxta eorum ſtylum.*
5 *Gratia per ſolam ſupplicationē à Rota informis appellatur.*
6 *Supplicatio perficitur per expeditionem literarum.*
7 *Supplicatio, & narrata in ea non attenduntur, ſed ſola literarum expeditio.*
8 *Literæ ſunt canonizandæ, non ſupplicatio.*
9 *Relatiuum, qui, ſtat reſtrictiuè, & declaratiuè.*
10 *Literas eſſe expeditas per cameram, vel cancellariam, non releuat.*
11 *Milites Hieroſolymitani dicuntur religioſi, et regulares ſaltem largè, & num. 15. atque ſunt de foro eccleſiaſtico num. 12.*
13 *Milites in ordine approbato à Papa, dicuntur religioſi, & eccleſiaſtica perſona.*
14 *Eccleſiaſtica immunitate gaudet exiſtens in ordine à Pōtifice approbato, & manens in domo propria, atque viuens honeſtè vt laicus.*
16 *Supplicationis narratiuā ſufficit qualitercunque verificari.*
17 *Templarij, Hoſpitalarij, & huiuſmodi, veniunt appellatione laicorum. Intellige, prout num. 18. & 19.*

PRAESVPPOSITA.

Præſuppoſito quòd Franciſcus Guiral narrauerit in ſupplicatione reſeruationis penſionis, de qua agitur, ſe eſſe clericum Abulen. ſeu illius Diœceſ. & militem S. Io. Hieroſolymitani. 1

Et quòd in literis narrauerit tantùm ſe eſſe militem S. Io. Hieroſolymitani, non facta mentione de clericatu. 2

Et quòd Dominus Franciſcus agat pro executione dictarum literarum, prout in commiſsione in actis vltimo loco præſentata, cuius copia in neceſſarijs detur. 3

Et ſtante reſolutione in huiuſmodi cauſa ſub die 13. Aprilis anni præteriti coram R. P. D. Lancellotto facta. 4

Et alia reſolutione 3. Iulij præteriti, coram domino ponente etiam facta, quarum copiæ etiam dentur. 5

DVBIVM.

An prædictus dominus Franciſcus teneatur verificare clericatum in d. ſupplicatione narratum?

47. DECISIO. alioqui. I.

FVit reſolutum dominum Franciſcum in
1 caſu, de quo agitur, non † teneri verificare clericatum, & in hoc magis ſtandum eſſe literis, quàm ſupplicationi. Moti potiſſimùm fue-
2 runt Domini, quia per expeditionem † literarum ipſi gratiæ datur forma, & perfectio. Ita Sarnen. in reg. de non iud. quæſtione. 1. verſ. nam per expeditionem forma, & perfectio gratię datur &c. ad idem facit deciſ. 27. de reſcrip. in nou. quam ad literam refert Egid. concluſ. 746. vbi per ſolas literas debet probari gratia, ergo ſolæ literæ pręſertim ad iſtum effectū videntur debere attendi.

Et placuit Dominis ratio, quia ſola † ſuppli
3 catio non probat concludenter gratiam formalem,

malem,& in mundum redactam, imò quando
4 literę expediri debent, officiales † Cancella-
rię clauſulas ſupplicationis quandoque aliter
extendunt,vel reſtringunt pro ſtylo, & faculta
te eorundem, iuxta concluſ.609. Aegid. quam
5 refert Sarnen. in dicta q. 1. hinc gratia † per ſo
lam ſupplicationem informis per Rotam ap-
pellari ſolet. vulg. deciſ. 19. de conceſſ. pręben.
in nou. Et placebat dictum Bald. in l. contra-
6 ctus. C. de fid. inſtrum. quòd ſupplicatio † dici-
tur per expeditionem literarum perfici, ad idē
Ang. in l. bene à Zenone. C. de quadri. præſcri.
ad idē Aegid. deciſ. 110. mihi col. 7. verſ. ſed
quia gratia, & deciſ. 664. quòd Rota reputet
ius confuſum, & informe gratiam ante expe-
ditionem literarum, quæ tunc formatur, poli-
tur, & ad ſuum perfectum eſse perducitur.

Ex quibus viſum eſt Dominis optimè infer
7 ri ad quęſtionem propoſitam, vt non † ſuppli-
catio, & narrata in ea attendantur, ſed ſolùm
literarum expeditio, in quibus nulla reperitur
8 mentio clericatus: cum maximè non † ſupplica
tio, ſed literæ ſint canonizandæ, per trad. in prę
dictis locis: & officiales, qui non curarunt
de hac qualitate clericatus in literis, cum ſint
organum Papæ, dicuntur declaraſſe mentem,
& voluntatem Papæ eſſe, vt mentio clericatus
qualitercunque verificetur in militia narrata.

9 Et placuit hoc caſu relatiuū † (qui) ſtare re
ſtrictiuè, & declaratiuè, vt clericatus ſupra nar
ratus declaretur ex militia, vt ſic ipſa militia in
caſu magis dubitabili, nō autē ſine effectu dica
tur expreſſa; alioqui enim ocioſa (clericatu ex-
preſſo, qui maior eſt) penè viſa eſſet, & indubita
bilis. Et licèt prędictæ literæ dicātur expeditæ
non per Cancellariam, ſed per Camerā; Dn̄is,
10 nō eſt viſa hęc releuans † differentia inter vnū,
& alterum caſum, cum omnes ſint officiales
Papæ, & ab eodem ad hoc deputati, & par in
huiuſmodi omnium ſit facultas, & Camera re-
gulariter non diſcedat à ſtylo, & modo expe-
diendi literas Cancellariæ.

Et tanto magis prædicta vera viſa ſunt, quia
prædicti milites Hieroſolymitani, qui non poſ
ſunt contrahere matrimonium, & promittunt
obedientiam ſuperiori, & non poſſunt retro-
11 cedere ab illo ſtatu, dicuntur † religioſi, & re-
gulares, ſaltem largè, quicquid ſit de alijs Ho-
ſpitalarijs, ita Sum. Angel. in ver. religioſus. nu
mer. 1. circa med. Idem dixit Abb. in rub. de re
gul. ſub num. 4. Idem Felin. in c. 2. num. 8. tum
in princ. numeri, tum in verſ. item ſubdunt. vbi
ait, quòd religioſi Sancti Ioannis Hieroſolymi
12 tani non eſt dubium, † quòd ſint de foro eccle
ſiaſtico, ex Ioanne Mona. in c. ex eo. de elect. in
13 6. & milites † huiuſmodi in ordine approbato
à Papa, dici religioſos, & eccleſiaſticas perſo-
nas, dixit Butr. de oblig. ad ratioc. c. vnico. nu.
13. & in c. nullus. de for. cōp. Vaſchius in prin.
lib. 3. controuerſ. illuſtr. c. 105. num. 49. & 50.
latè & 51. & Card. in Clem. cum de quibuſdā.
de relig. dom. & Hoſtien. in c. non dubium. de
ſentent. excommun. ex quibus videtur colligi,
14 quòd † exiſtens in ordine à Pontifice approba
to, remanens in domo propria, & viuens hone
ſtè vt laicus, cenſetur vt clericus, ex toto trā-
latus in foro, & immunitate eccleſiaſtica. Mili-
tes autē prædicti hæc omnia faciūt, vt patet ex
15 corū regula, ex quibus apparet milites † prędi
ctos reputari religioſos, itē cenſeri poſſe vt cle
16 ricos ſaltem largè, & ſic narratiuam † prędictæ
ſupplicationis qualitercūque verificari poſſe.

Allegabant etiam aliqui in arg. Dec. in c. ec
17 cleſia Sanctæ Marię. nu. 7. de conſtit. Et licèt †
Templarij, Hoſpitalarij, & huiuſmodi veniant
appellatione laicorum, Innoc. in c. 1. de celeb.
miſſ. Gemin. in c. ex eo. 5. in eccleſijs. num. 3. de
elect. in 6. poſt Archid. ibi. Lamb. de iur. patro.
1. part. lib. 2. q. 7. art. 5. num. 2. & art. 7. num. 6.
18 tamen poteſt dici, † quòd vel loquuntur pro-
priè, & fatendum eſt non dici clericos, vel per-
ſonas eccleſiaſticas propriè, ſed magis laicos:
aut largè, & tunc ſecus per ſupradicta.

Secundo poteſt dici, quòd multi ex prędi-
ctis non loquuntur de militibus Sancti Ioan-
nis Hieroſolymitani, qui promittūt illa tria, de
quibus ſupra, ſed de alijs Hoſpitalarijs, vt bene
diſtinguitur per prędictos auctores, & Lam-
bert. qui vocat Templarios, & huiuſmodi lai-
cos, non vocat puros laicos, imò diſtinguit eos
à puris laicis, vt per eum q. 7. num. 6. Si ergo
non ſint puri laici, negari non poteſt, quin ſal-
tem largè ſint eccleſiaſtici.

19 Ad loca ex aduerſo deducta, quòd milites †
huiuſmodi ſint laici, iuxta gloſ. in c. 1. in verb.
perſoluant. in 6. de verb. ſignific. Milis in ſuo re
pert. in verb. religioſi ſunt. Lamb. in loco per
Moder. alleg. cum simil. reſponſum eſt, hoc eſſe
eo reſpectu, quia ordinem clericalem non ha-
bēt, & ſic propriè, vt in his terminis loquitur
prędicta gloſ. & Docto. prędicti, ſed largè alijs
reſpectibus ſupra relatis benè poſſunt reputa-
ri perſonę eccleſiaſticę, & cenſeri vt clerici, ma
ximè ad hunc effectum pēſionis, & ex diſpoſi-
tione Papę per prędicta. Et ex prędictis colli-
gitur virtualis reſpōſio ad omnia alia ex aduer
ſo deducta. Nec enim cadit hic ſubreptio dolo
ſa, vel falſitas circa expreſſionem facti proprij,
quia

quia Dñi dixerunt, ꝙ non culpa, aut facto proprio impetrantis hoc proceſſit, ſed magis facto organi, & officialium Papæ, & ſic ex mente præſumpta eiuſdem Papæ. Nec placuit etiam hic cadere errorem, per aliàs reſoluta die 3. Iulij proximè præteriti, & per ſupra deducta.

Salamantina penſionis Sabbati 23. Ianuarij. 1574.

EPITOME.

PRobandi onus, quanta penſio ſit reſeruata ſuper fructibus beneficij, incumbit penſionario.

SVMMAE.

1 *Penſionario incumbit onus probandi quantitatem penſionis reſeruatæ ſuper fructibus beneficij.*
2 *Aſſertio ſupplicationis eſt probanda per aſſerentem.*
3 *Verba, vt aſſerebas, important, quòd impetranti incumbat onus probandi talia aſſerta.*
4 *Verba, vt aſſeris, parti referuntur, et differunt à verbis, vt aſſeritur.*
5 *Ratione, qua quis debet probare non exceſſum in ſua penſione, eadem probare, debet non exceſſum in alijs.*
6 *Impetrans tenetur probare, quæ reſpiciunt validitatem penſionis.*
7 *Verbum, forſan, quando referatur ad verbum, aſſignatæ?*
8 *Forſan, verbum eſt dubitatiuum, & nihil affirmat, limitare prout num. 9.*
10 *Exceptionem probare debet reus eam allegans, ac ſi eſſet actor.*

PRAESVPPOSITA.

Stante clauſula ſupplicationis reſeruationis penſionis 50. ducatorum, ſuper fructibus theſaurariæ, de qua agitur, tenoris infraſcripti, videlicet ſup theſauraria eccleſiæ Salamantinæ, & illi annexis, fructibus, redditibus, & prouentibus, quorum medietatem ipſa, & aliæ deſuper forſan alijs aſsignatæ penſiones annuæ, vt eoam aſſerebas, non excedebant. 1
Et reſolutionibus in huiuſmodi cauſa factis. 2
Et quòd pro parte d. Alphonſi de Aguillera fuerit producta corã A.C. ſupplicatio reſeruationis pẽſionis 150. ducatorũ, cuius in neceſſarijs copia detur. 3
Et quòd pro nunc dicta penſio 150. ducatorum ſine veri præiudicio fuerit iuſtificata. 4

DVBIVM.

An onus probandi quanta penſio ex dictis 150. ducatorum ſit reſeruata ſuper fructibus theſaurariæ, incumbat domino Alphonſo, vel potius domino Franciſco ad effectum, de quo agitur?

48. DECISIO. alioqui. II.

1 FVit reſolutum onus † probandi, quanta pẽſio ex dictis ducatis 150. ſit reſeruata ſuper fructibus theſaurariæ, incumbere d. Franciſco penſionario in caſu propoſito ea potiſſimùm ratione: quia hæc eſt narratiua, † & aſſer-
2 tio eiuſdem Franciſci, ergo per eum eſt probãda, per vulg. c.1. vbi Io. Andr. & alij de lit. conteſt. in 6. Rot. deciſ. 20. de præb. in nou. Aegid. deciſ. 303. Pariſ. conſ. 49. num. 31. in 4. Aymo conſ. 68. num. 2. cum ſexcentis ſimil. Ad hoc ipſum ponderabant & illa verba, vt aſſerebas,
3 quæ † important incumbere impetranti onus probandi talia aſſerta, vt per Caſſad. deciſ. 4. num. 1. de probat. per Rotam deciſ. 77. de re-
4 ſcript. in antiq. verba † enim, vt aſſeris, parti referuntur, & in hoc differunt à verbis, vt aſſeritur, deciſ. 60. eodem tit.

Conſiderabant etiam Domini, quòd, cum tam ſua ipſa penſio, quàm aliæ, quæ medietatẽ fructuum non excedere narrantur, ſub eiſdem verbis, vt aſſerebas, pari formiter compre-
5 hẽdãntur: qua † ratione Franciſcus debet probare non exceſſum in ſua penſione, eadẽ prorſus debet probare eundem nõ exceſſũ in alijs. quia cũ nulla poſſit afferri ratio differentiæ inter vnũ, & alterũ caſum, vna determinatio, &c.
6 Et eſt vulgare, quòd, cum hæc † reſpiciant validitatem penſionis, probatio eorum ſpectat ad impetrantem, cum maximè in effectu ſua ipſa oratio generalis hunc ipſum caſum, licèt nõ in ſpetie implicitè tamen omnino contineat.

Pro reſolutione autem eorum, quæ ex aduerſo dicuntur, dicebant Domini, quòd non exceſſus in caſu, de quo agitur, non eſt exceptio Alphonſi, ſi rectè aduertatur, ſed eius exceptio eſt ipſa penſio 150. ducatorum, de qua agitur, & eius exiſtentia, quæ exceptio ſatis per eundem Alphonſum præſupponitur probata, vt in 3. & 4. præſuppoſito. Igitur prædicta penſione ita conſtituta, & probata, intrat prædicta narratiua, & aſſertio Franciſci, quòd medietatem fructuum cum alijs non excedat, per eundem Frãciſcum impetrantem probanda, & verificanda eſt per ſupra deducta.
7 Et placuit verbum, † forſan, omnino referri ad verbum, aſſignatæ, cui eſt iunctum, nec poſſe ſalua ratione recti ſermonis, vllo modo referri ad verbum, non excedebant.

Et licèt ex aduerſo dicatur, quòd prædictus Franciſcus præciſè non narrauerit de alia pen-
8 ſione, ſed tãtùm dubitatiuè, & per prædictum † verbum, forſan, quod nihil affirmat. l. in ſubſtitutione. cũ ibi not. de vulg. & pupill. Alciat. conſ. 25. num. 10. lib. 1. tamen pro reſponſione
9 dicitur, quòd hanc † ipſam penſionem confeſſus eſt, & aſſeruit (quatenus daretur) non excedere

cedere medietatem, vt ex literis ipſis in verb.
vt aſſerebas; ponderando, vt ſupra probatū
eſt: huiuſmodi autem penſionis exiſtentiam al-
legauit Alphonſus reus pro exceptione, & hāc
10 ipſam probauiſſe prę́ſupponi videtur tanquā †
actor in hac exceptione, iuxta l. primam, & ſecū
dam. de except. Vnde, vt dixi, intrat prędicta
confeſſio, ſeu aſſertio Franciſci de eiuſdem pē-
ſionis probatę non exceſſu, quam probare de-
bet per ſupra dicta.

Iſpalen. penſionis Lunæ 14. Iunij 1574.

EPITOME.

Cenſurę contra aliquem relaxatæ iſto caſu dicuntur vberrimè iuſtificatæ.

SVMMAE.

1 *Teſtis deponens per verbum præſentis temporis, quando concludat etiam in præteritum?*
2 *Confeſsio auctoris facit coniecturam, & adminiculum.*
3 *Confeſsio auctoris non nocet ſucceſsori.*
4 *Confeſsio cuiuslibet tertij adminiculatur, quòd res ita ſe habeat.*
5 *Valoris narratiua ex quibus probetur.*
6 *Teſtis cū dicto vbi concurrunt coniectura, & præſumptiones ex circunſtantijs facti, ſtatur vnico teſti, adhuc in qualibet materia.*
7 *Valorem ad probandum pro iuſtificatione narratiuæ ſufficit ſemiplena probatio.*
8 *Diſtributiones quotidianæ an, & quando includantur ſub aſsignata penſione?*

DVBIVM.

An cenſuræ ad fauorem prædicti Melchioris, & cō-
tra dictum Ferdinandum relaxatæ, ſint ſufficienter iuſti
ficatæ in caſu, & ad effectum, de quo agitur, & per con
ſequens dicta ſententia R. P. D. Lancellotti veniat re-
uocanda?

49. DECISIO. alioqui. III.

FVit reſolutum concorditer per Dominos
cenſuras contra. d. Ferdinandum relaxa-
tas eſſe ſufficienter verificatas in caſu, de quo
agitur. Dicebant enim probari, quòd fructus,
de quibus agitur, non excedunt quingentos.
Imò etiam affirmatiuè, quòd ad 500. aſcendūt
ex quarto teſte pro parte D. Ferdinandi exa-
minato, de quo in 13. prę́ſuppoſito, qui fuit ca-
nonicus Iſpalen. per ſex, vel ſeptem annos ſcili
cet à 1533. ad 1540. & conſequenter percu-
tit annū 1534. qui apertè deponit, quòd aſcen
dunt ad 500. & quandoque excedunt. Et licèt
1 loquatur per verbum † præſentis temporis,
aſcendunt; tamen placebat Dominis ex ratio-
ne allegata per eum, apertè complecti etiam
annum 1534. de quo agitur, dum ait, quia ita
percepit annuatim &c.
Adiuuabant Domini dictum prædicti teſtis
2 ex coniectura, & adminiculo, quòd † reſultat
ex confeſſione auctoris Ferdinandi, de qua in
3 eiſdē literis. Et licèt confeſſio † auctoris non
noceat ſucceſſori, vt dicebant aliàs fuiſſe reſo-
lutum corā D. Sarmiento die 27. Octobris; ta-
men eam perpendebant non tanquam aucto-
4 ris, ſed tanquam cuiuslibet tertij. † Quæ admi-
niculatur, quòd res ita ſe habeat, Corn. conſ.
123. col. 1. num. 29. verſ. & licèt. lib. 1.
Confirmabant etiam ex dicto teſtis primi
Melchioris, de quo in 14. præſuppoſito, qui fe
cit particularem diligentiam cum practicis hu
iuſmodi reddituum canonicatus, quia deſide-
rabat habere vnū, & deponit de 500. Ex qui-
5 bus † dicebant probari, & iuſtificari narratiuā
valoris prædicti.
6 Vbi enim † cum dicto vnius teſtis concur-
runt coniectura, & prę́ſumptiones ex circum-
ſtantijs facti, ſtatur vnico teſti etiam in quacun
que materia. Io. And. in c. fin. col. 1. ad fin. de
ſucc. ab in teſt. tanto magis in hoc caſu ad pro-
bandum valorem pro iuſtificatione narratiuæ,
7 in quo ſemiplena † probatio ſufficit, vt per Ae
gid. alleg. deciſ. 114. cum agatur de ſubreptio-
ne tollenda. Et prędicta cū prę́ſuppoſito, quòd
verba reſeruationis, de qua agitur, capiant di-
8 ſtributiones † quotidianas, per deciſ. Achill. 8.
de penſio. Cui Domini non videbant, quid ex
aduerſo reſpōderi poſſet. cum maximè verba,
continuam reſidentiam, diſtributiones quoti-
dianas in effectu videantur importare: cum
etiam non verè videantur dici diſtributiones
quotidianę, cum non per quotidianum ſerui-
tium, ſed maioris partis anni acquirantur, con-
tra c. 1. de cler. non reſid. cum ſua materia. Su-
per quo tamen, ſi pars petat, poterit ad partes
videri.
Nec obſtat prædictę reſolutioni, quòd dictus
quartus teſtis (cum prę́ſuppoſito quòd pen-
ſio ſit reſeruata etiam ſuper diſtributionibus
quotidianis, deponat, vt ſupra) cum cenſurę
ſint iuſtificatæ ex quarto teſte partis aduerſæ,
& confeſſione eius auctoris, de qua in literis.
Non obſtat, quòd prædictus quartus teſtis non
percutiat annum 1529. quo tempore fuit reſer
uata penſio, quę poſtea fuit tranſlata. Quia in

Digitized by Google

reſeruatione dictę penſionis non exprimitur huiuſmodi valor ad effectum dictę reſeruationis: quinimo Papa vult reſeruare, etiam quòd abſorbeat omnes fructus etiam conſiſtentes in continua reſidentia, ſed tantùm ad effectum reſeruationis regreſſus in euentum non ſolutionis penſionis, & petitionis reductionis ad minorem ſummam, de cuius regreſſus canonizatione modo non agitur.

Calaguritana decimarum del Cortizo Veneris 8. Octobris 1574.

E P I T O M E.

Termini, & confinia per infraſcriptos teſtes probantur;

S V M M AE.

1 *Teſtis de auditu non probat.*
2 *Parochianus alterius parochiæ, deponens ſe ſoluiße decimas in aliena parochia, quamuis ſibi praiudicet, non tamen praiudicium affert illi alteri parochiæ.*
3 *Decimarum exactionis vltimus ſtatus attenditur.*

P R AE S V P P O S I T V M.

Stante conſtitutione ſynodali, & depoſitionibus teſtium, quorum omnium copia detur. 1

D V B I V M.

An conſtet, quòd eccleſia S. Marinæ Vici del Cortizo habeat terminum rotundum diſtinctum ab alijs eccleſijs oppidi de Longrono, ita vt parochiani eccleſiæ Rotundæ dicti oppidi colentes prædia in dicto termino, debeant ſoluere decimas iuxta dictã conſtitutionẽ?

50. DECISIO. alioqui IV.

Domini primo dicebant, quòd nullus teſtis deponit de termino eccleſię S. Marinę, ſed benè de termino vici del Cortizo. Et quantum attinet ad dubium propoſitum, in effectu exiſtimabant non probari diſtinctionem cum loco de Lõgrono, ſed benè cum oppido, & eccleſijs locorum circumuicinorum. Ita enim expreſsè dicit primus ſuper quinto. Itẽ quintus pariter ſuper quinto, qui dicit, quòd habet terminum ſeparatum à locis, & oppidis vicinis. In fine tamen neſcit, an ſit diſtinctum à loco de Longrono. Sextus ibidem dicit, quòd habet terminum rotundum, & ſeparatum, quòd quædam loca, & rura; & hęc reſtringit, vt per eum. Quod etiã patet ex ratione, quam allegat, neпè quia non poſſit ibi paſcere, de qua re latè tãtũ agit, & nil loquitur de termino decimario. Et quamuis ſeptimus teſtis, & octauus videantur ſuper ſecundo aliquam referre diſtinctionem etiam cum termino de Longrono; tamen ſeptimus ait neſcire pro certo, ſed vterque au-
1 diuit à quibuſdam &c. ſic † de auditu. Et ſubdunt, quòd ſcripturę eſſent perditę. Vltimus autem pariter ſuper quinto videtur concordare cum primo, & ſic diſtinctio quoad oppidũ de Longrono non probatur.

Quoad ſolutiones decimarum probatur, quòd incolę dicti loci integrè de prędijs ibi exiſtentibus ſoluebant S. Marinę, & pro ea beneficiatis S. Iacobi. Primus ſuper tertio primę inſt. & in vndecimo tertiæ inſt. ſecũdus, tertius, quartus, & quintus ſup. eo. tertio primæ inſt. ſeptimus, octauus, nonus, & vndecimus ſuper ſecundo tertię inſt. & decimus ſuper vndecimo pariter tertię inſt. Sed pręfatus vndecimus declarat, quòd ibi non aderant aliqui parochiani, niſi S. Iacobi, vſque abhinc 15. annis, & quòd tunc eò venerunt aliqui parochiani S. Marinę, quos neſcit, ſi habebant ibi prędia, nec cui decimarent, ſed dici audiuit à clericis S. Iacobi querelantibus, quòd aliqui parochiani della Rotunda, qui acquiſiuerant prædia in dicto termino del Cortizo, ibidem decimabant Rotundę, & idem faciunt parochiani S. Bartholomæi, qui teſtis omni ſuo tempore habuit prędia in terminis del Cortizo. Probãt etiam omnes ſupradicti teſtes in eiſdem locis, quòd colentes alibi ſoluebant medietatem S. Marinæ, & aliam medietatem parochialibus, ſub quibus degebant. primus, tertius, quartus à 40. an. citra, quintus à 50. an. citra, omnes ſuper tertio primę inſt. ſeptimus ſuper ſecundo tertię Inſt. à 51. ſemper, octauus 40. annorũ ſuper ſecundo tertię inſt. Ipſe teſtis, & alij incolę del Cortizo decimabant integrè S. Marinę, à quo loco poſtquam receſſit, decimauit medietatem S. Marinę, & aliam medietatem eccleſię della Puebla. Nonus ibidem teſtis decimabat, poſtquam inde diſceſſerat vſque ad 9. annos.

Aduertebant tamen Domini, quòd idem primus ſuper vndecimo tertię inſt. contrarium videtur probare à multis annis citra, quòd imò non percipiant amplius prędictam dimidiam decimarum, dum ait, quòd poſſunt eſſe 18. anni, quòd arrendatarij de Irache contradixerũt, & quòd exinde leuant prędictas decimas. Idẽ confirmat ſeptimus ſuper 2. tertię inſtant. vbi, quòd à 15. vel 20. ann. arrendatarij de Irache inceperunt tollere decimas illis, qui habitabãt

extra

extra oppidum del Cortizo,& octauus ibidem dicit,quòd ab hinc 14.an. arrendator decimarum de Irache abſtulit decimam, quam faciebat prędictę S.Marinę,& exinde continuò illas ſoluit arrendatoribus de Irache. Similiter nono teſti à 9.annis fuit perſuaſũ, quòd decimaret ad Irache. Decimus quoque ſuper vndecimo tertię inſtantiæ idem deponit de tempore 15.annorum parùm plus, vel minus. Probant etiam quidam teſtes, quòd hęc eccleſia eſt parochialis, & quòd benè illas decimas capiet, prout decimas eccleſię annexas, quod tamen ex concordia apparet falſum.

Quid inde modo ex iſtis concluſionibus ſequatur,dicebant Domini, quòd nihil omnino videtur ſequi. Nam, cum non probetur, quòd iſti,qui extra colebant, eſſent parochiani alio-
2 rum, quàm S.Iacobi, ſi ſibi † in hoc ipſi præiudicabant, non debuit poſſe prędiudicium inferri alijs parochijs, quę habent intentionem fundatam ſuper conſuetudine: & in diſtinctione
3 terminorum tanto magis,quia vltimus † ſtatus eſt potius pro collegiata, propter illam interruptionem illorum de Irache. Et in ſumma cõcordia Dominis plus placuit, quàm dicta prędictorum teſtium,cum maximè non probetur quòd eccleſia S.Iacobi ſit ſolita percipere decimas ab alijs parochianis colentibus in d. parochia,qui eſt caſus,de quo agitur.

Reatina caſtri Poſtæ. Lunæ. 15. Nouembris 1574.

EPITOME.

DIſtrictuales probantur per teſtes dicentes vidiſſe eos habitare per 18. annos aliquo in caſtro diſtanti ab vrbe intra 40.milliar.

SVMMAE.

1 *Diſtrictualis quo pacto probetur in materia ſtatutorum Vrbis?*
2 *Statutorum Vrbis lib.1.cap.156. & lib.3.cap.250. intellectus.*

PRAESVPPOSITA.

Præſuppoſito,quòd reperiatur in actis productum inſtrumentum publicum inter DD. de Brancaleonibus ex vna, & d.Hieronymum Cuparum parte ex altera, occaſione cuiuſdam tranſactionis inter eos celebratæ,io quo dicitur ipſas partes eſſe Romanos ciues, & faciens meotionem de bo.mem. Iacobo de Brancaleonibus, oominatur Domicellus Romanus, ſub die 4. Maij 1552. In reg. fol. 96. 1

Et quòd eſſet etiam aliud inſtrumentum publicum inter Illuſtr. d. Petrum Antonium de Brancaleonibus, & d. Camillum Pignattellum ſuper locatione caſtri Viuarij per ipſum d. Petrum Antonium ipſi d. Camillo facta, in quo d. Petrus Antonius nominatur Domicellus Romanus ſub die 30. Auguſti 1573. in reg. fol. 95. 2

Et præſuppoſito Vrbis ſtatuto 156.lib.1.de ciuibus intelligendis pro Romanis. 3

Et alio ſtatuto 250.lib.3. 4

Et alio ſtatuto 47.lib.5.io nou. de reformat. ſub rub. nę liceat ſecundò prouocare. 5

Et pręſuppoſitis dictis teſtium, quorum ſummarium detur. 6

DVBIVM.

An ſatis conſtet, quòd bo.mem. d.Metellus de Brãcaleonibus, & eius filij ſint Romani, vel ſaltem diſtrictuales Vrbis, ad effectum vt duæ conformes poſsint cõtra eos executioni demandari iuxta formam ſtatut. Vrb.lib.5.cap.72.

51. DECISIO. alioqui. V.

1 FVit tentum conſtare † dominos de Brancaleonibus ſcilicet Metellum, & filios eſſe diſtrictuales ad effectum ſtatuti lib. 5. cap. 72. ex teſtibus ſuper hoc examinatis, potiſſimùm ex quinto, ſexto, & ſeptimo, qui viderunt per 18.annos eos habitare in caſtro Poſtę, diſtanti ab vrbe intra 40.milliaria, vt pariter probant cęteri teſtes, & alia deducta, & aliqui Domini id habebant prò notorio.
2 Statut. † 156.lib.primo.& ſtatut.250.lib.3. loquũtur in materia diuerſa,nempe vel in mercatoribus forenſibus, vel in ciuibus ex priuilegio,non in diſtrictuali.

Sulmonen. reſeruationis medietatis fructuum. Veneris 22.Octobris 1574.

EPITOME.

PRimum extremum nũquid ex infraſcriptis teſtibus probetur?

SVMMAE.

1 *Teſtes de facto proprio ſunt ij, qui conſignarunt.*
2 *Quaſi poſſeſsio percipiendi fructus, probatur ex ipſis literis reſeruationis, quæ conſueuerunt dicere propria auctoritate.*
3 *Teſtis ſingularis in tempore quis dicatur?*
4 *Verba, in antea, quomodo intelligantur?*
5 *Teſtis dicens, quòd percipiebat fructus nomine ſuo, & Antonij, debet intelligi pro medietate.*

6 *Mandatum præſumitur in ſolutione plurium annorum. & vide num.ſeq.*
7 *Poſſeſsio non acquiritur data ignorantia alterius.*

DVBIVM.

An ex teſtibus, quorum ſummarum detur, probetur primum extremum?

52. DECISIO. alioqui. VI.

PRimum extremum Michaelisangeli videbatur Dominis probari ex primo, & vltimo teſte, Primus ad 18. & ſuper 2. & vltimus
1 ad 17. qui ſunt de viſu, & de † facto proprio, quia iſti conſignarunt, & deponunt de medietate, qui benè videntur coadiuuari ex alijs (licèt magis confusè) deponentibus, nempe quinto ad 17. & ſuper ſecundo, qui deponit de fructibus, ſed non de quota. & ex tertio ad 17. qui dicit, quòd percipiebat fructus, & poſſidebat, vt ipſe dicebat ſuo, & Antonij de ſotto nomine. quartus ad 17. qui tamē ſolùm deponit de fructibus S. Mariæ in Bruſchiano. Penultimus loquitur de poſſeſſione beneficij, & potuit hallucinari teſtis, quia iſte Michaelangelus percipiebat fructus quoad tēpus. Et, quia fortè poſſet opponi, quòd non conſtet de mandato, di-
2 cebant, ꝙ probatur † iſta quaſi poſſeſſio percipiendi fructus ex ipſis literis reſeruationis, quia Bullæ conſueuerunt dicere, propria auctoritate. Quod tamen ex lectura ipſius bullæ facilè tolli poterit.

Dubium tamen Dominis faciebat, quòd pri-
3 mus, & vltimus ſunt ſingulares † in tempore. Quia primus deponit, vt apparet ex eius dicto iuxta decimum, quod id fuit de anno 1561. Vltimus de anno 1563. vſque ad annum 1565. Sed iſte vltimus poteſt dari pro conteſte quarto ad 17. quoad tempus, quia vterque de eodē tempore 1563. & 64. deponit. Sed quartus tantū deponit de fructibus S. Mariæ in Bruſchiano, & ideò in fructibus videntur ſingulares.

Tertius an poſſet dici conteſtis vltimi, dubitatum eſt, quia ipſe tertius dicit ad tertium ab anno 1566. in antea, & dubium eſt, quomo-
4 do intelligatur † iſtud, in antea. Quia ſi intelligeretur ideſt infra, non eſſet conteſtis aliquo modo: ſi intelligatur, in antea, ideſt ſupra, fortaſſe poterit dari pro conteſte: Et iſte deponit de perceptione fructuum. Tamen iſte teſtis dicit, quòd Michaelang. reputabatur in illo caſtro poſſeſſor dictorum beneficiorum ſuo, & Antonij nomine, benè idem poteſt dari pro cō teſte, quia deponit de anno 1563, & 64. ad 17. & ſuper ſecundo deponit benè de ambobus beneficijs. Poſſet igitur fundari probatio primi extremi ſuper vltimo teſte, & ſecundo ad 17. & ſuper ſecundo, qui ſunt conteſtes. Et licèt non deponat ſecundus de medietate; tamen, quòd eſſet medietas, probari poſſet ex eodem, & vl-
5 timo, & primo, & ex tertio. Qui cū dicat, † quòd percipiebat fructus nomine ſuo, & Antonij, debet intelligi pro medietate. Dixerunt tamen oportere videre, quo tempore fuerit lis mota. Quia, ſi tempus eſt de ſubſtantia, non probatur niſi de anno 1563. Si opponatur de defectu mādati, placebat, quòd prius aliquid informaretur circa hoc. Qnoniam poteſt eſſe difficultas, quia teſtis ſecundus, & vltimus dicunt, quòd conſignarunt fructus de ordine Ferdinandi Corte-
6 ſij. Sed aliqui dicebant poſſe dici, cum ſit † ſolutio plurium annorum, quòd præſumatur mandatum, Rot. in ant. deciſ. 11. de cauſ. poſſ. & proprietat. Sed hoc poteſt habere difficultatem,
7 quia † non videntur dari adminicula aliqua, & ſecundùm aliquos Dominos in pluribus cauſis Rota non ita ſimpliciter eſt ſequuta illam deciſ. Hic enim conſtat, quòd Corteſius mandauit. Sed de mandato Antonij dubitabant, quia nullam videbant coniecturā; niſi dicatur, quòd ipſe poſſit percipere propria auctoritate, vt ſup. dictum eſt. Sed hoc etiam haberet difficul-
8 tatē, quia data † ignorantia Antonij, non poteſt dici, quòd aliquam quæſiuiſſet poſſeſſionem. iux. not. in c. cum in eccleſia Sutrina. de conſtitutio propterea dixerunt, quòd pars ſuper his ſatisfaceret.

Iſpalen. penſionis 250. ducat. Mercurij. 9. Martij 1575.

EPITOME.

STylus deciſorius præcipuè, vbi agitur de graui præiudicio, eſt legitimè probandus, & extraiudicialis informatio non ſufficit.

SVMMAE.

1 *Stylus deciſorius eſt legitimè probandus, nec ſufficit informatio extraiudicialis præcipuè iure grauis prædicij. n. 2.*
3 *Regreſſus, & fructus cum reſeruantur, ſoluitur in Dataria medietas fructuum expreſſorum.*
4 *Regreſſum, ſtallum in choro, & fructus quando aliquis ſibi reſeruat abſque mentione diſtributionū, ſoluitur in Dataria integra quantitas fructuum expreſſorum, demptis quinque, vel decem ex gratia.*

Stylus

Digitized by Google

5 *Stylus quòd fieri non ſoleat mentio de diſtributionibus quotidianis, quo pacto deduci, & probari debeat? & num. 6.*

D V B I V M.

An ex deductis conſtet ſufficienter de ſtylo in caſu, & ad effectum, de quo agitur?

53. DECISIO. alioqui. VII.

FVit dictum ſtylum, de quo agitur, ex deductis per d. Melchiorem legitimè probatũ
non videri. Nam aliqui Domini dicebant ſty-
1 lum † deciſorium eſſe legitimè probãdum, nec
ſufficere extraiudicialem informationem. Socin. conſ. 36. num. 11, & conſ. 39. num. 28. & 29.
lib. 4. cum adductis per Pedemont. deciſ. 22.
num. 3. Roch. in c. fin. num. 591. de conſtitut.
Roland. conſ. 53. num. 37. volum. ſecun. maxi
2 mè † vbi agitur de graui præiudicio, vt in iſto
caſu, vt per Socin. ibidem.

Non obſtant ſupplicationes productæ, quia ſunt paucæ numero. item procedunt penè õmnes ab eodem fonte, nec conſtat, quòd tunc canonicatus Iſpalen. conſiſteret ſolùm in diſtributionibus quotidianis.

Fides miniſtri R.D. Datarij quibuſdam Dominis potius faciebat dubium contra ſtylum.
3 Quando † enim reſeruantur regreſſus, & fru-
ctus, ſoluitur medietas fructuum expreſſorum.
4 Item quando † reſeruantur ſtallum in choro,
regreſſus, fructus, abſque mẽtione diſtributionum, ſoluitur integra quantitas fructuum expreſſorum, demptis quinque, vel decem ex gratia. Sed in primis ſupplicationibus, in quibus fit mentio diſtributionum, animaduertebãt potius aliquid auctũ. In prima enim fructuus exprimuntur 80. & ſoluuntur 90. & ſic illud plus potuit eſſe pro diſtributionibus. Similiter in tertia fructus exprimuntur 24. & ſoluuntur 95. Et quamuis adeſſet etiam diſpenſatio in 3. credebant, quòd propter huiuſmodi diſpenſationem modicum ſolueretur.

Secunda huic correſpõdet, & in effectu poſt multa firmatum fuit ſtylum non eſſe ſufficien-
5 ter probatum, niſi ſtylus, † deducatur, quòd nõ
eſſet ſolitum fieri mentionem de diſtributionibus quotidianis in iſtis ciuitatibus.

6 Item probetur, † quòd tunc temporis conſiſterẽt fructus in diſtributionibus quotidianis, prout hodie. Ideo voluerunt, quòd fieret maior diligentia, citata parte, & quòd ſtylus probaretur formiter.

Iſpalen. penſionis 250. ducatorum, Lunæ. 13. Iunij 1575.

E P I T O M E.

STylus imponendi penſiones ſuper diſtributionibus quotidianis, quomodo probatus dicatur?

S V M M AE.

1 *Stylus qualiter probetur?*
2 *Diſtributiones quotidianæ dicuntur verè fructus.*
3 *Veriſimile non eſt penſionarium voluiſſe propter lucrum compoſitionis cum fraude etiam factum, reddere nullã reſeruationem penſionis.*
4 *Plures vincunt pauciores.*

P R AE S V P P O S I T A.

Stantibus tribus deciſionibus coram R.P.D. de Graſſis, videlicet prima 14. Iunij 1574. ſecunda 29. Nouemb. 1574. tertia, & vltima nona Martij 1575. 1
Et ſtante fide diligentiarum, de qua in actis. 2

D V B I V M.

An ex deductis conſtet ſufficienter de ſtylo, in caſu, & ad effectum, de quo agitur?

54. DECISIO. Alioqui VIII.

1 COncluſum fuit ſtylum † probatum eſſe, attento quòd tunc temporis, ſicut antea, & ſicut hodie fructus horum canonicatuum conſiſterẽt in diſtributionibus. Apparent enim quã plures reſeruationes, in quibus nulla fit mẽtio diſtributionum.

Non obſtat, quòd fiat mentio de fructibus capacibus penſionum, quæ reſeruantur. Quia
2 fuit dictum, quòd, cum illi † eſſent verè fructus,
neceſſariò dicendum eſt, quòd ſint ſuper diſtributionibus reſeruatæ penſiones.

Nec aliquid facit, quòd potuerit id fieri ad
3 fraudandum compoſitionem, quia non † eſt ve
riſimile, quòd penſionarius voluiſſet propter lucrum ſolum compoſitionis (cum fraude etiã, & iniuſtè factum) reddere nullam reſeruationem penſionis.

Non obſtat, quòd in duabus ſit facta men-
4 tio diſtributionum: quia iſtæ † ſunt multo plu-
res, & ita Domini concorditer firmarunt ſtylũ ſatis eſſe probatum in caſu propoſito.

Gerunden. Anniuerſariorum. Lunæ 5. Decembris 1575.

E P I T O M E.

CApitulum tenetur probare extare, vel non extare alia ſtatuta, ſiue aliam facultatem iſto caſu.

S V M-

Digitized by Google

SVMMAE.

1 *Probandi onus incumbit ei, qui ſuſtinet partes actoris.*
2 *Adminiſtratio regulari ſolet à re adminiſtrata.*
3 *Capituli maior pars non poteſt ſtatuere in his, quæ tangunt ius ſingularium, niſi omnes conſentiant.*
4 *Capitulum non poteſt aliquid ſtatuere, vel ordinare circa anniuerſaria, in præiudicium beneficiatorum, ſi beneficiati habent & ipſi ius in eis.*
5 *Commune quod eſt pluribus, ab omnibus debet cõprobari.*

DVBIVM.

Cui incumbat onus probandi extare, vel non extare alia ſtatuta, ſiue aliam facultatem in caſu, & ad effectum, de quo agitur?

55. DECISIO. alioqui. IX.

RESolutum fuit onus probandi incumbere
1 capitulo, cum † ſuſtineat partis actoris, & beneficiati ſint rei, & poſſeſſores, & hoc niſi probaretur capitulum habere intentionẽ fundatã priuatiuè ad beneficiatos in rebus, & bonis eis cõmunibus. De quo per aliquos Dños
2 dubitabatur, quia adminiſtratio † ſolet regulari à re adminiſtrata, vt, ſi ea eſt communis, & ipſa adminiſtratio dicatur communis, ſi res eſt propria, & adminiſtratio cenſeatur propria, vt in c.
3 edoceri. de reſcript. Et videmus, quòd maior † pars capituli non poteſt ſtatuere in his, quæ tangunt ius ſingulariũ, niſi omnes conſentiant. Felin. in c. cum omnes. ſub num. 18. in vndecima fallen. de conſtit. Aug. Bero. ibi num. 29. & 79. tanto minus videtur dicendum capit-
4 lum † poſſe quicquam ſtatuere, & ordinare in præiudicium beneficiatorum, ſi habent ius, & ipſi in iſtis anniuerſarijs. Regula enim iuris cer
5 ta eſt, quòd illud, † quod commune eſt pluribus, ab omnibus debet comprobari. l. fin. C. de admin. tuto. reg. quod omnes. cum concor. de reg. iur. in 6.

Reatina caſtri Poſtæ Veneris, 16. Decembris 1575.

EPITOME.

SVmmam fructuum à ſpoliante perceptorum per teſtes liquidata, quã do eſt ambigua, Rota interdũ per modum prouiſionis eam diuidit per medium, & dimidiam mandat executioni cũ clauſula, quamdiu vel maior, vel minor ſumma per partes probetur.

SVMMAE.

1 *Probatione teſtium exiſtente ambigua circa fructus, Rota per modum prouiſionis dimidia exequitur cum clauſula, de qua in num. 2.*
3 *Minimum ſequimur in obſcuris.*

PRAESVPPOSITA.

Præſuppoſitis depoſitionibus teſtium, quorum copia in neceſſarijs Dominis detur. 1

DVBIVM.

An ſint ſufficienter liquidati fructus caſtri Poſtæ? & ſi ſint, vſque ad quam ſummam, & ſeu pro quanta ſumma in caſu, de quo agitur?

56. DECISIO. alioqui. X.

DOmini ordinarunt per modum prouiſionis, quòd ſumma, de qua per teſtes liquidata, prout in quodam folio meo, diuideretur per medium. Cum enim per teſtes probantes dictam ſummam, loquantur de præſenti, non placuit Dominis eam integram deberi ab anno 1530. de tempore ſpolij citra. Nam certum eſt de dicto anno 30. & per multos annos ſequentes precia rerũ fuiſſe longè minora, quàm hiſce temporibus, & temporibus immediatè
1 præcedentibus. In hac ergo † re difficilis probationis elegerunt dictum temperamẽtum, & noluerunt dare executionem illuſtr. d. Iacobo ad rationẽ precij præſentis, vel immediatè præcedentis temporis, ſed, vt fieret compenſatio de iſto maiori precio, quo hodie res valẽt cum minori illius temporis: Et licèt teſtes non probent de temporibus præteritis, tamen Domini dicebant eſſe certum, quòd de dictis temporibus extiterunt fructus caſtri percepti per dominos ſpoliatores, quos æquiſſimum dixerunt
2 debere reſtitui. Et hæc quamdiu † vel maior, vel minor ſumma per partes probetur, & ſine præiudicio verioris probationis quandocunque faciendæ; Cum ergo prædicta ſumma, de qua in dicto folio ſit ſcut. 182. ſingulo anno, & vltra, dimidia dictæ ſummæ erit 91. ex quibus 91. eſt aſſignanda tertia illuſtr. Iacobo, quæ erit ſcut. 30. annis ſingulis, & bol. 40. quæ ſumma ab anno 1530. incluſiuè vſque ad annum 1575. importaret ſcuta 1380. omiſſis bononenis. qui etiam multiplicati aliquam quantitatẽ
3 facerent. Ego tamen, vt in obſcuris † quod minimum eſt, ſequerer, & quantum potui fauẽdo reis, & debitoribus, feci condemnationem in ſcut. 1300. tantùm, Et hoc, vt dixi, per modum

dum temperamenti, & prouiſionis, de ordine tamen Dominorum, & quamdiu verior probatio habeatur.

Ciuitatis Caſtelli ſupplemẽti legitimę. Veneris. 27. Ianuarij 1576.

EPITOME.

TEſtibus examinatis coram arbitro, ſi aduerſarius non vult ſtare coram Ordinario, & viuunt, ſunt repetendi, Sed confeſsionibus præſertim iuratis coram arbitro factis, ſtatur omnino coram iudice ordinario.

SVMMAE.

1 *Arbiter quando quis dicatur, & non arbitrator? & nu. 3.4.7.9.10.& 11.*
2 *Procedendi modus eſt attendendus, vt cognoſcatur, an ſimus in arbitro, an in arbitratore.*
5 *Arbiter quis euadit per illa verba compromiſsi videlicet, decidendi, prout de iure.*
6 *Arbitratorem non faciunt partium comparitiones, ſi is verè eſt arbiter tantùm.*
8 *Arbiter quis in dubio potius cenſetur, quàm arbitrator.*
12 *Arbiter inter conſanguineos vigore ſtatuti electus, dicitur neceſſarius, ſed melius diſtingue, prout num. 13.*
13 *Compromittere ſemel ſufficit, vbi non viget ſtatutum, ſed vbi adeſt ſtatutum, toties eſt compromittendum, quouſque ſequatur laudum.*
15 *Compromiſſum fieri ſi iudex mandat, hoc attribuitur neceſsitati ſtatuti.*
16 *Acta inſtructoria facta coram arbitris, probant in iudicio ordinario.*
17 *Teſtibus examinatis coram arbitro, ſi pars non vult ſtare coram Ordinario, ſunt de nouo examinandi, & quid ſeruetur in Vrbe? num. 18.*
19 *Confeſsio facta coram arbitris, valet prout iudicialis ex veriori, & præiudicat num. 20. præſertim quando adeſt iuramentum. num. 21.*
22 *Acta facta coram arbitris reſpicientia cauſæ deciſionem, non pereunt.*

PRAESVPPOSITA.

Præſuppoſitis ſtatutis ciuitatis Caſtelli, ſub rub. de arbitrijs, & laudis lib. 2. cap. 21. & in addit. ſub rub. de compromeſsi, lodi &c. lib. 1. 1

Ac compromiſſo inter partes facto de anno 1551. die 27. Octobris, ac alio compromiſſo ſimiliter inter dictas partes facto coram iudice Vicelegati Peruſiæ del 1563. & alio inter eaſdem partes del 1572. facto, quorum Dominis copia detur, &c. 2

Et quòd coram vltimo compromiſſario Pompeius, & cõſortes libellum dederint, & obtinuerint parti aduerſæ aſsignari terminum trium dierum ad dicendũ contra, & quolibet die iuridico procedi. 3

Et quòd Petrusleo tam nomine proprio, quàm Marij eius fratris, pro quo &c. & Ludouicus aduerſarij huiuſmodi terminum ad dicendum contra ſibi prorogari obtinuerint, & infra illud tempus contra dictum libellum excipiendo oppoſuerint, & contenta in eo ſibi præiudicialia negauerint, petierintque ſe abſolui à contentis in eo. 4

Et quòd in termino per eundem iudicem aſsignato vtriq. parti ad probandum, Pompeius, & conſortes articulos dederint, & citationem committi obtinuerint contra eoſdem Marium, & conſortes de illis reſpondendo medio iuramento. 5

Et quòd idem Marius citatus domi dim. copia, & alij conſortes citati perſonaliter, qui allegarunt abſentiã d. Marii à ciuitate Caſtelli, & ad reſpondẽdum obtinuerint ſibi prorogari terminum ad faciendam dictam reſponſionẽ, & poſtmodũ medio iuramento d. articulis reſponderunt, prout in fine ipſorum, præſente patre Pompei, & conſortum, qui confeſsiones eorum acceptauit. 6

Et quòd in proceſſu producto non apparet, quòd fuerint adhibiti teſtes dictis reſponſionibus. 7

Et quòd Pompeius, & conſortes citatis dd. Mario, & cõſortibus, obtinuerint teſtes per eos nominatos admitti, & committi in forma, & aſsignari dd. aduerſarijs terminum trium dierum ad dan. interrogatoria, aliàs &c. 8

Et teſtibus examinatis pro parte Pompei, & conſortum, cum interrogatorijs partis per eundem iudicem adhuc non publicatis. 9

Et cauſa huiuſmodi pro parte Pompei, & conſortum in eiſdem ſtatu, & terminis, in quibus reperiebatur coram dicto iudice, commiſſa fuerit Gubernatori ciuitatis Caſtelli cum clauſula, ſummariè & ſola facti veritate inſpecta, in corpore commiſsionis tantùm appoſita, & ſignata per, conceſſum, vt petitur in præſentia D.N.PP. Card. de Acquauiua. 10

Et cõmiſsione dictæ cauſæ in Rota pro parte Tittæ, & conſortum introducta, vnà cum incidentibus depẽdẽtib. & toto negocio principali vigore appellationis interpoſitæ per Marium à prouincia dicti Gubernatoris cum clauſula, quam, & quas. 11

Et quòd ex parte Marij, & conſortum dicatur, quòd proceſſus coram dicto vltimo iudice non fuerit completus, ex quo compromiſſum expirauerat. 12

Et quòd pro parte Marij, & conſortum hodie contradicatur dictis atteſtationibus, & inſtent illis fidem non adhibendam. 13

Et quòd decreta, de quibus in proceſſu de partibus partim ſunt facta videlicet viginti per hæc verba: Qui Dominus arbiter ſedens &c. & vnum per hæc videlicet: qui Dominus arbiter, & arbitrator ſedens &c. & duo, qui d. arbiter iuris, & ſeptem, qui arbiter ſedens &c. 14

Et quòd in articulis coram dicto iudice datis Pompeius, & Titta nominauerint eundem iudicem arbitrum iuris, & corã eo vti tali articulos dederint. 15

Et quòd Petrusleo, & Ludouicus aduerſarij excipienda contra commiſsionẽ Gubernatoris Caſtelli pro parte Tittæ, & conſortum præſentatam, oppoſuerint de eius nullitate, ex eo quòd in ea non dicatur, quod in ciuitate Caſtelli extat ſtatutum, quòd cauſæ inter coniunctos compromittantur, minuſque expreſ-

Digitized by Google

expreſſum fuit, quòd inter partes pendebat cauſa coram d. Gubernatore, de & ſuper alio compromiſſo faciendo. 16

Et quòd Marius, & Petrusleo in appellatione per eos interpoſita à decreto dicti Gubernatoris, dicant, quòd aliàs orta lite inter ipſos, & Titram ſuper reſciſsione cuiuſdam donationis, rebuſque alijs, inter cætera conuentum fuerit, quòd eorum differentiæ per viam compromiſsi decidanrur, & ter, vel quater deuentum fuerit ad compromiſſum, & coram arbitris cæptum iudicium, & vltimo loco ipſis citatis ad eligendum de nouo in arbitrum d. Cæſarem Albizinum, & contradicendum d. Gubernatori, audiui partibus, & viſis actis, pronnnciauit fieri debere cõpromiſſum iuxta formam ſtatutorum dictæ ciuitatis, & quòd Titta, & conſortes tacito dicto decreto, & re iudicata, obrinuerint quoddam reſcriptum cõmiſsionis cauſæ in forma breuis apoſtolici. 17

Et quòd Cæſar vltimus iudex, aduerſarijs petentibus ſuperſederi in cauſa propter abſentiam Marij, penes quem dixerant eſſe ſcripturas, procuratore Tittæ, & conſortium proteſtante ſub aſſerto pretextu aſſertæ abſentiæ Marij non debere ſuperſederi, & prorogari, cum fuerit libellus ſibi perſonaliter præſentatus, & aſſerta abſenria ſit volũtaria, & propterea inſtãte, & proteſtãte procedi ad vlreriora, prorogauit eis terminũ ad reſpondendũ libello, & interim mandauit eis prouideri de aduocato, & procuratore petito, & poſt dilarionẽ 15. dierũ vtriq. parti ad probãda aſsignatũ, prorogarunt per quatuor dies terminũ ad reſpõdendũ articulis Mario, & conſortibus aſſignatum, prima ſimpliciter, ſecunda propter infirmitatem corporis ſui, tertia propter lapſum feſtiuitatis Natalis Domini Noſtri Ieſu Chriſti, quarta ſine expreſsione alicuius cauſæ. In qua d. Marius reſpondit articulis, & poſtmodum dilationem 10. dierum vtrique parti ad probãdum aſsignauerit, & terminum trium dierum Mario, & conſortibus aſsignatum ad dandum interrogatoria ipſis illum per quatuor dies prorogari petentibus, qui habebant aduocatum in ciuitate Peruſię, prorogauerit, & iterum alium terminum ad dandum interrogatoria prædicta eis peremptoriè aſsignauerit propter impedimẽtum aduocati per eos allegatum, & poſtmodum petente Mario, & conſorte terminum ad probanda eis decem dies aſsignauerit, & finaliter aliam dilationẽ per eoſdem petitam, ex eo quòd non potuerunt habere teſtes, illis conceſſerit. Quarum dilationum, & prorogationum habetur etiam mentio ſupra in 3.4.5.& 7. præſuppoſitis. 18

Et quòd procurator Tittæ, & conſortum in exceptionibus per eum coram domino Gubernatore datis, inter alia dixerit, quòd d. Cęſar Albizinus dederat terminum ad probandum vtrique parti, & quòd in dicto tetmino Petrusleo, & conſortes nihil facere curauerunt, cum tamen id facere potuiſſent. 19

Et quòd Petrusleo nomine ſuo, & fratris, pro quo de rato &c. coram eodem Gubernatore reſpondendo huiuſmodi exceptioọibus, dixerit, quòd ideò nõ examinauerit ſuos teſtes in termino vtrique parti ad probandum aſsignato, quia ſtylus eſt in ciuitate Caſtelli, & alibi ſeruatur in iudicijs ad inſtar, quorũ redacta ſunt compromiſſa, quia prius expediat ſe pars actrix, & poſtea rea. 20

Et quòd à principio de anno 1551. fuerit pro parte Tittæ, & conſortum introducta lis tam ſuper nullitate donationis d. Ioannæ, quàm illius reſciſsione, & conſequutione legitimæ, ac dotis, cum clauſula, quã, & quas, in ciuitate Peruſiæ, ſub prætextu quòd perhorreſcant ciuitatem Caſtelli, propter potentiã, & fauorem Petrileonis, & conſortum in dicta ciuitate. 21

Et procuratorio per Tittam, & Pompeium in Vincentium Ranutium die 24. Nouembris 1572. facto. 22

Et quòd procurator Tittæ, & conſorium comparuerit prima vice coram d. Cæſare in productione libelli, & nominauerit illum arbitrum, & arbitratorem, & produxerit libellum, in quo nominatur idem Cæſar arbiter, & arbitrator. 24

Et quòd procurator Tittæ comparuerit continuò coram d. Cæſare ſub his verbis, coram, &c. 24

Et ſimiliter pro parte Marii, & conſortum tam in exceptionibus, quàm articnlis datis coram eodem Cæſare nominauerint illum iuſtiſsimum arbitrum, & arbitratorem. 25

Et quòd Titta, & conſortes ſub die 3. Nouẽbris 1574. reuocauerint omnes confeſsiones tam per ſe ipſos, quàm eorum procuratores quomodolibet factas, & emiſſas, tam coram arbitro, quàm alio quonis iudice, & in quacuoque inſtantia. 26

D V B I V M.

An huiuſmodi confeſsiones, acta, & atteſtationes probent in hoc iudicio, & quam probationem faciãt?

57. DECISIO. alioqui. XI.

DOmini pro reſolutione dubij multa capita diſtinguebant. Primo an ſimus in arbitro, vel arbitratore. Secundo dato, quòd ſimus in arbitro, an in neceſſario, & in vim ſtatuti electo, an verò in voluntario. Tertio demum ad punctum, an confeſsiones, acta, & atteſtationes, de quibus agitur, probent in hoc iudicio?

Quoad primam quæſtionem Domini tenue
1 runt, quòd † eſſemus in arbitro, non autem in
2 arbitratore. Primo ex modo procedendi, qui †
debet attendi in hoc, vt tenent Doctores per doctrinam Bar. in l. ſocietatem. §. arbitrorium. ff. pro ſoc. Rom. in rub. de arb. numer. 49. & in conſ. 247. num. 5. Aymo. in rub. de leg. primo. mihi ſub num. 126. ſecundùm paruam impreſſionem.

3 Modus enim procedendi fuit, vt coram † arbitro iuris, ſeruando telam iudiciariam, vt conſtat ex præſuppoſitis. 3. 4. 5. 6. 8. 9. 14. 15. 18. 19. 20. præſertim ſi intrat ſtatutum, prout benè per Felin. in c. præſentata. num. 13. de teſtib.

4 Secundo quia fuit data facultas decidendi † de iure tantùm, quæ clauſula importat, & facit arbitrum. Butr. in c. quintauallis. num. 17. Guiliel. de Cun. in d. l. ſocietatem. §. arbitrorum.

num.

num. 10.ff. pro ſoc. vbi ſ. Item aſſimilat potius
arbitro talem formam compromittendi, quàm
5 arbitratori. Imò per dicta verba,† prout de iu-
re (etiam ſi fuiſſet dictum in arbitrum, & arbi-
tratorem) nihilominus dicetur arbiter. Rom. in
rubr. de arbi. num. 48. Et propterea non ſunt
6 attendendæ comparitiones † partium ſub illis
verbis, tanquam coram arbitro, & arbitratore,
ſed debent attendi acta, & modus procedendi,
per præalleg. & vltra ea not. per Felin. in c.
cum ex officij. numer. 32. de præſcript.

7 Tertio quia fuit appoſita pæna, † quòd ma-
ximè oſtendit eſſe arbitrum. Imol. in d. c. quin-
tauallis. ſub nu. 13. verſ. & hoc intelligo. & quia
8 in dubio potius † cenſetur arbiter, quàm arbi-
trator. Imol. ibidem. num. 15. in fin. poſt Butr.
& alios ibi. Alex. conſ. 55. n. 9. lib. 5. Moder. de
S. Blaſio. de arbit. lib. 8. ca. 3. & 4. & alij, qui fue
runt allegati coram R.P.D. Verallo, in vna Mã
tuana bonorum 27. Ianuarij præteriti, licèt in
eo caſu ſecus propter circunſtantias.

9 Quarto quia fuerunt compromiſſarij † ſem-
per electi iuriſperiti. Bero. conſ. 29. numer. 2.
libr. 3.

10 Non obſtat, quòd renũcietur litibus, † quia
hoc non prohibet, cur non poſſint dici com-
promittere, vt in arbitrum.

Non obſtat, quòd dicitur in compromiſſo,
11 quòd partes amicabiliter † decidere vellent,
& ſumptibus parcere. Nam hoc nihil refert,
quia ad hoc ſunt inuenta hæc compromiſſa in-
ter conſanguineos, vt euitentur iſti litium an-
fractus, vt per Ancar. conſ. 159. ſub num. primo.
poſt princip. cum alijs, vt per Natt. conſ. 622.
num. 6. lib. 3.

Quoad ſecundam quæſtionem fuit dictum
12 videri cõſtare huiuſmodi arbitrium † fuiſſe ne-
ceſſarium, non autem voluntarium, ex præſup-
poſ. 16. & 17. Et iſta eſt regula in hac materia
Ancar. d. conſ. 159. ſub num. primo. circa med.
verſ. item magis eſſet. Aret. conſ. 24. cum alijs
per informantes adductis poſt Bal. conſ. 351.
col. 3. num. 8. in 5. vol. Et licèt alij contrarium
ſenſerint, nempè Rip. in c. cum M. num. 181. de
conſtit. Mantica 170. Parpal. in l. ſi quis maior.
num. 12. C. de tranſ. & Iaſ. in ſpecie conſ. 12. n.
5. lib. 1. velit, quòd prima opinio procedat,
quando ex inſtrumento compromiſſi, vel aliàs
de hoc conſtat, aliàs compromiſſum dicitur vo-
luntarium, tamen Dec. conſ. 8. num. 4. & conſ.
22. col. prima. num. primo, in fin. tenet contra-
rium, & dictum Iaſ. reprobare videtur Aymo
in rub. de leg. 1. ſub num. mihi 140. vbi multa
deducit facientia ad iſtam concluſionem. Et in
effectu prima opinio magis vera pluribus Do-
minis videbatur. Quia tamen aliqui Domini
dubitabant propter prædictas controuerſias,
allegabatur pro reconciliatione diſtinctio re-
lata per Alciat. in d. l. ſi quis maior. nu. 26. & ſe-
cundùm aliam impreſſionem, num. 11. & per
Rip. in d. c. cum M. ſub. num. 18. nempè quòd,
13 ſi compromiſſum † fuit factum ſponte, & non
à coactis à ſtatuto, & procedit opinio Iaſ. &
aliorum ſecundam opinionem tenentium: Aut
à coactis, & tunc procedit prima opinio. Et
ideò placuiſſet Dominis, quòd videretur ſtatu
tum, de quo agitur, vt videretur, an inducat ne
ceſſitatem compromittendi, & ſecundùm quã
formam, & pariter videretur, an compromiſſa,
de quibus agitur, ſint ſecundùm illam formã,
an verò diſſimilia, & diuerſa, quia tunc non vi-
derentur facta in executionem ſtatuti, ſed ſpõ-
tè, vt per Alciat.

Sed demum, quicquid ſit de prædictis, in ca
ſu noſtro videbatur aliquibus Dominis, quòd
ceſſaret difficultas. Quia ex multiplicitate com
promiſſorum apparet, quòd partes voluerunt
compromittere in vim ſtatuti. Nam, vbi nõ vi-
14 get ſtatutum, † ſufficit ſemel compromittere,
at, vbi adeſt ſtatutum, toties eſt compromittẽ-
dum, quouſque ſequatur laudum, vt benè de-
clarat Dec. d. conſ. 22. num. primo. ante med.
Felin. in c. 2. col. penult. de treug. & pac. Marſil.
ſing. 172.

Non obſtat, quòd ſemel iudex mandauerit
15 fieri cõpromiſſum, quia nihilominus † hoc at-
tribuitur neceſſitati ſtatuti. Dec. d. conſ. 22. nu-
mer. 1. ad fin. & num. 2.

Quoad tertiam quæſtionem dicebant Do-
16 mini, quòd cõmunis eſt concluſio, quòd acta †
inſtructoria cauſæ probant in iudicio ordina-
rio. c. præſentata. 2. ibi Felin. nu. 9. de teſtibus.
Marc. Anton. Blanc. de comprom. q. 8. nu. 24.
cum alijs alleg. tamen, quia iſta acta partim cõ
tinent teſtium dicta, & partim confeſſiones, de
ijs eſt ſeparatim videndum: cum ſit inter iſta di
uerſitas rationis, vt per eundem Felin. ibid. nu-
17 mer. 10. & 11. Igitur quantum ad teſtes † par-
te nolente eis ſtare (ſi viuunt) ſunt denuo exa
minandi, vt per Felin. ibi nu. 10. Tamen ſecun
18 dùm aliquos Dominos de ſtylo † curiæ face-
rent fidem, impetrata commiſſione, quòd arbi
trio, &c. cum fuerint examinati cum interroga
torijs partis aduerſæ.

Quantùm ad confeſſiones factas coram ar-
bitrijs, licèt ſit controuerſia, an probent,
vt iudiciales, vel extraiudiciales? & Alex. conſ.
13. nu. 4. lib. primo teneat, quòd tanquam ex-

traiudiciales, Idem tenet Milis in verb. con-
feſſio facta coram arbitratore. Afflict. deciſ.
178. ſub numer. 10. verſ. 7. fuit dubitatum;
19 tamen Dominis videbatur, quòd verior † ſit
opinio contraria, quòd valeant, vt iudicia-
les. quam tenet Imol. in d.c. præſentata. quem
refert etiam Felin. num. 11. iunctis his, quę de
æquitate etiã canonica tradit Gabriel de con-
feſſ. concluſ. 1. num. 46. cui ſe ſubſcribit ad-
dit. ad Alex. d. conſ. 13. num. 4. lib. 1. Sed di-
cebant, quòd ceſſat difficultas in caſu noſtro,
ſi intrat ſtatutum, vt per Alex. ibi, & quòd
20 confeſſio † huiuſmodi ſiue iudicialis, ſiue ex-
traiudicialis, ſtantibus ſupradictis, præiudicet,
dixit Butr. in d.c. quintauallis. d. num. 25. &,
21 cum adſit iuramentum, † tollitur omne du-
bium. Socin. Iun. poſt Felin. conſ. 5. num. 9.
22 in 3. & huiuſmodi acta † reſpicientia deciſio-
nem non pereunt. l. pen. C. de arbitr. & in d.c.
præſentata.

Tyburtina retrouenditionis caſtri Viuarij. Lunæ. 6. Februarij 1576.

EPITOME.

IMpetrans tenetur verificare narrata in literis, alioqui non poteſt A.C. executiuè procedere.

SVMMAE.

1 *Narrata in literis, ſint per impetrantem verificanda, & quare? num. 2.*
3 *Gratia vitiatur in totum ex qualibet falſa expreſsione.*
4 *Executiuè non poteſt procedere A. C. niſi narrata in literis ſint priùs verificata.*
5 *Falſus precator debet carere impetratis.*

DVBIVM.

An dominus Petrusantonius teneatur verificare narrata? & ſi ſic, an eis non verificatis, potuit A.C. executiuè procedere?

58. DECISIO alioqui. XII.

REſolutum hoc in cuſu fuit d. Petrumanto-
1 nium tenere † verificare narrata in eius
literis, prout notatur in c. 2. vbi poſt alios Rip.
num. 29. de reſcript. Dec. conſ. 142. num. 6. So
cin. conſ. 164. num. 6. lib. 2. per rationem, quam
2 omnes amplectuntur in d. cap. 2. quia omnia †
principum reſcripta habent ſubintellectã clau
ſulam in ventre, quatenus preces veritate ni-
tantur. ad l. fin. in princip. C. de diuerſ. reſcrip.
Non obſtat, quòd ſine tali expreſſione prin
ceps conceſſiſſet: Nam (dato, quòd hoc neque
apparet verificatum) expreſſio hæc non fuit vi
ſa Dominis leuis, cum expreſſerit ſe vendidiſſe
cum pacto redimendi ad quadriennium hoc
caſtrum pro ſcut. 3500. quod valet 8000. &
vltra. Imò videbatur Dominis, quòd ob hanc
allegatam læſionem princeps fuerit motus ad
concedendum alium annum ad redimendum,
ad Soc. d. conſ. 164. n. 4. Et tandẽ dixerunt nos
3 eſſe in gratioſis, † in quibus falſa quælibet ex-
preſſio vitiat in omnibus gratiã, prout ſæpius
Rotam iudicaſſe teſtãtur. Thom. de Than. de-
ciſ. 65. incip. Quidam obtinuerat. Pute. deciſ.
350. incip. die 20. Octobris deciſ. 397. & 311.
in fin. lib. 1. Accoramb. deciſ. 16. incip. in vna
Iſpalen. portionis. lib. 1. & poſt Felin. qui hanc
communem dicit in c. ad audientiam. ſecundo.
num. 22. verſ. literæ. de reſcrip. adnotauit idem
Caputaq. tentum fuiſse in vna Tullen. canoni-
catus, & præbend. coram Veſtano die 11. Mar-
tij 1552. in eius adnotationib. ver. gratia eſt
ipſo iure nulla &c. Et hoc fuit apud Dominos
indubitatum, cum hic neque appareat expreſ-
ſum fuiſſe ſufficiens ad impetrandum gratiam.
Et ideo ſine difficultate concluſa per eos fuit
ſecunda pars dubij, nempè illis non verificatis,
4 non † potuiſſe A.C. executiuè procedere, attẽ
ta partis oppoſitione facta in actis, per. c. ſuper
literis. cum ibi notat. de reſcript. & l. ſi preci-
5 bus. C. ſi cont. ius, vel vtil. publ. Falſus † enim
precator carere debet impetratis, iuribus iam
relatis; cum alijs vulg.

Sulmonenſis reſeruationis fructuum. Mercurij. 14. Martij 1576.

EPITOME.

POſſeſsio abbatiæ probata dicitur plenè per teſtes deponẽtes, prout in hac deciſione.

SVMMAE.

1 *Teſtes vt probent poſſeſsionem abbatiæ quomodo debent deponere? & num. 3. & 4.*
2 *Aſſictuarius, ſeu conductor abbatiæ deponens de receptione fructuum, probat poſſeſsionem.*

DVBIVM.

An ex teſtibus pro parte Illuſtriſſ. & Reuerendiſſ. Cardinalis S. Sixti examinatis, & reſpectiuè repetitis, elidatur probatio Michaelisangeli Plancę.

59. DE-

59. DECISIO. alioqui. XIII.

DOmini reſeruarunt reſponſionem dubij propoſiti ad concurſum faciendum cum teſtibus M. Angeli, vt tunc collatis probationibus vtriuſque partis, videatur, quæ probatio præualeat? Interim tamen ex teſtibus Illuſtriſ. D. Cardin. S. Sixti dixerunt colligi quatuor ſequentes concluſiones.

1 Prima quòd has abbatias poſſedit † primo frater Peregrinus vſque ad obitum, deinde Iulius Cantelmus, donec fuit creatus Dux. poſtmodum Martius eius frater vſque ad eius obitum, tertio loco Cardinalis Acquauiua, cui ſucceſſit Illuſtriſ. D. Cardinalis S. Sixti. Primus ſuper tertio, quarto, & ſexto artic. Secundus ad 8. inter. ibi, quòd fuit interfectus quidam miniſter regiæ audientiæ, quando vnus voluit capere poſſeſſionem harum abbatiarum, quæ aliter non fuit tunc capta tempore, quo teſtis iſtas abbatias conductas retinebat à Mar-
2 tio. & ad 9. quòd ipſe teſtis † vti affictuarius Martij cepit fructus anni 1561. ad 18. & ſuper primo, ſecundo, tertio, & ſexto. Tertius ad 16. vſque ad obitum Martij, & ſuper quinto. Quartus ad 16. & ſup. 6. ibi, quòd continuatè vnus poſt alium poſſedit. Quintus ad 16. 17. 18. & in 3. & 6. Sextus ſuper ſecundo, quarto, & ſexto. Septimus ſuper 3. 4. 6. Octauus ſuper tertio, quarto, & 6. Nonus ſuper tertio, & quarto. Decimus ſuper tertio, & quarto. Vndecimus ſuper quarto, quinto, & ſexto.

Secunda concluſio, quòd Martius, non obſtantibus turbationibus Plancæ, & Ferrantis Corteſij, nomine Antonij Soti ſemper permanſit in poſſeſſione vſque ad eius obitum.

Quintus ad 12. iunctis ijs, quæ dicit ſuper articulis. Sextus ad 2. inter. 12. & 19. ibi, quòd ſcit, quòd, quando obijt Martius, poſſidebat, & bene ſuper 6. Septimus ad 8. & ſuper tertio, & quarto. ibi, quòd recuperauit per viam Rom. Cur. fructus habitos à Ferrante nomine Antonij de Soto.

Aduertebant tamen, quòd iſte teſtis nihil deponit de recuperatione fructuũ habitorum à Plãca. Octauus ad 12. & ſuper 6. Nonus ad 12 & in tertio, & quarto, qui deponit de moleſtijs Soti, & quòd Martius poſſedit vſque ad obitũ. ſuper quinto ſecundùm aliquos Dominos, licèt in ſummario dato dicatur ſuper 8. & 11. Itẽ quãdo ea, quæ dicit ad 12. inter. & in 3. & quarto artic. quia ad 12. dicit, quòd vidit quendam presbyterum calabrum, qui exegit fructus, & dicebat, quòd faciebat nomine Ferrantis: & po-
3 ſtea ſuper articulis dicit, † quòd ſemper Ferrantes poſſedit, & percepit fructus vſque ad obitum.

Tertia concluſio, quòd non potuiſſet adeſſe alius poſſeſſor, quia teſtes vidiſſent. Primus ſuper 6. art. Secundus ſuper eodem. Tertius ibidem & 4. & decimus.

4 Quarta fama † dictarum poſſeſſionum probatur per multos teſtes in locis ſup. in prima concluſione citatis. An ex his concluſionibus excludatur poſſeſſio Plancæ, nõ poteſt videri; niſi viſis teſtibus Plancæ in concurſu, & viſo, an ſua poſſeſſio ſit compatibilis cum iſta.

Tiburtina caſtri Viuarij. Veneris. 16. Martij 1576.

EPITOME.

NArrata in gratia non fuiſſe per impetrantem verificata, ex teſtibus infra relatis oſtenditur.

SVMMAE.

1 *Teſtis deponens in genere, non probat. & num. 3.*
2 *Teſtis de auditu, diſcurſu, & iudicio non probat.*
4 *Teſtis non deponens de communi æſtimatione, ſed de peculiari affectione, reijcitur.*
5 *Teſtis priùs deponens ſe non eſſe de facto informatum, & postea dicens ſe informatum repellitur.*

PRAESVPPOSITVM.

Stantibus ſupplicatione, & depoſitionibus teſtiũ, quorum ſummarium in neceſſariis detur. 1

DVBIVM.

An ex eis conſtet d. Petrum Antonium verificaſſe narrata?

60. DECISIO. Alioqui. XIV.

REſolutum fuit per Dominos non conſtare eſſe verificata narrata per Ill. D. Petrum Antonium; & teſtes non placuerunt nec in dictis, nec in ratione. Item et ratione aliquarum exceptionum, & Domini (particulariter teſtes perpendendo) conſiderabant, quòd de-
1 ponunt in genere. † Nam primus ad 22. vtitur his verbis, ho fatto diſcorſo con P. A. & Metello, & altri del Viuaro, quòd poteſt reddere ſcutorum 250. in circa. Vnde eum rei-
2 eiebant, † tum quia eſt de auditu, tum quia diſcurſus, & iudicium teſtis, non depoſitio vera. Secundus ibidem eodem modo deponit, &

I 2 ſic

ſic etiam nihil probat. Vnde iſti teſtes ita in ge
3 nere † deponentes non ſunt attendendi. Ter-
tius ibidem ait, quòd, ſi ipſe haberet pecunias,
4 daret 7. vel 8. ſcuta. Iſte teſtis † non dicit de cõ
muni æſtimatione, & patet, quòd ex particula-
ri affectione ipſe deponit. Item ibi dicit, che
non s'intẽde de valor de caſtelli, imò ex red-
ditibus particularibus, de quibus ipſe deponit,
apparet, quòd non poteſt aſcendere ad hanc
ſummam. Reijciebant etiam teſtes prædictos
propter aliquas exceptiones, vt per informan-
tes ex aduerſo aduertitur: tum quia primo ali-
5 qui dicunt † non eſſe informatos, & poſtea de-
ponunt, vt benè informati.

Et ſecundùm aliquos ex Dominis fructus ad ſummum videbantur aſcẽdere ad ſummam ſcutorum 215. etiam computatis aliquibus, quæ non ſolent computari, ſecundùm ſolitum computationum caſtrorum.

Et ad læſionem probandam requirebatur probari, quòd ſaltem fructus aſcenderent ad ſcut. 240. ſed (vt dixi) hæc probatio Dominis nullo modo placuit ex ſupra dictis.

Quæ cauſa cum iterum fuiſſet per me propoſita, die vndecima Maij præſentis anni, Domini permanſerunt in decisis.

Legionen. Capellaniæ. Veneris. 23. Martij 1576.

EPITOME.

Conceptus, & natus poſtquã eius pater (deſerta prouincia, vel loco originis) domiciliũ aliò tranſtulit, non poteſt dici originarius, vel naturalis loci iam prius deſerti à patre, ſed patris domicilium ſequitur.

SVMMAE.

1 *Naturalis, ſeu originarius loci quis non dicatur? & num. 3. ac 12.*
2 *Ciuis originarius ſi habitat extra prouinciam originis, vel extra ciuitatem, dicitur ab eo deſerta prouincia vel ciuitas originis.*
4 *Originarius quis dicatur?*
5 *Ciues, ſiue naturales veri alicuius loci dici non poßunt illi, qui non participant de oneribus, & muneribus illius loci, & quare? num. 6.*
7 *Originis propriæ domicilium nunquam amittitur.*
8 *Origini quamuis renunciari non poſsit, poteſt tamen amitti commodum, & effectus originis.*
9 *Originem licèt quis non poſsit acquirere, poteſt tamen commodum originis præſcribere.*
10 *Incolatus attenditur, non origo, & ita ſeruatur in alma vrbe.*
11 *Domicilij ius, & forum an potentius ſit, quàm originis?*
13 *Nepos retinet etiam originem aui ex communi.*

PRAESVPPOSITA.

Præſuppoſito ſine veri præiudicio, quòd beneficium, de quo agitur, eſt de iure patronatus, & ſitum in parochiali eccleſia oppidi de Mãſilla Legionẽ. diœceſis. 1

Et clauſula fundationis dicti beneficij. 2

Et quòd licentiatus Iacobus de Naua ſit naturalis diœceſis Legionenſis, & incola dicti oppidi de Mãſilla. 3

Et quòd Bernardinus, & Antonius de Leon ſine veri præiudicio fuerint naturales dicti oppidi de Manſilla, & quòd dictus Antonius de Leon pater Gaſparis ętatis ſuæ annorum 20. ſe contulerit ad habitandum ad oppidum de Mucientes Palentin. diœceſis, & ibidem ſe vxorauerit, & ex ſe ipſo, & ſua vxore in dicto loco de Mucientes natus fuerit Gaſpar, qui inibi habitabat, & habitat in parochiali eiuſdem loci de Mucientes, & habet beneficium patrimoniale. 4

Et ſtante ſummario teſtium, & iurium, cuius copia detur. 5

DVBIVM:

An probetur, quòd Gaſpar de Leon ſit naturalis, & origioarius, vel aduena oppidi de Manſilla Legionen. diœceſis ad effectum, de quo agitur.

61. DECISIO. alioqui. XV.

1 REſolutũ fuit Gaſparẽ non eſſe naturalẽ †
ad finẽ obtinẽdi beneficia in loco de Mã
ſilla ad effectum, de quo agitur. Et hoc cum
præſuppoſito, quòd Antonius tranſtulerit do-
micilium ad locum de Mucientes cum omni-
bus bonis, ita quòd nec Antonius, nec Gaſpar
retinuerit bona in loco de Manſilla, transferen
do ſe ad habitandum alibi, & placuit ad hoc
Afflict. deciſ. 384. num. 5. & 6. cum ſeq. vſque
2 ad num. 11. Quia, ſi ciuis † originarius habitat
extra prouinciam originis, vel extra ciuitatẽ,
dicitur ab eo deſerta prouincia, vel ciuitas ori-
ginis. Bald. in Aucten. ſed omnino. 8. col. C.
ne vxor pro marit. & plura ad hoc referuntur
per Afflict. in loco præcitato.
3 Cum ergo Gaſpar † ſit conceptus, & na-
tus, poſtquam Antonius pater, deſerta prouin
cia, vel loco originis, domicilium aliò tranſtu-
lit, Gaſpar non poteſt dici originarius, vel na-
turalis loci iam prius deſerti à patre, ſed ſequi-
tur domicilium ſui patris: cum maximè in eo-
dem loco noui paterni domicilij & natus ſit, &
ibidem domicilium etiam ipſe ſibi cõſtituerit.
l. filios. ibi, ſi modo domicilijs non retineãtur.
C. de municip. & origin. lib. 10.

Adde-

Addebant etiam aliqui Domini notata per
Nicol. de Neap. Bald. Ang. & Caſtren. in l. hu-
iuſmodi. §. legatum. de lega. 1. & Abb. in c. Ro-
dulphus. de reſcript. qui volunt, quòd non ſo-
4 lùm requiritur, vt quis † ſit natus in loco, ſed
etiam quòd parẽtes habeant ibi domicilium,
vt poſſit dici originarius. refert Felin. in d. c.
Rodulphus. ſub num. 13. verſ. addatis. Quæ
opinio ſi eſſet vera, tanto magis eſſet contra
Gaſparem, qui nec in loco, de quo agitur, na-
tus eſt, nec pater ibi habet domicilium.

Addebant, quòd cum Gaſpar, & eius pater
5 non participent † de oneribus, & muneribus lo
ci de Manſilla, non poſſunt dici verè ciues, ſeu
6 naturales dicti loci, quia † deficit in eo, quod
eſt primum, & maximum ciuilitatis, vt per Bal.
in l. ſi non ſpeciali. C. de teſtam. Et licèt Socin.
7 conſ. 35. num. 7. lib. 1. dicat, quòd nunquam †
amittitur domicilium originis propriæ; tamen
reſpondebatur per aliquos Dominos hoc poſ-
ſe euitari in caſu noſtro, in quo Gaſpar pro-
priam originem non habet in iſto loco de Man
ſilla, cum, vt dixi, ibi non fuerit natus.

Addebatur etiam per aliquos, quòd licèt
8 origini † renunciari non poſſit; tamen benè vi-
detur amitti poſſe commodum, & effectus ori-
9 ginis, ſicut in ſimili quis non † poteſt acquire-
re originem, & tamen poteſt commodum ori-
ginis præſcribere. Boer. 260. num. 33. ad idem
fuit allegatus. Alex. conſ. 16. num. 3. lib. primo.
10 vbi non origo, ſed incolatus † attenditur. & ita
ſeruat curia Romana, licèt materia ſit contro-
uerſa. ad idem Socin. iun. conſ. 37. num. 9. &
11 10. lib. primo, ibi, quòd potẽtius † eſt ius, & forũ
domicilij, quàm originis. idem Iaſ. in l. ſi arro-
gator. num. 48. de adopt. licèt alij velint ma-
gis attendi originem, quàm domicilium habita
tionis. Crot. in rub. ſol. matrim. num. 37. Quo-
niam origo eſt immutabilis, quia mutationi
originis lex reſiſtit. l. filios. & l. originis. & vtro
bique Io. de Plat. & l. aſſumptio. ff. ad munic.
de quo per Felin. in d. c. Rodulphus. num. 13.
& 14. ac per Alex. in d. l. huiuſmodi. §. legatum.
& per Boer. deciſ. 13. num. 3. & per alios in ua-
rijs in locis. Et quia materia viſa eſt difficilis, &
latè controuerſa, ideò ſuper hoc capite nihil
eſt firmatum; licèt multi inclinare viderentur
potentiorem eſſe incolatum, quàm originem,
de quo aliàs.

Nunc autem in primo capite ſupra in prin-
cipio relato, Domini erant concordes Gaſpa-
12 rem non † dici naturalem, ſtante deſertione lo
ci de Manſilla facta per Antonium patrem. An
autem ſaltem reſpectu incolatus, & domicilij
Bernardini aui Gaſparis, in dicto loco de Mã
ſilla, poſſit Gaſpar dici naturalis: quia ſecũdùm
13 communem nepos † retinet etiam originem
aui. Boer. d. deciſ. 13. num. 6. & 8. videatur par-
ticulariter, ſi pars petat.

Iſpalen. penſionis 200. ducat. Lunæ 29. Octobris 1576.

EPITOME.

Cauſæ materia apparente obſcura, Rota mandare ſolet, vt videatur de bono iure.

SVMMAE.

1 *Ius bonum cauſæ guſtare conſueuit Rota, quando materia cauſæ eſt turbida, & obſcura.*
2 *Actorum tranſportatio generalis coram alio iudice valet. Et quid ſi ſunt producta in parte, & partibus? num. 3.*
4 *Citatio partis requiritur in tranſportatione actorum, vt dicatur de actis. limita prout num. 5.*
6 *Actorum productio an fieri debeat in parte, & partibus? & num. 7.*
8 *Diſpenſatio an ſit iuſtificanda, quando concernit inhabilitatem auctoris, & num. 9.*
10 *Exceptio ſimulationis probanda non admittitur in obligatione camerali, ſi eſt probata, non item.*
11 *Diſpenſationem eſſe iuſtificatam ex longo tempore, nũquid ſufficiat? & num. 12*
13 *Titulus bonus præſumitur ex triennio.*
14 *Reſtitutio in integrum regulariter non datur in poſſeſſorio.*
15 *Iniuſtitia notoria inducitur, ſi ſententia ex actis non iuſtificatur.*
16 *Sententia diffinitiua iuſtificatur etiam ex poſt deductis.*

PRAESVPPOSITA.

Stante tranſportatione regiſtri facti in cauſa Iſpalen. canonicatus, ex officio Mutij Papyrij notarij R.P.D. Veralli in prima inſtantia, ad effectum Alexandri Manlij notarij R.P.D. Decani in ſecunda inſtantia, antequam R.P.D. Decanus ſententiam proferret. 1
Et ſtãte fide Petri Fabri notarij, cuius copia dabitur. 2

DVBIVM.

An coram R.P.D. Verallo conſtiterit de illegitimitate Mudarræ? & poſito, quòd non, an R.P.D. Decanus potuerit reſtituere Dominicum aduerſus ſententiam d. d. Veralli?

62. DECISIO. alioqui. XVI.

MAteria huius dubij viſa eſt ſatis obſcura, & turbida, & ex qua plures orirentur difficultates. Igitur Domini dixerunt conſulendũ eſſe breuiori, & expeditiori viæ, & prout moris eſt in hoc ſacro tribunali in ſimilibus cauſis,
quòd

1 quòd videatur † de bono iure. Pro quo viden
do dixerunt duo eſſe diſcutienda, & Dominis
ipſis dictantibus ſcripſi hoc infra ſcriptum du-
bium, nempè, An diſpenſatio debuerit iuſtifica
ri, & ſi ſic, an ſaltem hodie ſit iuſtificata? Quia
tamen aliqui Domini aliqua conſiderarunt, &
deduxerunt, volui ea etiam hic adnotare, non
quia fuerit reſoluta (quia imò alij Domini de
aliquibus infra dicendis dubitare videbantur)
ſed propter grauitatem, & doctrinam eorum,
qui hæc dixerunt. Ea autẽ ſunt, quæ ſequũtur.
Dicebant, quòd propoſita difficultas duas
habet partes. Prima, án coram R. P. D. Verallo
conſtiterit de incapacitate Mudarræ. Secunda
dato quòd non, an Dominicus de Cornoca po
tuerit reſtitui aduerſus dictam ſententiam.
Quoad primam videbatur prædictis Domi
nis (cum præſuppoſito quòd illa acta, in qui-
bus continebatur hæc diſpenſatio, fuerint trãſ-
portata coram d. Verallo) quòd conſtiterit de
illegitimitate, & incapacitate allegata. Nam
2 valet iſta generalis productio, † vt poſt Specul.
in tit. de inſtrum. edit. §. videndum. nu. 6. not.
Io. And. ibi, quòd de facto iſta productio tole
3 ratur, licèt quoad proteſtationẽ † in parte, &
partibus habeat difficultatem, vt ibi per eum.
Ant. de But. in c. imputari. nu. 2. de fid. inſtru-
ment. Imol. in c. G. perpetuus. num. 5. de fid.
inſtrum.
Opponitur autem prædictæ tranſportatio-
4 ni, quòd, ex quo in ea non fuit citata † pars, cõ
tenta in ea non dicuntur de actis. Aegid. dec.
27. Caſſad. dec. prima. in fin. de except.
5 Sed reſpondebatur, † quòd, cum in actis
perſeuerauerint, & pars poſtea fuit in iudicio,
& citata, ſufficit, quia dicuntur producta, ſed
non præiudicant parti, niſi quando ſciuit. Vn-
de, quando perſeuerãt in actis, parte præſente,
vel citata, hoc videtur ſufficere. Bald. in l. ſi
quando. in fin. num. 14. C. de teſt. Iaſ. in l. prope-
randum. §. ſin autem reus. num. 5. verſ. tertio li-
mita. C. de iudic. Felin. in c. 2. ſub num. 31.
& fin. de teſt. verſ. & iſta limitatio procederet.
Secundo opponitur, quòd, quãdo etiam eſ-
6 ſent producta, cum non † ſit proteſtatum pro-
ductionem factam eſſe in parte, & partibus, om
nia cenſentur approbata, ex Aym. de antiq.
temp. part. 1. num. 118. 119. & alijs alleg.
7 Sed dicebant, quòd hoc limitatur † in enun-
ciatis, & narratis, benè Bald. in c. cum venera-
bilis. num. 17. de except. & ibi Felin. num. 23.
& Pariſ. qui de communi teſtatur. num. 58.
8 Tertio opponitur, quòd dicta diſpenſatio †
non erat iuſtificanda, quia hoc concernit inha-
bilitatem auctoris ex allegatis, ſed, vt aliàs etiã
9 dicebatur, † quæ allegantur, procedunt, vbi iã
inhabilitas detecta non eſt; ſed detecta inhabi-
litate, ſecus eſt, maximè in hoc iudicio retinen
dæ, vt dixi. Et hæc omnia ex aduerſo allegata
procedunt benè, ſi de inhabilitate non conſta-
ret. & ita intelligit Put. deciſ. 138. die 18. Ia-
nuarij. lib. primo. in final. verbis. Et comproba
tur ex ſimili de exceptione ſimulationis in obli
10 gatione in forma cameræ, quę † probanda non
admittitur, ſed ita admittitur, ſi iam eſt proba
ta. Galleſ. de oblig. in form. cam. in quæſt. ad
4. part. in 2. quæſtione. & hoc videtur extra du
11 bium. Inſuper dicitur, quòd diſpenſatio † eſt iu
ſtificata ex longo tempore &c. Sed hoc eſſet vi
dendum particulariter. Item an coram d. Ve-
rallo de hoc conſtiterit, vel ne?
Quòd dicitur de ſpacio temporis, ex deciſ.
12 allegata per informantes, procedit, † quando
probatur, quòd poſſedit beneficia. Nam, ſi ex
13 triennio † ſecundùm Lap. præſumitur bonus ti
tulus, qui non poteſt eſſe abſque valida diſpen
ſatione, præſumendum etiam eſt, quòd fuerit
diſpenſatio valida. Sed poſito quòd non con-
ſtiterit R. P. D. Verallo de illegitimitate præ-
dicta, tunc intrat ſecunda pars dubij, an aduer-
ſus dictam ſententiam d. Veralli potuerit Do
minicus reſtitui? In quo licèt regula ſit, quòd
14 reſtitutio † in integrum non detur in poſſeſſo-
rio; tamen dicebatur, quòd intrabit fortè noto
ria iniuſtitia, quia tunc prædicta ſententia vide
tur notoriè iniuſta, ex quo iudex pronuncia-
uit pro nullitate penſionis. De qua tamen nul-
15 litate in actis non conſtabat, & ſufficit † ad in-
ducendam notoriam iniuſtitiam, quòd ſenten-
tia ex actis nõ iuſtificetur. Alex. conſ. 104. col.
1. lib. 4. Pariſ. conſ. 54. num. 2. lib. 4.
Sed dubitatur poſtmodum quoad ſecũdam
ſententiam, quomodo potuerit reuocari præ-
dicta ſententia prima d. Veralli, ſi ex poſt con
16 ſtabat de iuſtitia illius. Quia diffinitiua † iuſti-
ficatur etiam ex poſt deductis, vt deducitur
per informantes. Clem. appellanti. de appell.
Igitur reddebatur etiam dubia iuſtitia ſecun-
dæ ſententiæ in iudicio reſtitut. in integrum.
Ad tollendas ergo has, & alias difficultates
omnes Domini erant concordes, quòd, vt di-
xi, ageretur de bono iure.
Et, cum pars Didaci non contentaretur de
ſecunda parte dubij per Dominos, vt ſupra di
ctati, propoſui in alia poſitione memorialia par
tium de hoc loco cauſæ. Et Domini die 5. No-
uembris 1576. vnanimes perſtiterunt in deci-
ſis, vt omnino vtraque pars dubij adnotati quã
primùm

primùm diſputaretur, vt veritas,& iuſtitia huius cauſæ per tot annos pendentis, & tam intricatæ, Deo dante, eluceſceret.

Legionen. Capellaniæ de Manſilla. die. 29. Octobris. 1576.

EPITOME.

Originarius vnius loci quis per teſtes probatur modo infraſcripto, & pariter quòd natus fuerit, viuente auo.

SVMMAE.

1 *Habitare quis præſumit in ea ciuitate in qua, et ex qua eſt.*
2 *Vicinus in Hiſpanijs idem importat, quod originarius.*
3 *Appellās ſe de Peruſio, præſumitur Peruſinus originarius.*
4 *Incola, dictio, idem eſt, quod originarius.*
5 *Natum quem eſſe viuente auo, quomodo per teſtes probetur?*

PRAESVPPOSITVM.

Stantibus dictis teſtium, quorum breue ſummarium detur.

DVBIVM.

An probetur, quòd Bernardinus ſit originarius oppidi de Manſilla, & quòd Gaſpar ſit natus, viuente dicto Bernardino ad effectum, de quo agitur?

63. DECISIO. alioqui. XVII.

Domini erant in vtraque parte dubij pro Gaſpare. Et quoad primum caput dicebant probari, quòd Bernardinus ſit originarius oppidi de Manſilla. Teſtes enim probant Bernardinum diu habitaſſe in dicto loco de Manſilla, & quòd ibi exercuit officium, præſertim ſecundus, tertius, & quartus. maximè quia ſecundus, & vltimus deponunt etiam de patre d. Bernardini, quòd ibi habitauit, & fuit ibi ſcriba. Vnde videtur intrare præſumptio iuris,
1 quòd quis † præſumatur habitare in ea ciuitate, in qua habitat, & ex qua eſt. quod fuit originale dictum Dyn. vt per Bart. in l. is poteſt. numero 17. ff. de acquir. hæred. Corn. conſ. 46. num. 16. lib. 2. Et quamuis Alciat. reg. 2. præſumpt. 15. videatur dubitare de hoc; tamen opinionem Bart. videtur ſequi ſimpliciter Iaſ. in §. rurſus. ſub num. 5. de actio. qui dicit hanc fuiſſe opinionem Dyni. ſequitur etiam Balb. in tract. de præſcript. in prima part. quartæ part. in 3. q. num. 4. vbi allegat d. Corn. ſequitur etiā Guid. Pap. de præſumpt. num. 81.

Et ſecundùm aliquos Dominos conſideratio Alciati non videtur obſtare, quia, ſi præſumitur quis præſens in ciuitate, vnde eſt, ergo præſumitur etiam ex ciuitate, in qua reperitur. Tanto magis, quia teſtes appellant vicinum,
2 quæ dictio † in illis partibus idem importat, quod originarius, vt R.P. Domini mei Hiſpani, & qui in Hyſpanijs diu extiterunt, teſtati ſunt. Quo fit, vt præſumatur originarius. Quia
3 videmus ſimiliter, quòd, ſi quis ſe vocat † de Peruſio, præſumatur Peruſinus originarius, vt per Rimin. conſ. 427. num. 64. lib. 3. & quòd
4 illa dictio, † incola, intelligatur de originarijs, & ciuibus, etiam apparet, quia omnes teſtes, etiam qui ſunt de illo loco, appellantur incolæ, & tertius dicit in fine, quòd pro filio Bernardini is fuit communiter reputatus inter incolas. Quod debet exponi, ideſt, ciues, & originarios illius loci, nec enim alius ſenſus conuenit ſecundùm Dominos.

Quoad ſecundum caput, licèt res non ita clarè videretur; tamen pro maiori parte ex pluri-
5 bus ſimul iunctis fuit tentum probari, † quòd Gaſpar fuerit natus viuente Bernardino auo, & aliqui Domini dicebant facilè conijci poſſe ex eius aſpectu, iunctis dictis aliquorum teſtiū, Nam tertius teſtis ait Bernardinum obijſſe iā ſunt 10. vel 12. anni. Quod ſi eſt verum, nō eſt dubium Gaſparem fuiſſe natum eo viuo, qui ex facie non ſolùm 12. ſed longè vltra 25. excedit. Addendo quartum teſtem Petrum Fernandez, qui examinatus de anno 1571. dicit, quòd ipſe teſtis eſt ætatis 38. annorū, & quòd cognouit Bernardinum per ſpacium 10. annorum ante eius obitum, & iſte teſtis non poteſt excedere Gaſparem in 10. annis ex eius aſpectu. Quæ multùm videbantur confirmari ex literis ordinis presbyteratus ipſius Gaſparis, ſub data de anno 1563. quo tempore debebat habere ſaltem 25. annos, & hodie ex eadē ſuppputatione haberet 38. annos. Vnde maximè veriſimile videbatur Dominis, quòd ſine dubio Gaſpar fuerit natus ante obitū Bernardini per multos annos.

Valentina, ſeu Panormitana illegitimitatis. Lunæ 12. Nouembris 1576.

EPITOME.

Legitimitas propria, & aſcendentiū probatur modo infra notato.

SVM-

reſeruatione dictę penſionis non exprimitur huiuſmodi valor ad effectum dictę reſeruationis: quinimo Papa vult reſeruare, etiam quòd abſorbeat omnes fructus etiam conſiſtentes in continua reſidentia, ſed tantùm ad effectum reſeruationis regreſſus in euentum non ſolutionis penſionis, & petitionis reductionis ad minorem ſummam, de cuius regreſſus canonizatione modo non agitur.

Calaguritana decimarum del Cortizo Veneris 8. Octobris 1574.

EPITOME.

Termini, & confinia per infraſcriptos teſtes probantur.

SVMMAE.

1 *Teſtis de auditu non probat.*

2 *Parochianus alterius parochiæ, deponens ſe ſoluiße decimas in aliena parochia, quamuis ſibi præiudicet, non tamen præiudicium affert illi alteri parochiæ.*

3 *Decimarum exactionis vltimus ſtatus attenditur.*

PRAESVPPOSITVM.

Stante conſtitutione ſynodali, & depoſitionibus teſtium, quorum omnium copia detur. 1

DVBIVM.

An conſtet, quòd eccleſia S. Marinæ Vici del Cortizo habeat terminum rotundum diſtinctum ab alijs eccleſijs oppidi de Longrono, ita vt parochiani eccleſiæ Rotundæ dicti oppidi colentes prædia in dicto termino, debeant ſoluere decimas iuxta dictã conſtitutionẽ?

50. DECISIO. alioqui IV.

Domini primo dicebant, quòd nullus teſtis deponit de termino eccleſię S. Marinę, ſed benè de termino vici del Cortizo. Et quantum attinet ad dubium propoſitum, in effectu exiſtimabant non probari diſtinctionem cum loco de Lõgrono, ſed benè cum oppido, & eccleſijs locorum circumuicinorum. Ita enim expreſsè dicit primus ſuper quinto. Itẽ quintus pariter ſuper quinto, qui dicit, quòd habet terminum ſeparatum à locis, & c. oppidis vicinis. In fine tamen neſcit, an ſit diſtinctum à loco de Longrono. Sextus ibidem dicit, quòd habet terminum rotundum, & ſeparatum, quòd quædam loca, & rura; & hęc reſtringit, vt per eum. Quod etiã patet ex ratione, quam allegat, nępè quia non poſſit ibi paſcere, de qua re latè tãtũ agit, & nil loquitur de termino decimario. Et quamuis ſeptimus teſtis, & octauus videantur ſuper ſecundo aliquam referre diſtinctionem etiam cum termino de Longrono; tamen ſeptimus ait neſcire prò certo, ſed vterque au-
1 diuit à quibuſdam & c. ſic † de auditu. Et ſubdunt, quòd ſcripturę eſſent perditę. Vltimus autem pariter ſuper quinto videtur concordare cum primo, & ſic diſtinctio quoad oppidũ de Longrono non probatur.

Quoad ſolutiones decimarum probatur, quòd incolę dicti loci integrè de prędijs ibi exiſtentibus ſoluebant S. Marinę, & pro ea beneficiatis S. Iacobi. Primus ſuper tertio primę inſt. & in vndecimo tertiæ inſt. ſecũdus, tertius, quartus, & quintus ſup. eo. tertio primæ inſt. ſeptimus, octauus, nonus, & vndecimus ſuper ſecundo tertię inſt. & decimus ſuper vndecimo pariter tertię inſt. Sed pręfatus vndecimus declarat, quòd ibi non aderant aliqui parochiani, niſi S. Iacobi, vſque abhinc 15. annis, & quòd tunc eò venerunt aliqui parochiani S. Marinę, quos neſcit, ſi habebant ibi prędia, nec cui decimarent, ſed dici audiuit à clericis S. Iacobi querelantibus, quòd aliqui parochiani della Rotunda, qui acquiſiuerant prædia in dicto termino del Cortizo, ibidem decimabant Rotundę, & idem faciunt parochiani S. Bartholomæi, qui teſtis omni ſuo tempore habuit prędia in terminis del Cortizo. Probãt etiam omnes ſupradicti teſtes in eiſdem locis, quòd colentes alibi ſoluebant medietatem S. Marinæ, & aliam medietatem parochialibus, ſub quibus degebant. primus, tertius, quartus à 40. an. citra, quintus à 50. an. citra, omnes ſuper tertio primę inſt. ſeptimus ſuper ſecundo tertię Inſt. à 51. ſemper, octauus 40. annorũ ſuper ſecundo tertię inſt. Ipſe teſtis, & alij incolę del Cortizo decimabant integrè S. Marinę, à quo loco poſtquam receſſit, decimauit medietatem S. Marinę, & aliam medietatem eccleſię della Puebla. Nonus ibidem teſtis decimabat, poſtquam inde diſceſſerat vſque ad 9. annos.

Aduertebant tamen Domini, quòd idem primus ſuper vndecimo tertię inſt. contrarium videtur probare à multis annis citra, quòd imò non percipiant amplius prędictam dimidiam decimarum, dum ait, quòd poſſunt eſſe 18. anni, quòd arrendatarij de Irache contradixerũt, & quòd exinde leuant prędictas decimas. Idẽ confirmat ſeptimus ſuper 2. tertię inſtant. vbi, quòd à 15. vel 20. ann. arrendatarij de Irache inceperunt tollere decimas illis, qui habitabãt

extra

Digitized by Google

extra oppidum del Cortizo,& octauus ibidem dicit,quòd ab hinc 14.an. arrendator decimarum de Irache abſtulit decimam, quam faciebat prędictę S.Marinę,& exinde continuò illas ſoluit arrendatoribus de Irache. Similiter nono teſti à 9.annis fuit perſuaſũ, quòd decimaret ad Irache.Decimus quoque ſuper vndecimo tertię inſtantiæ idem deponit de tempore 15.annorum parùm plus, vel minus. Probant etiam quidam teſtes, quòd hęc eccleſia eſt parochialis, & quòd benè illas decimas capiet, prout decimas eccleſię annexas, quod tamen ex concordia apparet falſum.

Quid inde modo ex iſtis concluſionibus ſequatur,dicebant Domini, quòd nihil omnino videtur ſequi.Nam, cum non probetur, quòd iſti,qui extra colebant, eſſent parochiani alio-
2 rum, quàm S.Iacobi, ſi ſibi † in hoc ipſi præiudicabant, non debuit poſſe pręiudicium inferri alijs parochijs, quę habent intentionem fundatam ſuper conſuetudine; & in diſtinctione
3 terminorum tanto magis,quia vltimus † ſtatus eſt potius pro collegiata, propter illam interruptionem illorum de Irache. Et in ſumma cõcordia Dominis plus placuit, quàm dicta prędictorum teſtium,cum maximè non probetur quòd eccleſia S.Iacobi ſit ſolita percipere decimas ab alijs parochianis colentibus in d. parochia,qui eſt caſus,de quo agitur.

Reatina caſtri Poſtæ. Lunæ. 15. Nouembris 1574.

EPITOME.

DIſtrictuales probantur per teſtes dicentes vidiſſe eos habitare per 18. annos aliquo in caſtro diſtanti ab vrbe intra 40.milliar.

SVMMAE.

1 *Diſtrictualis quo pacto probetur in materia ſtatutorum Vrbis?*
2 *Statutorum Vrbis lib.1.cap.156. & lib. 3.cap.250.intellectus.*

PRAESVPPOSITA.

Præſuppoſito,quòd reperiatur in actis productum inſtrumentum publicum inter DD. de Brancaleonibus ex vna, & d.Hieronymum Cuparum parte ex altera, occaſione cuiuſdam tranſactionis inter eos celebratæ,in quo dicitur ipſas partes eſſe Romanos ciues, & faciens mentionem de bo.mem. Iacobo de Brancaleonibus,nominatur Domicellus Romanus, ſub die 4.Maij 1552.In reg.fol.96. 1
Et quòd eſſet etiam aliud inſtrumentum publicum inter Illuſtr. d. Petrum Antonium de Brancaleonibus, & d. Camillum Pignattellum ſuper locatione caſtri Viuarij per ipſum d. Petrum Antonium ipſi d. Camillo facta, in quo d. Petrus Antonius nominatur Domicellus Romanus ſub die 30.Auguſti 1573.in reg.fol.95. 2
Et præſuppoſito Vrbis ſtatuto 156.lib.1.de ciuibus intelligendis pro Romanis. 3
Et alio ſtatuto 250.lib.3. 4
Et alio ſtatuto 47.lib.5.in nou. de reformat. ſub rub. nę liceat ſecuodò prouocare. 5
Et pręſuppoſitis dictis teſtium, quorum ſummarium detur. 6

DVBIVM.

An ſatis conſtet, quòd bo.mem. d.Metellus de Brãcaleonibus, & eius filij ſint Romani, vel ſaltem diſtrictuales Vrbis, ad effectum vt duæ conformes poſſint cõtra eos executioni demandari iuxta formam ſtatut. Vrb.lib.5.cap.72.

51. DECISIO. alioqui. V.

1 FVit tentum conſtare † dominos de Brancaleonibus ſcilicet Metellum, & filios eſſe diſtrictuales ad effectum ſtatuti lib. 5. cap. 72. ex teſtibus ſuper hoc examinatis, potiſſimum ex quinto,ſexto,& ſeptimo,qui viderunt per 18.annos eos habitare in caſtro Poſtę, diſtanti ab vrbe intra 40.milliaria,vt pariter probant cęteri teſtes,& alia deducta,& aliqui Domini id habebant pro notorio.
2 Statut.†156.lib.primo.& ſtatut.250.lib.3. loquũtur in materia diuerſa,nempe vel in mercatoribus Forenſibus, vel in ciuibus ex priuilegio,non in diſtrictuali.

Sulmonen. reſeruationis medietatis fructuum. Veneris 22.Octobris 1574.

EPITOME.

PRimum extremum nũquid ex infraſcriptis teſtibus probetur?

SVMMAE.

1 *Teſtes de facto proprio ſunt ij, qui conſignarunt.*
2 *Quaſi poſſeſſio percipiendi fructus, probatur ex ipſis literis reſeruationis, quæ conſueuerunt dicere propria auctoritate.*
3 *Teſtis ſingularis in tempore quis ditatur?*
4 *Verba, in antea, quomodo intelligantur?*
5 *Teſtis dicens,quòd percipiebat fructus nomine ſuo,& Antonij,debet intelligi pro medietate.*

6 *Mandatum præſumitur in ſolutione plurium annorum. & vide num. ſeq.*
7 *Poſſeſsio non acquiritur data ignorantia alterius.*

DVBIVM.

An ex teſtibus, quorum ſummarum detur, probetur primum extremum?

52. DECISIO. alioqui. VI.

PRimum extremum Michaelisangeli videbatur Dominis probari ex primo, & vltimo teſte. Primus ad 18. & ſuper 2. & vltimus
1 ad 17. qui ſunt de viſu, & de † facto proprio,
quia iſti conſignarunt, & deponũt de medietate, qui benè videntur coadiuari ex alijs (licèt magis confuſè) deponentibus, nempe quinto ad 17. & ſuper ſecundo, qui deponit de fructibus, ſed non de quota. & ex tertio ad 17. qui dicit, quòd percipiebat fructus, & poſſidebat, vt ipſe dicebat ſuo, & Antonij de ſotto nomine, quartus ad 17. qui tamẽ ſolùm deponit de fructibus S. Mariæ in Bruſchiano. Penultimus loquitur de poſſeſſione beneficij, & potuit hallucinari teſtis, quia iſte Michaelangelus percipiebat fructus quoad tẽpus. Et, quia fortè poſſet opponi, quòd non conſtet de mandato, di-
2 cebant, ꝙ probatur † iſta quaſi poſſeſſio percipiendi fructus ex ipſis literis reſeruationis, quia Bullæ conſueuerunt dicere, propria auctoritate. Quod tamen ex lectura ipſius bullæ facilè tolli poterit.

Dubium tamen Dominis faciebat, quòd pri-
3 mus, & vltimus ſunt ſingulares † in tempore,
Quia primus deponit, vt apparet ex eius dicto iuxta decimum, quod id fuit de anno 1561. Vltimus de anno 1563. vſque ad annum 1565. Sed iſte vltimus poteſt dari pro conteſte quarto ad 17. quoad tempus, quia vterque de eodẽ tempore 1563. & 64. deponit. Sed quartus tantũ deponit de fructibus S. Mariæ in Bruſchiano, & ideò in fructibus videntur ſingulares.

Tertius an poſſet dici conteſtis vltimi, dubitatum eſt, quia ipſe tertius dicit ad tertium ab anno 1566. in antea, & dubium eſt, quomo-
4 do intelligatur † iſtud, in antea. Quia ſi intelligeretur ideſt infra, non eſſet conteſtis aliquo modo: ſi intelligatur, in antea, ideſt ſupra, fortaſſe poterit dari pro conteſte: Et iſte deponit de perceptione fructuum. Tamen iſte teſtis dicit, quòd Michaelang. reputabatur in illo caſtro poſſeſſor dictorum beneficiorum ſuo, & Antonij nomine, benè idem poteſt dari pro cõteſte, quia deponit de anno 1563, & 64. ad 17. & ſuper ſecundo deponit benè de ambobus beneficijs. Poſſet igitur fundari probatio primi extremi ſuper vltimo teſte, & ſecundo ad 17. & ſuper ſecundo, qui ſunt conteſtes. Et licèt non deponat ſecundus de medietate; tamen, quòd eſſet medietas, probari poſſet ex eodem, & vl-
5 timo, & primo, & ex tertio. Qui cũ dicat, † quòd
percipiebat fructus nomine ſuo, & Antonij, debet intelligi pro medietate. Dixerunt tamen oportere videre, quo tempore fuerit lis mota. Quia, ſi tempus eſt de ſubſtantia, non probatur niſi de anno 1563. Si opponatur de defectu mãdati, placebat, quòd prius aliquid informaretur circa hoc. Quoniam poteſt eſſe difficultas, quia teſtis ſecundus, & vltimus dicunt, quòd conſignarunt fructus de ordine Ferdinandi Corte-
6 ſij. Sed aliqui dicebant poſſe dici, cum ſit † ſolutio plurium annorum, quòd præſumatur mandatum, Rot. in ant. deciſ. 11. de cauſ. poſſ. & proprietat. Sed hoc poteſt habere difficultatem,
7 quia † non videntur dari adminicula aliqua, &
ſecundùm aliquos Dominos in pluribus cauſis Rota non ita ſimpliciter eſt ſequuta illam deciſ. Hic enim conſtat, quòd Corteſius mandauit. Sed de mandato Antonij dubitabant, quia nullam videbant coniecturã: niſi dicatur, quòd ipſe poſſit percipere propria auctoritate, vt ſup. dictum eſt. Sed hoc etiam haberet difficul-
8 tatẽ, quia data † ignorantia Antonij, non poteſt dici, quòd aliquam quæſiuiſſet poſſeſſionem. iux. not. in c. cum in eccleſia Sutrina. de conſtitutio propterea dixerunt, quòd pars ſuper his ſatisfaceret.

Iſpalen. penſionis 250. ducat. Mercurij. 9. Martij 1575.

EPITOME.

STylus deciſorius præcipuè, vbi agitur de graui præiudicio, eſt legitimè probandus, & extraiudicialis informatio non ſufficit.

SVMMAE.

1 *Stylus deciſorius eſt legitimè probandus, nec ſufficit informatio extraiudicialis præcipuè iure grauis ꝑiudicij. n. 2.*
3 *Regreſſus, & fructus cum reſeruantur, ſoluitur in Dataria medietas fructuum expreſſorum.*
4 *Regreſſum, ſtallum in choro, & fructus quando aliquis ſibi reſeruat abſque mentione diſtributionũ, ſoluitur in Dataria integra quantitas fructuum expreſſorum, demptis quinque, vel decem ex gratia.*

Stylus

Digitized by Google

5 *Stylus quòd fieri non ſoleat mentio de diſtributionibus quotidianis, quo pacto deduci, & probari debeat? & num. 6.*

D V B I V M.

An ex deductis conſtet ſufficienter de ſtylo in caſu, & ad effectum, de quo agitur?

53. DECISIO. alioqui. VII.

FVit dictum ſtylum, de quo agitur, ex deductis per d. Melchiorem legitimè probatũ non videri. Nam aliqui Domini dicebant ſty-
1 lum † deciſorium eſſe legitimè probãdum, nec ſufficere extraiudicialem informationem. Socin.conſ.36.num.11.& conſ.39. num.28.& 29. lib. 4. cum adductis per Pedemont. deciſ. 22. num.3.Roch.in c.fin. num. 591. de conſtitut. Roland.conſ. 53.num. 37.volum. ſecun. maxi
2 mè † vbi agitur de graui præiudicio, vt in iſto caſu, vt per Socin.ibidem.

Non obſtant ſupplicationes productæ, quia ſunt paucæ numero. item procedunt penè õmnes ab eodem fonte, nec conſtat, quòd tunc canonicatus Iſpalen. conſiſteret ſolùm in diſtributionibus quotidianis.

Fides miniſtri R.D.Datarij quibuſdam Dominis potius faciebat dubium contra ſtylum.
3 Quando † enim reſeruantur regreſſus, & fructus, ſoluitur medietas fructuum expreſſorum.
4 Item quando † reſeruantur ſtallum in choro, regreſſus, fructus, abſque mẽtione diſtributionum, ſoluitur integra quantitas fructuum expreſſorum, demptis quinque, vel decem ex gratia. Sed in primis ſupplicationibus, in quibus fit mentio diſtributionum, animaduertebãt potius aliquid auctũ. In prima enim fructuus exprimuntur 80.& ſoluuntur 90.& ſic illud plus potuit eſſe pro diſtributionibus. Similiter in tertia fructus exprimuntur 24. & ſoluuntur 95. Et quamuis adeſſet etiam diſpenſatio in 3. credebant, quòd propter huiuſmodi diſpenſationem modicum ſolueretur.

Secunda huic correſpõdet, & in effectu poſt multa firmatum fuit ſtylum non eſſe ſufficien-
5 ter probatum, niſi ſtylus, † deducatur, quòd nõ eſſet ſolitum fieri mentionem de diſtributionibus quotidianis in iſtis ciuitatibus.
6 Item probetur, † quòd tunc temporis conſiſterẽt fructus in diſtributionibus quotidianis, prout hodie. Ideo voluerunt, quòd fieret maior diligentia, citata parte, & quòd ſtylus probaretur formiter.

Iſpalen. penſionis 250. ducatorum, Lunæ. 13.Iunij 1575.

EPITOME.

STylus imponendi penſiones ſuper diſtributionibus quotidianis, quomodo probatus dicatur?

SVMMAE.

1 *Stylus qualiter probetur?*
2 *Diſtributiones quotidianæ dicuntur verè fructus.*
3 *Veriſimile non eſt penſionarium voluiſſe propter lucrum compoſitionis cum fraude etiam factum, reddere nullã reſeruationem penſionis.*
4 *Plures vincunt pauciores.*

PRAESVPPOSITA.

Stantibus tribus deciſionibus coram R.P.D.de Graſſis, videlicet prima 14.Iunij 1574. ſecunda 29. Nouemb. 1574. tertia, & vltima nona Martij 1575. 1
Et ſtante fide diligentiarum, de qua in actis. 2

DVBIVM.

An ex deductis conſtet ſufficienter de ſtylo, in caſu, & ad effectum, de quo agitur?

54. DECISIO. Alioqui VIII.

1 COncluſum fuit ſtylum † probatum eſſe, attento quòd tunc temporis, ſicut antea, & ſicut hodie fructus horum canonicatuum conſiſterẽt in diſtributionibus. Apparent enim quã plures reſeruationes, in quibus nulla fit mẽtio diſtributionum.

Non obſtat, quòd fiat mentio de fructibus capacibus penſionum, quæ reſeruantur. Quia
2 fuit dictum, quòd, cum illi † eſſent verè fructus, neceſſariò dicendum eſt, quòd ſint ſuper diſtributionibus reſeruatæ penſiones.

Nec aliquid facit, quòd potuerit id fieri ad
3 fraudandum compoſitionem, quia non † eſt veriſimile, quòd penſionarius voluiſſet propter lucrum ſolum compoſitionis (cum fraude etiã, & iniuſtè factum) reddere nullam reſeruationem penſionis.

Non obſtat, quòd in duabus ſit facta men-
4 tio diſtributionum: quia iſtæ † ſunt multo plures, & ita Domini concorditer firmarunt ſtylũ ſatis eſſe probatum in caſu propoſito.

Gerunden. Anniuerſariorum. Lunæ 5.Decembris 1575.

EPITOME.

CApitulum tenetur probare extare, vel non extare alia ſtatuta, ſiue aliam facultatem iſto caſu.

SVM-

Digitized by Google

SVMMAE.

1 *Probandi onus incumbit ei, qui ſuſtinet partes actoris.*
2 *Adminiſtratio regulari ſolet à re adminiſtrata.*
3 *Capituli maior pars non poteſt ſtatuere in his, quæ tangunt ius ſingularium, niſi omnes conſentiant.*
4 *Capitulum non poteſt aliquid ſtatuere, vel ordinare circa anniuerſaria, in præiudicium beneficiatorum, ſi beneficiati habent & ipſi ius in eis.*
5 *Commune quod eſt pluribus, ab omnibus debet cõprobari.*

DVBIVM.

Cui incumbat onus probandi extare, vel non extare alia ſtatuta, ſiue aliam facultatem in caſu, & ad effectum, de quo agitur?

55. DECISIO. alioqui. IX.

REſolutum fuit onus probandi incumbere
1 capitulo, cum † ſuſtineat partis actoris,
& beneficiati ſint rei, & poſſeſſores, & hoc niſi
probaretur capitulum habere intentionẽ fundatã
priuatiuè ad beneficiatos in rebus, & bonis
eis cõmunibus. De quo per aliquos Dños
2 dubitabatur, quia adminiſtratio † ſolet regulari
à re adminiſtrata, vt, ſi ea eſt communis, & ipſa
adminiſtratio dicatur communis, ſi res eſt propria,
& adminiſtratio cenſeatur propria, vt in c.
3 edoceri. de reſcript. Et videmus, quòd maior †
pars capituli non poteſt ſtatuere in his, quæ
tangunt ius ſingulariũ, niſi omnes conſentiant.
Felin. in c. cum omnes. ſub num. 18. in vndecima
fallen. de conſtit. Aug. Bero. ibi num. 29.
& 79. tanto minus videtur dicendum capitulum
4 † poſſe quicquam ſtatuere, & ordinare in
præiudicium beneficiatorum, ſi habent ius, &
ipſi in iſtis anniuerſarijs. Regula enim iuris cer
5 ta eſt, quòd illud, † quod commune eſt pluribus,
ab omnibus debet comprobari. l. fin. C. de
admin. tuto. reg. quod omnes. cum concor. de
reg. iur. in 6.

Reatina caſtri Poſtæ Veneris,
16. Decembris 1575.

EPITOME.

SVmmam fructuum à ſpoliante perceptorum per teſtes liquidata, quãdo eſt ambigua, Rota interdũ per modum prouiſionis eam diuidit per medium, & dimidiam mandat executioni cũ clauſula, quamdiu vel maior, vel minor ſumma per partes probetur.

SVMMAE.

1 *Probatione teſtium exiſtente ambigua circa fructus, Rota per modum prouiſionis dimidia exequitur cum clauſula, de qua in num. 2.*
3 *Minimum ſequimur in obſcuris.*

PRAESVPPOSITA.

Præſuppoſitis depoſitionibus teſtium, quorum copia in neceſſarijs Dominis detur.

DVBIVM.

An ſint ſufficienter liquidati fructus caſtri *Poſtæ* & ſi ſint, vſque ad quam ſummam, & ſeu pro quanta ſumma in caſu, de quo agitur?

56. DECISIO. alioqui. X.

DOmini ordinarunt per modum prouiſionis,
quòd ſumma, de qua per teſtes liquidata,
prout in quodam folio meo, diuideretur
per medium. Cum enim per teſtes probantes
dictam ſummam, loquantur de præſenti, non
placuit Dominis eam integram deberi ab anno
1530. de tempore ſpolij citra. Nam certum
eſt de dicto anno 30. & per multos annos ſequentes
precia rerũ fuiſſe longè minora, quàm
hiſce temporibus, & temporibus immediatè
1 præcedentibus. In hac ergo † re difficilis probationis
elegerunt dictum temperamẽtum, &
noluerunt dare executionem illuſtr. d. Iacobo
ad rationẽ precij præſentis, vel immediatè præcedentis
temporis, ſed, vt fieret compenſatio
de iſto maiori precio, quo hodie res valẽt cum
minori illius temporis: Et licèt teſtes non probent
de temporibus præteritis, tamen Domini
dicebant eſſe certum, quòd de dictis temporibus
extiterunt fructus caſtri percepti per dominos
ſpoliatores, quos æquiſſimum dixerunt
2 debere reſtitui. Et hæc quamdiu † vel maior,
vel minor ſumma per partes probetur, & ſine
præiudicio verioris probationis quandocunque
faciendæ; Cum ergo prædicta ſumma, de
qua in dicto folio ſit ſcut. 182. ſingulo anno, &
vltra, dimidia dictæ ſummæ erit 91. ex quibus
91. eſt aſſignanda tertia illuſtr. Iacobo, quæ
erit ſcut. 30. annis ſingulis, & bol. 40. quæ ſumma
ab anno 1530. incluſiuè vſque ad annum
1575. importaret ſcuta 1380. omiſſis bononenis.
qui etiam multiplicati aliquam quantitatẽ
3 facerent. Ego tamen, vt in obſcuris † quod
minimum eſt, ſequerer, & quantum potui fauẽdo
reis, & debitoribus, feci condemnationem
in ſcut. 1300. tantùm, Et hoc, vt dixi, per modum

dum temperamenti, & prouiſionis, de ordine tamen Dominorum, & quamdiu verior probatio habeatur.

Ciuitatis Caſtelli ſupplemẽti legitimę. Veneris. 27. Ianuarij 1576.

EPITOME.

TEſtibus examinatis coram arbitro, ſi aduerſarius non vult ſtáre coram Ordinario, & viuunt, ſunt repetendi, Sed confeſſionibus præſertim iuratis coram arbitro factis, ſtatur omnino coram iudice ordinario.

SVMMAE.

1 *Arbiter quando quis dicatur, & non arbitrator? & nu. 3.4.7.9.10.& 11.*

2 *Procedendi modus eſt attendendus, vt cognoſcatur, an ſimus in arbitro, an in arbitratore.*

5 *Arbiter quis euadit per illa verba compromiſſi videlicet, decidendi, prout de iure.*

6 *Arbitratorem non faciunt partium comparitiones, ſi is verè eſt arbiter tantùm.*

8 *Arbiter quis in dubio potius cenſetur, quàm arbitrator.*

12 *Arbiter inter conſanguineos vigore ſtatuti electus, dicitur neceſſarius, ſed melius diſtingue, prout num. 13.*

13 *Compromittere ſemel ſufficit, vbi non viget ſtatutum, ſed vbi adeſt ſtatutum, toties eſt compromittendum, quouſque ſequatur laudum.*

15 *Compromiſſum fieri ſi iudex mandat, hoc attribuitur neceſſitati ſtatuti.*

16 *Acta inſtructoria facta coram arbitris, probant in iudicio ordinario.*

17 *Teſtibus examinatis coram arbitro, ſi pars non vult ſtare coram Ordinario, ſunt de nouo examinandi, & quid ſeruetur in Vrbe? num. 18.*

19 *Confeſſio facta coram arbitris, valet prout iudicialis ex veriori, & præiudicat num. 20. præſertim quando adeſt iuramentum. num. 21.*

22 *Acta facta coram arbitris reſpicientia cauſæ deciſionem, non pereunt.*

PRAESVPPOSITA.

Præſuppoſitis ſtatutis ciuitatis Caſtelli, ſub rub. de arbitrijs, & laudis lib. 2. cap. 21. & in addit. ſub rub. de compromeſſi, lodi &c. lib. 1. 1

Ac compromiſſo inter partes facto de anno 1551. die 27. Octobris, ac alio compromiſſo ſimiliter inter dictas partes facto coram iudice Vicelegati Peruſiæ del 1563. & alio inter eaſdem partes del 1572. facto, quorum Dominis copia detur, &c. 2

Et quòd coram vltimo compromiſſario Pompeius, & cõſortes libellum dederint, & obtinuerint parti aduerſæ aſsignari terminum trium dierum ad dicendũ contra, & quolibet die iuridico procedi. 3

Et quòd Petrusleo tam nomine proprio, quàm Marij eius fratris, pro quo &c. & Ludouicus aduerſarij huiuſmodi terminum ad dicendum contra ſibi prorogari obtinuerint, & infra illud tempus contra dictum libellum excipiendo oppoſuerint, & contenta in eo ſibi præiudicialia negauerint, petierintque ſe abſolui à contentis in eo. 4

Et quòd in termino per eundem iudicem aſsignato vtriq. parti ad probandum, Pompeius, & conſortes articulos dederint, & citationem committi obtinuerint contra eoſdem Marium, & conſortes de illis reſpondendo medio iuramento. 5

Et quòd idem Marius citatus domi dim. copia, & alij conſortes citati perſonaliter, qui allegarunt abſentiã d. Marii à ciuitate Caſtelli, & ad reſpondẽdum obtinuerint ſibi prorogari terminum ad faciendam dictam reſponſionẽ, & poſtmodũ medio iuramento d. articulis reſponderunt, prout in fine ipſorum, præſente patre Pompei, & conſortum, qui confeſſiones eorum acceptauit. 6

Et quòd in proceſſu producto non apparet, quòd fuerint adhibiti teſtes dictis reſponſionibus. 7

Et quòd Pompeius, & conſortes citatis dd. Mario, & cõſortibus, obtinuerint teſtes per eos nominatos admitti, & committi in forma, & aſsignari dd. aduerſarijs terminum trium dierum ad dan. interrogatoria, aliàs &c. 8

Et teſtibus examinatis pro parte Pompei, & conſortum, cum interrogatorijs partis per eundem iudicem adhuc non publicatis. 9

Et cauſa huiuſmodi pro parte Pompei, & conſortum in eiſdem ſtatu, & terminis, in quibus reperiebatur coram dicto iudice, commiſſa fuerit Gubernatori ciuitatis Caſtelli cum clauſula, ſummariè & ſola facti veritate inſpecta, in corpore commiſsionis tantùm appoſita, & ſignata per, conceſſum, vt petitur in præſentia D.N.PP. Card. de Acquauiua. 10

Et cõmiſsione dictæ cauſæ in Rota pro parte Tittæ, & conſortum introducta, vnà cum incidentibus depẽdẽtib. & toto negocio principali vigore appellationis interpoſitæ per Marium à prouincia dicti Gubernatoris cum clauſula, quam, & quas. 11

Et quòd ex parte Marij, & conſortum dicatur, quòd proceſſus coram dicto vltimo iudice non fuerit completus, ex quo compromiſſum expirauerat. 12

Et quòd pro parte Marij, & conſortum hodie contradicatur dictis atteſtationibus, & inſtent illis fidem non adhibendam. 13

Et quòd decreta, de quibus in proceſſu de partibus partim ſunt facta videlicet viginti per hæc verba: Qui Dominus arbiter ſedens &c. & vnum per hæc videlicet: qui Dominus arbiter, & arbitrator ſedens &c. & duo, qui d. arbiter iuris, & ſeptem, qui arbiter ſedens &c. 14

Et quòd in articulis coram dicto iudice datis Pompeius, & Titta nominauerint eundem iudicem arbitrum iuris, & corã eo vti tali articulos dederint. 15

Et quòd Petrusleo, & Ludouicus aduerſarij excipienda contra commiſsionẽ Gubernatoris Caſtelli pro parte Tittæ, & conſortum præſentatam, oppoſuerint de eius nullitate, ex eo quòd in ea non dicatur, quod in ciuitate Caſtelli extat ſtatutum, quòd cauſæ inter coniunctos compromittantur, minuſque expreſ-

expreſſum fuit, quòd ioter partes pendebat cauſa coram d. Gubernatore, de & ſuper alio compromiſſo faciendo. 16

Et quòd Marius, & Pettusleo in appellatione per eos interpoſita à decreto dicti Gubernatoris, dicant, quòd aliàs orta lite inter ipſos, & Tittam ſuper reſciſsione cuiuſdam donationis, rebuſque alijs, inter cætera conuentum fuerit, quòd eorum differentiæ per viam compromiſsi decidantur, & ter, vel quater deuentum fuerit ad compromiſſum, & coram arbitris cæptum iudicium, & vltimo loco ipſis citatis ad eligendum de nouo in arbitrum d. Cæſarem Albizinum, & contradicendum d. Gubernatori, auditis partibos, & viſis actis, pronunciauit fieri debere cōpromiſſum iuxta formam ſtatutorum dictæ ciuitatis, & quòd Titta, & conſortes tacito dicto decreto, & re iudicata, obtinuerint quoddam reſcriptum cōmiſsionis cauſæ in forma breuis apoſtolici. 17

Et quòd Cæſar vltimus iudex, aduerſarijs petentibus ſuperſederi in cauſa propter abſeotiam Marij, penes quem dixerant eſſe ſcripturas, procuratore Tittæ, & conſortium proteſtante ſub aſſerto prętextu aſſertæ abſentiæ Marij non debere ſuperſederi, & prorogari, cum fuerit libellus ſibi perſonaliter præſentatus, & aſſerta abſentia ſit volūtaria, & propterea inſtāte, & proteſtāte procedi ad vlteriora, prorogauit eis terminū ad reſpondendū libello, & interim mandauit eis prouideri de aduocato, & procuratore petito, & poſt dilationē 15. dierū vtriq. parti ad probāda aſsignatū, prorogarunt per quatuor dies terminū ad reſpōdendū articulis Mario, & conſortibus aſſignatum, prima ſimpliciter, ſecunda propter infirmitatem corporis ſui, tertia propter lapſum feſtiuitaós Natalis Domini Noſtri Ieſu Chriſti, quarta ſine expreſsione alicuius cauſæ. Io qua d. Marios reſpondit articulis, & poſtmodum dilationem 10. dierum vtrique parti ad probādum aſsignauerit, & terminum trium dierum Mario, & conſortibus aſsignatum ad dandum ioterrogatoria ipſis illum per quatuor dies prorogari petentibus, qui habebant aduocatum in ciuitate Peruſię, prorogauerit, & iterum alium terminum ad dandum interrogatoria prædicta eis peremptoriè aſsignauerit propter impedimētum aduocati per eos allegatum, & poſtmodum petente Mario, & conſorte terminum ad probanda eis decem dies aſsignauerit, & finaliter aliam dilationē per eoſdem petitam, ex eo quòd non potuerunt habere teſtes, illis conceſſerit. Quarum dilationum, & prorogationum habetur etiam meotio ſupra in 3.4.5.& 7. præſuppoſitis. 18

Et quòd procurator Tittæ, & conſortum in exceptionibus per eom coram domino Gubernatore datis, inter alia dixerit, quòd d. Cęſar Albizinus dederat termioum ad probandum vtrique parti, & qoòd in dicto tetmino Petrusleo, & conſortes nihil facere curauerunt, cum tamen id facere potuiſſent. 19

Et quòd Petrusleo oomine ſuo, & fratris, pro quo de rato &c. coram eodem Gubernatore reſpondendo huiuſmodi exceptionibus, dixerit, quòd ideò nō examinauerit ſuos teſtes io termino vtrique parti ad probandum aſsignato, quia ſtylus eſt in ciuitate Caſtelli, & alibi ſeruatur in iudicijs ad inſtar, quorū redacta ſunt compromiſſa, quia prius expediat ſe pars actrix, & poſtea rea. 20

Et quòd à principio de anoo 1551. fuerit pro parte Tittæ, & conſortum introducta lis tam ſuper oullitate donationis d. Ioaonæ, quàm illius reſciſsione, & conſequutione legitimæ, ac dotis, cum clauſula, quā, & quas, in ciuitate Peruſiæ, ſub prætextu quòd perhorreſcant ciuitatem Caſtelli, propter potentiā, & fauorem Petrileonis, & conſortum in dicta ciuitate. 21

Et procuratorio per Tittam, & Pompeium in Vincentium Ranutium die 24. Nouembris 1572. facto. 22

Et quòd procurator Tittæ, & conſortum comparuerit prima vice coram d. Cæſare in productione libelli, & nominauerit illum arbitrum, & arbitratorem, & produxerit libellum, in quo oominatur idem Cæſar arbiter, & arbitrator. 24

Et quòd procurator Tittæ comparuerit continuò coram d. Cæſare ſub his verbis, coram, &c. 24

Et ſimiliter pro parte Marii, & conſortum tam in exceptionibus, qoàm articulis datis coram eodem Cæſare nominaueriot illum iuſtiſsimum arbitrum, & arbitratnrem. 25

Et quòd Titta, & conſortes ſub die 3. Nouēbris 1574 reuocaueriot omnes confeſsiones tam per ſe ipſos, quàm eorum procuratores quomodolibet factas, & emiſſas, tam coram arbitro, quàm alio quouis iudice, & io quacunque inſtaotia. 26

D V B I V M.

An huiuſmodi confeſsiones, acta, & atteſtationes probent in hoc iudicio, & quam probationem faciāt?

57. DECISIO. alioqui. XI.

DOmini pro reſolutione dubij multa capita diſtinguebant. Primo an ſimus in arbitro, vel arbitratore. Secundo dato, quòd ſimus in arbitro, an in neceſſario, & in vim ſtatuti electo, an verò in voluntario. Tertio demum ad punctum, an confeſsiones, acta, & atteſtationes, de quibus agitur, probent in hoc iudicio?

Quoad primam quæſtionem Domini tenue
1 runt, quòd † eſſemus in arbitro, non autem in
2 arbitratore. Primo ex modo procedendi, qui †
debet attendi in hoc, vt tenent Doctores per doctrinam Bar. in l. ſocietatem. §. arbitrorium. ff. pro ſoc. Rom. in rub. de arb. numer. 49. & in conſ. 247. num. 5. Aymo. in rub. de leg. primo. mihi ſub num. 126. ſecundùm paruam impreſſionem.

3 Modus enim procedendi fuit, vt coram † arbitro iuris, ſeruando telam iudiciariam, vt conſtat ex præſuppoſitis. 3.4.5.6.8.9.14.15. 18. 19.20. præſertim ſi intrat ſtatutum, prout benè per Felin. in c. præſentata. num. 13. de teſtib.

4 Secundo quia fuit data facultas decidendi † de iure tantùm, quæ clauſula importat, & facit arbitrum. Butr. in c. quintauallis. num. 17. Guiliel. de Cun. in d. l. ſocietatem. §. arbitrorum.

num.

num. 10.ff. pro ſoc. [illegible] Item aſſimilat potius
arbitro talem formam compromittendi, quàm
5 arbitratori. Imò per dicta verba, † prout de iu-
re (etiam ſi fuiſſet dictum in arbitrum, & arbi-
tratorem) nihilominus dicetur arbiter. Rom. in
rubr. de arbi. num. 48. Et propterea non ſunt
6 attendendæ comparitiones † partium ſub illis
verbis, tanquam coram arbitro, & arbitratore,
ſed debent attendi acta, & modus procedendi,
per præalleg. & vltra ea not. per Felin. in c.
cum ex officij. numer. 32. de præſcript.
7 Tertio quia fuit appoſita pæna, † quòd ma-
ximè oſtendit eſse arbitrum. Imol. in d.c. quin-
tauallis. ſub nu. 13. verſ. & hoc intelligo. & quia
8 in dubio potius † cenſetur arbiter, quàm arbi-
trator. Imol. ibidem. num. 15. in fin. poſt Butr.
& alios ibi. Alex. conſ. 55. n. 9. lib. 5. Moder. de
S. Blaſio. de arbit. lib. 8. ca. 3. & 4. & alij, qui fue
runt allegati coram R.P.D. Verallo, in vna Mã
tuana bonorum 27. Ianuarij præteriti, licèt in
eo caſu ſecus propter circunſtantias.
9 Quarto quia fuerunt compromiſſarij † ſem-
per electi iuriſperiti. Bero. conſ. 29. numer. 2.
libr. 3.
10 Non obſtat, quòd renũcietur litibus, † quia
hoc non prohibet, cur non poſſint dici com-
promittere, vt in arbitrum.
Non obſtat, quòd dicitur in compromiſſo,
11 quòd partes amicabiliter † decidere vellent,
& ſumptibus parcere. Nam hoc nihil refert,
quia ad hoc ſunt inuenta hæc compromiſſa in-
ter conſanguineos, vt euitentur iſti litium an-
fractus, vt per Ancar. conſ. 159. ſub num. primo.
poſt princip. cum alijs, vt per Natt. conſ. 622.
num. 6. lib. 3.
Quoad ſecundam quæſtionem fuit dictum
12 videri cõſtare huiuſmodi arbitrium † fuiſſe ne-
ceſſarium, non autem voluntarium, ex præſup-
poſ. 16. & 17. Et iſta eſt regula in hac materia
Ancar. d. conſ. 159. ſub num. primo. circa med.
verſ. item magis eſſet. Aret. conſ. 24. cum alijs
per informantes adductis poſt Bal. conſ. 351.
col. 3. num. 8. in 5. vol. Et licèt alij contrarium
ſenſerint, nempè Rip. in c. cum M. num. 181. de
conſtit. Mantica 170. Parpal. in l. ſi quis maior.
num. 12. C. de tranſ. & Iaſ. in ſpecie conſ. 12. n.
5. lib. 1. velit, quòd prima opinio procedat,
quando ex inſtrumento compromiſſi, vel aliàs
de hoc conſtat, aliàs compromiſſum dicitur vo-
luntarium, tamen Dec. conſ. 8. num. 4. & conſ.
22. col. prima. num. primo, in fin. tenet contra-
rium, & dictum Iaſ. reprobare videtur Aymo
in rub. de leg. 1. ſub num. mihi 140. vbi multa
deducit facientia ad iſtam concluſionem. Et in
effectu prima opinio magis vera pluribus Do-
minis videbatur. Quia tamen aliqui Domini
dubitabant propter prædictas controuerſias,
allegabatur pro reconciliatione diſtinctio re-
lata per Alciat. in d. l. ſi quis maior. nu. 26. & ſe-
cundùm aliam impreſſionem, num. 11. & per
Rip. in d. c. cum M. ſub. num. 18. nempè quòd,
13 ſi compromiſſum † fuit factum ſpontè, & non
à coactis à ſtatuto, & procedit opinio Iaſ. &
aliorum ſecundam opinionem tenentium: Aut
à coactis, & tunc procedit prima opinio. Et
ideò placuiſſet Dominis, quòd videretur ſtatu
tum, de quo agitur, vt videretur, an inducat ne
ceſſitatem compromittendi, & ſecundùm quã
formam, & pariter videretur, an compromiſſa,
de quibus agitur, ſint ſecundùm illam formã,
an verò diſſimilia, & diuerſa, quia tunc non vi-
derentur facta in executionem ſtatuti, ſed ſpõ
tè, vt per Alciat.
Sed demum, quicquid ſit de prædictis, in ca
ſu noſtro videbatur aliquibus Dominis, quòd
ceſſaret difficultas. Quia ex multiplicitate com
promiſſorum apparet, quòd partes voluerunt
compromittere in vim ſtatuti. Nam, vbi nõ vi-
14 get ſtatutum, † ſufficit ſemel compromittere,
at, vbi adeſt ſtatutum, toties eſt compromittẽ-
dum, quouſque ſequatur laudum, vt benè de-
clarat Dec. d. conſ. 22. num. primo. ante med.
Felin. in c. 2. col. penult. de treug. & pac. Marſil.
ſing. 172.
Non obſtat, quòd ſemel iudex mandauerit
15 fieri cõpromiſſum, quia nihilominus † hoc at-
tribuitur neceſſitati ſtatuti. Dec. d. conſ. 22. nu-
mer. 1. ad fin. & num. 2.
Quoad tertiam quæſtionem dicebant Do-
16 mini, quòd cõmunis eſt concluſio, quòd acta †
inſtructoria cauſæ probant in iudicio ordina-
rio. c. præſentata. 2. ibi Felin. nu. 9. de teſtibus.
Marc. Anton. Blanc. de comprom. q. 8. nu. 24.
cum alijs alleg. tamen, quia iſta acta partim cõ
tinent teſtium dicta, & partim confeſſiones, de
ijs eſt ſeparatim videndum: cum ſit inter iſta di
uerſitas rationis, vt per eundem Felin. ibid. nu-
17 mer. 10. & 11. Igitur quantum ad teſtes † par-
te nolente eis ſtare (ſi viuunt) ſunt denuo exa
minandi, vt per Felin. ibi nu. 10. Tamen ſecun
18 dùm aliquos Dominos de ſtylo † curiæ face-
rent fidem, impetrata commiſſione, quòd arbi
trio, &c. cum fuerint examinati cum interroga
torijs partis aduerſæ.
Quantùm ad confeſſiones factas coram ar-
bitrijs, licèt ſit controuerſia, an probent,
vt iudiciales, vel extraiudiciales? & Alex. conſ.
13. nu. 4. lib. primo teneat, quòd tanquam ex-

Digitized by Google

traiudiciales, Idem tenet Milis in verb. confeſſio facta coram arbitratore. Affiict. deciſ. 178. ſub numer. 10. verſ. 7. fuit dubitatum;
19 tamen Dominis videbatur, quòd verior † ſit opinio contraria, quòd valeant, vt iudiciales. quam tenet Imol. in d.c. præſentata. quem refert etiam Felin. num. 11. iunctis his, quę de æquitate etiã canonica tradit Gabriel de confeſſ. concluſ. 1. num. 46. cui ſe ſubſcribit addit. ad Alex. d. conſ. 13. num. 4. lib. 1. Sed dicebant, quòd ceſſat difficultas in caſu noſtro, ſi intrat ſtatutum, vt per Alex. ibi, & quòd
20 confeſſio † huiuſmodi ſiue iudicialis, ſiue extraiudicialis, ſtantibus ſupradictis, præiudicet, dixit Butr. in d.c. quintauallis. d. num. 25. &,
21 cum adſit iuramentum, † tollitur omne dubium. Socin. Iun. poſt Felin. conſ. 5. num. 9.
22 in 3. & huiuſmodi acta † reſpicientia deciſionem non pereunt. l. pen. C. de arbitr. & in d.c. præſentata.

Tyburtina retrouenditionis caſtri Viuarij. Lunæ. 6. Februarij 1576.

EPITOME.

IMpetrans tenetur verificare narrata in literis, alioqui non poteſt A. C. executiuè procedere.

SVMMAE.

1 *Narrata in literis, ſunt per impetrantem verificanda, & quare? num. 2.*
3 *Gratia vitiatur in totum ex qualibet falſa expreſsione.*
4 *Executiuè non poteſt procedere A. C. niſi narrata in literis ſint priùs verificata.*
5 *Falſus precator debet carere impetratis.*

DVBIVM.

An dominus Petrusantonius teneatur verificare narrata? & ſi ſic, an eis nõ verificatis, potuit A.C. executiuè procedere?

58. DECISIO alioqui. XII.

REſolutum hoc in caſu fuit d. Petrumanto-
1 nium tenere † verificare narrata in eius literis, prout notatur in c. 2. vbi poſt alios Rip. num. 29. de reſcript. Dec. conſ. 142. num. 6. Socin. conſ. 164. num. 6. lib. 2. per rationem, quam
2 omnes amplectuntur in d. cap. 2. quia omnia † principum reſcripta habent ſubintellectã clauſulam in ventre, quatenus preces veritate nitantur. ad l. fin. in princip. C. de diuerſ. reſcrip. Non obſtat, quòd ſine tali expreſſione princeps conceſſiſſet: Nam (dato, quòd hoc neque apparet verificatum) expreſſio hæc non fuit viſa Dominis leuis, cum expreſſerit ſe vendidiſſe cum pacto redimendi ad quadriennium hoc caſtrum pro ſcut. 3500. quod valet 8000. & vltra. Imò videbatur Dominis, quòd ob hanc allegatam læſionem princeps fuerit motus ad concedendum alium annum ad redimendum, ad Soc. d. conſ. 164. n. 4. Et tandẽ dixerunt nos
3 eſſe in gratioſis, † in quibus falſa quælibet expreſſio vitiat in omnibus gratiã, prout ſæpius Rotam iudicaſſe teſtãtur. Thom. de Than. deciſ. 65. incip. Quidam obtinuerat. Pute. deciſ. 350. incip. die 20. Octobris deciſ. 397. & 311. in fin. lib. 1. Accoramb. deciſ. 16. incip. in vna Iſpalen. portionis. lib. 1. & poſt Felin. qui hanc communem dicit in c. ad audientiam. ſecundo. num. 22. verſ. literæ. de reſcrip. adnotauit idem Capuraq. tentum fuiſse in vna Tullen. canonicatus, & præbend. coram Veſtano die 11. Martij 1552. in eius adnotationib. ver. gratia eſt ipſo iure nulla &c. Et hoc fuit apud Dominos indubitatum, cum hic neque appareat expreſſum fuiſſe ſufficiens ad impetrandum gratiam. Et ideo ſine difficultate concluſa per eos fuit ſecunda pars dubij, nempè illis non verificatis,
4 non † potuiſſe A.C. executiuè procedere, attẽta partis oppoſitione facta in actis, per. c. ſuper literis. cum ibi notat. de reſcript. & l. ſi preci-
5 bus. C. ſi cont. ius, vel vtil. publ. Falſus † enim precator carere debet impetratis, iuribus iam relatis; cum alijs vulg.

Sulmonenſis reſeruationis fructuum. Mercurij. 14. Martij 1576.

EPITOME.

POſſeſsio abbatiæ probata dicitur plenè per teſtes deponẽtes, prout in hac deciſione.

SVMMAE.

1 *Teſtes vt probent poſſeſsionem abbatiæ quomodo debent deponere? & num. 3. & 4.*
2 *Aſſictuarius, ſeu conductor abbatiæ deponens de receptione fructuum, probat poſſeſsionem.*

DVBIVM.

An ex teſtibus pro parte Illuſtriſs. & Reuerendiſs. Cardinalis S. Sixti examinatis, & reſpectiuè repetitis, elidatur probatio Michaelisangeli Plancę.

59. DE-

Digitized by Google

59. DECISIO. alioqui. XIII.

DOmini reſeruarunt reſponſionem dubij propoſiti ad concurſum faciendum cum teſtibus M. Angeli, vt tunc collatis probationibus vtriuſque partis, videatur, quæ probatio præualeat? Interim tamen ex teſtibus Illuſtriſſ. D. Cardin. S. Sixti dixerunt colligi quatuor ſequentes concluſiones.

1 Prima quòd has abbatias poſſedit † primo frater Peregrinus vſque ad obitum, deinde Iulius Cantelmus, donec fuit creatus Dux. poſtmodum Martius eius frater vſque ad eius obitum, tertio loco Cardinalis Acquauiua, cui ſucceſſit Illuſtriſ. D. Cardinalis S. Sixti. Primus ſuper tertio, quarto, & ſexto artic. Secundus ad 8. inter. ibi, quòd fuit interfectus quidam miniſter regiæ audientiæ, quando vnus voluit capere poſſeſſionem harum abbatiarum, quæ aliter non fuit tunc capta tempore, quo teſtis iſtas abbatias conductas retinebat à Mar-
2 tio. & ad 9. quòd ipſe teſtis † vti affictuarius Martij cepit fructus anni 1561. ad 18. & ſuper primo, ſecundo, tertio, & ſexto. Tertius ad 16. vſque ad obitum Martij, & ſuper quinto. Quartus ad 16. & ſup. 6. ibi, quòd continuatè vnus poſt alium poſſedit. Quintus ad 16. 17. 18. & in 3. & 6. Sextus ſuper ſecundo, quarto, & ſexto. Septimus ſuper 3. 4. 6. Octauus ſuper tertio, quarto, & 6. Nonus ſuper tertio, & quarto. Decimus ſuper tertio, & quarto Vndecimus ſuper quarto, quinto, & ſexto.

Secunda concluſio, quòd Martius, non obſtantibus turbationibus Plancæ, & Ferrantis Corteſij, nomine Antonij Soti ſemper permanſit in poſſeſſione vſque ad eius obitum.

Quintus ad 12. iunctis ijs, quæ dicit ſuper articulis. Sextus ad 2. inter. 12. & 19. ibi, quòd ſcit, quòd, quando obijt Martius poſſidebat, & bene ſuper 6. Septimus ad 8. & ſuper tertio, & quarto. ibi, quòd recuperauit per viam Rom. Cur. fructus habitos à Ferrante nomine Antonij de Soto.

Aduertebant tamen, quòd iſte teſtis nihil deponit de recuperatione fructuū habitorum à Plāca. Octauus ad 12. & ſuper 6. Nonus ad 12 & in tertio, & quarto, qui deponit de moleſtijs Soti, & quòd Martius poſſedit vſque ad obitū. ſuper quinto ſecundùm aliquos Dominos, licèt in ſummario dato dicatur ſuper 8. & 11. Itē quādo ea, quæ dicit ad 12. inter. & in 3. & quarto. artic. quia ad 12. dicit, quòd vidit quendam presbyterum calabrum, qui exegit fructus, & dicebat, quòd faciebat nomine Ferrantis: & po-
3 ſtea ſuper articulis dicit, † quòd ſemper Ferrantes poſſedit, & percepit fructus vſque ad obitum.

Tertia concluſio. quòd non potuiſſet adeſſe alius poſſeſſor, quia teſtes vidiſſent. Primus ſuper 6. art. Secundus ſuper eodem. Tertius ibidem & 4. & decimus.

4 Quarta fama † dictarum poſſeſſionum probatur per multos teſtes in locis ſup. in prima concluſione citatis. An ex his concluſionibus excludatur poſſeſſio Plancæ, nō poteſt videri; niſi viſis teſtibus Plancæ in concurſu, & viſo, an ſua poſſeſſio ſit compatibilis cum iſta.

Tiburtina caſtri Viuarij. Veneris. 16. Martij 1576.

EPITOME.

NArrata in gratia non fuiſſe per impetrantem verificata, ex teſtibus infra relatis oſtenditur.

SVMMAE.

1 *Teſtis deponens in genere, non probat. & num. 3.*
2 *Teſtis de auditu, diſcurſu, & iudicio non probat.*
4 *Teſtis non deponens de communi æſtimatione, ſed de peculiari affectione, reijcitur.*
5 *Teſtis priùs deponens ſe non eſſe de facto informatum, & poſtea dicens ſe informatum repellitur.*

PRAESVPPOSITVM.

Stantibus ſupplicatione, & depoſitionibus teſtiū, quorum ſummarium in neceſſariis datur. 1

DVBIVM.

An ex eis conſtet d. Petrum Antonium verificaſſe narrata?

60. DECISIO. Alioqui. XIV.

REſolutum fuit per Dominos non conſtare eſſe verificata narrata per Ill. D. Petrum Antonium; & teſtes non placuerunt nec in dictis, nec in ratione. Item et ratione aliquarum exceptionum, & Domini (particulariter teſtes perpendendo) conſiderabant, quòd de-
1 ponunt in genere. † Nam primus ad 22. vtitur his verbis, ho fatto diſcorſo con P. A. & Metello, & altri del Viuaro, quòd poteſt reddere ſcutorum 150. in circa. Vnde eum reij-
2 ciebant, † tum quia eſt de auditu, tùm quia diſcurſus, & iudicium teſtis, non depoſitio vera. Secundus ibidem eodem modo deponit, &

ſic etiam nihil probat. Vnde iſti teſtes ita in ge
3 nere † deponentes non ſunt attendendi. Tertius ibidem ait, quòd, ſi ipſe haberet pecunias,
4 daret 7. vel 8. ſcuta. Iſte teſtis † non dicit de cõmuni æſtimatione, & patet, quòd ex particulari affectione ipſe deponit. Item ibi dicit, che non s'intẽde de valor de caſtelli, imò ex redditibus particularibus, de quibus ipſe deponit, apparet, quòd non poteſt aſcendere ad hanc ſummam. Reijciebant etiam teſtes prædictos propter aliquas exceptiones, vt per informantes ex aduerſo aducebantur: tum quia primo ali-
5 qui dicunt † non eſſe informatos, & poſtea deponunt, vt benè informati.

Et ſecundùm aliquos ex Dominis fructus ad ſummum videbantur aſcẽdere ad ſummam ſcutorum 215. etiam computatis aliquibus, quæ non ſolent computari, ſecundùm ſolitum computationum caſtrorum.

Et ad læſionem probandam requirebatur probari, quòd ſaltem fructus aſcenderent ad ſcut. 240. ſed (vt dixi) hæc probatio Dominis nullo modo placuit ex ſupra dictis.

Quæ cauſa cum iterum fuiſſet per me propoſita, die vndecima Maij præſentis anni, Domini permanſerunt in deciſis.

Legionen. Capellaniæ. Veneris, 23. Martij 1576.

E P I T O M E.

Conceptus, & natus poſtquã eius pater (deſerta prouincia, vel loco originis) domiciliũ aliò tranſtulit, non poteſt dici originarius, vel naturalis loci iam prius deſerti à patre, ſed patris domicilium ſequitur.

S V M M A E.

1 *Naturalis, ſeu originarius loci quis non dicatur? & num. 3. ac 12.*
2 *Ciuis originarius ſi habitat extra prouinciam originis, vel extra ciuitatem, dicitur ab eo deſerta prouincia vel ciuitas originis.*
4 *Originarius quis dicatur?*
5 *Ciues, ſiue naturales veri alicuius loci dici non poſſunt illi, qui non participant de oneribus, & muneribus illius loci, & quare? num. 6.*
7 *Originis propriæ domicilium nunquam amittitur.*
8 *Origini quamuis renunciari non poſsit, poteſt tamen amitti commodum, & effectus originis.*
9 *Originem licèt quis non poſsit acquirere, poteſt tamen commodum originis præſcribere.*
10 *Incolatus attenditur, non origo, & ita ſeruatur in alma vrbe.*
11 *Domicilij ius, & forum an potentius ſit, quàm originis?*
13 *Nepos retinet etiam originem aui ex communi.*

P R AE S V P P O S I T A.

Præſuppoſito ſine veri præiudicio, quòd beneficium, de quo agitur, eſt de iure patronatus, & ſitum in parochiali eccleſia oppidi de Mãſilla Legionẽ. diœceſis. 1
Et clauſula fundationis dicti beneficij. 2.
Et quòd licentiatus Iacobus de Naua ſit naturalis diœceſis Legionenſis, & incola dicti oppidi de Mãſilla. 3
Et quòd Bernardinus, & Antonius de Leon ſine veri præiudicio fuerint naturales dicti oppidi de Manſilla, & quòd dictus Antonius de Leon pater Gaſparis ętatis ſuæ annorum 20. ſe contulerit ad habitandum ad oppidum de Mucientes Palentin. diœceſis, & ibidem ſe vxorauerit, & ex ſe ipſo, & ſua vxore in dicto loco de Mucientes natus fuerit Gaſpar, qui inibi habitabat, & habitat in parochiali eiuſdem loci de Mucientes, & habet beneficium patrimoniale. 4
Et ſtante ſummario teſtium, & iurium, cuius copia detur. 5

D V B I V M.

An probetur, quòd Gaſpar de Leon ſit naturalis, & originarius, vel aduena oppidi de Manſilla Legionen. diœceſis ad effectum, de quo agitur.

61. DECISIO. alioqui. XV.

1 Reſolutũ fuit Gaſparẽ non eſſe naturalẽ † ad finẽ obtinẽdi beneficia in loco de Mãſilla ad effectum, de quo agitur. Et hoc cum præſuppoſito, quòd Antonius tranſtulerit domicilium ad locum de Mucientes cum omnibus bonis, ita quòd nec Antonius, nec Gaſpar retinuerit bona in loco de Manſilla, transferendo ſe ad habitandum alibi, & placuit ad hoc Afflict. deciſ. 384. num. 5. & 6. cum ſeq. vſque
2 ad num. 11. Quia, ſi ciuis † originarius habitat extra prouinciam originis, vel extra ciuitatẽ, dicitur ab eo deſerta prouincia, vel ciuitas originis. Bald. in Auctẽn. ſed omnino. 8. col. C. ne vxor pro marit. & plura ad hoc referuntur per Afflict. in loco præcitato.
3 Cum ergo Gaſpar † ſit conceptus, & natus, poſtquam Antonius pater, deſerta prouincia, vel loco originis, domicilium aliò tranſtulit, Gaſpar non poteſt dici originarius, vel naturalis loci iam prius deſerti à patre, ſed ſequitur domicilium ſui patris: cum maximè in eodem loco noui paterni domicilij & natus ſit, & ibidem domicilium etiam ipſe ſibi cõſtituerit. l. filios. ibi, ſi modo domicilijs non retineãtur. C. de municip. & origin. lib. 10.

Adde-

Addebant etiam aliqui Domini notata per
Nicol.de Neap.Bald.Ang.& Caſtren. in l. hu-
iuſmodi.§.legatum.de lega.1.& Abb.in c. Ro-
dulphus.de reſcript.qui volunt, quòd non ſo-
4 lùm requiritur, vt quis † ſit natus in loco, ſed
etiam quòd parẽtes habeant ibi domicilium,
vt poſſit dici originarius. refert Felin. in d. c.
Rodulphus.ſub num. 13. verſ. addatis. Quæ
opinio ſi eſſet vera, tanto magis eſſet contra
Gaſparem, qui nec in loco, de quo agitur, na-
tus eſt, nec pater ibi habet domicilium.

Addebant, quòd cum Gaſpar, & eius pater
5 non participent † de oneribus, & muneribus lo
ci de Manſilla, non poſſunt dici verè ciues, ſeu
6 naturales dicti loci, quia † deficit in eo, quod
eſt primum, & maximum ciuilitatis, vt per Bal.
in l.ſi non ſpeciali. C.de teſtam. Et licèt Socin.
7 conſ. 35.num. 7.lib.1.dicat, quòd nunquam †
amittitur domicilium originis propriæ; tamen
reſpondebatur per aliquos Dominos hoc poſ-
ſe euitari in caſu noſtro, in quo Gaſpar pro-
priam originem non habet in iſto loco de Man
ſilla, cum, vt dixi, ibi non fuerit natus.

Addebatur etiam per aliquos, quòd licèt
8 origini † renunciari non poſſit; tamen benè vi-
detur amitti poſſe commodum, & effectus ori-
9 ginis, ſicut in ſimili quis non † poteſt acquire-
re originem, & tamen poteſt commodum ori-
ginis præſcribere. Boer. 260.num. 33.ad idem
fuit allegatus. Alex.conſ.16.num.3.lib.primo.
10 vbi non origo, ſed incolatus † attenditur. & ita
ſeruat curia Romana, licèt materia ſit contro-
uerſa. ad idem Socin.iun.conſ. 37. num. 9. &
11 10.lib.primo, ibi, quòd potẽtius † eſt ius, & forũ
domicilij, quàm originis. idem Iaſ. in l. ſi arro-
gator.num. 48. de adopt. licèt alij velint ma-
gis attendi originem, quàm domicilium habita
tionis. Crot.in rub.ſol.matrim.num.37. Quo-
niam origo eſt immutabilis, quia mutationi
originis lex reſiſtit. l. filios. & l.originis. & vtro
bique Io. de Plat. & l.aſſumptio. ff. ad munic.
de quo per Felin.in d.c. Rodulphus. num. 13.
& 14.ac per Alex.in d.l.huiuſmodi.§. legatum.
& per Boer.deciſ. 13.num.3.& per alios in ua-
rijs in locis. Et quia materia viſa eſt difficilis, &
latè controuerſa, ideò ſuper hoc capite nihil
eſt firmatum; licèt multi inclinare viderentur
potentiorem eſſe incolatum, quàm originem,
de quo aliàs.

Nunc autem in primo capite ſupra in prin-
cipio relato, Domini erant concordes Gaſpa-
12 rem non † dici naturalem, ſtante deſertione lo
ci de Manſilla facta per Antonium patrem. An
autem ſaltem reſpectu incolatus, & domicilij
Bernardini aui Gaſparis, in dicto loco de Mã
ſilla, poſſit Gaſpar dici naturalis: quia ſecũdùm
13 communem nepos † retinet etiam originem
aui. Boer.d.deciſ.13.num.6.& 8.videatur par-
ticulariter, ſi pars petat.

Iſpalen. penſionis 200. ducat. Lunæ
29. Octobris 1576.

EPITOME.

CAuſæ materia apparente obſcu-
ra, Rota mandare ſolet, vt videa
tur de bono iure.

SVMMAE.

1 *Ius bonum cauſæ guſtare conſueuit Rota, quando materia cauſæ eſt turbida, & obſcura.*
2 *Actorum tranſportatio generalis coram alio iudice valet. Et quid ſi ſunt producta in parte, & partibus? num. 3.*
4 *Citatio partis requiritur in tranſportatione actorum, vt dicatur de actis limita prout num. 5.*
6 *Actorum productio an fieri debeat in parte, & partibus? & num. 7.*
8 *Diſpenſatio an ſit iuſtificanda, quando concernit inhabilitatem auctoris, & num. 9.*
10 *Exceptio ſimulationis probanda non admittitur in obligatione camerali, ſi eſt probata, non item.*
11 *Diſpenſationem eſſe iuſtificatam ex longo tempore, nũquid ſufficiat? & num. 12*
13 *Titulus bonus præſumitur ex triennio.*
14 *Reſtitutio in integrum regulariter non datur in poſſeſſorio.*
15 *Iniuſtitia notoria inducitur, ſi ſententia ex actis non iuſtificatur.*
16 *Sententia diffinitiua iuſtificatur etiam ex poſt deductis.*

PRAESVPPOSITA.

Stante tranſportatione regiſtri facti in cauſa Iſpalen. canonicatus, ex officio Mutij Papyrij notarij R.P.D. Veralli in prima inſtantia, ad effectum Alexandri Manlij notarij R.P.D. Decani in ſecunda inſtantia, antequam R.P.D. Decanus ſententiam proferret. 1
Et ſtãte fide Petri Fabri notarij, cuius copia dabitur. 2

DVBIVM.

An coram R.P.D. Verallo conſtiterit de illegitimitate Mudarræ? & poſito, quòd non, an R.P.D. Decanus potuerit reſtituere Dominicum aduerſus ſententiam d. d. Veralli?

62. DECISIO. alioqui. XVI.

MAteria huius dubij viſa eſt ſatis obſcura, & turbida, & ex qua plures orirentur difficultates. Igitur Domini dixerunt conſulendũ eſſe breuiori, & expeditiori viæ, & prout moris eſt in hoc ſacro tribunali in ſimilibus cauſis,
quòd

Digitized by Google

1 quòd videatur † de bono iure. Pro quo viden
do dixerunt duo eſſe diſcutienda, & Dominis
ipſis dictantibus ſcripſi hoc infra ſcriptum du-
bium, nempè, An diſpenſatio debuerit iuſtifica
ri, & ſi ſic, an ſaltem hodie ſit iuſtificata? Quia
tamen aliqui Domini aliqua conſiderarunt, &
deduxerunt, volui ea etiam hic adnorare, non
quia fuerit reſoluta (quia imò alij Domini de
aliquibus infra dicendis dubitare videbantur)
ſed propter grauitatem, & doctrinam eorum,
qui hæc dixerunt. Ea autē ſunt, quæ ſequūtur.

Dicebant, quòd propoſita difficultas duas
habet partes. Prima, án coram R.P.D. Verallo
conſtiterit de incapacitate Mudarræ. Secunda
dato quòd non, an Dominicus de Cornoca po
tuerit reſtitui aduerſus dictam ſententiam.

Quoad primam videbatur prædictis Domi
nis (cum præſuppoſito quòd illa acta, in qui-
bus continebatur hæc diſpenſatio, fuerint trāſ-
portata coram d. Verallo) quòd conſtiterit de
illegitimitate, & incapacitate allegata. Nam
2 valet iſta generalis productio, † vt poſt Specul.
in tit. de inſtrum. edit. §. videndum. nu. 6. not.
Io. And. ibi, quòd de facto iſta productio tole
3 ratur, licèt quoad proteſtationē † in parte, &
partibus habeat difficultatem, vt ibi per eum.
Ant. de But. in c. imputari. nu. 2. de fid. inſtru-
ment. Imol. in c. G. perpetuus. num. 5. de fid.
inſtrum.

Opponitur autem prædictæ tranſportatio-
4 ni, quòd, ex quo in ea non fuit citata † pars, cō
tenta in ea non dicuntur de actis. Aegid. dec.
27. Caſſad. dec. prima. in fin. de except.

5 Sed reſpondebatur, † quòd, cum in actis
perſeuerauerint, & pars poſtea fuit in iudicio,
& citata, ſufficit, quia dicuntur producta, ſed
non præiudicant parti, niſi quando ſciuit. Vn-
de, quando perſeuerāt in actis, parte præſente,
vel citata, hoc videtur ſufficere. Bald. in l. ſi
quando. in fin. num. 14. C. de teſt. Iaſ. in l. prope-
randum. §. ſin autem reus. num. 5. verſ. tertio li-
mita. C. de iudic. Felin. in c. 2. ſub num. 31.
& fin. de teſt. verſ. & iſta limitatio procederet.

Secundo opponitur, quòd, quādo etiam eſ-
6 ſent producta, cum non † ſit proteſtatum pro-
ductionem factam eſſe in parte, & partibus, om
nia cenſentur approbata, ex Aym. de antiq.
temp. part. 1. num. 118. 119. & alijs alleg.

7 Sed dicebant, quòd hoc limitatur † in enun-
ciatis, & narratis, benè Bald. in c. cum venera-
bilis. num. 17. de except. & ibi Felin. num. 23.
& Pariſ. qui de communi teſtatur. num. 58.

8 Tertio opponitur, quòd dicta diſpenſatio †
non erat iuſtificanda, quia hoc concernit inha-
bilitatem auctoris ex allegatis, ſed, vt aliàs etiā
9 dicebatur, † quæ allegantur, procedunt, vbi iā
inhabilitas detecta non eſt; ſed detecta inhabi-
litate, ſecus eſt, maximè in hoc iudicio retinen
dæ, vt dixi. Et hæc omnia ex aduerſo allegata
procedunt benè, ſi de inhabilitate non conſta-
ret. & ita intelligit Put. deciſ. 138. die 18. Ia-
nuarij. lib. primo. in final. verbis. Et comproba
tur ex ſimili de exceptione ſimulationis in obli
10 gatione in forma cameræ, quę † probanda non
admittitur, ſed ita admittitur, ſi iam eſt proba
ta. Galleſ. de oblig. in form. cam. in quæſt. ad
4. part. in 2. quæſtione. & hoc videtur extra du
11 bium. Inſuper dicitur, quòd diſpenſatio † eſt iu
ſtificata ex longo tempore &c. Sed hoc eſſet vi
dendum particulariter. Item an coram d. Ve-
rallo de hoc conſtiterit, vel ne?

Quòd dicitur de ſpacio temporis, ex deciſ.
12 allegata per informantes, procedit, † quando
probatur, quòd poſſedit beneficia. Nam, ſi ex
13 triennio † ſecundùm Lap. præſumitur bonus ti
tulus, qui non poteſt eſſe abſque valida diſpen
ſatione, præſumendum etiam eſt, quòd fuerit
diſpenſatio valida. Sed poſito quòd non con-
ſtiterit R. P. D. Verallo de illegitimitate præ-
dicta, tunc intrat ſecunda pars dubij, an aduer-
ſus dictam ſententiam d. Veralli potuerit Do
minicus reſtitui? In quo licèt regula ſit, quòd
14 reſtitutio † in integrum non detur in poſſeſſo-
rio; tamen dicebatur, quòd intrabit fortè noto
ria iniuſtitia, quia tunc prædicta ſententia vide
tur notoriè iniuſta, ex quo iudex pronuncia-
uit pro nullitate penſionis. De qua tamen nul-
15 litate in actis non conſtabat, & ſufficit † ad in-
ducendam notoriam iniuſtitiam, quòd ſenten-
tia ex actis nō iuſtificetur. Alex. conſ. 104. col.
1. lib. 4. Pariſ. conſ. 54. num. 2. lib. 4.

Sed dubitatur poſtmodum quoad ſecūdam
ſententiam, quomódo potuerit reuocari præ-
dicta ſententia prima d. Veralli, ſi ex poſt con
16 ſtabat de iuſtitia illius. Quia diffinitiua † iuſti-
ficatur etiam ex poſt deductis, vt deducitur
per informantes: Clem. appellanti. de appell.
Igitur reddebatur etiam dubia iuſtitia ſecun-
dæ ſententiæ in iudicio reſtitut. in integrum.

Ad tollendas ergo has, & alias difficultates
omnes Domini erant concordes, quòd, vt di-
xi, ageretur de bono iure.

Et, cum pars Didaci non contentaretur de
ſecunda parte dubij per Dominos, vt ſupra di
ctati, propoſui in alia poſitione memorialia par
tium de hoc loco cauſæ. Et Domini die 5. No-
uembris 1576. vnanimes perſtiterunt in deci-
ſis, vt omnino vtraque pars dubij adnotari quā

primùm

Digitized by Google

primùm diſputaretur, vt veritas,& iuſtitia hu-
ius cauſæ per tot annos pendentis, & tam intri
catæ, Deo dante, eluceſceret.

Legionen. Capellaniæ de Manſilla.
die. 29. Octobris. 1576.

EPITOME.

ORiginarius vnius loci quis per
teſtes probatur modo infraſcri
pto, & pariter quòd natus fue-
rit, viuente auo.

SVMMAE.

1 *Habitare quis præſumit in ea ciuitate in qua, et ex qua eſt.*
2 *Vicinus in Hiſpanijs idem importat, quod originarius.*
3 *Appellãs ſe de Peruſio, præſumitur Peruſinus originarius.*
4 *Incola, dictio, idem eſt, quod originarius.*
5 *Natum quem eſſe viuente auo, quomodo per teſtes pro-
betur?*

PRAESVPPOSITVM.

Stantibus dictis teſtium, quorum breue ſummarium
detur. 1

DVBIVM.

An probetur, quòd Bernardinus ſit originarius op-
pidi de Manſilla, & quòd Gaſpar ſit natus, viuente di-
cto Bernardino ad effectum, de quo agitur?

63. DECISIO. alioqui. XVII.

DOmini erant in vtraque parte dubij pro
Gaſpare. Et quoad primum caput dice-
bant probari, quòd Bernardinus ſit origina-
rius oppidi de Manſilla. Teſtes enim probant
Bernardinum diu habitaſſe in dicto loco de
Manſilla, & quòd ibi exercuit officium, præſer
tim ſecundus, tertius, & quartus. maximè quia
ſecundus, & vltimus deponunt etiam de patre
d. Bernardini, quòd ibi habitauit, & fuit ibi ſcri
ba. Vnde videtur intrare præſumptio iuris,
1 quòd quis † præſumatur habitare in ea ciuita-
te, in qua habitat, & ex qua eſt. quod fuit origi
nale dictum Dyn. vt per Bart. in l. is poteſt. nu-
mero 17. ff. de acquir. hæred. Corn. conſ. 46.
num. 16. lib. 2. Et quamuis Alciat. reg. 2. præ-
ſumpt. 15. videatur dubitare de hoc; tamen
opinionem Bart. videtur ſequi ſimpliciter Iaſ.
in §. rurſus. ſub num. 5. de actio. qui dicit hanc
fuiſſe opinionem Dyni. ſequitur etiam Balb. in
tract. de præſcript. in prima part. quartæ part.
in 3. q. num. 4. vbi allegat d. Corn. ſequitur etiã
Guid. Pap. de præſumpt. num. 81.
Et ſecundùm aliquos Dominos conſidera-
tio Alciati non videtur obſtare, quia, ſi præſu-
mitur quis præſens in ciuitate, vnde eſt, ergo
præſumitur etiam ex ciuitate, in qua reperitur.
Tanto magis, quia teſtes appellant vicinum,
2 quæ dictio † in illis partibus idem importat,
quod originarius, vt R.P. Dominĩ mei Hiſpa-
ni, & qui in Hyſpanijs diu extiterunt, teſtati
ſunt. Quo fit, vt præſumatur originarius. Quia
3 videmus ſimiliter, quòd, ſi quis ſe vocat † de
Peruſio, præſumatur Peruſinus originarius, vt
per Rimin. conſ. 427. num. 64. lib. 3. & quòd
4 illa dictio, † incola, intelligatur de originarijs,
& ciuibus, etiam apparet, quia omnes teſtes,
etiam qui ſunt de illo loco, appellantur incolę,
& tertius dicit in fine, quòd pro filio Bernardi
ni is fuit communiter reputatus inter incolas.
Quod debet exponi, ideſt, ciues, & origina-
rios illius loci, nec enim alius ſenſus conuenit
ſecundùm Dominos.
Quoad ſecundum caput, licèt res non ita cla
rè videretur; tamen pro maiori parte ex pluri-
5 bus ſimul iunctis fuit tentum probari, † quòd
Gaſpar fuerit natus viuente Bernardino auo,
& aliqui Domini dicebant facilè conijci poſſe
ex eius aſpectu, iunctis dictis aliquorum teſtiũ,
Nam tertius teſtis ait Bernardinum obijſſe iã
ſunt 10. vel 12. anni. Quod ſi eſt verum, nõ eſt
dubium Gaſparem fuiſſe natum eo viuo, qui
ex facie non ſolùm 12. ſed longè vltra 25. ex-
cedit. Addendo quartum teſtem Petrum Fer-
nandez, qui examinatus de anno 1571. dicit,
quòd ipſe teſtis eſt ætatis 38. annorũ, & quòd
cognouit Bernardinum per ſpacium 10. anno-
rum ante eius obitum, & iſte teſtis non poteſt
excedere Gaſparem in 10. annis ex eius aſpe-
ctu. Quæ multùm videbantur confirmari ex li-
teris ordinis presbyteratus ipſius Gaſparis,
ſub data de anno 1563. quo tempore debebat
habere ſaltem 25. annos, & hodie ex eadẽ ſup-
putatione haberet 38. annos. Vnde maximè
veriſimile videbatur Dominis, quòd ſine du-
bio Gaſpar fuerit natus ante obitũ Bernardini
per multos annos.

Valentina, ſeu Panormitana illegitimi-
tatis. Lunæ 12. Nouembris 1576.

EPITOME.

LEgitimitas propria, & aſcenden-
tiũ probatur modo infra notato.

SVM-

S V M M AE.

1 *Probata quo pacto dicatur legitimitas propria, & aſcendentium?*

2 *Legitimitas fratris, & filij verificatur per teſtamentum, in quo teſtator eos fratrem, & filium appellauit. & n. 3.4.5.& 6.*

7 *Matrimonium quomodo probetur?*

8 *Teſtes de fama deponentes, quòd vſque ad auum, & proauum incluſiuè quis deſcendit ex linea legitima, probant.*

9 *Probatio leuior ſufficit ad effectum legitimitatis, & ſucceſſionis.*

10 *Tractatum non ſufficere, vbi non probatur matrimonium, quomodo procedat?*

11 *Legitimos aliquos potuiſſe nominari, quia ſunt legitimati, non bene procedit.*

P R AE S V P P O S I T A.

Stante commiſsione pro parte Illuſtriſ. d. Comitis Laurentij, & litis conſortum impetrata. 1

Et iuribus pro parte Illuſtriſ. Don Ximenij Perez de Calataynt. 2

Et teſtibus pro parte eiuſdem examinatis, quorum omnium ſummarium detur. 3

D V B I V M.

An Don Ximenius Perez probauerit ſibi incumbẽtia ad effectum, & in caſu, de quo agitur?

64. DECISIO. alioqui. XVIII.

DOmini concorditer dixerunt Don Petrũ
Sanchez, aliàs Don Ximenium Perez iu-
ſtificaſſe intentionem ſuam in caſu, de quo agi
1 tur, ſcilicet vt ſatis dicatur conſtare † de legi-
timitate eius, & omnium ſuorum aſcendentiũ
vſque ad Don Petrum Sanchez primum teſta
torem, & (vt ipſi vocant) vinculatorem.

Et incipiendo ab antiquioribus, legitimi-
2 tas † Ximenij primi fratris Don Petri teſtato-
ris, item Ludouici etiam primi huius nominis
verificatur ex teſtamento Don Petri, qui ex-
preſsè vocat Ximenium eius fratrem, & Ludo
uicum eius filium, & etiam ex teſtamento Xi-
menij primi condito 8. Iunij 1442.

3 Ximenij ſecundi legitimitas † probatur be-
ne per teſtamentum prædicti Ludouici patris
ſui, in quo de anno 1564. inſtituit eundem Xi-
menium Perez, nominando eum filium legiti-
4 mum, & naturalem. Verificatur inſuper † iungẽ
do publicationem teſtamenti ipſius Ximenij
ſecundi, vbi dicitur, quòd fuit publicatum in
præſentia dominæ Caſtellanæ de Calataynt
matris dicti Ximenij, & Ludouicus in ſuo teſta
mento nominat Caſtellanam ſuam vxorem, &
iubet ſibi reſtitui dotem, &c.

Ludouici huius nominis ſecundi legitimi-
5 tas † etiam benè verificatur ex teſtamento con
dito de anno 1476. à d. Ximenio ſecũdo ex ac
ceptatione tutelæ. Nam, cum is in teſtamento
nominet Violantẽ ſuam vxorem, & eam relin-
quat tutricẽ Ludouico: ea inſuper ipſa, cum
acceptat tutelam, vocat illum filium ipſius Xi-
menij, & ſuum, ergo, &c. & de illegitimis facit
particularem mentionem.

Ximenij tertij legitimitas ſatis vr̃ verificari
ex teſtamẽto Ludouici ſecũdi cõdito de anno
1335. in quo vocat ipſum nobilem, & dicit ha-
buiſſe vxorẽ, & facit mentionẽ de illegitimis.

6 Ludouici tertij legitimitatem † probant pri-
mus teſtis ad 8. de fama, ſecundus ad 11. pro-
7 bat matrimoniũ † de viſu, quòd tenebãtur ab
omnibus vir, & vxor, iuncto etiam 11. & 13. &
ad 16. tertius ad 11. & ſuper 2. & 3. quartus ad
12. de fama, & ad 16. de ſcientia, ſextus ad 11.

Ximenij quarti legitimitatẽ probat deniq;
primus teſtis ad 9. de viſu, ſecũdus ad 13. de vi-
ſu, tertius ad 13. & ſup. 2.5. & 6. quartus ad 13.
& ſup. art. quintus ad 13. de fama, ſexeus ad 13.

Si aliqua difficultas poſſet remanere, eſſet in
8 Ximenio tertio. Sed, cum teſtes ex fama † de-
ponant, quòd vſque ad auum, & proauum in-
cluſiuè deſcendit ex linea legitima, vt deponũt
tertius, quintus, & ſextus ſuper primo, res ca-
9 ret omni difficultate. Ad effectum † enim legi-
timitatis, & ſucceſſionis ſufficit leuior proba-
tio, Gemin. conſ. 27. à Rota ſæpius canoniza-
to. Concurrit enim, quòd ille fuit inſtitutus,
quòd vocatur nobilis, & fuit ſepultus in capel
la S. Mariæ de Gratia, vt dicit ſextus teſtis ad
9. ſe vidiſſe. In qua capella ſunt ſepulturæ pręe-
dictorum maiorum ſuorum, vt in teſtamentis
Ludouici primi, & Ximenij ſecundi, quòd pa-
ter habuit vxorem. Quæ omnes coniecturæ
vrgent pro eius legitimitate, adſunt teſtes exa
minati ſuper aditione, adeſt ſentẽtia, adsũt po
ſtea ij teſtes examinati in hac cauſa, vt ſupra.

Quæ dicuntur ex aduerſo, quòd non ſit pu-
rificata conditio teſtamenti, non pertinet ad
noſtram cognitionem, ſed habet ſuos iudices.

10 Nec obſtat, quòd non ſufficiat † tractatus,
&c. vbi non probatur matrimonium, quia non
procedunt deducta, vbi tot concurrunt. aliqui
etiam teſtes probant de viſu, qui interuenerũt
matrimonijs.

Oppoſitio, quòd potuerunt nominari legiti
11 mi, quia † eſſent legitimitati, non placuit, præ-
dictis omnibus concurrentibus, & pluribus
ex Dominis viſa eſt nimia ſubtilitas.

Placuerunt etiam pro confirmatione prædi
ctorum

ctorum multa ex his, quæ ſunt deducta per informantes don Petri, Et ſupradicta probatio ſufficiens viſa eſt,& proportionata,& veriſimilis ad hunc effectum,ex Gemin. in loco præcitato cum concordantijs.

Romana domus de Roſis., Lunæ. 19. Nouembris 1576.

EPITOME.

POſſeſſor bonæ fidei ex infraſcriptis probatur.

SVMMAE.

1 *Poſſeſſor quilibet præſumitur in bona fide,niſi probetur in mala.*
2 *Inſtrumentum antiquiſſimum aliquibus in locis corroſum, interdum fuit habitum pro legali.*
3 *Fides bona ex coniecturis facilè præſumi ſolet, præſertim ad euitandam malam fidem,quæ ſonat in delictum.*
4 *Poßeßio præſumitur ſecuta ex titulo præambulo.*
5 *Poßeßio potius præſumitur ex titulo legali,et bono ad excludendum malam fidem,quàm ex inhabili,& malo.*
6 *Poßeßio licèt ſit apud mulierem ex titulo hypothecæ, ſi tamen poſtea ſuperueniat titulus legati, vel inſtitutionis hæredis,dicta mulier potuit ſibi mutare cauſam poſſeſſionis ſine alia declaratione.*
7 *Legato pignore, ſi legatarius acceptat legatum, amplius non poſsidet iure pignoris,ſed iure dominij.*
8 *Legans rem hypothecatam, legare videtur dominium, & proprietatem,quam habet.*
9 *Poßeßio quæ dicatur iure familiaritatis?*

DVBIVM.

An ex hinc inde deductis conſtet de bona, vel mala fide Fauſtinę in caſu,de quo agitur?

65. DECISIO. alioqui. XIX.

FVit reſolutum non conſtare de mala, ſed magis de bona fide Fauſtinæ in caſu propoſito.

1 Primo ex regula, quòd quilibet † poſſeſſor
præſumitur in bona fide, niſi probetur in mala.l.pen.& ibi gloſ.C.de præſcript. long.tem.

Secundo ex inſtrumento antiquiſſimo venditionis factę Peregrino de Cardellinis domino dimidiæ domus,de qua agitur,de alia dimi-
2 dia de anno 1470. Quod inſtrumentum † licèt
aliquibus in locis ſit corroſum; tamen Domini habuerunt pro ſatis legali, quòd ſufficienter ſit adminiculatum,tum ex deciſione iam facta die 7.Februarij 1570. coram bo. me. Finetto, tum etiam quia ſecundùm Dominos iſti defectus verborum, quæ legi non poſſunt,non ſunt tales, vt ex alijs verbis inſtrumenti, item ex probabili, & penè neceſſaria ratione recti ſermonis ſuppleri,& declarari nequeant. Ex quo inſtrumento dicebant Domini inferri ad bonum ius auctorum Fauſtinę, nępè dicti Peregrini de Cardellinis eius aui,vt benè deducitur per informantes. Quod inſtrumentum placuit Dominis ſaltem ad effectum inducēdi bo-
3 nam fidē,quæ † ex coniecturis facilè præſumi
ſolet,& ad euitandam malam fidem, quæ ſonat in delictum, contra l. meritò.ff.pro ſocio. &c. Stante enim huiuſmodi titulo pręcedente, prę-
4 ſumitur † Fauſtinę, & auctorum poſseſſio ex il
la cauſa pręambula pręceſſiſſe.l.2. C. de acq. poſſ. Alciat.reg.2.pręſumpt.24.

Tertio ad corroborationem prędictorum placebat Dominis teſtamentum Franciſcę matris Fauſtinę, in quo ipſa Franciſca legat hanc ipſam domum, quam vocat propriam ipſius teſtatricis, eidem Fauſtinę. Item eandem Fauſtinam vnà cum Camilla ſorore hęredem vniuerſalem inſtituit, & ſic duo tituli reſultant Fauſtinę,ſcilicet legatum, & inſtitutio hęredis, qui ambo excludunt malam fidem. Ad exclu-
5 dendam † igitur eandem malam fidem,& indebitam perceptionem fructuum pręſumenda magis eſt poſſeſſio Fauſtinæ ex titulo legali, & bono ad id,quàm inhabili,& malo,per vulg.

Ex aduerſo,quòd Fauſtina fuerit in mala fide,allegatur, quòd præcedebat inſtrumentum obligationis dotis,in quo hæc domus erat Fauſtinæ hypothecata pro ſua dote.Probata ergo per teſtes poſſeſsione Fanſtinæ, ea videtur prę ſumenda ex titulo præcedenti, ſcilicet ex hypotheca. Hoc motiuum Dominis non placuit, quia huic poſſeſſioni magis videntur applicari prædictæ præſumptiones. Quia etiam dato,
6 quòd motiuum eſſet verum, ſuperueniente †
poſtea titulo legati,&, inſtitutionis hæredis,ipſa potuit ſibi mutare cauſam poſſeſſionis, nec requiritur alia declaratio.Creſc.deciſ. 168. incip.poſſeſſor.Tan.deciſ.52. Achil. deciſ. 7. de
7 poſſ.quia cum ſibi legatur † pignus,& ipſa acceptat legatum, amplius non poſſidet iure pignoris,ſed iure dominij, quia Franciſca Fauſtinæ titulo legati, non hypothecæ domum reli-
8 quit. legans enim rem hypothecatam, † dominium, & proprietatem, quam habet,legare videtur, vt declarat Pau.de Caſt.in l.ſi res obligata.col.fin.ſub num.8. verſ.item adhuc oppono.ff.de legat.1.

Acceptatio autem legati colligi facilè videbatur ex poſſeſſione ſemper continuata, &

ex dictis præſumptionibus.

Contrarietates, quæ deducuntur ex articulis, viſæ ſunt nullius conſiderationis. Stante ergo prædicta ſerie, & obſeruantia facti, pleniùs per informantes Fauſtinæ relata, dicebant Domini ſatis conſtare de bona fide ipſius Fauſtinæ habentis ius, & titulum à ſuis auctoribus.

Quod confirmari videtur ex confeſſionibus ipſius Pauli aſſerentis in locis per eoſdem informantes pro Fauſtina allegatis, Raynaldum nullũ ius habere in dicta domo, ſed quòd erat propria Franciſcæ. Quod apertè confirmatur ex dicto teſtamento Franciſcæ, in quo dicitur domum eſſe propriam ipſius teſtatricis, & in quo vt domina legat.

Et ſecundùm prædicta placebat etiam poſ-
9 ſeſſionem † Pauli fuiſſe iure familiaritatis, ſtã-
te origine, & obſeruantia prædicta. Quæ, non obſtantibus ex aduerſo deductis, placuerunt Dominis ſaltem ad hũc effectum præſumptionis bonæ, vel malæ fidei in caſu, de quo agitur.

Iſpalen. penſionis 200. ducat. Lunæ. 19. Nouembris 1576.

EPITOME.

NArrata præſertim in ſupplicatione diſpenſationis, & circa ætatẽ ſunt verificanda, &, prout hic dicuntur, verificata.

SVMMAE.

1 *Narrata etiam in diſpenſatione ſunt verificanda. & nu. 3. idem in narratiua ætatis. num. 2.*

4 *Aetas narrata ſi non verificatur, gratia eſt nulla.*

5 *Narrata non ſunt verificanda in poſſeſſorio. limita prout num. 6.*

7 *Habilitates auctoris an ſint probandæ? & num. 8.*

9 *Auctoris inhabilitas, de qua conſtat ex eius confeſſione, nocet ſingularibus ſucceſſoribus.*

10 *Diſpẽſatio, vel legitimatio ex quibus dicatur iuſtificata?*

11 *Probatio de nouo qua non dicatur, ſed potiùs prima probationis conualidatio?*

DVBIVM.

An coram R. P. D. Verallo diſpenſatio Mudarrę debuerit iuſtificari, & dato quòd ſic, an hodiè poſsit dici iuſtificata?

66. DECISIO. Alioqui. XX.

QVoad primam partem dubij concluſum eſt debuiſſe iuſtificari diſpenſationem
1 Mudarræ. Quia trita eſt regula, quòd narrata †
ſunt verificanda, ad not. in c. 1. de lit. conteſt. in
6. Oldrad. conſ. 256. num. 2. Roma. conſ. 33.
num. 2. Dec. conſ. 154. num. 1. & in cap. porre-
cta. ſub num. 3. verſ. & ille qui obtinuit. de con-
fir. vtil. vel inutil. Pariſ. conſ. 68. num. 223. lib.
2 1. vbi præſertim † de narratis in diſpenſatione.
3 & maximè cum ſimus in narratiua † ętatis, quę
eſt in facto proprio. Fab. deciſ. 17. Mohed. deci.
336. & conferunt notata per Imol. in c. cum
nobis. nu. 5. in fin. verſ. nota quòd. de electio.
& Rot. deciſ. 2. de exceptio. in antiquis. quòd
4 narrata ætas † ſi non verificetur, gratia ſit nul
la, eſt deciſ. Caputaq. 114. lib. 2.
5 Ex aduerſo opponit, quòd imò nõ † ſunt ve-
rificanda in poſſeſſorio, in quo nos ſumus. Put.
dec. 8. de probat. & deciſ. 245. in fin. lib. 1. Nã
in illo ſufficit etiam mandatum de diſpẽſando,
per alleg. Sed negatur cauſam, de qua agitur,
fuiſſe in poſſeſſorio, imò coram Reuerendiſſi-
mo Caputaquen. pendebat cauſa in petitorio,
ergo & ſententia dicitur lata in petitorio. Et
de reſtitutione aduerſus hanc hodie agitur, vt
benè deducitur per informãtes Didaci. Secũ-
6 do reſpondebatur, quòd prædicta † non proce
dunt, vbi iam conſtat de inhabilitate. Mohed.
deciſ. 158. prout hic cõſtat ex confeſſione Mu-
darræ.
Secundo opponitur contra prędictam regu
7 lam, quòd habilitates † auctoris, aut non ſunt
iuſtificandæ, vel ſufficit qualis qualis iuſtifica-
tio. Caſſad. deciſ. 3. num. 3. & 4. deciſ. 4. num. 5.
de cauſ. poſſ. & proprietat. & 8. ſuper reg. cum
alijs allegatis.
Pro reſponſione dicebatur, quòd hoc pro-
8 cederet, vbi nõ † conſtaret de inhabilitate au-
9 ctoris, ſed hic conſtat ex confeſſione † ipſius
Mudarræ auctoris, quæ nocet ſingularibus ſuc
ceſſoribus, cũ emanauerit ante ceſſionẽ. Bart.
in l. facta. §. ſi heros. ff. ad Trebell. Aymo conſ.
29. num. 1.
Quoad ſecundam partem dubij, fuit reſolu-
10 tum fuiſſe, & eſſe ſufficiẽter iuſtificatam † prę-
dictam diſpenſationem, vel legitimationem ex
omnibus deductis pro Dominico ſimul iũctis.
nẽpe quòd ſimus in habilitatibus, & clericatu
auctoris. Pro quo adeſt eius admodum diutur
na poſſeſſio, & reputatio clericatus, productio
ipſius diſpenſationis, inſcriptio tumuli, iungẽ-
do etiam ſecundum, & tertium teſtes nouiter
examinatos, qui licèt non ſint in actis ad huc;
tamen hodie poni poſſunt, & tandem deducẽ-
do prædicta, & addendo omnia alia, prout la-
tiùs per informantes Dominici. Quæ licèt ſin-
gula-

gulatim,& de per ſe ſingula paterentur difficultates;tamen prænarrata ſeries, & obſeruantia, & prædicta omnia ſimul iuncta videbantur maximam veritatis præſumptionem, & penè neceſſariam continere,& ideo viſa ſunt Dominis ſufficientia in caſu propoſito.

Nec obſtat, quòd iſta videatur iuſtificatio ex nouiter deductis. Quia reſpondebant Do-
11 mini,quòd hæc non eſt † dicenda totalis iuſtificatio de nouo, ſed magis primæ probationis conualidatio, exemplo eius,quod dicunt Bal. in.c.primo.de fid.inſtrum. & Deci. in auctem. ſi quis in aliquo, num. 3. C. de eden.

Duo tamen circumſcribebant Domini. Alterum,an ſententia R.P.D. Decani ſit lata extra tempus quadriennij, & eo iam lapſo: quo caſu dubitabant de validitate ſententiæ. Alterum,an eodem tempore Dominicus eſſet vxoratus.de quibus erit maturiùs inſpiciendum.

Sulmonen.fructuum.Mercurij.27. Nouembris 1577.

EPITOME.

POſſeſsio modo infraſcripto per teſtes probatur.

SVMMAE.

1 *Teſtis dicens conſignaſſe aliquid de mandato talis, non probat,ſi non apparet mandatum.*
2 *Teſtis poteſt meliùs vno tempore,quàm alio recordari.*
3 *Teſtis dicens vidiſſe aliquem percipere fructus abbatiæ, probat illius poſſeſſionem.*
4 *Teſtes in dubio præſumuntur conteſtes,& vnus recipit declarationem ab alio,fallit,prout num. 5.*
6 *Tempus quando eſt de ſubſtantia probationis, tunc præcisè eſt probandum.*
7 *Teſtes non dicentes perceptionem fructuum factam eſſe ab alio ſciente,& patiente poſſeſſore beneficij, ei non præiudicat.*
8 *Poſſeſsio clandeſtina,& turbatiua quæ dicatur?*
9 *Poſſeſsionem non acquirit percipiens modicam partem fructuum,alio tamen poſsidente.*
10 *Rota facilè recedit à prima reſolutione facta, vno tantùm informante,ſi conſtat de meliori iure, & eo magis,quando animaduertit informantem ſubdolè egiſſe.*

DVBIVM.

An ex teſtibus pro parte Illuſtriſ. & Reuerendiſ.d. Cardinalis S.Xiſti examinatis, & reſpectiuè repetitis, elidatur probatio Michaelisangeli Plancæ?

67. DECISIO. alioqui. XXI.

REſolutum eſt per teſtes Illuſtriſ.D. Cardinalis elidi probationem Michaelisangeli.Et mouebantur Domini conſiderando dicta teſtium vtriuſq; partis, quid in effectu probetur ex eis, & quid reſultet ex hoc concurſu?

Et in primis circa teſtes Plancæ infraſcripta aduertebantur.

Primus dicit, quòd de anno 1561. plus, vel minus (quia non benè recordatur) fuit in iſtis abbatijs. & ad 18.dicit,quòd dedit Plancę medietatem fructuum, videlicet 80. ſalmas grani in circa,de mandato Ferrantis.& ſuper 2. articulo dicit, quòd Michaelãgelus nõ fecit quietantiã. Iſte teſtis videtur percuſere ambas abbatias, vt ex eius lectura apparet, vnde opponebatur, vt in alia etiam poſitione fuerat oppo-
1 ſitum,quòd non † conſtat de mandato Plancæ in Corteſium,nec de mandato Soti in eundem Corteſium.

Opponebatur etiam,quòd iſte teſtis repetitus dicit, quòd fuit del 1563. de menſe Iunij, vel Iulij incipien.ab anno 1563.Quod videtur contra præteritum primum dictum ſup. nempe quòd fuit de anno 1561. Sed benignè cum teſte agendo,reſpondebatur,quòd ratio diuerſitatis eſt . quia nunc meliùs recordatur,& ad-
2 mittitur hoc † in teſte,quia poteſt vno tempore recordari,de alio non. Grammat. conſ.crim. 23.num.8. Nec circa tempus eſt magna diuerſitas, quia prius dixerat, quòd fuerat de anno 1561. manco finito,& non ſi ricorda bene &c.

Secundus teſtis vidit Michaelemangelum percipere fructus, nec deponit de quantitate, neque bene apparet, ſi loquatur de ambabus abbatijs, de tempore de anno 1563.vel 64.& hic poteſt eſſe conteſtis cum ſupra d. primo teſte.& idem ſuper 2.& in fine deponit,quòd publicè audiuit à pluribus perſonis.

Tertius vidit, quòd Planca ſuo, & dicti ſoti nomine (vt ipſe dicebat) percipiebat fructus S.Mariæ in Bruſchiano de anno 1566. Sed de hoc tempore præcedẽtes teſtes non deponũt. Item deponit de vna abbatia tantùm, & non deponit de certa quantitate fructuum.

Quartus teſtis vidit percipere fructus eccleſiæ S.Mariæ de Bruſchiano,iuxta 17. & 20. & iuxta 21.quantitatem ignorat, vbi dicit, che M.Angelo faceua del abbate, & commandaua alli preti. & in fine d. inter. 21. ſubiũgit, che queſto ha poſſeduto,& pigliato li frutti di dette abbatie, quoad tẽpus,de d.an.1563. vel 64.

3 Quintus teſtis ſuper 17.& ſuper 2. probat † poſſeſſionem ambarum abbatiarum, quia vidit percipere fructus S. Mariæ de Bruſchiano, & de alia deponit de fama, de tempore del 1563. vel 64.

Digitized by Google

Sextus non refertur, quia eſt primus repetitus.

Septimus teſtis in effectu vr deponere de au ditu à primo teſte ſuo patrono; quia licèt ad 17.videatur deponere deviſu;tamē ad 21.dixit, quòd vidit exigere non ipſum,ſed Io. Petrum

Octauus non facit ad propoſitum, quia deponit de poſſeſſione abbatiæ, non autem ratione pēſionis,de qua agitur,& de qua nullum verbum.

Probatio Plancę igitur videtur ſatis debilis, quia quæſtio præſens eſt de poſſeſſione medietatis fructuum vigore reſeruationis, de qua tamen deponit primus teſtis. Et licèt ſecundus, quartus,quintus, & ſeptimus deponant de viſu,& loquantur de eodem tempore, tamen nō

4 exprimunt quantitatem. Et licèt teſtes † in dubio præſumantur conteſtes, & vnus ab alio declarationem ſoleat recipere, vt per Bart. conſ. 45.col.2.in fin.Socin.Iun.conſ.69.numer.16.

5 lib.1.tamen in caſu propoſito, quia quantitas † eſt de ſubſtantia probationis,hæc præſumptio

6 non ſufficit,vt dicitur de tempore. † Bald. in l. data opera.num.42.C.qui accuſ.non poſſ.l.eū actum. C. de nego. geſt.l.matrem tuam.C.de probat.

Præterea prędicti teſtes non benè probant,

7 quòd hæc perceptio † fuerit facta ſciēte,& patiente poſſeſſore beneficij. Vnde non releuat, vt ſæpè eſt reſolutum per Dominos.Nā, quòd ſolus poſſideret Planca, ij teſtes non probant concludenter.

Cum autem probetur per teſtes Illuſtriſ. primi Cardinalis poſſeſſio Martij de anno 1561. continuata vſque ad eius obitū,apparet, quòd de anno 63.& 64.ipſe Martius poſſidebat.Vnde iſta poſſeſſio Plancæ probata de dictis an-

8 nis, redditur † clandeſtina,& turbatiua.quia teſtes Plancæ non probant ſcientiam, & patientiam dicti Martij,imò contrarium videtur probari ex teſtibus Illuſtriſſ.D.Cardinalis.Dicunt enim infraſcripta,nempe ſecundus ſuper ſecūdo de anno 1561. quartus ſuper ſexto,che l'vno dopò l'altro continuamente hanno poſſeduto. Quintus ad 12.quòd Ferrantes vi iterum exegit à colonis. Sextus teſtis idem de violentia, & ſup.7.vidit, quòd ſemper Martius à tempore reſignationis poſſedit vſque ad obitum, qui fuit de anno 1569.ergo de anno 63.& 64.erat plena poſſeſſio.Et bene ſuper 6.vbi dicit,quòd licèt Martius fuerit moleſtatus à Soto, & vi fuerint ablati aliqui fructus: ipſe ſēper permā ſit in poſſeſſione. Idem dicit octauus ſuper ſexto, & decimus ſuper 8. ſeptimus etiam benè ſuper tertio,& quarto, ibi,quòd Martius per viā Romę fructus recuperauit. Octauus ſuper 3.& 4.qui videtur deponere à tempore reſignationis Iulijcæſaris vſque ab obitum Martij. Nonus vſque ad eius obitum.Decimus ſuper 3.& 4. quòd Martius poſſedit p 10. annos in circa, & ſic,ſi obijt de anno 1569. neceſſariò includit 63.& 64. Vndecimus benè concludit,quòd ab hora,qua fuit creatus Dux Iuliuscæſar, Martius ſemper poſſedit vſque ad eius obitum.

Cum itaque conſtet de poſſeſſione Martij continuata, ſi qui fuerunt fructus percepti à Planca,& Soto,id fuit vi,& non ſciente, & pa-

9 tiente ipſo:& alio poſſidente,† modica perceptio fructuū non conſtituit in poſſeſſione. Ac gid.deciſ.379.

Fuit igitur reſolutum probationem Plancæ ex prædictis apparere multùm debilem, & facilè eſſe eliſā ex contrarijs probationibus, & eſ-

10 ſe receden. ab alia reſolutione † in hac eadem cauſa,aliàs 22. Octobris 1574.facta ad fauorē Plancæ,eo tantùm tunc informante: tum quia non aderāt tunc prædicti teſtes d.Cardin. tum maximè,quia tunc dictum primi,& ſic vnius, & eiuſdem teſtis, qui fuit repetitus, fuit repuratum tanquam duorum teſtium conformium,& fuit principale fundamentum illius deciſionis verè ſupplantatum.Fuerunt enim tunc dati teſtes in ſummario,non expreſſo proprio cuiuſlibet nomine,ſed ſub numeris tantùm primi,ſecundi &c.& primus,cuius duo dicta extabāt, nempe primus, item ſecundus in eius repetitione fuit habitus pro duobus,nempe pro primo,& ſexto teſtibus: & ſub numero primi primum eius dictū referebatur, deinde ſub num. ſexti tanquam noui teſtis referebantur eius dicta repetita, & eius ſecundū dictum:quod nō ſine multa fraudis ſuſpicione Domini factum eſſe arbitrati ſunt. Et ideò tum ob hoc, tū propter concurſum prædictum (vt dixi) receſſerunt à prædicta prima reſolutione.

Vrbeuetana tenutarum. Lunæ. 10.Martij 1578.

EPITOME.

POſſediſſe communitatem de anno 1495. probatur per duos teſtes deponentes de eius poſſeſſione annorum ſexaginta,ſi examinati fuerunt de anno 1495.

SVM-

SVMMA.

1 *Poſſeſſio quo pacto probetur?*

PRAESVPPOSITA.

Præſuppoſita pro nunc ſine veri præiudicio poſſeſsione eccleſiæ probata de anno 1495. 1

Et præſuppoſitis depoſitionibus ſex ex 42. teſtibus cõmunitatis, videlicet Ciani, aliàs Sancti q. Angeli, Chriſtophori q. M. Simonis Dominici, Ioannis mat thæi Cecchi, Hieronymi de Salce, Paulian tonij q. Bernardini, Raphaelis Gualterij, quorum copia detur. 2

Et quòd prædicti ſex teſtes fuerunt examinati de anno 1555. 3

Et reſeruatis exceptionibus contra perſonas, & dicta eorum. 4

Et præſuppoſito quòd ex illis probetur poſſeſsio communitatis. 5

DVBIVM.

An iidem teſtes ea præcipuè exceptione repellendi ſint, quòd non percutiant tempus poſſeſsionis eccleſiæ.

68. DECISIO. alioqui. XXII.

1 FVit per Dominos dictum Chriſtophorum, & Dominicum bene probare † poſſeſsionem communitatis, & percutere tempus poſſeſsionis eccleſiæ, & ſic annum 1495.

Cum enim ſint examinati de anno 1555. & deponant de annis ſexaginta, bene percutiunt illud tempus poſſeſsionis eccleſiæ, nempè annum 1495. Alij autem non percutiunt dictum tempus; & propterea eſt concluſum eos non fore repellendos.

Tiburtina terrarum. Lunæ. 14. Aprilis 1578.

EPITOME.

TEſtibus numero pluribus melio res, & magis ſpecificas rationes reddentibus creditur circa poſſeſsionem etiam antiquam.

SVMMAE.

1 *Teſtis deponens in antiquis de auditu ab alijs, parùm videtur probare.*

2 *Teſtis deponens vidiſſe factum à tempore, quo erat 10. vel 11. annorum, videtur multùm ſuſpectus.*

3 *Teſtis deponens vidiſſe factum tempore, quo erat annorum 15. probat.*

4 *Teſtes plures numero vincunt pauciores.*

5 *Sententia dicitur iniuſta, quando ex nouiter deductis facta eſt probatio potentior ipſa.*

6 *Teſtibus reddentibus meliores rationes, et magis ſpecificas ſtatur.*

PRAESVPPOSITVM.

Preſuppoſitis dictis teſtium hinc inde examinatorũ. 1

DVBIVM.

An ſit dandum mandatum de manutenendo monialibus S. Syluestri, contra legitimè condemnatos?

69. DECISIO. alioqui. XXIII.

FVit dictum, quòd probatur poſſeſsio loci, de quo agitur, ſcilicet quantum ad aquam pende, per vtramque partem, tum monialium, tum hominum S. Gregorij ex eorum teſtibus.

Nam poſſeſsionem monialium benè probãt teſtes earundem expreſsè percutientes tempus ante excidium, ſiue faccũ vrbis, nempè ſecũdus, quartus, decimuſtertius, decimuſquartus, decimuſſextus, & decimuſſeptimus.

Ad probandam autem poſſeſsionem hominum, allegantur infraſcripti eorũ teſtes, quorum aliqui videntur eam probare, aliqui non, iuxta ordinem ſequentem.

Nam primus benè videtur probare, qui deponit vltra 60. annos.

Secundus videtur percutere ſolùm illud tẽpus in circa. Sed in effectu non placuit, quia nõ percutit tempus ante ſaccum. Nam ſuper 2. dicit de viſu à tempore, quo cœpit inſeruire, ſunt 45. anni in circa, & ſic non percutit tempus ante ſaccum, quod fuit de anno 1527.

Tertius licèt percutiat tẽpus ante ſaccum;

1 tamen parùm † videbatur probare, quia potius videtur de auditu ab hominibus S. Gregorij.

Quartus percutit tempus ante excidium ad quintum.

Quintus tempore ſacchi.

Sextus non percutit tempus ſacci, quia cœpit practicare in eo loco de tempore belli Pauli iij. cum Aſcanio Columna.

Septimus ſimiliter non percutit illud tempus, quia percutit ſolùm ſex annos ante illud bellum, præterea eſt de ſimplici auditu.

Octauus ſimiliter nõ percutit tempus, quia dicit, quòd ſunt 28. vel 30. anni.

Nonus percutit quidem tempus, quia dicit

2 à 60. annis, & citra, ſed viſus eſt multùm † ſuſpectus, quia deponit clarè à tẽpore, quo erat 10. vel 11. annorum.

Decimus ſimiliter percutit tempus, quia di-

3 cit à tempore, quo † erat 15. annorum, & ſic viſus eſt percutere tres annos ante ſaccum.

Ex

Digitized by Google

Ex prædictis ergo liquet, quòd adſunt ſep-
tem teſtes pro monialibus, & ſex pro homini-
4 bus, & ſic moniales vincũt numero. † Et adde-
bant Domini, quòd poſt ſaccũ ſunt multo plu-
res teſtes monialium, quàm hominum, præferẽ-
di ergo ſunt plures numero. Bart. communiter
receptus in l. ſi duo. ff. vti poſsid. ſub num. 4.

Præterea, cum probatio hominum non ſit
talis, quę confundat probationem monialium,
ſequitur, quòd ſententia in fauorem monialiũ
lata remanet iuſta, fundata ſuper vltima poſſeſ-
ſione monialium, capta vigore ſententiæ, &
mandati R. P. D. Robuſterij. Cum prędicta ſen-
5 tentia † ex nouiter deductis nõ poſsit dici iniu-
ſta, quia non eſt facta probatio in contrarium
potentior ipſa.

6 Demum iſti teſtes † monialium meliores
reddunt rationes, & magis ſpecificas, & dicta
iſtorum de S. Gregorio proueniũt ab homini-
bus ſuſpectis. Iſti enim Domini ea, quæ vſurpa-
bant, dicebant, quòd erant S. Gregorij.

DE TESTIBVS.

Romana ſocietatis. Lunæ. 15. Iunij 1573.

EPITOME.

TEſtium ſummarium ex ſtylo Rotæ datur, præſertim quando aduerſarius habuit etiam ſuũ ſummarium.

SVMMA.

1 *Teſtium ſummarium concedi conſueuit de ſtylo Rotæ.*

DVBIVM.

An hæredibus de Rubeis ſit dandum ſummarium teſtium ex aduerſo examinatorum?

70. DECISIO. alioqui. I.

REſolutum fuit per maiorem partem Do-
1 minorum decernẽdum eſſe † dictum ſum-
marium teſtium ex ſtylo Rotæ; ſtãte maximè,
quòd Vincentius aduerſarius habuit etiã eius
ſummarium, quamuis aliqui ex Dominis ſe ad
id redderent difficiliores, ſi teſtes non eſſent
publicati.

Calaguritana iuris arrendandi. Lunæ. 1. Martii 1574.

EPITOME.

TEſti, qui fuit procurator in cauſa, nulla fides adhibetur; conſanguineis autem datur fides diminuta arbitrio Rotæ.

SVMMAE.

1 *Teſti, qui fuit procurator in cauſa, & comparuit, nulla fides eſt adhibenda, ratio num. 2. ampl. prout num. 3.*

4 *Teſtibus conſanguineis diminuta fides adhibetur arbitrio Dominorum. & num. 8.*

5 *Frater poteſt eſſe teſtis pro fratre in cauſa ciuili. fallit, prout num. 6.*

7 *Conſanguinei ex linea tranſuerſali vſque ad quartum gradum, an ſint teſtes idonei?*

9 *Teſtes pauci examinati ex pluribus, qui fuerunt in cauſa, non carent ſuſpicione nimiæ affectionis.*

PRAESVPPOSITA.

Stantibus hinc inde deductis, & præſuppoſitis de par-
tium conſenſu firmatis, & præſertim decimo teno-
ris videlicet. Prę́ſuppoſitum 10. 1
Et propterea de menſe Iulij capitulum mouit litem
ſuper manutentione poſſeſsionis arrendandi, pu-
niendi, & mulctandi, ac deputandi diem pro di-
uiſione decimarum contra dictos beneficiatos re-
ſidentes in Fuentemayor, in qua lite Petrus de Mo-
lina, Ioãnes Blaſco, Antonius Ruiz, Rocchus Mo-
lina, Martinus de Aragona, & Matthęus Valien-
te fecerunt diuerſas comparitiones, & omnes in-
ſimul congregati conſtituerunt procuratores, al-
ter alterum, ita quòd nullus remaneret ſine man-
dato. 2

DVBIVM.

An iſtis teſtibus illorum de Fuentemayor ſit fides adhibenda, & quanta in caſu, de quo agitur?

71. DECISIO. alioqui. II.

QVia teſtium illorum de Fuentemayor alij
fuerunt procuratores, & comparuerunt
in cauſa iuxta decimum præſuppoſitum,
alii verò ſunt eorum conſanguinei, vt ipſimet
in depoſitionibus fatentur, placuit Dominis
quoad primos, qui fuerunt procuratores, qui
ſunt Petrus de Molina, Rocchus de Molina,
1 Matthæus Valiente, & Antonius Ruiz, nullã †
prorſus fidem eſſe adhibendam, iuxta text.
vulg. in c. inſuper. de teſt. vbi Henr. Boic. n. 3.
Imol. num. primo, & ſecundo. Butr. & alii ibi. fa-
ciunt trad. in l. fin. ff. de teſtibus. in c. Romana.
eod. tit. in 6. Bart. in l. deferre. §. iidem decreue-
rũt. ff. de iure fiſc. ſub nu. 2. Io. And. pulchrè
in reg. cum quid, vna via. col. 3. de reg. iur. in 6.
Abb. in c. fraternitatis. in fin. de cler. non reſid.
2 Et placuit ratio, † quia ipſi ſunt pars in iudi-
cio, per plura latè cumul. per Fel. in c. cum à no-
bis. num. 14. de teſtibus. Placuit mihi deciſio

126.in nou.vbi hoc † etiam procedit in procurarore reuocato propter dolum,& fraudem præſumpram.

Quoad alios teſtes conſanguineos, fuir re-
4 ſolurum † diminutam fidem eſſe eis adhiben-
dam,arbitrio tamẽ Dominorum. Nam licèt in
5 cauſa ciuili frater † poſſit eſſe reſtis pro fratre.
l. parentes.vbi Bald.& Salyc. & doct. C.de te-
ſtib. Bart. in l.qui teſtamento. ff.de reſta. Butr.
Io.de Ana. Marian. & alij in c.cũ oporteat. de
accuſat.& pro regula firmat Felin. in c. in lite-
ris.num.21.de teſtib. ex menre aliorum, quos
6 allegar; tamen † in cauſa ciuili ardua,cuiuſmo-
di viſa eſt Dominis cauſa,de qua agitur,prædi-
cta regula fallit. Bald.in d.l.parentes.ſub num.
primo.verſ.aut eſt cauſa grauis . vbi ait, quòd
hoc caſu non eſt integer teſtis, nec facit ſemi-
plenam probationem, licèt faciar aliquod indi
tium & c.vt per eum.Idem ibi Salic. ſub num.
2.verſ. aut eſt quæſtio ciuilis,ſed ardua,& non
admittitur,&c. Qui eriam inferiùs hoc dictum
7 extendit † ad conſanguineos de linea tranſuer
ſali vſque ad quartum gradum,vt per eum,&c.
ad idem addidi Socin.conſ.235.numer. 8. qui
prædictam doctrinam Bald. & Salyc.refert,&
8 ſubdit hoc relinquendum eſſe arbitrio † iudi-
cis.eandem fallentiam refert Felin.d.num. 11.
verſ. idem ſi agatur de cauſa ciuili graui . eandem fallent refert,& cumulatè comprobat Gabriel de teſt.concluſ.14.nu. 28. & quòd huiuſmodi probatio arbitrio iudicis remittatur, vltra Butr. & Imol.in d.cum oporteat. de accuſ. refert Gabriel d.concluſ. 14. num.25.

9 Viſum eſt etiam Dominis non carere † hos teſtes multa ſuſpicione nimię affectionis,ex eo quia ex pluribus teſtibus, qui ſunt in hac cauſa examinati, ſoli hi pauci ſuper hoc deponunr. Pro cõfirmatione ſupradictæ diſtinctionis fuit allegata in his terminis deciſio in cauſa Burg. præeminentiarum ſub die Lunæ 20. Decembris 1568. coram domino meo Seraphino, quę hoc ipſum negocium videtur decidere, ex quibus viſa etiam ſunt eſſe ſublata omnia ex aduerſo deducta. Er quòd dicebarur prędictos teſtes fuiſſe examinatos, parte non opponente, in facto deprehenſum eſt eſſe falſum; vltra alias reſponſiones per informantes accõmodatas.

Vlixbonen. Matrimonij. Lunæ, 15. Martij 1574.

EPITOME.

TEſtis ſeruæ exiſtenti in ſtatu ſeruiuitutis,& ayæ, ite m teſti nutrici familiari, & deponenti, quòd cuperet matrimonium effectuari, diminuta fides adhibetur arbitrio Rotę.

SVMMAE.

1 *Teſtibus interdum diminuta fides adhibetur.*
2 *Partus ſequitur ventrem.*
3 *Serua in ſtatu ſeruientis non admittitur in teſtem.*
4 *Teſtamentum confirmatur morte.*
5 *Serua, vel liberta patris, dicitur talis etiam filia.*
6 *Lena repellitur à teſtificando.*
7 *Teſtis tractans de ſe exonerando, vel de exonerãda matre, repellitur.*
8 *Teſtis domeſtica repellitur.*
9 *Teſtis patiens plures defectus, non admittitur, etiam quòd veritas aliter haberi non poſsit.*
10 *Teſtes non omni exceptione maiores ad probandum matrimonium admittuntur.*
11 *Teſtis nutrix, domeſtica, & in familiaritate perſeuerans, repellitur.*
12 *Teſtis deſiderans in cauſa matrimoniali, quòd matrimoniũ habeat effectum, repellitur in totum, quamuis Rota hoc caſu id reſeruauerit arbitrio, cum conſiderabili diminutione.*
13 *Teſtium variationes inter vnum examen teſtis, & aliud, quamuis ſaluari poſſent ex decurſu temporis, tamen Rotæ ſolent diſplicere.*

DVBIVM.

An Helenæ de Conto, & Catharinæ Gundiſalui teſtibus examinatis per donnam Mariam, ſit aliqua fides adhibenda in caſu, & ad effectum, de quo agitur?

72. DECISIO. alioqui. III.

DOmini dixerunt tam Helenæ de Conto,
quàm Catharinæ Gũdiſalui teſtibus exa
1 minatis pro donna Maria diminutã † fidem eſſe
adhibendam arbitrio Dominorum. Et aliqui
ex Dominis exiſtimabãt prædictæ Helenæ nul
lam prorſus fidem fore adhibendam, quia eſt
ſerua, vt omnes teſtes tam don Petri, quàm
dõnæ Mariæ videntur fateri, deponẽdo, quòd
eſt filia Mariæ Roderici ſeminigræ ſeruæ,& re-
2 gula eſt indubitata partum † ſequi ventrem.l.
partum. cum vulg. C.de rei vend.

Nec placebat, quòd ex aduerſo obijcitur,
ſeruitutem nõ eſſe de his, quæ ſenſu percipiun
tur, quia teſtes vlterius deponunt, quòd ea tan
quam ſerua tractatur, & habetur domi, & fo-
ris,& dicunt, quòd ſeruit,& quòd in effectu ſer
ua nominatur. Ex quibus videtur apertè infer-
3 ri, quòd eſt in ſtatu ſeruitutis. Quod videtur †
ſufficere, vt non admittatur in teſtem.l. quoniã
liberi. cum aucten.ſeq. C. de teſtib.

Nec

Digitized by Google

Nec obſtant teſtes Dominæ Mariæ, qui dicunt prædictam Helenam multum benè tractari in ea domo, & quòd à multis dicitur, quòd erat ſoror ipſius Mariæ. Quia dictum eſt, quòd iidem teſtes confirmant, quòd ſit ſerua, quatenus dicunt patrem reliquiſſe ſibi libertatem, cui pater adhuc viuebat. Vnde libera ex hoc
4 non poterat dici, vel liberta, cum teſtamentū † morte confirmetur, per vulg.

Nec obſtat, quòd dicatur eam eſſe ſeruam, vel libertam patris, non autem Mariæ: quia ex
5 quo eſt ſerua, † vel liberta patris, eſt etiam ſerua, vel liberta filiæ, & ſic etiam Mariæ. l. licèt. §. libertos paternos. ff. de verb. ſignificat.

Præterea dicitur eſſe aya, ſiue cuſtos. Vnde de ſuo magno intereſſe agi videtur, ne leno
6 cinium † exercuiſſe dicatur: quo caſu teſtis repellitur. Dec. conſ. 133. num 4. Aym. conſ. 6. num. 67. conſ. 99. num. 2. & conſ. 112. num 10.
7 & non ſolùm tractat † de ſe exonerando, ſed etiam de exonetanda matre. Aymò conſ. 110. num. 12. poſt Alex. quem allegat. eſt etiam do-
8 meſtica. † l. etiam. C. de teſtib. c. in literis. eod. tit. Cum igitur hæc omnia concurrant, viſa eſt aliquibus ex Dominis repellenda in totum. Socin. conſ. 118. numer. 8. lib. 1. Marſil. ſing. 385. Grammat. conſ. crim. 45. nu. 23. Quod proce-
9 dit etiam, vbi † veritas aliter haberi non poſſet. Cephal. conſ. 65. num. 26. & 28. Ex quibus, vt dixi, videretur repellenda in totum, in quo nó omnes conuenire videbantur.

Aliqui enim dicebant, quòd omnino non eſſet repellenda, cum aliqui teſtes videantur deponere de reputatione, & quodam quaſi tractatu, vt liberæ, & cum materia ſit fauorabilis, cum agatur de probatione matrimonij: in
10 quo probando aliquando † teſtes non omni exceptione maiores admitti videntur, vt traditur in c. videtur. qui matrimon. accuſ. poſſ. c. ſuper eo. il ſecondo. vbi Abb. in 3. not. de teſt. magis apertè Dec. conſ. 163. col. 4. ſub. numer. 7. verſ. octauo, oppono. poſt. Alex. conſ. 146. col. 6. verſ. nec obſtat ſi aliquis. vol. 5.

Conueniebant tamen etiam ita ſentientes, quòd eius fides reſeruaretur arbitrio, cum non modica diminutione.

Quoad ſecundam teſtem Catherinam Gōſalui, cum ſit † nutrix, & duret eius familiari-
11 tas, & conſequenter adhuc ſit domeſtica, quę ambo nutricem repellere ſolent. Bal. in l. parentes. num. 3. in fin. C. de teſt. Alber. de teſt. num. 26. & deſideret, quòd matrimonium effectue-
12 tur: quod deſiderium † ſimiliter in cauſa matrimoniali in totum reijcit teſtem. Ruin. con. 149. num. 26. lib. 5. Pariſ. conſ. 15. num. 30. li. 2. eius etiam fidem Domini voluerunt propterea pariter reſeruare arbitrio cum conſiderabili diminutione. Idque tanto magis, quia inter primum, & ſecundum examē ſunt quędam varia-
13 tiones, † quę licèt ſaluari poſſe viderentur ex ſpatio temporis, quod interceſſit inter vnum, & aliud examen, tamen Dominis diſplicebant.

Vlixbonen. Matrimonij. Lunæ. 24. Martii. 1574.

EPITOME.

Teſtis familiaris non niſi iudicis arbitrio repellitur, ſed ſolicitator, qui erat tempore examinis, reiicitur.

SVMMAE.

1 *Teſtis familiaris non repellitur, ſed reſidet in iudicis arbitrio ſecundùm qualitatem affectionis.*
2 *Solicitator tempore examinis repellitur, alioqui ſecus, ſed nunquid etiam requiratur, quòd fuerit ſalariatus? nu. 3.*
4 *Obliuio facilè præſumitur ex temporis ſpacio.*
5 *Teſtium contrarietates, quàm maximè fieri poteſt, conciliandæ ſunt.*
6 *Teſtis dicens ſe deſiderare victoriam vnius partis, non repellitur, ſi reddit bonam rationem.*

DVBIVM.

An contra perſonas, & dicta Saluatoris de Sylua, & Franciſcæ Colacæ teſtium pro parte Mariæ examinatorum, militent tales exceptiones, quòd non ſit illis fides adhibenda in caſu, & ad effectum, de quo agitur?

73. DECISIO. Alioqui. IV.

Qvia exceptiones ex aduerſo datę nó ſunt viſę Dominis admodum releuantes, Domini reſeruarunt eorum arbitrio duos teſtes, de quibus in dubio, nempe Saluatorē,
1 & Franciſcam Colacā. Familiaris † enim non repellitur, ſed reſidet in arbitrio iudicis ſecundùm qualitatem affectionis. Innoc. in c. in literis. de teſt. & ibi Aegid. nu. 11. Præp. in cap. primo 3. q. 5.

Non obſtat, quòd Saluator fuerit ſolicita-
2 tor, † quia attenditur tempus examinis, & tempore primi examinis non apparet, quòd fuerit
3 ſolicitator. l. 4. §. Iulianus. ff. de teſtib. nec † probatur, quòd habuerit ſalarium. Rom. cōſ. 420. Ferret. conſ. 79. num. 9. Et quamuis multi Doctores reprobent hoc; tamen, ex quo tempore primi examinis non erat ſolicitator, omnibus iunctis

iunctis placebat non repelli, ſed, vt dixi, reſeruari arbitrio.

Contrarietates facilè tolluntur ex ſpacio tẽporis, quod interceſſit inter vnum, & aliud exa-
4 men: ex quo † tempore facilè prçſumi poteſt obliuio. l. peregrè. de acq. poſſ. cum plur. vulg. Prima eſt, quòd vnus teſtis dicit, quòd venit vocatus ex alia domo, alius dicit, quòd ſedebat in capſa in ſala. Conciliatur, quia potuit ſedere, poſtquam venit. Secunda de enſe etiam facillimè concordatur, quia poſſunt ambo dicta ſtare. Tertia de panno laneo, vel lineo, quem habebat in capite Maria, eſt modici momẽti. Alia quòd don Petrus videbat, vel nõ videbat, ſtãte illo ſpatio temporis, videtur ſaluari poſse. Cum tritum in materia teſtiũ ſit, contrarieta-
5 tes, † quàm maximè fieri poſſit, conciliandas eſſe. vulg. c. cum tu. cum materia. de teſt. Ruinus optimè conſ. 130. num. 6. vol. 4. Natt. conſ. 516. num. 14. Cephal. conſ. 177. num. 31. 32. & 42. vol. primo.

6 Nõ obſtat, quòd dicat ille † teſtis, quòd deſiderat victoriam, quia reddit bonam rationem, vt fuit dictum in illa Florentina matrimonij coram bo. me. Grato.

Burgi S. Sepulchri beneficiorum, ſiue hoſpitalis. Lunæ. 24. Maij. 1574.

EPITOME.

VAlor hoc modo per teſtes plenè probatur.

SVMMAE.

1 *Teſtes vt probent valorem tenuẽ menſæ Epiſcopalis, debent percutere tempus vnionis, & deponere, computatis oneribus.*

2 *Teſtis deponens ex fama publica aliquem habere in reddi- tu ſcut. 600. non probat valorem temporis præteriti.*

3 *Fructus redditunm eccleſiaſticorum ex communi contingentia creſcunt.*

4 *Teſtes in facto proprio, prout ſunt vicarij Epiſcopi, & factores magis probant.*

5 *Teſtes de facto proprio, & magis inſtructi, & informati præferuntur alijs, & num. 6.*

7 *Teſtes poſtremo loco examinati, præſumuntur ſubornati.*

DVBIVM.

An ex dictis teſtium tam primo, quàm vltimo loco examinatorum pro parte capituli, probetur tenuitas fructuum menſæ Epiſcopalis, & ornamentorum eccleſiæ ad verificandum gratiam vnionis factę menſæ Epiſcopali, & narratiuã in ea contentã: an potius probetur narratiuam prædictam non eſſe veram ex teſtibus prædictis, & alijs pro parte dicti Petri Honofrij examinatus?

74. DECISIO. alioqui. V.

IN dubio de duobus probandis pro parte capituli videtur agi. Primo de tenuitate fructuum menſę Epiſcopalis. Secundo de defectu ornamentorum dictæ eccleſiæ. Quia tamen informantes addunt etiam tenuitatem fructuum canonicorum eiuſdem eccleſiæ, Domini etiam de hoc verba habuerunt.

Primo igitur, quòd attinet ad tenuitatem fructuum menſæ epiſcopalis, habito prius longo, & particulari diſcurſu ſuper ſingulis teſtibus capituli, placebat Dominis, quòd tenuitas valoris non probaretur per primos ſex teſtes. Quia, vt plurimum, non videntur deponere de ipſo tempore vnionis, de qua agitur: tres autẽ
1 vltimi, nẽpè ſeptimus, octauus, & nonus benè † videntur probare valorem, de quo agitur, & percutere tempus prædictum, & deponere cõputatis oneribus; & in effectu placebat Dominis tenuitatem prædictæ menſæ per eos benè probari. Et quia, vt dixi, Domini ſigillatim habuerunt verbum de omnibus, volui per capita ſingulos breuiter referre.

2 Primus igitur teſtis deponit ex † fama publica, quòd habet in redditibus ſcuta 600. Iſte nõ probat, quia dicit, habet, & eſt examinatus de anno 1554.

Secundus deponens ex fama, ꝙ ſolent locari fructus ad 350. vel. 400. non percutit tempus.

Tertius, qui dicit, deductis, expenſis eſſe annui redditus 300. vel 350. & deponit per verbum, eſſe, examinatus eſt de anno 1555. & hic non percutit tẽpus 1539. Attende tamen, quia ad vndecimum dicit, quòd Archintus nunquã potuit locare vltra 330. cum iſte Archintus ſit, qui impetrauit hanc gratiam.

Quartus vicarius pro Archinto inquiens, quòd ſpacio ſeptem annorum non potuit inuenire 300. non videtur bene percutere tempus, & dicit, quòd non excedunt ſcut. 300.

Quintus deponit, ad vndecimum de 500. ſtarijs grani, & 60. vel 70, ordei, & de auditu, quæ vix attingunt 350.

Sextus, qui deponit, ꝙ ſecundùm eãdem æſtimationem temporibus præteritis erat valoris 340. computatis oneribus, & etiã ex fama, non benè videtur percutere tempus. Quia dicit, ꝙ non vult deponere de anno 34. 35. 36. 37. 38.

Septimus percutit, tempus, & dicit, quòd computatis oneribus, erant valoris 350. au-

reorũ de cam. & ſup.4. deductis omnibus expẽſis, vt ſupra ſuperſunt 100. ducati. Tamen expẽſæ, quas exprimit, aſcẽdunt ad 154. ita quòd ex 350. ſupereſſent 196. ducati de camera, & plures etiam, niſi illa 154. apponerẽtur pro incertis expenſis.

Octauus etiam probat in eiſdem locis.

Nonus dicit, quòd detractis oneribus, remanent Epiſcopo 100. vel 120. ſcuta.

Secundo tenuitas fructuum canonicorum pariter probatur per dictos tres vltimos teſtes, alij autem non probant.

Primus enim ſuper 6. ex fama.

Secundus ibidem dicens de auditu à canonicis, nihil probat.

Tertius ad decimumquintum ibi, nihil habent, etiam ad decimumſextum ibi, poſſent ha bere 4. vel 5. florenos.

Quartus ad decimumquintũ ibi, nihil firmi habent canonici, & dignitates, & relinquunt ſeruitium, & ſupra quintum articulum verum de viſu, quòd nihil habent, & ſic per verbum præſentis temporis.

Quintus ſupra quintum articulum, verum, quia coguntur inſeruire alijs.

Sextus ſupra quintũ ibi, nullos habẽt fructus ſpeciales. & ad ſecundum interrogatoriũ ibi, habent præbendas, ſed tenuiſſimas. & ſuper 6. eccleſia propter hoc patiebatur in ſeruitio.

Septimus ſuper quintũ plenè probat, percutit & tempus, & dicit, quòd præbendæ fuerunt annexæ modernis temporibus. & ſuper 6. deponit de defectu ſeruitij.

Octauus idem probat in eiſdem locis.

Nonus ibidem eadem probat.

Quoad tertium de defectu ornamentorum pariter probatur per eoſdem tres vltimos teſtes, alij etiam non probant.

Primus enim ad 14. ibi, & ſufficiẽter ornata, nihil facit, quia dicit, & fuit examinatus de anno 1544.

Secundus ibidem, eſt mediocriter ornata, loquitur per verbum, eſt.

Tertius ad 19. ibi, indigebat eccleſia ornamentis, non benè exprimit tempus.

Quartus ibidem, uix ſunt paramenta pro villa ſufficientia, & hoc per verbum, ſunt.

Sextus ſuper 4. vidit eccleſiam in paupertate ornamentorum, & quòd non erat ſufficienter ornata, vt eſt modò, non benè probat, & ibi, quòd diuina officia non omittebãtur, ſed celebrabantur, vt poterant.

Septimus probat ibi, & quòd ſumebat mutuo ab alijs eccleſijs.

Octauus ibidem probat idẽ, ſed dicit, quòd nunquã fuerunt omiſſa officia, ſed mutuo ſumpta ornamenta.

Nonus dicit, quòd ornamenta tunc temporis non erant condecentia vni villæ.

Quoad teſtes d. Comitis Petri Honofrij, Domini dicebant, quòd primus teſtis quoad ſummã ſup. decimo, eſt de auditu. Et licèt poſſit reduci ad maiorem ex ijs, quæ ſup. 28. dicit; tamẽ ſuperiores teſtes deponunt de multo minori quantitate fructuum, & hoc eſt magis confor-
3 me communi contingentiæ, quòd fructus † creſcant. Duo reliqui teſtes probant etiam, quòd de dicto tempore ita erant redditus 700. vel 800. Ex quibus licèt videretur probatum contrarium; tamẽ Domini arbitrati ſunt magis attendendas eſſe probationes capituli in hoc ne-
4 gocio, quia teſtes † eiuſdem ſunt de facto proprio, & cõſequenter optimè informati. Aliqui enim fuerunt vicarii, aliqui factores Epiſcopi,
5 & trita regula eſt, quòd teſtes † de facto ꝓprio, & meliùs inſtructi debent præferri aliis. Tanto magis, quia prędicti teſtes capituli ſunt numero plures, qui conueniunt de 500. ſtariis grani; teſtes verò domini Petri duplicabant omnes redditus, & videntur etiam decipi, pręſumendo de præſenti in pręteritum. Quia à cõmuniter accidentibus, ſi tunc temporis valuiſſent ſcut. 700. nunc valerent bis mille. Prædi-
6 cta autẽ regula trita, quòd † teſtes meliùs informati pręferantur, probatur in c. toties, de teſtib. Felin. in c. in noſtra. col. 3. verſ. & pręferuntur meliùs informati. de teſt. Grat. conſ. 81. num. 61. & 62. lib. 2. Bal. in l. teſtium. num. 21. C. de teſtib. Gozad. conſ. 13. num. 58.
7 Addebant etiam, quòd † teſtes comitis vltimo loco ſunt examinati, & ſic faciliùs præſumuntur ſubornati. Io. de Amic. conſ. 79. num. 4. & 5. Igitur firmatum eſt narratiuam prædictæ vnionis, de qua agitur, eſſe probatam, & verificatam reſpectu tenuitatis tam fructuum menſę Epiſcopalis, quàm etiam ornamentorũ eccleſię; ſaluis tamen ſemper exceptionibus teſtium.

Vrbeuetan. tenutarum vno informante Merc. 9. Iunij. 1574.

EPITOME.

Paupertas, contrarietas, blaſphemia, vel falſitas non, niſi prout hic, teſtem repellit.

SVM-

SVMMAE.

1 *Teſtem non repellit paupertas.*
2 *Teſtis contrarius aſſertioni eiuſdem partis, regulariter repellitur, & quomodo dicatur contrarius? num. 3.*
4 *Veriſimile non eſt agentem ſpolio voluiſſe attentare.*
5 *Dictio, vltra, poteſt extendere ad duos, vel tres annos ante.*
6 *Teſtis an repellatur ob blaſphemiam?*
7 *Teſtificari nunquid poſsit exiſtens in peccato mortali? n. 8.*
9 *Falſitas circa non ſubſtantialia minimè teſtem repellit.*

PRAESVPPOSITA.

Præſuppoſito quòd die 22. Septembris 1525. pro parte Andrææ de Albizis fuerit præſentata commiſsio contra communitatem S. Caſsiani, ſuper ſpolio podiorum, de quibus agitur. 1

Et quòd de anno 1404. fel. re. Pius Papa ij. caſtrum Fichini de terris, & in patrimonio S. Petri in Tuſcia, & in confinibus territorij ipſius Pontificis exiſten. &c. à iuriſdictione, & ſuperioritate rectoris, & iudicum prouinciæ patrimonii prædicti in temporalibus &c. exemerit, & totaliter liberauerit, ipſumq. caſtrum cum territorio in vicariatum de per ſe regendum, & gubernandum erexerit &c. illudq. ſic exemptum, & erectum immediatè Rom. Pont. & ſac. Rom. eccl. ſubiectum &c. ſub annuo cenſu 15. lib. monetę cancellariæ apoſtolicę ſoluendi communi, & populo Senarum conceſſerit, & donauerit. 2

Et ſententia reintegratoria, de qua in executionibus ante ſaccum vrbis ſub die 9. Iulij 1526. & alijs executorialibus de anno 1527. die 2. Iunij per Andręã in contumaciam, & per edictum procedeus à Rota obtentis. 3

Et quòd canonici vti ſucceſſores Andrææ in d. monaſterio venerunt ad cauſam, & obtinuerunt etiam per edictum brachium ſeculare, & illius vigore de anno 1553. poſſeſsionem dictorũ bonorum acceperũt. 4

Et poſtea à dicta ſententia, & alijs pro parte communitatis à die notitiæ fuerit appellatum ſub die 13. Octobris 1553. & commiſſa cauſa appellationis, & reſtitutionis in integrum, dicta communitas obtinuerit mandatum de manutenendo. 5

Et quòd de anno 1555. vtraque pars examinari fecerit plures teſtes, & monaſterium inter alios examinari fecerit Mathiam de Marmotto ſeptimum teſtẽ, qui probat de mandato Andrææ tunc detentoris d. abbatiæ incidiſſe ligna, qui actus eſt poſſeſſorius. 6

Et pręſuppoſita partita extracta ex libro memoriarum communitatis Fichini, cuius copia detur, & dictis quatuor teſtium pro eodem monaſterio examinatorum, videlicet Lucæ Bacchæ Iuliani q. Marci, Benigni Benedicti, & Gabrielis Nicolai, quorum ſummarium detur. 7

DVBIVM.

An prædicti Mathias, Philippus Morelli, & Philippus Lucæ ſint penitus reijciendi, vel eis aliqua fides adhibenda ſit, & quanta?

75. DECISIO. alioqui. VI.

QVatuor exceptiones in effectu videntur opponi contra teſtes, de quibus agitur. Prima paupertas, ſecunda contrarietas inter dictum teſtis, & confeſſionem partis, pro qua deponit, tertia blaſphemia, quarta falſitas in aliquibus.

Prima exceptio paupertatis placuit Domi-
1 nis, quòd non † repellat teſtem. Docto. in c. ſi
qui teſtium. vbi Felin. num. 8. de teſti.

Secunda exceptio viſa eſt releuans, quia eſt
2 regula, quòd, dum † teſtis contrariatur aſſer-
tioni eiuſdẽ partis, repellitur. Aymo conſ. 171.
num. 10. Marſ. conſ. 34. num. 8. Felin. in c. cum
tu. num. 9. cum ſequen. de teſti. Igitur dixerunt
Mathiam contrarium eſſe repellendum. Con-
3 trarietas † inducitur, quia Andręas, à quo Ca
nonici ex aduerſo cauſam habent, commiſit
cauſam ſpolij de anno 1525. de menſe Septẽ-
bri, vt in primo præſuppoſito: Mathias autem
prædictus teſtis ait, quòd Andręas auctor ad-
uerſariorum poſſedit, dum ait, quòd mittebat
eum ad incidẽdum ligna, ipſe etiam incidebat,
& exportabat abſque contradictione hominũ,
4 qui videbant &c. Tanto magis, quòd non † eſt
veriſimile Andræam agentem ſpolio, voluiſſe
attentare. Placebat tamen Dominis, quòd Phi
lippus Morelli, qui pariter examinatus de an-
no 1555. ait, quòd iã ſunt 30. anni &c. ſuſti-
neretur, quia addit verba, vltra, vel circa, Vnde
ad ſaluandum teſtem benè videtur poſſe ſumi
interpretatio, quòd deponat de 30. annis, id-
eſt de anno. 1525. ſaltem reſpectu principij
iſtius anni 1525. quo tempore nondum erat fa
cta commiſſio, quæ fuit de menſe Septembris,
vt dictum eſt. & ſic ante tempus commiſſæ cau
5 ſæ ſuper ſpolio: maximè ſtante dictione †, vl-
tra, quæ ſe poteſt extendere ad duos, vel tres
annos ante illud tẽpus, & ſic ad annum 1523.
vel 1524.

Quoad tertiã exceptionem blaſphemię, li-
6 cèt Bald. conſ. 152. nu. 4. lib. 1. dixerit, quòd †
de iure ciuili teſtis ob id non repellatur; tamen
Bertran. conſ. 42. num. 1. lib. 6. refellit opin.
Bald. Quia tamen hæc materia videbatur redu
7 ci ad quęſtionem, an † exiſtens in peccato mor
8 tali poſſit teſtificari? in qua attenditur † perſe-
uerantia, & conſuetudo, vt per Alber. de Roſ.
de teſt. cap. 3. n. 20. Bagar. n. 76. cũ alijs alleg.
per Felin. in c. teſtimonium. de teſti. Dicebãt
autem ex dicto Philippi Lucæ teſtis colligi aliquid, quod ſonat in conſuetudinem blaſphemandi, dum ait, aliquando ſe blaſphemare, &c. Vnde dixerunt diminuendum de fide arbitrio dominorum.

Quoad quartam exceptionem nempe falſitatis, in aliquibus dixerunt Rotam ſolere tene

9 re,quòd falſitas,†quæ non eſt circa ſubſtantia-
lia,non repellit teſtem. Item dicebant dictum
teſtis poſſe ſaluari, ſaltem ſecundùm commu-
nem vſum loquendi. ſecundùm quem dicimus
aliquid eſſe in territorio Regis, vel Comitis,
etiam quòd ille locus dominum non recogno-
ſcat, & videmus etiam territoriũ capi pro diœ
ceſi. Clem. ne Romani.§.ſanè. in gloſ.in verb.
diœceſi.de elect.

Calaguritana iuris arrendandi. Lunæ 8.Nouembris 1574.

EPITOME.

TEſtes contrarij ſententijs effectũ ſortitis, non attenduntur, & deponẽtes per verbum,credo, non probant.

SVMMAE.

1 *Sententijs quando magis adhibeatur fides,quàm teſtibus?*
2 *Teſtis deponens per verbum, credo,non probat,etiã quòd adiungat alia verba,& habeat pro certo.lim. prout n. 3. Intellige prout num.4.*
5 *Teſtis ratio aſsignata debet concludere.*
6 *Teſtis dictum non concludit,quando contrariũ eius, quod teſtis depoſuit,ſtare poteſt pro veritate cauſæ,quam teſtis allegat.*
7 *Teſtis vnicus non probat.*
8 *Conſenſus maioris partis omnium de capitulo ſufficit.*
9 *Quaſi poſſeſsio incorporalium acquiri non poteſt ſine ſcientia,& patientia aduerſarij.*
10 *Teſtis quando benè probet negatiuam,remiſsiuè?*

PRAESVPPOSITVM.

Stante reſolutione vltimo loco facta, quòd teſtes de Fuentemayor vti contrarij, & incompatibiles cum ſententijs latis del 1553. & 1554. iam ſunt reprobati. 1

DVBIVM.

An ſaltem ex teſtibus pro parte illorum de Nauarrete examinatis,quorum copia detur,& reſolutione in hac cauſa facta die prima Martij 1574. reſultet talis probatio ad fauorem illorum de Fuentemayor, vt ſit recedendum à prędicta reſolutione?

76. DECISIO. ſeu Diſcurſus. alioqui. VII.

FVit dictum per aliquos ex Dominis, quòd,
ſi conſtat clarè, quòd ſententiæ latæ de an
no 1553.& 54 fuerint demandatæ executioni,
quòd tunc non eſſet recedendum à reſolutio-
ne.Quia,cũ teſtes de Fuentemayor ex eis re-
periantur mendaces,& contrarij eiſdem ſentẽ
1 tijs effectum ſortitis,magis † videntur attendẽ
dæ prædictæ ſententiæ, quàm dicta horum te-
ſtium,iuxta reſolutionem aliàs factam. & ex
hoc capite ceſſant dicta prædictorum teſtium
de Fuentemayor.

Similiter teſtes de Nauarrete, qui de nouo
dantur , non ſufficienter probant intentionem
beneficiatorũ de Fuentemayor . Quia tertius
quartus, ſextus , ſeptimus, nonus, & decimus
2 ponunt per verbum,credunt, † ergo non pro-
bant, etiam quòd adiungant alia verba, & ha-
beant pro certo.Iaſ.in rub.ff. de iureiur. num.
3 2.Et quamuis hæc regula limitatur, † quando
teſtis aſſignat concludentem rationem, vt per
4 eumdem Iaſ.ibi;tamen hoc procedit, †quando
ratio,quæ aſſignatur à teſte,cõcludit eius ſcien
tiam per ſenſum viſus. Iaſ.ibi ſub num.6. verſ.
4. limita. Et primus licèt dicat , quòd fuerunt
5 locatæ de conſenſu omnium; tamen non † con
cludit ratio aſſignata ab ipſo,iuxta doctr. Bald.
vulg.in l.conuenticulam. C.de epiſc.& cler. Di
cit enim pro ratione ſui dicti, quòd non reſpõ
diſſent de fructibus,niſi conſenſiſſent . Quæ ra-
tio non eſt bona,nec concludens.

Quintus ſimiliter ait,quòd,ſi non fuiſſet ita,
fuiſſent motæ lites . quæ rationes potiùs infe-
runt iudicium ipſorum teſtium , quàm impor-
tent rationem concludentem ad ſenſum corpo
ris,& potuerunt decipi, videntes,quòd, quan-
do ſubhaſtabatur,nemo contradicebat . Nam
fieri poteſt, quòd, cum hoc ſit vnicum capitu
lum,contradictiones fierent in capitulo, & tũc
caperetur reſolutio , quia concordaret maior
pars,& ſic nemo extra capitulum contradixe-
rit ſciens ſibi non competere ius contradicen-
di. Et hoc caſu verificatur illa regula, quæ ha-
6 bet,quòd quando † contrarium eius, quod te-
ſtis deponit , poteſt ſtare cum veritate cauſæ,
quam teſtis allegat,eius dictum non conclu-
dit. Bald.in d.l.conuenticulam.col. penult. nu-
mer.5.veſ.ex prædictis. Alex.cõſ. 24.numero
24.lib.4. Rim.conſ.191.num.28.lib. 1. & conſ.
219.num.18. lib. 2. Quod benè comprobatur
ex dicto octaui teſtis,qui præſupponit contra-
dictionem in capitulo,& non extra capitulum.
Et quamuis ſecundus nõ patiatur hanc inter-
pretationem, quia dicit,quòd remanebant cõ-
7 cordes in capitulo;tamẽ, vltra quòd eſt † vni-
cus, & conſequenter nõ probat. l. iuriſiurandi.
C.de teſti.eius dictum nõ concluderet,quòd,
ſi iſti de Fuentemayor contradixiſſent, non ha
buiſſent effectum, & ſic non probat iſtam con-
ſuetudinem.

Aduer-

Digitized by Google

Aduerſarij enim de Nauarrete habent inten
tionem fundatam in iure communi, cum faciāt
8 vnum capitulum, in quo† ſufficit conſenſus ma
ioris partis omniū. Abb. in c. paſtoralis. in fin.
de reſcript. vbi Dec. num. 9. Felin. in c. cum om
nes. in 8. fallent. de conſtit. Igitur oporteret
probare, quòd iſti de Fuētemayor contradixiſ
ſent, & quòd illi de Nauarrete acquieuiſſent
9 contradictioni; alioqui in iſtis incorpotalibus†
non poteſt acquiri quaſi poſſeſſio, quia ſcien-
tia, & patientia eſt ſubiectum huius poſſeſſio-
nis. Docto. in c. cum Ioannes. de cler. coniug.
Rip. in c. cum eccleſia Sutrina. num. 5. de cauſ.
poſſ. & propriet. cum alijs alleg. Et ita etiam
reſpondetur ad decimum teſtem, qui dicit,
quòd, ſi contradixiſſent, ſciuiſſet. Et ſic non pla
cuerunt Dominis iſtæ ponderationes teſtium
factæ per illos de Fuentemayor in hac poſitio
ne, ſi ſententiæ prædictæ fuerunt demandatæ
executioni, & hoc clarè liquet, vt ſupra dixi.

Si verò huiuſmodi executio ſentētiarum ſit turbida, vt prima ſpecie videtur, niſi aliàs ex proceſſu iuſtificetur, tunc exiſtimabant multi ex Dominis magis ſtandum eſſe iſtis teſtibus de Fuentemayor, qui multùm vidētur coadiuuari à dictis teſtium de Nauarrete. Et dicebant videri durum, quòd non producatur proceſſus prædictarum ſententiarum, vt poſſit liquere, quomodo iuſtificentur. Maximè quia non clarè liquet, quòd illi de Fuentemayor, qui contradixerunt, verè conſtituerent maiorem partem eorundem, cum articulus dicat, quòd ex illis erant quinque tātùm naturales. Ex quo nō propterea infertur, quòd quinque tantùm eſſent beneficiati, quia de hoc grauabantur ipſi de Fuentemayor, nempe quòd conſerentur beneficia de Fuentemayor naturalibus de Nauarrete, qui poterant acquieſcere illis arrendamentis. Maximè quia iſti teſtes, qui à tanto tēpore recordantur, includunt annum 1553. & concludunt, quòd nunquam fuit contradictū, niſi quando fuit mota hæc lis. Et hoc vel eſt falſum, quia fuit contradictum de anno 1553. vel ſaltem ad ſeruandos teſtes oportet dicere, quòd arrendamenta, quæ fuerunt ſortita effectum, fuerunt de conſenſu omnium. Quod cō-
probari videtur ex ſecūdo, & penultimo teſte,
10 qui benè probat †negatiuam ſecundùm doctr.
Bald. in l. 1. C. de bon. poſſ. cont. tab.

Vrbeuetana ſpolij tenutarum. Mercurij. 15. Decembris 1574.

EPITOME.

TEſtis primo dicto regulariter ſtatur. quòd dilata, & cōtrahe, prout hic.

SVMMAE.

1 *Teſtis primo dicto regulariter ſtatur, etiam ſi eſſet extraiudiciale num. 4. & ſecundum dictum non attenditur in præiudicium partis, cui eſt ius quæſitum. Intellige, vt dictum primum debilitetur quoad fidem probationis num. 2. ita vt non ſit ferenda ſententia ſecundùm primum dictum iam relatum, num. 3. licèt lata ſuſtineatur. num. 5.*

77. DECISIO. alioqui. VIII.

TEſtes eſſe reſeruandos arbitrio Domino-
rum fuit per omnes firmatū. Licèt enim
1 regulariter ſtetur † primo dicto, & ſecundum
dictum non attendatur in præiudicium partis,
cui eſt ius quæſitum. Rot. deciſ. 19. de teſt. in
nou. Doct. in c. cum in tua. vbi in ſpecie Felin.
num. 4. de teſt. cum plur. vulg.

2 Tamen † illud primum dictum debilitatur
quoad fidem probationis. Abb. in d. c. cum in
tua. ſub num. 9. verſ. aut ex interuallo. commu
nem eſſe dixit Deciſ. conſ. 189. col. 3. Boſſ. in
tit. de oppoſit. contra teſt. num. 3. refert Clar.
in pract. crimin. q. 53. ſub verſ. tertius caſus, ibi
debilitatur tamen. Gabriel de crimin. concl.
29. ſub num. 1. verſ. contrarium. vbi refert com
munē, vltra alia allegata per informantes. quod
etiam dixit Felin. in d. c. cum in tua. ſub num.
4. verſ. fatetur tamen d. Abbas hic, quòd pri-
mum dictum debilitatur ex mente Innoc. &
3 Cardin. vt per eum. Maximè † ad effectum fe-
rendæ ſententiæ, quia hoc caſu in tantum de-
trahitur primo dicto, quòd non ſit ferenda ſen
tentia iuxta prędictum primum dictum, iuxta
Felin. ibidem ſub nu. 6. poſt Butr. Innoc. Abb.
& alios allegatos. Qui Felin. videtur loqui ſub
4 d. nu. 6. etiam, vbi ſecundum †dictum eſſet ex-
traiudiciale.

Ad idem quòd primum dictum ita debilite
tur, vt ſuper eo ſententia ferri non poſſit, licèt
5 lata † ſuſtineatur, videatur Gabriel, qui plures
refert d. concl. 29. num. 24.

Vrbeuetana tenutarum. Mercurij. 21. Iunij 1575.

EPITOME.

TEſtis, qui eo anno non ſuſcepit ſā ctiſsimam euchariſtiam, repellitur: pauper autē, & ſentiens modicum commodum admittuntur.

SVM-

S V M M AE.

1 *Teſtis, qui non communicauit eo anno, repellitur, & quare? num. 2. & quid ſi omiſit ex cauſa inimicitiæ? nu. 3.*
4 *Paupertatis exceptio contra teſtem oppoſita, eſt probãda.*
5 *Teſtem non repellit paupertas, & quare?*
6 *Teſtis mendacium non obſtat, quando ſaluari poteſt concordando.*
7 *Teſtium dicta ſunt ſaluada, & ad concordiam reducenda.*
8 *Teſtes non repelluntur propter modicum commodum.*
9 *Teſtis legatarius non repellitur.*
10 *Teſtes ſingulares probant poſſeſsionem.*

PRAESVPPOSITA.

Præſuppoſito quòd de anno 1464. fel. re. Pius Papa ij. caſtrum Fichini cum eius territorio ex patrimonio beati Petri in Tuſcia exemerit, illudque communi, & populo Senarum conceſſerit. 1

Et quòd inter communitates S. Caſsiani, & Fichini fuerit lis in ciuitate Senarũ ſuper Podioſaulis de anno 1490. & ſententijs magiſtratus officialium Balię de anno 1472. die 22. Auguſt. & per Illuſtr. DD. excelſi conſiſtorij tunc vicemprincipis tenentes ſub die 10. Februarii 1503. 2

Et partita ex libris memoriarum caſtri Fichini ſub die 24. Martii 1517. 3

Et quòd Andræas de Albizis fuerit effectus commendatarius abbatię Aquæortus de anno 1519. 4

Et quòd idem Andręas commiſerit cauſam prætenſi ſpolij dicti Podiiſaulis ſub die 22. Decemb. 1525. 5

Et dictis teſtium pro parte fratrum examinatorũ deponẽtium ſuper eo, quòd Vrbeuetanis liceat in eorum territorio impunè paſcere animalia, quorum teſtiũ copia detur. 6

Et depoſitionibus infraſcriptorum teſtium, videlicet Bernardini, Ioannis de Mediolano, Petri Guilielmi della Marta, Iuliani q. Ioannis de Caſtroplebis omnium habitantium in territorio Vrbeuetano. 7

DVBIVM.

An dictis tribus teſtibus ſit adhibenda fides, & quanta?

78. DECISIO alioqui. IX.

1 PRimus teſtis, vti non communicatus, fuit
per Dominos reiectus per c. infames. 6.
q. 1. Pariſ. conſ. 58. numer. 83. verſ. repellitur
2 etiam. lib. 4. Cũ enim † in peccato perſeueret,
nec Deo, nec hominibus fidelis eſſe dicitur.
Grammat. conſ. 38. num. 5. & ſeq. Corn. conſ.
55. num. 7. & 8. vol. 4. Ruin. conſ. 106. vol. 2.
Nec placuit Dominis, quòd, ex quo dixit ſe
3 confeſſum, ſed non communicatum ex cauſa †
cuiuſdam inimicitię, debeat admitti, cum tex.
in c. omnis vtriuſque ſexus. de pęnit. excuſet illum, qui ob rationabilem cauſam à receptione ſanctiſſimę eucharistię abſtinuit, prout eũ admittẽdum eſſe in teſtem dixit Socin. Iun. con. 32. num. 26. cum ſeq. lib. 2. Nam id intelligebant Domini procedere oſtenſa licẽtia, vel tolerantia ſui Ordinarij, ſeu parochi. quę hic non apparet.
Secundus, & tertius teſtes fuerunt per Dominos approbati. Primo exceptiões paupertatis
4 tis † non fuerunt probatę, prout requirebatur.
l. ſi creditores. §. fin. ff. de priuil. credit. gloſ. cõmuniter approbata in l. ſi verò §. qui pro rei qualitate. ff. qui ſatiſd. cogãt. Alciat. reg. 2. pręſumpti. 27. num. ſecundo. Nam dictę oppoſitę exceptiones paupertatis Dominis non placuerunt, cum paupertas non ſit de genere malorũ,
5 nec † repellat teſtem. Spec. de teſti. §. 1. num.
61. Bart. & Iaſ. in l. fideiuſſor. ff. qui ſatiſd. cogantur. Iaſ. in l. ſi conſtante. num. 152. ff. ſol. matrim. Crot. de teſtib. 4. par. q. 7. cum alijs allegatis per informantes.
6 Mendacium † autem tertij teſtis pariter nõ
placuit Dominis, quia poteſt ſaluari, vt loquatur de aliqua alia lite tunc inter eos vertente.
7 Teſtium enim dicta † ſunt iuuanda, & ad con-
cordiam reducenda. Bal. in l. 2. in princ. C. de tempor. appellati. Imol. in c. dudum. el 2. de appellat. cum ſimil.
Exceptio de intereſſe teſtium neque placuit, quia eſt nimiũ à remotis, & propter par-
8 uum, & modicum † commodum teſtes non re
pellũtur. Alex. conſ. 74. viſo teſtamento. lib. 1. Dec. conſ. 175. in cauſa falſitatis. cum alijs allegatis. Et in legatario eſſet longè maior ratio,
9 qui tamen non † repellitur, per vulgaria.
Et in effectu alię exceptiones contra hos teſtes, viſę ſunt leues.
Quoad ſingularitatem quamuis hęc exceptio reſpiciat, an teſtis probet; tamen fuit per Dominos concluſum vnanimiter poſſeſſionem
10 probari † per teſtes ſingulares. Anchar. conſ.
277. num. 8. & alijs per informantes adductis, quibus Domini addebant Gabriel de teſtibus, concluſ. 2. num. 33. 2. illatione. & deciſ. Pedemont. 99. num. 25.

Burgen. decimarum de Salguezo. Veneris. 4. Nouembris 1575.

EPITOME.

TEſtes probant rei valorem, etiam quòd dicant ſuo videre, & credere, quando agitur de his, quæ nõ percipiuntur ſenſu corporeo.

S V M-

Digitized by Google

S V M M AE.

1 *Teſtes deponentes de valore, & credere, quando probent rei valorem?*

2 *Teſtes deponentes de valore, an debeant reddere rationẽ, habito reſpectu ad communem æſtimationem.*

3 *Teſtes debent reddere rationem dicti.*

4 *Teſtis agricultor præſumitur ſcire valorem rei, & probat valorem per verbum, ſcio.*

5 *Teſtis dicens rem tanti valere in circa, non probat, & quare?*

6 *Teſtis deponens per verbũ, parum, plus, vel minus, probat.*

7 *Teſtes plures quando ſunt conteſtes in ſumma maiore, minor ſumma non attenditur, intellige prout num. 8.*

8 *Verbum, & vltra, in teſtibus, additum tempori annorum, interpretatur in duobus annis.*

PRAESVPPOSITVM.

Stante ſummario teſtium, cuius copia datur. 1

DVBIVM.

An teſtes probent ita, vt ſententia liquidatoria in huiuſmodi cauſa lata ſit confirmanda.

79. DECISIO. alioqui. X.

FVit concluſum, quòd in caſu propoſito te-
1 ſtes † probant valorem, etiam quòd dicãt
ſuo videre, & credere, quia agitur de ijs, quæ
ſenſu corporeo non percipiuntur, vt per Alex.
in l. pretia rerum. num. 9. prope fin. ad leg. falcid. vbi Imol. co. 2. verſ. quid autem ſi non fiat.
Paul. de Caſt, in l. in lege ſalcidia. §. corporanum. 3. ad leg. falci. placuit etiam deciſ. Put. 9.
alleg. lib. 1. incip. fuit reſolutum.

Ad oppoſitionem ex aduerſo factam, quòd
2 deberent reddere † rationem, habito reſpectu
ad communem æſtimationem, vt per docto.
omnes in c. cum cauſam. de teſtib. Reſpondebant hoc non multùm obſtare, quia ſumus in
his, in quibus non cadit affectio particularis, vt
per Aret. in d. c. cum cauſam. poſt Bald. quem
allegat col. 3. verſ. in eadem gloſ.

3 Ad aliam oppoſitionem, quòd teſtes † debent reddere rationem ſui dicti, vt doctores
paſſim in hac materia tradunt, iſti autem id dicũt ſcire, quia ſunt agricultores. Dubitabatur
per aliquos, an hæc ratio ſit bona, & ſic an agri
4 cultor † præſumatur ſcire valorem rei, vt de
agrimenſore dubitat Corn. conſ. 347. col. 5. in
princip. ver. & licèt ſubdat. lib. primo. ſed aliud
de agrimenſore, aliud de agricultore. Et fuit dictum pro reſponſione, quòd Aret. in d. c. cum
cauſam. col. 4. in fin. ait, quod toleratur, quando laborator expertus dicit, quòd ager ruſticus tanti fuiſſet communiter, & probet, & ſic
præſupponit, quòd laborator, & ſic agricultor
reputetur de hoc ſatis expertus.

Maiorem fecit difficultatem, quia omnes teſtes dicunt, parum, plus, vel minus. Nam, quan
5 do teſtis dicit, res tanti † valet in circa, non
probat, quia nihil firmat certum, ſecundùm
Corn. conſ. 186. in princip. ante num. primum.
lib. 1. ergo videtur idem hic, maximè quia primus dicit 8. vel 9. mill. Vltimus autem 9. mill.
Tamen non placuit Dominis huiuſmodi rigor
in hac materia liquidationis. Nec enim illa ver
6 ba, † parum, plus, vel minus, reddunt incertum
dictum teſtis, ſed in modico verificãtur, & intelliguntur, ſcilicet parum, plus, vel minus, &
ita in huiuſmodi materia Rota ſolet teſtes ſuſtinere eos addiuuando, & benignè cum eis
agendo.

Subdebant quidam pro reſolutione præſentis dubij, quòd, cum aliqui teſtes de octo millibus deponant, aliqui de nouem millibus, & alij
de nouem millibus, vel decẽ millibus cum clauſula, plus, vel minus, & ſic omnino certè, quòd
ſumatur media interpretatio, & fiat moderatio ſententiæ R.P.D. Cottæ in nouẽ millibus
7 Et quamuis non † attendatur minor ſumma,
quando adſunt conteſtes in maiore ſumma.
Alex. conſ. 64. num. 8. lib. 2. tamen aliqui Do-
8 mini intelligebant, ſi aſſertiuè † ponerẽt teſtes
dictam ſummam maiorem, ſed dicẽdo, parum,
plus, vel minus, non omnino certè videtur deponere.

Quoad tempus dictum, quòd, cum teſtes dicant a 16. annis, & ſic capiantur tantum 16. anni ab eorum examine facto de 1572. percutiũt
tempus ab anno 1556. & nõ vltra. Quia tamen
9 addunt, & vltra, placuit interpretatio, † quòd
etiã veniãt 1554. & 1555. quia ſunt duo anni
tantùm pro verificatione dicti verbi, & vltra.

Valentina, ſeu Panormitana illegitimitatis. Mercurij. 14. Martij 1576.

EPITOME.

TEſtium ſummarium de ſtylo Rotę dari conſueuit partibus. idque per notarium in actis ſcribi non debet, & dato, quòd ſcriberet, nouæ teſtium productioni non affertur præiudicium. 1

S V M M AE.

1 *Notarius non debet notare in actis traditionem ſummarij teſtium factam parti.*

Teſtium

1 *Teſtium ſummarium datur paßim partibus de ſtylo Rotæ.*
3 *Publicationis vim non habet adnotatio notarij, qui de mandato auditoris conſignauit ſummarium teſtium partibus.*
4 *Teſtes de nouo poteſt examinare, qui habuit ſummarium teſtium de ſtylo Dominorum Rotæ.*

PRAESVPPOSITA.

Præſuppoſito quòd pro dubio diſputando ſuper teſtibus domini don Petri Sanchez fuerit per R. P. D. Ponentem de ordine Dominorum mandatum notario, vt illorum ſummarium, prout moris eſt, traderet partibus, & vtrique parti fuerit conſignatũ. 1

Item quòd dictus notarius mandatum huiuſmodi adnotauerit in actis 403. & etiam ſcripſerunt fol. 413. quòd dictum ſummarium teſtium per ſe factum parti don Petri tradidit, & quamuis illud aduerſario æquè dederit, tamen nihil adnotauerit. 2

DVBIVM.

An dicta adnotatio notarij in futurum habere debeat vim publicationis, vt don Petrus prohibeatur producere alios teſtes.

80. DECISIO. alioqui. XI.

DOmini dixerũt malè feciſſe notarium ad-
1 notando, † quòd daretur ſummarium te-
2 ſtiũ don Petri partibus. Quia licèt de ſtylo †
Rotæ hoc paſſim concedatur; non tamen ſolet
adnotari per notarium; & hoc etiam fuit præ-
ter mentem Dominorum.

Et ideo dixerunt prædictum decretum per
d. notariũ cõtra ſtylum, & ſolitum Rotæ adno
3 tatum, non habere vim † publicationis teſtium
(neque enim hæc fuit mens, neque intentio
4 Dominorũ, nec meas) ſed poſſe † liberè partẽ
don Petri, hoc non obſtante, iterum, & toties,
quoties de iure ſibi licuerit, teſtes de nouo exa
minare, perinde ac ſi prædictum decretum nõ
eſſet per notarium adnotatum, & ſicuti paſſim
alij conſueuerunt, poſſe examinare.

Vrbeuetana tenutarum. Mercurij. 14. Martij 1576.

EPITOME.

TEſtis pauper, item prętendens modicum intereſſe, item cohabitator, item habens nomen Bacchi non repelluntur.

SVMMAE.

1 *Teſtem non repellit paupertas.*
2 *Teſtem an repellat intereſſe, puta quia eſt de territorio, & poteſt habere ius paſcendi?*
3 *Teſtis vt conuincatur de falſo, vel mendacio, quid ſit neceſſarium?*
4 *Teſtis contrarius dicto partis non probat, fallit vt hic.*
5 *Teſtis cohabitator non repellitur, imò ad fauorem eccleſiæ plenè probat.*
6 *Teſtis oppoſitio facta ex eo, quòd is appelletur nomine Bacchi, quaſi ebrionis, videatur ridicula.*

PRAESVPPOSITA.

Præſuppoſito quòd del 1464. fel. rec. Pius Papa ij. caſtra S. Caſsiani, & Fichini cum eorũ territorijs exemerit ex parrimonio S. Petri, & iuriſdictione Vrbeuetana, illamq. in perpetuum vicariatum tunc Senenſi Reipublicæ conceſsit. 1

Et præſuppoſitis dictis teſtium pro parte fratrum examinatorum, videlicet Iuliani Ioannis, Stephani Mathæi, Hieronymi Mancini, Dini Angeli, Dominici Martini, Mathiæ Mariotti, ac Benigni Benedicti, quorum copia detur. 2

Et quòd inter communitates S. Caſsiani, & Fichini de anno 1490. fuit lis in ciuitate Senarũ ſuper Podio ſaulis, & ſententia lata in fauorem S. Caſsiani del 1492. 3

Et quòd Andræas de Albizis fuit effectus commendatarius abbatiæ S. Petri Aquęortus del 1519. 4

Et quòd idem Andręas cõmiſit cauſam ſuper ſpolio, de quo agitur 22. Septembris 1525. 5

Et præſuppoſitis depoſitionibus infraſcriptorũ trium teſtium, videlicet Ioannis Angeli, Simonis Iuliani, & Bacchi Lucæ, quorum copia detur. 6

DVBIVM.

An dictis tribus teſtibus ſit adhibenda fides & quantas?

81. DECISIO. alioqui. XII.

EXceptiones oppoſitæ per communitatem contra tres teſtes, de quibus agitur, Dominis non ſunt viſæ releuantes.

Et in primis, quatenus in genere omnibus
1 opponitur, quòd ſunt pauperes, † fuit dictum,
quòd hæc exceptio non repellit ex allegatis,
& aliàs reſolutis in hac cauſa.

Et quatenus magis in ſpecie contra primũ
2 opponitur, † quòd eſt de territorio Vrbisueteris, & quòd poteſt prætendere intereſſe, quia illi poſſunt paſcere, iſtud intereſſe nõ viſum eſt conſiderabile, ſed multum à remotis, ex allegatis per informantes, & aliàs etiam eſt dictũ. Nam, cum ſit pauper, oportet, quòd efficiatur prius diues, & emat animalia: non propterea voluerunt indiſtinctè admittendum eſſe propter commodũ paſcendi, quod ſentit. & quia poteſt vniuerſitas prohibere, ne ipſe, & alij omnes paſcant. Abb. in c. inſuper. col. 2. verſ. primum membrum. de teſti.

Item

Item opponitur primo teſti mendacium. Nam ait, quòd fama eſt, quòd iſta loca ſint de territorio Vrbisveteris, & tamẽ de anno 1464. à Pio Secũdo fuerint diſmembrata, & applicata Reipublicę Senenſi. Sed hæc oppoſitio viſa eſt non concludens : nam potuit diſmembratio *Pij* Secundi nõ habuiſſe effectũ, & ſic quòd adeſſet fama contraria diſmembrationi. Nec enim probatur, quòd eſſet ſama contraria dictæ famæ, de qua per dictum teſtem. Item nec probatur, quòd non adeſſet dicta fama, de qua
3 per teſtem. quod videtur neceſſarium † ad conuincendum teſtem de falſo, vel mendacio, vt bene per informantes.

Contra ſecũdum teſtẽ opponitur, quòd eſt
4 contrarius † dicto partis, quia pars ait, quòd ſpolium fuit perpetratum iam ſunt lapſi 25. anni, & iſte dicit iam 20. annis lapſis. Sed pro reſponſione dicebatur, quòd teſtis addit, incirca, & præterea ſubiungit circumſtantiam, quia Andræas de Albizis litigabat, & ſic percutit factum ipſum, ex quo fratres prætendunt ſe ſpoliatos.

Opponitur etiam, quòd habitat in abbatia,
5 & hoc nil eſt, quia cohabitator † non repellitur, imò ad fauorem eccleſiæ plenè probat. Abb. in c. literis. ſub num. 5. de teſti.

Opponitur etiam, quòd deponat de geſtis, antequam eſſet natus; quia dicit, quòd, dum litigabatur inter ipſas communitates, abbatia poſſidebat, & videtur, quòd non dicit de viſu & propterea, vt dicitur in facto, cum non aſſignet cauſam ſcientiæ, intelligitur vel ex auditu, vel ex fama. Præterea non eſt probatum, quòd non adfuerit alia lis pręter illam de anno. 1490. & 1492.

6 Contra tertium opponitur, † quòd appelletur nomine Bacchi, & ſic ebrionis, ſed viſa eſt Dominis exceptio ridicula. Secundo ei opponitur de mendacio, quia dicit, Podiumſaulis eſſe Vrbisueteris, & tamen adducitur diſmembratio Pij Secundi. Quia tamen ipſe nõ reſtringit ſuum dictum, ſed dicit, quia paſculabatur, vti de territorio Vrbisueteris, hæc ſimul ſtare poſſunt.

Et ſatis placuerunt Dominis reſponſiones accommodatæ per informantes pro canonicis.

Item etiam non ſunt viſę releuantes exceptiones circa dicta. Nam non vidẽtur facere ad propoſitum. ſi tamen pars ſuper hoc volet particulariter audiri, audietur.

Vlixbonen. matrimonij. Lunæ. 28. Maij 1576.

EPITOME.

Teſtes iſto in caſu fuerunt admiſſi, dato quòd eis opponeretur familiaritas, ſolicitatio cauſæ, collactanietas, deſideratio victoriæ vnius partis, &c. non iuraſſe tactis, &c. atque plures contrarietates.

SVMMAE.

1 *Teſtem nunquid repellat familiaritas?*
2 *Teſtis familiaris vti melius cæteris informatus de his, quæ domi geruntur, admittitur.*
3 *Teſtis idoneus an ſit ſolicitator? & num. 4.*
5 *Teſtis vltro ſe ingerens, an probet?*
6 *Teſtis iuramentum an probetur per illa verba notarij ſcilicet, teſtis iurauit ad ſancta Dei euangelia, ſi non dixit, ſcripturis? & num. 7 ac 15.*
8 *Teſtis collactanea probat.*
9 *Teſtis deſiderans victoriam vnius partis, an probet?*
10 *Teſtis contrarietas quo pacto conciliatur, & num. ſeq.*
11 *Taxatiua non intelligitur in teſte.*
12 *Circunſtantia modici momenti in teſte quæ ſit?*
13 *Indefinita in teſte non æquipollet vniuerſali.*
14 *Teſtẽ loqui per eundem præmeditatum ſermonem, quando non releuet?*

DVBIVM.

An Saluator, & Colloca teſtes Mariæ in huiuſmodi cauſa examinati tam in eorum dictis, quàm perſonis patiãtur aliquas exceptiones cõſiderabiles, & quas, ita, vt ſint repellendi?

82. DECISIO. alioqui. XIII.

COncluſum non eſſe recedendum à reſolutis, nempè Saluatorem, & Collacam non pati conſiderabiles exceptiones, ſed tales, vt ſint ſimpliciter reſeruandi arbitrio, iuxta aliàs deciſa.

Non obſtant exceptiones ex aduerſo oppoſitæ, ſcilicet familiaritates, magnę amicitię, affectiones, item quòd ſint pauperes, & viles, item quòd dicant inueriſimilia, item quòd ſint contrarij, quia Domini omnibus ſigillatim reſpondebant.

Nam primo quoad familiaritatem dicebãt,
1 quòd iſta † exceptio regulariter non repellit teſtem, licèt ſecundùm qualitatem ipſius, vel ei diminuat de fide, vel non. Innoc. in c. in literis. & ibi Io. And. & Abb. de teſt. poſt gloſ. ibi
2 cũ alijs in deciſ. allegatis. maximè quia in his, †

quę domi geruntur,de quibus ipſi poſſunt eſ-
ſe meliùs informati,admittuntur. Gabr. ex ad-
uerſo alleg.de teſt.concl. 10.num.33.

3 Contra Saluatorem opponitur affectio, †
quia ſolicitauit. Sed reſpondebant in primis
non probari,quòd ex eo habuerit ſalarium ex
aliàs allegatis.

Secundò dicebāt, quòd tempore primi exa
4 minis non probatur,quòd ſolicitaret, † & pro-
pterea attenditur tempus primi examinis,ma-
ximè quia ad illud relatio habetur. Imò ſecun-
dùm aliquos Dominos hęc ſolicitatio,& acceſ
ſio ad curiam, & ſuſtentatio litis in facie ipſius
don Petri ſummopere videtur purgare in eo
teſte ſuſpiciones. Quia, ſi falſum depoſuiſſet,
nō huc hac de cauſa ita de facili veniſſet. Nec
etiam videmus, quòd propter hoc dō Petrus
vnquam illum carcerari fecerit, vel alio modo
contra eum proceſſerit. Quod veriſimiliter fe-
ciſſet,ſi aliquid releuans,quod poſſet ei oppo-
ni,extaret, ſtante grauitate huius cauſę, & ma-
ximo zelo, quo don Petrus eam proſequitur.
Et,cum multa ſit vis proprię conſcientię (iux-
ta illud,conſcientia mille teſtes) placebat ſumi
vrgentem coniecturam pro dicto teſte contra
oppoſitiones ſibi factas,quòd ita ſpontè vene-
rit ad hanc litem in curia: aliàs enim non eſt
credendum,quòd huic periculo ſe ſubieciſſet.

5 Opponitur, quòd in primo examine vltro †
ſe ingeſſerunt, & non venerunt citati: ſed tolli-
tur hoc,quia fuerunt producti à parte ex obla-
tione don Petri, de volendo ſtare ſuis dictis.

6 Nec obſtat,quòd illa verba, † iurauit ad ſan
cta Dei euangelia, ſine mentione, quòd tactis
ſcripturis iurauerit,non probent iuramentum.
Specul.de teſti. §.ſequitur. num.4. verſ. euan-
gelijs. Oldr. conſ. 323. num. 6. Lanfranc. in
c. quoniam contra.§. teſtium depoſitiones.nu.
4.Pariſ.,conſ.83.nu.34.li. primo. Diuerſorum
deciſ. 50.& 226.incip. die 1. Iulii 1555. Quia,
7 cum † ſit reſolutum tale examen non eſſe nul-
lum defectu citationis, illa verba benè probāt
iuramentum, vt fuit reſolutum coram d. Blan-
chetto 30.Martij in vna Cluſina penſionis per
doctr.Bart.in l.Theopompus. de dot. præleg.

Quoad Collacam dicitur, quòd eſt familia-
8 ris, † & collactanea. Sed iam eſt reſponſum,
quòd edictū de teſtibus nō eſt prohibitorium,
& cum nō reperiatur ſpecialiter prohibita col
lactanea, ergo &c.Quòd diligat aduerſariā, nil
eſt,quia etiam diligit don Petrum, vt ipſa dicit
in primo examine.

9 Quòd deſideret victoriam,† non mouit Do
minos,quia bonam rationem ſubdit, vt fuit re-
ſolutum in alleg.cauſa Florentina matrimonij.

Quòd agatur de honore ſuæ familiæ, quia
fuit cognita,& mater erat cuſtos,viſum eſt in-
tereſſe minus,quàm ſecundarium, & illa mate-
ria videtur procedere reſpectu conſanguineo-
rum, qui iniuria videntur affici: ſed diuerſa ra-
tio eſt in famulis,in quibus non cadit talis iniu
ria,& hæc de exceptionibus quoad perſonas.

Quo verò ad dicta teſtium, & eorum con-
trarietates, primo deducitur, quòd Saluator
10 eſt contrarius † ſibi ipſi,dum dicit, quòd venit
vocatus,poſtea dicit, quòd ſedebat in *capſa.*
Sed reſpondebatur, quòd benè poſſunt ſtare
inſimul,quòd poſtquam venerit,ſediſſet.Dec.
conſ.163.col.6.verſ.11.

Secundo quatenus opponitur,quòd in pri-
mo examine dicit,quòd cognouit eum, ante-
quam iret ad Indias, & in ſecundo examine,
quòd cognouit,poſtquam &c. dicebatur pari-
ter,quòd vtrumque dictum poteſt ſtare. Quia
teſtis non dicit taxatiuè,nec vtitur verbo, tan-
11 tùm,& in teſte † non intelligitur taxatiua.l.fin.
§.quæ indiuiſa.ff. de lega.2.vbi Paul.de Caſtr.

Tertio datur alia contrarietas, quia *in vno*
examine dicit, quòd habebat pannum laneū,
in alio pannum lineum.Hanc dicebant Domi-
12 ni eſſe circumſtantiam † modici momenti,& ex
diuturnitate temporis examinis,ſtante eius le-
uitate,facilè potuit prouenire.

Adducitur etiam,quòd dictus teſtis eſt con
trarius Collacæ,quia Collaca dicit, quòd don
Petrus fuit allocutus Saluatorem; Saluator au
tem dicit,quòd Petrus ab eo cauebat. Sed re-
ſpondebatur,quòd non eſt verum, quòd Col-
laca dicat hoc, bene dixit, quòd allocutus fuit
ipſam teſtem,& alios teſtes,& famulos domus;
non propterea dicit omnes famulos domus,&
13 indefinita † in teſte non æquipollet vniuerſali.
Felin.c.auditis.num.24.de pręſcript.

Alia opponitur contrarietas Collacæ, quia
in tertio examine dicit, quòd Petrus bene po-
terat videre Saluatorem,& tamen Saluator di-
cit,quòd Petrus cauebat à Saluatore. Sed hoc
etiam non mouit,quia inter vnum examen,&
aliud interceſſit ſpatium ſeptē annorum, ideo
non eſt mirum,ſi in aliquo variauerint,præſer-
tim cum ſint nullius momenti. Idque tanto ma
gis,quia potuit ipſa putare, quòd ipſum vide-
ret,& Saluator vice uerſa poterat ſtare tali mo
do,quòd Petrus eum videret.

Item alia opponitur contrarietas circa id;
quòd mater erat infirma.hoc nil refert. Colla-
ca enim non dicit,quòd eſſet, vel nō eſſet infir
ma, & propterea cōtrarietas in ea dari nō pōt

Quoad

Quoad inueriſimilitudines, quòd iſti teſtes
non recordentur de verbis præcedentibus, tol
litur, quia imò Collaca particulariter depoſuit,
quòd don Petrus petiit manum à Maria, & fle
xit illi genua.

Quoad contrarietates circa gladium, vide-
tur res ridicula.

14 Quòd deponant per eundem † præmedi-
tatum ſermonem, nil eſt; quia in verbis maxi-
mè conſiſtebat vis matrimonij, & propterea,
cum ad id dedita opera eſsent vocati, non mi-
rum, ſi memoriæ mandarunt, vt, cum toties fue
rint examinati, & ſemper eadem retulerint, ar-
gumentũ ſumebatur, quòd ea vera ſint, & iſta
materia modicam, aut nullam apud Dominos
viſa eſt habere difficultatem reſpectu prædi-
ctarum oppoſitionum. Non enim viſę ſunt cõ-
ſiderabiles, vel graues ad reijciendos, vel etiam
ad diminuendum multùm de fide teſtium præ-
dictorum; ſed tantùm ad hoc, vt teſtes reſer-
uentur arbitrio Dominorum.

Vnus tantùm ex Dominis dubitabat non ſu
15 per prædictis, ſed circa iuramentum † Saluato
ris, de quo ſupra. An per prędicta verba, videli
cet, iurauit ad ſancta Dei euangelia, ſine clau-
ſula, tactis &c. importetur iuramentum ſolem-
niter præſtitum. Et tenebat negatiuam, ac dicę
bat Rotam ita ſæpe reſoluiſſe ſequuta dictum
Specul. Oldradi, Lanfranc, vbi ſupra cum plur.
concord. aliàs tunc allegatis per informantes
in d. Cluſina coram R. P. D. Blanchetto.

Tamen alij Domini tenebant contrarium
per reſoluta in eadem Cluſina, & in alia Bene-
uentana ſuperioribus mẽſibus coram R. P. D.
Robuſterio, & per alias reſolutiões allegatas,
maximè ſtantibus verbis, ad ſancta Dei euan-
gelia, in caſu noſtro. quod videtur æquipolle-
re illis verbis, tactis ſcripturis. Non enim iura-
tur ad ſancta Dei euangelia, niſi ambabus ma-
nibus tactis euangelijs, iuxta ſtylum notorium
&c. & ſtantibus rationibus aliàs plenè de hoc
deductis, & quæ latè deduci poſſent ex l. ſcien-
dum. de verb. oblig. cum ſimil. quæ, vt notoria
omittuntur.

Vrbeuetana tenutarum. Lunæ.
4. Iunij. 1576.

EPITOME.

Poſſeſsio alicuius probatur per te-
ſtes deponentes modo infraſcri-
pto.

SVMMAE.

1 *Teſtis dicens, quòd talis poſſedit, probat detentationem. & num. 3. & 6.*
2 *Poſſeſsio probatur ex detentatione.*
4 *Poſſeſsio probatur, ſi teſtis vidit vendi paſcua, & ſolui pecuniã. præſertim vbi non probatur alium poſſediſſe. n. 5.*
7 *Poſſeſsio alicuius quo pacto ſit per teſtes probanda?*
8 *Teſtis dictum ſufficit, quòd præſumptiuè concludat.*

PRAESVPPOSITVM.

Prȩſuppoſitis depoſitionibus teſtiũ, videlicet Ioannis Angeli, Simeonis Iuliani, Bacchi Lucę, quarum fidele ſummarium Dominis detur. 1

DVBIVM.

An aliquis ex dictis tribus teſtibus probet, & quantum in caſu, & ad effectum, de quo agitur?

83. DECISIO. alioqui. XIV.

Concluſum tres teſtes, de quibus in puncto
plenè, & ſufficienter probare in caſu, de
quo agitur. Nam primus teſtis Ioannes ange-
lus iuxta 28. inter. probat, quòd Henricus Mo
naldẽſis poſſedit tenutas, de quibus agitur, cũ
tota tenuta Santi Petri, & poſt ipſum poſſediſ-
ſe tenutam dictæ abbatiæ Andræam de Albi-
1 zis. Nam teſtis † dicens, quòd talis poſſedit,
probat detentationem. Abb. in c. cum cauſam.
2 de teſti. Corn. conſ. 6. num. 8. lib. 3. & ex † de-
tentatione probatur poſſeſſio. Inno. in c. cum
3 olim. de priuileg. Cor. vbi ſupra. & quòd † pro
betur poſſeſſio quando teſtis ait, Titius poſſe-
dit, not. docto. in l. ſtipulatio iſta. §. hæc quo-
que. ff. de verb. oblig. vbi Alciat. de communi
atteſtatur num. 9. & 10.

Neque obſtat, quòd prædictus teſtis ſuper
44. inter. dicat d. Henricũ poſſediſſe Podiaſau-
lis, & Lombardelli. Primo quia hoc tantum eſt
quoad Henricum, ergo quoad Andræam rema
net primum dictum.

Secundo etiam, quoad Henricum dicebatur,
quòd per hoc nõ excluditur, quòd dixit ſupra
Henricum poſſediſſe. Nam ſtant iſta ſimul, vt
teſtis quandoque viderit aliquem poſſidere, &
quandoque audiuerit eundem poſſidere. Imò
quòd teſtis viderit Henricum poſſidere, proba
tur ex eo, dum ſuper 44. int. dicit, quòd Henri
cus vendidit paſcua dictorum locorum Ioſe-
pho patri ipſius teſtis, & alijs, & vidit fieri ſolu-
tionem paſcuorum d. Henrico. Ex quibus pro
4 batur † poſſeſſio. Socin. conſ. 266. nu. 13. lib. 2.
5 maximè † vbi non probatur alium poſſediſſe.
Alex. in l. quamuis. §. ſi conductor. num. 6. ff.

de acquir.poſſ.vbi Aret. de communi atteſtatur cum allegat.

Simeon ſecundus teſtis ſimiliter probat poſſeſſionem, ex quo ſup. 28. inter, dicit, quòd tenimenta Faulis, & Lombardelli, fuerint poſ-
6 ſeſſa per abbatem S.Petri, quòd, † verbum, poſſeſſa, intelligitur de detentatione, ex ſup. alleg. Et ex eo quia ſupra iuxta. 20. inter. loquẽs de poſſeſſione abbatis, dicit, ꝙ Podiumfaulis tenebatur per abbatem. Cuius dictum comprobatur, ex quo ipſe teſtis eſt habitator in dicta abbatia, vnde verisimiliter id ſcire potuit.

Non obſtat, quòd dicat, deſierant poſſidere à 20. annis in circa, quia, ſi deſierunt à 40. deſierunt etiam à 20.

Non obſtat, quòd deponat, dũ litigabatur, & ſic de tempore, quo nõdum natus erat, quia lis potuit multùm durare.

Bacchus tertius teſtis ſimiliter probat, quia iuxta 19. inter. deponit cognouiſſe Henricum,
7 qui erat abbas dictæ abbatiæ, & poſſidebat † dictam tenutam cum Podijsfaulis, & Lombardelli pacificè, & quietè; & pro tali abbate, & poſſeſſore habebatur, & tenebatur ab omnibus. Et iuxta 39. ſubiungit ſcire, quòd etiam Andræas de Albizis tempore, quo poſſidebat abbatiam, poſſidebat etiam dicta Podiafaulis, & Lombardelli tanquam de dicta abbatia, pacificè, & quietè: in cauſa ſcientiæ quia verſabatur in dictis locis, & viſitabat d. Andræam: & clariùs probat iuxta 43. de pacifica poſſeſſione abbatiæ, & in ſpecie de poſſeſſione Podiorumfaulis, & Lombardelli tanquam de dicta abbatia, & addit bonam cauſam ſcientiæ; & tantò magis dicitur probata poſſeſſio, quia dicebant
8 Domini, quòd ſufficit, quòd dictum † teſtis præſumptiuè concludat. dec. Caſſad. 3. num. 6. de probat.

Calaguritana beneficij de Subyana.
Veneris 26. Octobris 1576.

EPITOME.

Teſtium examen reputatur validũ, non obſtante defectu citationis, ad dicendum contra articulos, & citatione nimis vaga, & ſpeciem ſeruitutis inducente.

S V M M A.

1 *Procurator non dicitur reuocatus per comparitionem principalis, quando ex proſecutis apparet de illius nõ reuocatione.*

2 *Citatio partis ad dicendum contra articulos, an neceſſariò requiratur? & num. 4.*

3 *Citatio nimis vaga, & ſpeciem ſeruitutis inducens, nũquid ſit valida? & num. 5. & 7.*

6 *Citatio nulla validatur ex citati comparitione, vel eiuſdem procuratoris conſtitutione ad illam cauſam.*

D V B I V M.

An teſtes Didaci ſint nulliter recepti ex defectu mãdati, & citationis?

84. DECISIO. Alioqui. XV.

Concluſum fuit pro validitate examinis. Nec enim obſtat defectus mandati, quia
1 de ipſo mandato conſtat in actis; nec per † cõparitionem principalis poteſt dici procuratorem fuiſſe reuocatum: quia imo ex proſecutis apparet de illius non reuocatione, vt fuit dictum in vna Legionen. canonicatus coram R. P.D.Decano.

Quoad citationem, alijs leuibus prætermiſſis, duo opponuntur, quæ prima facie vrgentiora videntur.

2 Primo quòd non † fuit citata pars ad dicendum contra articulos per doct. Abb. in c. in nomine. num. 16. de teſti. & deciſ. Guidoboni 73. vbi declaratur deciſ. 10. de exceptio. in antiq. & R.P.D.Cott. In Miſcell. deciſ. 70.

3 Secundo quòd citatio † eſt nimis generalis, ideo eſt vaga ſine die, & inducit ſeruitutẽ &c. ſed neutrum placuit Dominis.

Prima oppoſitio, & ſic defectus citationis ad dicendũ contra articulos, non placuit, quia
4 ſatis † eſt, quòd fuit intimata commiſſio receptoris, in qua dicebatur, quòd examinatur ſuper articulis hinc inde productis, vnde pars tunc potuit opponere. Caſſad. deciſ. 2. de iud.

Secunda quòd citatio ſit vaga, non etiam
5 mouit Dominos, quia † loca ſemper exprimũtur, & quia pars approbauit, quia dedit ſe pro citata: quo facto ipſamet approbauit citationẽ,
6 ſicut in ſimili videmus, quòd, quando † comparet pars, vel conſtituit procuratorem, licèt citatio ſit nulla, valet, quod agitur. Rot. in nou. de-
7 ciſ. 11. de dol. & cont. tanto magis, quia † apparet, quòd pars comparuit ſemper in eiſdem locis, & eadem die ipſa coram eodem inducebat teſtes, quod ſufficit per d. deciſ. 11. ita vt videretur Dominis hæc mera cauillatio.

Aliæ etiam nullitates non placuerunt, & benè reſpondetur eis per informantes; vnde fuit dictum, ꝙ his omiſſis videretur de bono iure.

Vrbe-

Vrbeuetana tenutarum. Mercurij. 26.Februarij 1578.

EPITOME.

Teſtes non percutientes tēpus poſſeſsionis,reijciuntur, & tractantes de eorū commodo ſatis multùm vulnerati dicuntur.

SVMMAE.

1 *Teſtis dicens ſe velle,quòd communitas vinceret,quia haberet ius paſcendi illo in loco, videtur repellendus, vel ſaltem dicitur nimis vulneratus.*
2 *Teſtis de communitate dicens ſe expere victoriam commu nitatis,quia ipſe haberet partem ad laborandum, dicitur multùm vulneratus.*

PRAESVPPOSITA.

Præſuppoſita pronuncia,& ſine veri præiudicio poſſeſſione eccleſię probata de anno 1495. 1
Et præſuppoſitis depoſitionibus quinque ex 42. teſtibus communitatis, videlicet Leonardi Ieſiæ primi, Chriſtophori Lucæ ſecundi,Mariani Marci tertij, Guanij Marci quarti, & Balthaſaris magiſtri Pauli ſexti in ordine,quorum copia datur. 2
Et quòd prædicti quinque teſtes fuerint examinati de anno 1555. 3
Et reſeruatis exceptionibus contra perſonas, & dicta. 4
Et præſuppoſito quòd ex illis probetur poſſeſsio communitatis. 5

DVBIVM.

An ijdem teſtes ea præcipuè exceptione repellendi ſint,quòd non percut iāt tempus poſſeſsionis eccleſiæ?

85. DECISIO. alioqui. XVI.

Viſum eſt Dominis, quòd quinque teſtes, de quibus in puncto,etiam quatenus deponunt de viſu, non percutiunt annum 1495. Cum enim ſint examinati de anno 1554. deberent deponere de annis 59. Quia tot intercedunt à dicto tempore examinis, ad dictum annum 1495.quod eſt tempus poſſeſsionis eccleſię: quod tamen nullus teſtium facit, vt ſingulos diſcurrendo liquet.

Nā primus ſuper vlt. deponit à 20.annis in circa,& eſt ætatis 40.annorum, unde clarum eſt,quòd non poſſit deponere de viſu dicti anni 95.

Secundus ſuper quinto ab annis 40. citra ſemper,& inferius ſuper 4.à 40.vel 42. annis ſemper de podio Lombardelli, & idem ſuper 2.& idem ſuper 5. de Podiofaulis.

Quartus ætatis annorum 60. ſuper 1. à 40. ann.ſemper de podio Lombardelli, & ſuper 2. idem & ſuper 5.idem.

Quintus 80. annorum ſuper 4. à 40. citra, quibus practicauit, deponit ſemper de facto vſq. ad tempus venditionis,& idem ſup. 6.

Poſſet igitur ex prædictis firmari concluſio, quòd iſti teſtes nempe 2.3.4.5. deponunt de viſu à 40.annis ſemper quoad Podiumfaulis, &Lombardelli, Sed,cum præſupponatur probatā eſſe poſſeſsionem abbatiæ de anno 1595. clariſſimum eſt, quòd hæc probatio illam non excludit.

Addebatur prædictis,quòd primus,& ſecūdus teſtes videntur repellendi,vel ſaltem mul-
1 tùm vulnerati. Quia primus † dicit,quòd vellet,quòd communitas vinceret, quia haberet ius paſcendi in podio Lombardelli: & ſecun-
2 dus dicit, quòd ex victoria † ipſe haberet partem ad laborandum in podio Lombardelli, vt vnus de communitate,& ſic apparet,quòd agitur de commodo ipſorum.

DE FIDE INSTRVMENTI

Spoletana grani,vno tantùm informante. Veneris.30.Martii 1576.

EPITOME.

Obligationes, quæ dicantur correſpectiuæ,vel indiuiduę, oſtenditur.

SVMMAE.

1 *Diſpoſitiones tot cenſentur, quot ſunt res.*
2 *Obligationes quanam dicantur correſpectiuæ?*
3 *Contrauentio quoad vnam obligationem non correſpectiuam,non inducit contrauentionem in alia.*
4 *Correſpectiuitas quando ex mente partium inducatur, etiam quòd ſint ſeparata facta, & ſeparatum precium?*
5 *Correſpectiui actus nunquam cenſentur, quando apparet de mente contrahentium.Intellige,prout num.6.*
7 *Partes poſſunt in earum præiudicium facere,quòd obligatio poſtea facta perinde ſit,ac ſi facta eſſet ab initio.*
8 *Contractus duo non ſolùm in eadem ſcriptura confecti,ſed etiam in prorſus diuerſa, poſſunt dici correſpectiui ex partium intentione.*
9 *Correſpectiuitas,vel indiuiduitas contractuum, ex contrahentium intentione, vnde emanat?*
10 *Clauſula,quæ omnia & c. importat indiuiduitatem.*
11 *Iuramentum in fine contractus appoſitum,videtur arguere omnia ſupra contenta eſſe indiuidua.*

DV-

Digitized by Google

DVBIVM.

An inſtrumentum, de quo agitur, ſit correſpectiuũ, adeò vt ex eo agi non poſsit, niſi docto de implemento pro parte d. Ioannis Chari actoris?

86. DECISIO. ſiue Diſcurſus. alioqui. vnic.

ALiquibus Dominis faciebant dubium in-
ſraſcripta contra informantem.
Aduertebant, quòd ex lectura inſtrumenti
apparet, quòd ſint duo facta ſeparata, & duæ
ſeparatæ ſocietates. Quia per primum factum
eſt conſtitutum certum debitum &c. vnde tũc
non cenſentur obligationes correſpectiuæ, ſed
1 tot † diſpoſitiones, quot res. l. cum eiuſdem. &
l. ſi plura. ff. de edil. actio. l. qui ſæpe. §. in his. de
contrah. empt. latè Tiraquell. de retract. §. 23.
2 gloſ. 1. num. 17. Vnde iſtæ obligationes † non
dicuntur correſpectiuæ, quia non reflectuntur
3 ad idem factum; & propterea contrauentio † in
vna non inducit contrauẽtionem in alia. Abb.
in c. 3. ſub num. 4. de iureiur. Alex. in l. cũ pro-
ponas. la 2. num. 2. vbi Dec. num. 2. C. de pact.
& in propoſito etiam declarat Abb. conſ. 45.
num. 3. lib. 2. Hæc enim ſocietas habet ſuam ſe
paratam correſpectiuitatem, quia ideo Delius
promiſit, quia Ioannes promiſit expectare per
totum menſem Iulij.
4 Et licèt ex mente partium inducatur † etiã
in hoc caſu correſpectiuitas, etiam quòd ſint
ſeparata facta, & ſeparatum precium, Tiraquel.
vbi ſupra num. 20. tamen de hac mente hic nõ
conſtat, & potius ex inſtrumento conſtat de cõ
traria intentione propter cenſum, quẽ promit
tit conſtituere Delius ad omnem requiſitionẽ
Ioannis ſuper ſuis bonis pro ſcutis 400. Et
5 quando † apparet de mente contrahentium,
tunc nunquam cenſentur correſpectiui actus,
6 hæc enim materia procedit † in dubio, ſecus
quando de contrario apparet ex verbis inſtru
menti. Corn. conſ. vltimo. col. fin. lib. 1. niſi me
liùs probetur, vel deducatur per informantem
pro hæredibus Delij hæc cauſa finalis, &c.
Nec ſecundùm prædictos Dominos dubi-
tantes, ideò poteſt conſiderari, quòd aliàs non
fuiſſet ſe obligaturus, quia eis durum videba-
tur, quòd in iſta ſocietate poſſet Delius lucra-
ri tantum, vt poſſet ſoluere 800. & aliquid vl-
tra lucri ſibi ſupereſſet.
Subdebant tamen ijdem Domini, quòd ſi
de hoc daretur aliquis fumus, fortaſſe res fie-
ret facilior, & clarior pro hæredibus.
Quæ dicuntur de obligatione bonorum, &
actionum, & ſic quòd habent obligata iura, &
actiones pro hac controuerſia, dicebanr eſſe
extra dubium, & de dicta clauſula poſſe dubita
ri ad partem.
Ad punctum autem videbatur vrgere ſecũ-
dùm prædictos Dominos, quòd ipſi contrahẽ
tes volunt, quòd perinde ſit, ac ſi hæc obliga-
tio Delij fuiſſet ab initio celebratorum inſtru-
7 mentorum facta, quod partes † facere potue-
runt in præiudiciũ ipſorum. l. huiuſmodi ſtipu-
latio interpoſita. ff. de verb. obl. vbi *Alciat.* &
meliùs declarat Ruin. conſ. 78. num. 2. lib. 4.
Quo ſtante, ſi ab initio Delius interueniſſet,
clarũ eſt, quòd nõ poſſet dari correſpectiuitas.
Sicut enim quoad eius fratrem erant duo fa-
cta ſeparata, ita quoad ipſum Delium.
Secũdo propter cẽſum ſtatim imponendũ.
Tertio quia Ioannes ſeparatim loquitur.
Quo enim ad præterita dat dilationẽ De-
lio vſque ad menſem Iulij, quoad aliam ſocie-
tatem promittit obſeruare promiſſa Nicolao,
& ſic nullo modo correſpectiua videtur hęc ſo
cietas ſecunda ad primam.
Alij tamen Domini magis tenebanr contra-
rium, nempe videri correſpectiuam hanc ſecũ
dam ſocietatem ex deductis per informantes
pro hæredibus, quæ non repeto. Et addebant
8 aliqui Mohed. deciſ. 224. vbi dicit, quòd duo †
contractus non ſolùm in eadem ſcriptura con-
fecti, vt in caſu noſtro, ſed etiam prorſus di-
uerſi poſſunt dici correſpectiui ex partium in-
tentione &c. Et ſibi placebat ratio, quòd aliàs
Delius non fuiſſet contracturus hanc ſecundã
9 ex quo infertur correſpectiuitas, † vel indiui-
duitas contractuum ex intentione contrahen-
tium, arg. Bar. in l. Græcè, §. illud. de fideiuſſor.
Aymo. cõſ. 170. n. 6. vbi benè in his terminis.
Cum Delius nulla neceſſitate aſtringeretur ad
promittendum pro fratre, & ad ſubeundã *hanc*
obligationem ſine lucro, vel aliqua ſpe lucri, &
& tunc intrat præſumptio, quòd nemo præſu-
mitur iactare &c. & ſimiles. & prędicta maxi-
mè attenta clauſula, quæ omnia, &c. quæ ſatis
aliquibus Dominis placebat ex plenè allegatis
per Dominos Horatium, & Tyberium, & dice
10 bant, quòd importat † indiuiduitatem, prout
aliàs fuit reſolutum coram R.P.D. Seraphino.
Item attento iuramento in fine contractus
poſito, quod † videtur arguere omnia ſupra cõ
tenta eſſe indiuidua. Quę tamen materia iura-
mẽti viſa eſt ſatis lata, vnde nihil fuit reſolutũ,
licèt pluries, hoc eſt die 27. Februarij, & 28.
pręſentis, etiam ſuper eiſdem fuerit per me pro
poſita.

Poſſet

Poſſet reſtringi, an inferatur correſpectiuitas ex aliquo ex dictis tribus capitibus, vel ex dicta clauſula, quę omnia & ſingula &c. vel ex iuramento appoſito, vel ex cōiecturis poſſit probari, vel inferri, quòd Delius aliàs non eſſet cōtracturus ſecundam ſocietatem, niſi prima impleta &c. vel aliàs arbitrio partium.

DE PRAESVMPTIONIBVS.

Placentina penſionis 100. ducat. Lunæ. 4. Iulij 1575.

EPITOME.

PRæſumitur quis ordinatus de licentia proprij Epiſcopi, ſi ordinatus fuit ab alieno in publica ordinatione habita in palatio proprij Epiſcopi, præſentibus canonicis, & cancellario, ſeu notario eius, qui de tali clericatu rogatus extitit, & ordinato tradidit publicum inſtrumentum de eo duobus teſtibus munitum.

SVMMAE.

1 *Clericatus quando dicatur probatus?*

2 *Sigillum Epiſcopi nunquid de neceſſitate requiratur ad probandum clericatum? & num. 6.*

3 *Clericatus datus à non ſuo Epiſcopo ſine dimiſſorijs proprij Epiſcopi, vel ſine eius expreſſo conſenſu dicitur perperam conceſſus, nec ſufficit ad obtinendam penſionem. num. 4 limita prout num. 5.*

7 *Inſtrumenti publici ſolemnia quæ ſint? remiſſiuè.*

DVBIVM.

An ex deductis, quorum copia detur, probetur clericatus domini Io. Franciſci Guidoboni?

87. DECISIO. Alioq. vnic.

OPonebatur per Bartholomæum reſeruationem penſionis huiuſmodi ad fauorem d. Io. Franciſci Guidoboni clerici, eſſe inua-
1 lidam, cum non videatur probatus † dictus clericatus, ex traditis per Gigantem de penſ. q. 22. ſub num. 14.

Primo, quia literæ dicti clericatus non ha-
2 bent ſigillum † Epiſcopi, vt per Bellamer. cōſ. 10. col. 2. quem refert, & ſequitur Crauet. conſ. 134. num. 41.

3 Secundo quia data † reperitur à non ſuo Epiſcopo, nec cōſtat de dimiſſorijs proprij Epiſcopi, vel de eius expreſſo conſenſu. c. cum nullus. cum ſua materia. de temp. ordin. in 6. & eſt expreſſum in concil. Trid. ſeſſ. 14. c. 2. incip. & quoniam. ac ſeſſ. 23. c. 8. ordinationes. prout
4 non ſufficere † ad obtinendam penſionem allegatur deciſum fuiſſe coram Oradino in vna Cremon. prioratus. 9. Martij 1562.

Reſoluerunt nihilominus Domini contra Bartholomæū moti. Quia Epiſcopus Biduen, dedit primam tonſuram Io. Baptiſtę in publi-
5 ca † ordinatione per eum habita in palatio Epiſcopali Dertonen. præſentibus canonicis, & notario, ac cācellario Epiſcopali, qui de dicta tōſura rogatus fuit, & dedit inſtrumentum publicum duobus teſtibus munitum, ideo pręſumēdum eſt ordinaſſe de licentia proprij Epiſcopi. Dertonen.

6 Ad Bellam. † & Crauett. reſpōderunt, quòd inſtrumentum productum clericatus iam dicti,
7 cum appareat habere ſolemnia † omnia publici inſtrumenti, iux. gloſ. in l. generali. C. de tabular. lib. 10. illud ſufficere affirmant doctores ex aduerſo relati.

Ad concilium reſponderunt hunc clericatū fuiſſe ſuſceptum de anno 1551. & ſic ante concilium, & de conſenſu proprij Epiſcopi ſaltem præſumpto per præterita.

DE IVREIVRANDO.

Palentina iuriſdictionis. Lunæ. 18. Maii. 1573.

EPITOME.

IVramentum per Epiſcopum præſtitum is tenetur ſeruare totum in inſeparabilibus, ſecus in ſeparabilibus.

SVMMAE.

1 *Epiſcopus tenetur ſeruare totum iuramentum in inſeparabilibus.*

2 *Iuramentum non modò prælati ſeruare tenentur, ſed ipſemet Pontifex. num. 3.*

4 *Iuramentum eſt de iure diuino.*

5 *Epiſcopus contraueniendo iuramento per eum præſtito, incidit in periurium, prout cæteri.*

6 *Epiſcopus vita ſibi comite tenetur eius iuramentum ſeruare, dato quòd eſſet contra iuris communis diſpoſitionem.*

7 *Concilij Tridentini cap. 4 ſeſs. 6. & cap. 8. ſeſs. 25. declarantur, item non reprobant iuramentum in præiudicium iurantis, ſed ſucceſſoris. num. 8.*

PRAE-

PRAESVPPOSITVM.

Stante iuramento per modernum Epiſcopum de anno 1570. præſtito, cuius copia in neceſſarijs detur. 1

DVBIVM.

An præfatus Epiſcopus teneatur in viſitatione obſeruare ſtatutum de correctione, & punitione per ſedem apoſtolicam confirmatum, non obſtantibus decretis concilij Tridentini cap. 4. ſeſs 6. & c. 6. ſeſs. 25.

88. DECISIO. alioqui. I.

FVit per Dominos concorditer reſolutum Reuerendiſſimum Epiſcopum teneri in
1 totum ſeruare † iuramentum per eum præſtitum in inſeparabilibus, ſecus autem in ſeparabilibus, per notata in c. ad noſtram. vbi Felin. de iureiur. & Afflict. deciſ. 163. nu. 2. & 3. cum
2 nõ ſit nouum nedũ prælatos † teneri ad obſeruantiam iuramenti. c. cũ veniſſent. vbi Io. And. Abb. & alij. de inſtitut. c. veniens. de tranſactio. Felin. in c. fin. de præſcript. Aretin. conſ. 114.
3 ſed † ipſum etiam Summum Pontificem, cap. quanto, de iureiur. Abb. Aegid. & cæteri in c. primo, de iureiur. & Felin. in c. 1. de probatio. Nec mirum, poſteaquam iuramentum † eſt
4 de iure diuino. c. & ſi Chriſtus. de iureiur.

Et addebant aliqui ex Dominis Felin. in c. dilecto. num. 18. de probatio. firmantem, quòd
5 Epiſcopus † contraueniendo iuramento, incidit in periurium, prout & reliqui priuati.

In quo fuit adductus & Mohed. deciſ. 250.
6 volentem, quòd Epiſcopus † teneatur in eius vita ſeruare eius iuramentum, dato quòd eſſet contra diſpoſitionem iuris communis.

Decreta iam dicta concilij Tridentini dixe-
7 runt † non obſtare primo, quoniam Epiſcopus poſtea in ſpecie iurauit de obſeruando ſtatuto huiuſmodi. Abb. in c. at ſi clerici. §. de adulterijs. numer. 10. de iudic. & habetur in d. deciſ. Mohed.

8 Secundo nam dictum concilium non † reprobat iuramentum in præiudicium iurantis, ſed ſucceſſoris.

Palentina iuriſdictionis die 3. Iulij, 1573.

EPITOME.

IVramentum ab Epiſcopo præſtitũ de ſeruando ſtatutum de correctione, & viſitatione à Papa confirmatum, eſt ab eo vita eius durante ſeruandum, & intelligitur quoad omnẽ correctionem tam in viſitatione, quàm extra.

SVMMAE.

1 *Statutum quando dicatur comprehendere omnem correctionem etiam, quæ fit in viſitatione? remiſsiuè.*
2 *Iuramentum ſuum debet obligare auctorem.*
3 *Tridentinum concil. derogans ſtatutis, concordijs, & alijs intelligitur de futuris.*
4 *Qualitas eadem omnia copulata, & quæ ab eadem oratione reguntur, qualificat.*
5 *Epiſcopus de conſilio capituli ardua correctionis tractare debet.*
6 *Alienatio, vel abdicatio iuris epiſcopalis non dicitur velle adhibere conſilium capituli in correctione.*
7 *Viſitatio prohiberi poteſt per ſedem apoſtolicam.*
8 *Præiudicium ſeparabile quod dicatur?*
9 *Epiſcopus quo pacto poſsit ſe obligare in eius vitæ curriculo?*
10 *Epiſcopo mortuo, qui iurauit adhibere conſilium capituli in viſitatione, ſucceſſor eius ſolus viſitabit.*
11 *Præiudicium releuans eccleſiæ non videtur, quòd Epiſcopus non corrigat ſolus, ſed vnà cum conſilio plurium.*
12 *Eccleſiæ expedit plures habere conſultores.*

DVBIVM.

An ſtatutum eccleſiæ Palentinę comprehendat correctionem in viſitatione, & an præiudicium ſit ſeparabile ad effectum, de quo agitur?

89. DECISIO. alioqui. II.

QVoad primam partem dubij, placuit Dominis reſolutio aliàs facta in hac cauſa die 18. Maij, nempè ſtatutum compre-
1 hendere omnem correctionem, † etiam quæ fit in viſitatione, & iuramentum præſtitum per Reuerendiſſimum Epiſcopum, capere vtrumque caſum correctionis tã in uiſitatione, quàm extra eam, per rationes tunc latè deductas, etiã ex mente conci. Trid. vt in prædicta reſolutio-
2 ne, quod expreſsè vult huiuſmodi † iuramenta ſuos obligare auctores. Et quemadmodum concilium Trid. derogans ſtatutis, concordijs,
3 & alijs, intelligitur etiam † de futuris, vt per Dyn. Bart. & Bald. & alios in l. ſi mihi. & tibi. §. in legatis. de lega. primo. cum alijs, vt per Felin. conſ. 31. num. 16. poſt medium. ita etiam dũ ſubditur, quæ ſuos tantùm teneant auctores, intelligitur etiam de futuris, cum omnia hæc ſint in eadem determinatione, arg. l. iam hoc iure. cum alijs, de quibus Dec. conſ. 92. n. 2. & 3.
4 Eadem enim qualitas † omnia copulata, & quæ ab eadem oratione reguntur, qualificat. Socin. in conſ. 27. num. 13. & 18. lib. 4.

Et

Et vltra aliàs dicta dixerunt Domini, quòd
huiuſmodi ſtatutum reducere videtur hoc ne-
5 gocium ad ius commune, quo Epiſcopus † de
conſilio capituli ardua hæc, & ſimilia tractare
debet. Abb. in c. qualiter, & quando. il ſecũdo.
num. 6. de accuſ. ex ratione, de qua in c. nouit.
vbi Imol. poſt alios, &c. quanto. de his quæ fi.
à præl. ſine conſ. cap. & in correctione tanquã
in re ardua conſenſum capituli requiri. plenè
Achill. dominus & germanus meus de Epiſc.
deciſ. prima. quæ in hac materia aptè inſeruire
vſ, vt in vna ſimili Palentina pro capitulo con-
6 tra Epiſcopum. Et maximè quia hæc † non eſt
alienatio, vel abdicatio iuris Epiſcopalis. Non
enim Epiſcopo impeditur viſitatio, ſed tãtùm
inducitur moderatio, vt maturiùs cum capitu-
li interuentu procedat. arg. not. per Abb. in c.
fin. num. 6. de conſuet. Et ſtante confirmatione
7 apoſtolica, quæ † in totum viſitationem, con-
ceſſa exemptione, prohibere potuiſſet, prædi-
ctus Achil. de exempt. deciſ. prima. 2. Hinc ceſ-
ſare dixerunt conſilium Feder. de Sen. 247. &
ſimilia, in quibus de totali alienatione, & abdi-
catione agitur.

Quoad ſecundam partem Domini dixerunt
8 præiudicium videri ſeparabile, † & ſoli Epiſco
po inferri, & durare tantùm cum vita ipſius,
9 quo † tẽpore huiuſmodi benè Epiſcopus obli-
gari potuit. Mohed. latè deciſ. 250. c. cũ veniſ-
ſent. vbi Abb. & Innoc. de inſtit. Felin. in c. ſin.
col. fin. de præſcript. cum ſimil.

Secundo præſtant argumentum aliàs dicta
ex Aret. conſ. 114. num. 3. quòd in effectu to-
tum præiudiciũ in hac materia eſt ſolius Epi-
10 ſcopi iurantis, quia eo † defuncto, ſucceſſor ſo-
lus viſitabit. Item interim in vita iurantis nulli
alij præiudiciũ inferẽ: neque enim eccleſia, ne-
que fabrica, neque pauperes ex huiuſmodi vi-
ſitatione damnum patiuntur (ex quibus præiu
dicium reputatur inſeparabile) ſed ſolus Epi-
ſcopus, vt videtur conſiderare Aret. in prædi-
cto conſ. 114. Nec enim ſumus hic in fructibus
eccleſiæ obligatis &c. vt per eundem ibi, quæ
aliàs plenè fuerunt deducta in illa Leodien.
præpoſituræ, de qua in prædicta reſolutione,
quæ Dominis placuerunt in hac cauſa.

Addebant aliqui ex Dominis non videri re
11 leuans † præiudicium eccleſiæ, quòd Epiſco-
pus non corrigat ſolus, ſed cum conſilio pluriũ
12 in caſu, de quo agitur, cum expediat † eccleſiæ
plures habere conſultores. c. de quibus. diſtin-
ctio. 20. & c. ea neſcitur. in fin. de his quæ fi. à
præl. per ſupradicta.

Alij in argumentum ad prædicta allegabant
trad. in deciſ. 2. de præſcript. in non. & in c. irrefragabilis. §. exceſſus. de offic. ordin. cum concordat.

Ex quibus omnibus viſum eſt contraria virtualiter eſſe ſublata, vtpote quæ extra hanc ipſam materiam procedaut, & in quibus diuerſitas aperta ex ſupradictis facilè dignoſcatur.

DE EXCEPTIONIBVS.

Tyburtina caſtri S. Angeli. die 3. Decembris 1574.

EPITOME.

Exceptio, quòd alius ſit hæres, non impedit executionem inſtrumenti, & ſententiæ Rotalis ſuper damnis, & intereſſe paſsis.

SVMMAE.

1 *Intereſſe vt dicatur licitum, debet proportionabiliter reſpondere fructibus.*
2 *Confeſsio etiam iurata reuocari poteſt.*
3 *Hæres poteſt reuocare confeſsionem ſui auctoris, & quid in ſingulari ſucceſſore? num. 4.*
5 *Confeſsio an ſolùm ante ſententiam reuocari poſsit? & n. 6.*
7 *Exceptio de iure tertij an admittatur in ſummarijs?*
8 *Exceptio quæ non requirit altiorem indaginem an admittatur in ſummarijs?*
9 *Exceptio de iure tertij admittitur in cauſa beneficiali.*
10 *Inſtrumentum dicitur probatio probata.*
11 *Hæres ſi eſt ſolus non adiens, nil ex teſtamento petere poteſt, & corruunt legata.*
12 *Hæreditate repudiata, legata peti non poſſunt.*
13 *Legata cenſentur repetita à venientibus ab inteſtato ex clauſula codicillari.*
14 *Aditio quo pacto inducatur?*
15 *Refutatio an inducat acquiſitionem?*
16 *Aditio vti depedens ab animo, fieri poteſt etiam in abſentia partis.*
17 *Confeſsio facta in vno iudicio, nocet in alio etiam ad alium effectum.*
18 *Legitima nõ debetur ſorori in bonis fratris, niſi turpi perſona inſtituta.*
19 *Filia eſt omnino à Patre inſtituenda, ſaltem in legitima.*

PRAESVPPOSITA.

Stante inſtrumento ceſsionis iurium caſtri S. Angeli, inter illuſtrem quondam d. Antonellum de Petrucijs ex vna & illuſtr. d. Camillum Pardum initio, cuius copia &c. 1

Et productione prædicti inſtrumẽti ſæpius in actis repetiti, & articulis datis medio iuramento ſpecificatis pro parte d. Camilli, de quibus in regeſtro coram Cardin. fol. 368. & 871. quorum copia &c. 2

Item ſtante inſtrumento teſtamenti Iordani, & in-

ſtrumento quictationis, prout in eo inter procurato
rem q. Eleonorę, & q. Sibiliam, & Antonellũ eius
filium de Petrucijs ſeniorẽ, vigore compulſoriæ in
ciuitate Neapolis nuper extractum, & proceſſu cau-
ſæ inter fiſcum regium, & d.d. Eleonoram, cum præ
ſuppoſito quòd ſint in forma probanti ſine veri prę-
iudicio, quorum copia, &c. 3
Et ſummario teſtium in d. ciuitate Neap. in Regia
curia inter d. fiſcum regium, & d.d. Eleonorã exa-
minatorum, quorum copia &c. 4

DVBIVM.

An illuſtris Antonellus iunior, & hæres q. Sibiliæ, & Antonelli ſenioris, repellatur exceptione oppoſita, quòd alius ſit hæres Iordani, ad effectum impediendi executionem inſtrumenti, & ſententiæ Rotalis ſuper damnis, & intereſſe paſsis.

90. DECISIO alioqui. I.

DOmini in hac cauſa propoſita die 29. prę-
cedentis menſis, & dilata ad hanc diem,
in primis aliquã aduertebant circa oppoſita
pro parte illuſtriſſimi domini Antonelli. Nam
pro ſua intentione tuenda contra illuſtr. d.
Marchioniſſam deducuntur plura, &c.
Primo quòd illuſtriſsimus dominus Camillus
eius auctor magni fecerit hoc ius, etiam quòd
nullum eſſet, nec poſſet contra illud oppone-
re. Sed reſpondebatur, quòd, cum ad intereſſe
1 agatur, quod intereſſe † vt ſit licitum, debet
proportionabili ter reſpondere fructibus ſecũ-
dùm æquitatem. l. curabit. C. de actio. empt. &
ſecundùm reſolutionem iam factam, ſequitur,
quòd in hoc aſſertio partis nihil proſit, quia in
his non videtur ſtandum aſſertioni partis.
Secundo opponitur, ꝙ illuſtriſsima d. Mar-
chioniſſa non poteſt venire contra confeſſio-
nem ſui auctoris, quæ eſt iurata. Sed neq. hoc
2 obſtare omnino videbatur, quia confeſſio † etiã
iurata reuocari poteſt. Iaſ. poſt alios in l. error.
num. 30. C. de iur. & fact. ignor. Nec mouebat,
3 quòd ſit hæres, quia etiam hæres † poteſt reuo-
care confeſſionem ſui auctoris. l. non idcirco.
C. eod. Bald. in d. l. error. in fin. num. 15. licèt
4 in ſingulari † ſucceſsore fortè aliud ſit. Ruin.
conſ. 76. num. 14. lib. 5. Sed quia forſan poſset
5 dici, quòd confeſſio † ſolùm poteſt reuocari
ante ſententiam, non poſt. d. l. error. cũ ibi not.
vbi in ſpecie Iaſ. ſub nu. 1. Feder. de Sen. conſ.
98. num. 4. in fin. Capic. deciſ. 28. num. 5. repli-
6 cabatur, quòd id † procedit inter eaſdem par-
tes; ſed inter diuerſas benè poteſt reuocari, &
probari error etiam poſt ſententiam, quia hoc
non eſt inſtaurare iudicium, per tex. in l. fin. §.
ſin autem neſcius. C. de furt. gloſ. fin. in d. l. er-
ror. vbi Paul. de Caſt. ſub num. 6. verſ. quarto
opponitur. vbi etiam Iaſ. ſub num. 18. in quinta
parte gloſ. dicens, quòd omnes indifferenter
tranſeunt cum d. gloſ.
7 Tertio opponitur, quòd, cũ ſimus in † ſum-
marijs, non admittitur exceptio de iure tertij.
Alex. in l. penul. C. de edict. diu. Adri. toll. Hęc
oppoſitio aliquibus Dominis videbatur dubi-
tabilis, licèt Claud. de Seyſs. in l. ille à quo. §.
primo. in ſecundo not. ff. ad Trebell. ſequatur
8 hanc opin. Quia, quando exceptio † non requi
rit altiorem indaginem, videtur, quòd admitta-
tur, vt per Paul. de Caſt. in l. cum ſeruum. nu-
mer. 2. C. de ſeru. fugit. & proprerea videmus,
9 quòd † in cauſa beneficiali admittitur hæc ex-
ceptio. Caſsad. deciſ. 2. num. 4. de re iud.
Sed, quicquid ſit de prædictis cõſideratio-
nibus, fuit reſolutum Antonellum non repelli
in caſu propoſito; quia in effectu habet ſuam
intentionem clarè, & concludenter fundatam
10 ſuper inſtrumento, quod † dicitur probatio
probata. Item etiam ſuper reſolutione iam fa-
cta, in qua regula eſt, huiuſmodi intereſse de-
beri, niſi probetur exceſsus &c.
Non obſtat, quòd Sibilia non fuerit hęres
Iordani eius fratris, quia hoc non concluden-
ter probatur. Non enim obſtat teſtamentum,
quia non videtur de neceſſitate probari adi-
tio. Non obſt. trãſactio Eleonorę vxoris, quia
huiuſmodi tranſactio potuit fieri ratione lega-
torum eidem vxori inſtitutæ factorum, quia
prælegauerat in teſtamento idem Iordanus
prædictę vxori dotarium, & ſcuta mille per il-
ben ſeruire, vltra inſtitutionem &c. Dicebãt ta
men Domini in hoc aduertendum eſſe, quia, ſi
teſtamentum non haberet clauſulam codicilla-
rem, eſſet indubitatum, quòd cenſeretur adiuiſ
ſe ex prædicta trãſactione. Quia, cum ipſa eſſet
11 ſola inſtituta hæres, ſi non † audiuiſſet, clarum
eſt, quòd corruiſſent etiam legata, & nihil ex
prædicto teſtamento petere potuiſſet. Vnde,
cum vigore præteriti teſtamenti recipiat illas
pecunias, omnino dicẽdum eſt, quòd adiuerit,
12 quia iſta eſt regula, quòd hæreditate † repu-
diata, ipſa non poſſet petere huiuſmodi legata.
l. ſi nemo. ff. de reg. iur. l. eam quam C. de fidei
com. cum ſimil. Sed, ſi adeſt clauſula codicilla-
ris, vt re vera legitur in teſtamento Iordani;
13 quo caſu † cenſentur legata repetita à venien-
tibus ab inteſtato, vt per Iaſ. in d. l. eam quam.
num. 11. & Docto. in d. l. ſi nemo. de reg. iur. &
ſic cum ex permiſſione teſtatoris poſſit omitti
cauſa teſtamenti, ceſſat etiam titulus. ff. ſi quis
omiſſ.

omiſſ.cauſ.teſtam. l. prima. §. ſi proponant. ff.
eod.ſi inquam adeſt prędicta clauſula, dicebāt
nullo modo probari aditionem. Nam,ſi infor-
mantes pro Marchioniſſa velint eam probare,
ex eo quòd præterita Eleonora vxor litigauit,
& obtinuit ſententias, oportet videre, an liti-
gauerit vt hæres. Quia, ſi litigauerit vt hęres,&
14 vt hæres obtinuerit ſententias, eſt verū,ꝙ eſt †
inducta aditio; ſed,ſi non probatur,quòd obti-
nuerit vt hæres, non eſt inducta aditio. Vnde
hæc eſt quęſtio facti, vt benè declarat Bald.
conſ.224.ſuper eo quod quęritur. verſ.reſtat
ergo videre. lib. 2. Vnde, cum ipſa ſuper iſtis
bonis potuerit litigare alio iure, quàm hęredi-
tario,non ſequitur,quòd de neceſſitate huiuſ-
modi lis inducat aditionem,vt per Socin. Iun.
conſ.131.col. prima,& ſecūda. lib.2. Et quam-
uis, vt dicit ibi Soci. Iun. in dubio intelligatur,
prout eſt vtilius agenti;tamen videtur dubium
in hoc caſu,quidnam fuerit vtilius propter de-
bita, & fideicommiſſa, quę potuerunt eſſe in
hęreditate.

Nec videntur obſtare illa verba, de & ſuper
bonis, & hęreditate, quia non concludunt de
neceſſitate, quòd Eleonora egerit tanquam
hęres. Nam bene poteſt eſſe contentio ſuper
bonis,& hęreditate alicuius, licèt quis non prę
tendat ſe hęredem,vt puta quòd vnus conten-
dat tātum eſſe in hęreditate,quod ſufficiat pro
legatis,alius, quod non ſufficiat.

Non obſtat,quòd receperit nonnulla bona,
quę ſibi non erant legata, quia potuerunt dari
ad cōputum ſuarū dotiū,item ſui legati, cū reli
qua bona poſſent eſſe ſuppoſita fideicōmiſſis.

Non obſtat, quòd legata eſſent relicta ſu-
per caſtris, quia non propterea illud eſt ta-
xatiuè, ſed demonſtratiuè, ex quo loco de-
beant ſolui. Vnde,cū illa caſtra potuerint eſſe
ſuppoſita fideicommiſſis, facile eſt,quòd ex il-
lis caſtris non potuerit ſolui, & fuerint capta
bona mobilia, & vtenſilia domus pro iſtis lega
tis. Et ad hanc interpretationem videtur vrge-
re confeſſio explicita Camilli, qui rationabi-
liter debuit eſſe magis informatus de iſtis, in
qua dicit, quòd Sibilia fuerit hęres Iordani ab
inteſtato.

Non obſtat, ſi fieret fundamentū ſuper abſo
lutione ab omnibus, quę petere poſſet vigore
teſtamenti,quia facilis eſt reſpōſio. Licèt enim
15 refutatio † inducat fortaſſe acquiſitionē. Corn.
conſ.180.ſub num. 9.lib. 2. tamen hoc in pri-
mis intelligit̄ reſpectu validitatis illius actus,
ideo nō propterea dr̄ pars adiuiſſe hęreditatē,
ita quòd à creditoribus cōueniri poſſit, vt de-
clarat Paul. de Caſtr. conſ. 252. viſo puncto,
col.penult.poſt med. verſ.non tamen dico.lib.
primo.quem ſequitur Ruin.conſ.13.prope fin.
lib.3. Aymo conſ.200. num. 2. Quod benè cō
firmari poteſt ex his,quę dicit Socin.conſ. 53.
num.27.lib.4. Sed, quia hoc fortè poſſet habe-
re difficultatem propter ea, quę ponit Bart. in
l.is poteſt. col. 4. circa med.ſub num. 16. ff. de
acquir. hęred. cum alijs cumul. per Aym. cōſ.
16 148.num.18. vbi volunt, quòd aditio † vti de-
pendēs ab animo, poſſit fieri etiam in abſentia
partis,& videtur velle, quòd proſit omnibus.
ideo dicebant, quòd poteſt intelligi quietaſſe,
ſcilicet reſpectu eorum, quæ ſibi debebantur
vti legatariæ,non vti hæredi.

Cum igitur non concludenter doceant de
aditione,& effectu præteriti teſtamenti Iorda-
ni,ſequitur,quòd nec plenè doceatur de erro-
17 re confeſſionis Camilli, quæ confeſſio † facta
in vno iudicio,nocet in alio etiam ad alium ef-
fectum. Dec. in l.2.ſub num. 62. verſ.& prædi-
cta diſtinctio. C. de eden.& ſic non probato cō
cludenter errore, ſequitur,quòd confeſſio præ
iudicat,& reuocari non poſſit.

Vltimo mouebant Domini, quòd eis vi-
debatur ſolidum fundamentum, quia Anto-
nellus non ceſſit ius,quod habebat Sibilia tan
quam hæres Iordani,ſed iura, quæ habebat ip-
ſe tanquam hæres Sibiliæ in hoc caſtro. Cùm
igitur non probetur, quòd Sibilia non habue-
rit ius ex perſona Neapoleonis patris, qui fi-
deicommiſſum fecit, ex cuius perſona potuit
deberi legitima, & Trebellianica Sibiliæ, tan-
quam filiæ ex perſona propria, non tanquam
hæredi Iordani,non intrat exceptio illuſtris d.
Marchioniſſæ contra prædictum inſtrumentū.
18 Et dicebāt hoc videri veriſimile, quia Sibilię †
tanquam hæredi Iordani nō poterat deberi le-
gitima in bonis Iordani fratris, niſi turpi per-
ſona inſtituta. l. fratres C. de inoff. teſta. Præte-
rea eadem Sibilia potuit eſſe ſubſtituta Iorda-
no in teſtamento Neapoleonis. Vnde, cum nō
videatur probari concludenter hæc negatiua,
quòd Sibilia ius non habuerit, ſequitur, quòd
intentio ſua remaneat fundata in prędicto in-
ſtrumento, cum Camillus obtinuerit caſtrum
etiam ex iſta ceſſione, cum de ea & in articu
lis,& in ſententia fiat mentio.

Nec obſtat, quòd articuletur teſtamentum
Neapoleonis, quia non propterea articulatur
aliqua dictio taxatiua,quòd Iordanus ſolus fue
rit hęres Neapoleonis. Nam etiam Sibilia eius
19 filia † de iure communi debuit inſtitui ſaltem
in legitima. Cum igitur intentio illuſtr. d. An-

tonelli,vt dixi,videatur clara, & concludens ex instrumento prędicto,& exceptiones ex aduerſo oppoſitæ videantur turbidę, & non neceſſariò concludentes, placuit ſtandum eſſe inſtrumẽto,etiam quoad intereſſe, iuxta prædictam reſolutionem , cum in eo non probetur exceſſus,vel non correſpectiuitas ex aduerſo allegata, per ſupra deducta.

Vlixbonen. adminiſtrationis capellæ. Mercurij. 23. Martii. 1574.

EPITOME.

EXceptiones non probationis valoris, item quòd quis non dicatur de genere , quòdque non obſtet regula de annali, proſternuntur

SVMMAE.

1 *Valor quoad effectum iuſtificationis gratiæ probatur per vnicum teſtem.*
2 *Derogatio expreſſa fundationis facta in gratia, ſi neutri, fundationem tollit.*
3 *Clauſula, non obſtante regula de annali in anni ſui parte, poſita in gratia, ſi neutri, tollit dictam regulam.*
4 *Adminiſtratio quamuis ſit laicalis, ſi tamen data ſit alicui in titulum, non cadit in coniugatum.*
5 *Penſio licèt regulariter cadat in laicum, ſi tamen data ſit in titulum, non item.*
6 *Gratia, ſi neutri, quando intret?*

DVBIVM.

An exceptiones factæ contra Balthaſarẽ ſibi obſtẽt.

91. DECISIO. alioqui. II.

FVit dictum tres oppoſitiones aliàs factas
contra Balthaſarẽ ex vltimo deductis ceſ-
ſare. Et primo quoad valorem, quem aliàs fuit
reſolutum non eſſe probatum per Balthaſarẽ,
quia teſtes viſi ſunt Dominis ſingulares , & nõ
percutere tẽpus ſuę impetrationis ; fuit dictũ,
quòd hodie ſatis dicitur probatus ex teſte no-
uiſſimè examinato, qui plenè videtur depone-
re, quòd valor excedit 24.& per bonas cauſas
ſcientiæ,& percutit tempus articulatum item
ante,& poſt, & vſque in pręſens . Tritum eſt
1 autem in Rota, quòd † per vnicum teſtem pro-
batur valor quoad effectum iuſtificationis gra
tię, iuxta Aegid. deciſ. 113.& 14. & 683. cum
alijs vulgariter allegatis.

Secundo quoad fundationem, quòd Balthaſar non ſit de genere, &c. & quoad alia in ipſa
fundatione comprehenſa, dictum eſt in gratia,
ſi neutri , nuper impetrata per Balthaſarem eam
eſſe ſublatam quoad ea, quæ obſtant gratiæ ip-
2 ſius, legitur enim expreſſa † derogatio ipſius
fundationis.

Tertio quoad regul. de annali, quę pariter cõ
tra Balthaſarẽ opponebatur, vltra quòd de ea
in actis non eſt datum, eodem modo dictum eſt
3 hanc oppoſitionem ſublatam † in dicta gratia,
ſi neutri, vbi legitur clauſula, non obſtante re-
gula de annali in omni ſui parte &c.

Quòd autem intret gratia, ſi neutri, ad fauo
rem Balthaſaris in caſu propoſito, dixerunt ſa-
tis videri conſtare ex aliàs reſolutis in hac cau
ſa. Aliàs enim fuit reſolutum conſtare de ma-
trimonio Saluatoris aduerſarij. Vnde licèt etiã
fuerit reſolutum hanc adminiſtrationem eſſe
laicalem ſaltẽ reſpectu vnius adminiſtratoris;
4 tamen † cum eadem adminiſtratio fuerit colla
ta,& data in titulum prędicto Saluatori, ſequi-
tur , quòd licèt etiam eſſet laicalis; tamen non
cadit in coniugatum : ſicut in ſimili dicitur de
5 penſione, † quę regulariter cadit in laicum, ſi ta
men ſit data in titulum, ſecus iuxta reſolutionẽ
vltimò in hac cauſa factam . Conſtito ergo de
non iure Saluatoris per prędicta , intrat gratia
Balthaſaris,&, ſi prima gratia nõ erat ſufficiẽs,
6 ſtantibus prędictis oppoſitionibus, intrat † gra
tia, ſi neutri.

Reatina caſtri Poſtæ, Lunæ. 9. Aprilis 1576.

EPITOME.

FAlſi accuſatione pendente contra teſtes, in quibus ius cauſæ conſiſtit,& cõtra partem, ſuperſedetur in cauſa ciuili, alioqui non item.

SVMMAE.

1 *Cauſa criminali pendente, ſuperſedendum eſt regulariter in cauſa ciuili ab ea dependente, limita prout num. 3.*
2 *Cauſa criminalis quando eſt præiudicialis ciuili, tunc eſt in ciuili ſuperſedendum, alioqui non.*
4 *Cauſa ciuilis ſilere debet, pendente criminali, quando ius totius cauſæ conſiſtit in teſtibus accuſatis de falſo, alioqui ſecus.*
5 *Cauſæ ius quando in aliquot teſtibus cõſiſtere non dicatur?*
6 *Probationi etiam diminutæ ſolet dari fides, ſtante veriſimilitudine, & alijs coniecturis.*
7 *Teſtis primo dicto magis ſtatur , quàm ſecundo contrario etiam iurato, ratio num. 8. licèt illud primum dictum debilitetur. num. 9.*

Falſi

10 *Falſi accuſatio intentata vt præiudicet cauſæ ciuili, requi-*
ritur, quòd ſit intẽtata non modò contra teſtes, ſed etiam
contra partem.

DVBIVM.

An ſit ſuperſedendum in cauſa ciuili coram me pen
dẽte, quouſque terminetur cauſa criminalis coram A.
C. pendens, vel potius ſit procedendum ad vlteriorem
executionem, & liquidationem fructuum?

92. DECISIO. alioqui. III.

1 LIcèt regula ſit, quòd pendente cauſa † cri-
minali, debet ſuperſederi in ciuili ab ea
dependente l. fin. C. de ord. cog. ſecundùm in-
tellectum Bartoli in l. edita. C. de eden. quem
ſequuntur communiter Doctores, vt per Curt.
Iun. ibi num. 181. & ſub num. 182. verſ. cum
igitur omnes concludant. Claud. de ſeyſ. num.
68. ſecutus Alex. in l. reum criminis. col. pri-
ma. verſ. Bartolus autem hic dicit rationem. C.
de procur. qui etiam ait hunc eſse magis com-
munem intellectum ad d. l. fin. ſequitur, & alios
refert Rolan. conſ. 13. num. primo. in 2. vol.
ad idem Peregrin. deciſ. 295. in 2. lib. in cauſa
Fulgina tẽ. Put. dec. 275. li. 1. in vna Segobien.
2 Et, quòd quando cauſa † criminalis eſt prę-
iudicialis ciuili, tunc ſit ſuperſedendum, aliàs
non, latè per Put. deciſ. eo. 98. lib. 1. incip. age-
bat Alexander. Peregr. deciſ. 133. incip. in vna
Toletana. lib. 2. Clarus de communi in praxi
crimin. q. 2. verſ. ſed quæro. ibi, & ita conclu-
dunt communiter Doctores, &c. cum plur. cõ-
cord. quæ poſsent addi.

Tamen prędictis non obſtantibus in quę-
3 ſtione propoſita fuit reſolutum non † eſse ſu-
perſedendum in cauſa ciuili coram me pendẽ-
te, ſed magis eſſe procedendum ad vlteriorem
executionem, & ad ipſam liquidationem, non
obſtante pendentia litis criminalis, & accuſa-
tione de falſo coram A. C.

Et placuit Dominis pro primo fundamen-
4 to deciſionis diſtinctio Afflict. 229. quòd aut †
ius totius cauſæ conſiſtit in teſtibus accuſatis
de falſo, & tunc ſit ſuperſedendum: aut non cõ
ſiſtit, & tunc non ſuperſedendum in cauſa ciui-
li, vt ait Afflict. ibi ſub num. 2. & 3. & addebant
Domini Roland. latè in d. conſ. 13. vbi optimè
materiam examinat, & bene ad caſum num. 17.
lib. 2. vbi alios congerit.

5 Quòd autem ius † cauſę totius non conſiſtit
in duobus teſtibus accuſatis, facilè probatur ex
deciſione aliàs facta corã R. P. D. Robuſterio
ſub die 4. Maij 1574. vbi apparet Dominos re
ſoluiſſe pro ſpolio, non ſolùm propter duos te-
ſtes, de quibus agitur, ſed etiã ob multos alios
teſtes, item propter alias coniecturas, & cir-
cumſtantias, item & propter totam illam ſeriẽ
facti: verba enim ſunt formalia in fine prędictæ
deciſionis, quòd ex tota ſerie facti Domini vi
derunt rem non habere difficultatem, et maxi
6 mè quia ſtante † veriſimilitudine, & alijs admi-
niculis ſolet dari fides probationi etiam dimi-
nutę. Aym. conſ. 73. ſub num. 41. verſ. alibi. cũ
plur. ſimil. alleg. ab eo.

Addebant aliqui Domini ſibi placere illam
opinionem, quòd, licèt teſtis in ſecundo exami
ne etiam iurato, dixerit contrarium eius, quòd
7 dixit in primo; tamen videri magis † ſtandum
primo dicto, quam dixit communẽ Alciar. de
præſumpt. 29. ſub num. 4. ver. & ex hoc à fortio
ri ſequitur Clar. in prax. crim. q. 53. ſub verſ.
8 tertius eſt caſus, qui allegat rationem, † quia
ex primo dicto iurato, & iudiciali ius eſt quęſi-
tum parti, quicquid dixerit Ruin. conſ. 55. poſt
num. 8. lib. primo. Item ſubeſt timor ſuborna-
tionis.

Huc etiam pertinere videntur rationes alle
gatę per Rot. deciſ. 19. de teſti. in nou. cum
alijs in vltima poſitione huius cauſę deductis.
9 Et licèt † illud primum dictum debilitetur,
vt per Alciat. & Clar. in locis pręcitatis; tamen
vt dixi, tota deciſio, ſiue ius totius cauſæ non
fuit fundatum ſuper iſtis duobus teſtibus. Vn-
de ſatis eſt, quòd iſti prębeant adminiculũ alijs
in dicta deciſione alias conſideratis, & ſatis eſt
ſecundùm prędictam diſtinctionem Afflicti,
quòd totum ius non conſiſtit in dictis teſtibus
accuſatis de falſo, prout certiſſimè non conſi-
ſtit in caſu noſtro, vt liquet ex lectura prędictę
deciſionis. Et pro confirmatione prædictę di-
ſtinctionis Afflicti, & Rolãdi addebatur etiam
Bald. in c. ſuper eo. in fin. de appel. vbi Purpur.
num. 4. & Franc. ſub num. 2. verſ. his ergo, &
ſimilibus.

Secundum fundamentum deciſionis fuit,
quòd ad hoc, vt in cauſa criminali accuſatio fal
10 ſi intenta prę iudicet cauſę ciuili, requiritur, †
quòd ſit intentata etiam contra ipſam partem,
non contra teſtes tantùm. Idem Rolan. d.
conſ. 13. num. 12. 13. cum ſeq. at in caſu noſtro
nihil eſt intentatum contra illuſtrem d. Iaco-
bum Marerium, qui verè eſt pars, & principa-
lis in hac cauſa, ergo non debet ſuperſederi ſo-
los teſtes accuſatos. Bart. in l. ſi teſtamentum
in fin. num. 3. ff. de petit. hęred. Bald. in c. fin. de
fid. inſtrum. Afflict. Maran. & alij allegati à Ro
lan. ſub d. num. 13. verſ. ſecus ſi ſolùm contra
teſtes accuſatio ipſa intentata fuiſſet.

Nec

Nec obſtat oppoſitio de ſubornatione oppoſita contra illuſtr. d. Prioratum; quia, vltra quód nihil releuans videtur hactenus deduci, dicebatur hoc non poſſe præiudicare prędicto illuſtri d. Iacobo Marerio, cuius nomine hæc tota cauſa ſemper fuit agitata, & hodie etiam agitatur.

Et ea, quę de ceſſione eidem d.Priorato facta, item quæ de expenſis ab eodem Priorato factis in hac cauſa dicuntur, vltra plures reſpõſiones per eius informantes datas, nõ liquent, neque legitimè de eis apud acta conſtat, & nil productum reperitur. Vnde de eis Domini nullam prorſus habendam eſſe rationem cenſuerunt, & maximè ne detur occaſio facilis, vt, qui poſt longam litem ſuccubuerunt, ad impediendum executionem rei iudicatę ita de facili confugiant ad allegandũ huiuſmodi subornationes, & falſitates, vt ſola accuſatione institu-ta, retardent executionem, nullo alio, quod releuet, docto.

Lunen.Sarzan. bonorum. Mercurij. 4. Iunij 1546.

EPITOME.

EPiſcopus, & eius vicarius quamuis poſsint eſſe iudices in cauſa propriæ eccleſię; tamen poſſunt recuſari, & aliquæ cauſæ recuſationis legitimæ afferuntur.

SVMMAE.

1 *Epiſcopus licèt eſſe poſsit iudex in cauſa ſua eccleſia, tamen poteſt recuſari.num.2.*

3 *Vicarius poteſt recuſari ex cauſis, ex quibus recuſatur eius Epiſcopus, dato quòd is eſſet Papæ delegatus.*

4 *Felin.in c.inſinuante.num.2.verſ fallit in cauſa commiſſa. de offic deleg.declaratur.*

5 *Recuſationis iudicis iuſta cauſa eſt propalaſſe votum ſuum.*

6 *Recuſationis iudicis iuſta cauſa eſt, ſi delegatus minatus fuerit partem, prout hic.*

7 *Recuſationum cauſæ dicuntur iuſtæ eo ipſo, quòd eis appoſitis, & non examinatis, iudex proceſsit ad vlteriora, et quare num.8. & tunc nulliter egiſſe dicitur.num.9. dato quòd appellatio eſſet deſerta.num. 10. & quòd cauſa commiſſa foret, appellatione remota.num.11.*

12 *Recuſatione iudicis propoſita, quando iudex validè ad vlteriora procedit? & quid ſi iam præfixit terminum ad eligendum arbitros? num.13.*

14 *Iudex recuſatus poſt datũ per eum terminum ad eligendũ arbitros, procedens ad vlteriora, videtur dictam datam dilationem reuocare.*

15 *Recuſatus iudex, qui dedit terminum ad eligendum arbitros, poteſt eo effluxo, ad vlteriora in cauſa validè procedere.*

DVBIVM.

An in caſu, de quo agitur, cauſæ ſuſpitionis iudicis ex aduerſo allegatæ ſint friuolæ ad effectum, vt iudex potuerit in cauſa, his non obſtantibus, procedere?

93. DECISIO. alioqui. IV.

CAuſas allegatarum ſuſpicionum per communitatem Ameliæ, & litis conſortes non fuiſſe manifeſtè friuolas dixerunt concorditer Domini.

Nam licèt regula ſit, quòd Epiſcopus poſ-
1 ſit eſſe iudex † in cauſa ſuæ eccleſiæ; tamen
2 ea † limitatur non procedere, ſi ipſe Epiſcopus
recuſetur. Abb.& Felin.in c.inſinuante.nu.3.&
4.de offic. delegat.& in c. poſtremo.num. 6. de
appellat.vbi etiam Franc.num. 5.& Dec. num.
9.vbi teſtatur de communi, prout & communem dicit Marant. in ſpecul. aduocat. in ſecundo actu principali, num.51. in 20. cauſa ſuſpicio.& Aufrer.tract. de recuſat. num.8. ac conſert Abb. in c. venerabili. num.4. de cenſ.

Si igitur Epiſcopus poterat in caſu recuſa-
3 ri, eadem ratione poterat recuſari eius † vica-
rius ab eo dependens, dato etiam quòd à ſede apoſtolica eſſet delegatus, prout eſt tex. in d. c. inſinuante.vbi Abb.notat numero ſecundo. & ita tenere Doctores teſtatur Franc.in c.non putamus. num. 10. de conſuer. lib. 6. cum alijs per informantes deductis.

4 Non obſtat Felin. † in d.c.inſinuante. num.
2.verſ.fallit in cauſa commiſsa vicario.de offic. delegat. Nam reſpondebant Domini eum nõ loqui contra d.tex.expreſſum volentem, quòd vicarius etiam Papę delegatus poſſit recuſari, ſed loquitur in caſu, quando Epiſcopus erat excommunicatus. Et illud, quod dixerat, non poſſe vicarium ab excommunicato Epiſcopo creatum cognoſcere de cauſa poſt Epiſcopi eius excommunicationem, limitat Felin.ibi nõ procedere in caſu, quando vicarius eſt delegatus à Papa, & meritò. Nam, cum non recipiat tunc fomentum ab ipſo Epiſcopo excommunicato, ſed à Papa delegante, bene poteſt procedere, & quòd ita loquatur Felin. colligitur ex Card.in clem.2.quæſt.8.de excep.

Cumque potuerit recuſari vicarius, placuit Dominis cauſas recuſationis ei obiectas non fuiſſe manifeſtè friuolas. Nam prima, quòd ip-
5 ſe vicarius propalauerit † votum ſuum ad fa-
uorem partis aduerſæ, apparet legitima, ex traditis per Io. Andr.& alios in d.c. irrefragabili.

§.ex-

§.exceſſus.de offic. ordinar. & notat. Iaſ. in l. apertiſſimi.num.9. in 10. cauſa.C. de iudic. & Aufrer.in d.tract. recuſat. num. 14. in 18.cauſ.

6 Et ſecunda,quia vicarius, † nulla habita prouocatione, minatus fuerit recuſantẽ de proijciendo illi librum in caput, dato etiam quòd inde ſibi configeretur pugio in pectore, & hoc in pręſentia Epiſcopi cum non obiurgantis. pariter approbatur ab Aufrer. d. tract. nu.27. in 40.cauſ.& num.30.in 46. cauſ. & Iaſ.in d. l.apertiſſimi.num.7.

Et quamuis his firmatis, aliqui ex Dominis inferrent ad deciſionem ſecundę partis dubij, & ſic quòd eo ipſo, † quòd idem iudex ad vlteriora proceſſit, dictæ cauſæ viſæ fuerunt iuſtificatæ. Innocent. in c. cum ſpeciali. num.6.& ibi Imol.& Franc.de appell.Lap.alle.

8 prima.in ſecundo dubio. cum ſufficiat † allegare cauſas ſuſpicionũ, quæ ſi eſſent veræ, forent legitimę.c.legitima.de appell.in 6.dicto c.cum ſpeciali.& c. ſecundo requiris. & ibi Franc. 2. not.cod.tit. Iaſ.d.l.apertiſſimi.num.4. C.de iu-

9 dic.vnde, his non attentis, iudex † nulliter proceſſerit. Caputaq. deciſ.35.lib. primo. illuſtriſſ. Palcott, deciſ. 158. quod procedit, dato quòd

10 appellatio † deſeratur. Lap. d.allegat. prima.& Caputaquenſis deciſ. 147.lib. primo. ac etiam

11 quòd cauſa † commiſſa foret cum clauſula, recuſatione remota. Nam intelligitur de friuola, non autem de legitima. Abb.in c. ad hæc.de reſcrip. poſt Specul. de recuſat.§. iam. verſ. quid ſi committatur. Butr.in c.paſtoralis. de appell.

Et ad oppoſita reſponderet procedere, cauſis ſuſpicionum manifeſtè friuolis, & fruſtrato-

12 rijs poſtea apparentibus. Tunc enim poſſet † iudex, his non attentis, validè ad vlteriora in cauſa procedere, & ita dicebant loqui. Innocent. Imol. & alij in d. c. cum ſpeciali. & ibi Abb. num.15.& latè Franc.col.4. verſ.tertio quæritur.& col. 9. verſ. primo quando recuſatio foret manifeſtè fruſtratoria. Dec.in c.poſtremo. ſub num. 9.verſ.& ex rationibus. de appell.

Et hoc caſu fortè dicebant intrare doctrinã Feli. in c. cum ordine. col.3.verſ. & adhæc ad-

13 de.de reſcrip. quòd, etiam † ſi iudex præfixerit terminum ad eligendos arbitros, poterit, eo non obſtante, validè ad vlteriora procedere.

14 Nam ex proceſſu † ad vlteriora videbatur dictam conceſſam dilationem reuocare, per l. à procedente. vbi omnes C. de dilation. vel ſal-

15 tem, † eo termino lapſo, non prohibebatur procedere in cauſa ad c.legitima. vbi Doctores de appellat.in 6.& Franc.in d.c. cum ſpeciali. col. 3.verſ. in gloſ.in ver.terminum.eo.tit.

Nihilominus hac die nil aliud voluerũt Domini decidere.

DE SENTENTIA, ET Re iudicata.

Ariminen. bonorum, ſeu fideicommiſſi. Mercurij. 9. Decembris 1573.

EPITOME.

Rem iudicatam habens contra ſe, adhuc ex vnica ſententia Rotali, non debet audiri, niſi refectis prius expenſis, ad quas dicta ex ſententia fuit condemnatus.

SVMMA.

1 *Expenſas prius reficere debet, ad quas fuit per vnicam ſententiam Rotalem condẽnatus is, qui paſſus eſt eam tranſire in iudicatum, antequam audiatur.*

PRAESVPPOSITA.

Præſuppoſitis tribus ſentẽtijs latis in partibus ad fauorem Bonamici. 1

Et quòd à poſtrema arbitri fuerit appellatum, & de nullitate dictum, & cauſa nullitatis R. P. D. Seraphino commiſſa, qui dictam ſententiam vti nullam reuocauit, & Bonamicum in expenſis condemnauit, quæ reuocatoria fecit tranſitum in iudicatum. 2

Item quòd dictę expenſę ſint taxatæ, & mãdatum executiuum relaxatum. 3

Item quòd Bonamicus prætendens dictam ſententiam D. Seraphini eſſe nullam, cauſam huiuſmodi nullitatis committi fecerit. 4

Item quòd hodie Bonamicus velit renunciare dictæ nullitati, & proſequi cauſam poſsibilem ad confirmationem dictarum duarum ſententiarum de partibus, quæ non fuerunt reuocatæ. 5

DVBIVM.

An nihilominus debent prius reficere dictas expenſas vigore dictæ rei iudicatæ?

94. DECISIO. alioqui. I.

Fuit per Dominos reſolutum pro Ioanne Baptiſta, & litis conſortibus, ſcilicet, quòd

1 Bonamicus † nõ debet audiri, niſi refectis prius expenſis, ad quas fuit condemnatus per dictã ſententiam R. P. D.mei Seraphini, quę tranſiuit in rem iudicatam.

Ad deciſ. Io. Pauli 23. & illuſtriſſ. Paleotti 101. reſponderunt Domini, quòd loquuntur in diuerſis.

Cala-

Calaguritana iuris arrendandi. Vener. 14. Ianuarij 1575.

EPITOME.

SEntētias habuiſſe effectum probatur ex teſtibus.

SVMMA.

1 *Teſtes admitti debent ad probandum ſententias habuiſſe effectum.*

PRAESVPPOSITVM.

Stante ſummario teſtium, & iuxium dato. 1

DVBIVM.

An conſtet ſententias latas de anno 1553. & 1555. fuiſſe ſortitas effectum in caſu, & ad effectum, de quo agitur?

95. DECISIO. alioqui. II.

1 SEntentias habuiſſe effectum nō dubitatur † per Dominos ex teſtibus præſuppoſitis.
An autem hoc releuet particulariter, videbitur ſcilicet, an conſtet habuiſſe effectum, contradicente maiori parte beneficiatorū de Fuētemayor, & videatur in effectu, quot reperirentur beneficiati tunc, non dico naturales, verè in eccleſia de Fuentemayor.

Reatina caſtri Poſtæ. Lunæ. 31. Ianuarij 1575.

EPITOME.

IVriſdictio inter tres diuiditur, vt ſinguli adminiſtrent quatuor menſibus anni.

SVMMAE.

1 *Iuriſdictionis diuiſio inter tres quo pacto fiat? & num. 2.*
3 *Periti ſunt eligendi ad faciendam caſtri diuiſionem.*
4 *Inhibitioni etiam Rotali non obtemperatur, quando in commiſsione adeſt clauſula, ſine præiudicio legitimæ executionis.*

DVBIVM.

Quo pacto iuriſdictionis, & caſtri, de quibus agitur, diuiſio facienda eſt?

96. DECISIO. alioqui. III.

MAndarunt Domini, quòd diuiſio iuriſdictionis, & caſtri fiat modo infraſcripto.

1 Primo quòd illuſtris d. Iacobus adminiſtret † iuriſdictionem primis quatuor menſibus anni, & alij condomini pro cæteris octo menſibus. In hoc placuit doctrina Felini per informātes adducta in c. prudentiam. num. 3. & 5. verſ. ſed quod erit remedium de offic. deleg.
2 Secundo quòd fructus † diuidantur pro rata, & aſſignetur tertia eidem d. Iacobo.
3 Tertio quòd eligantur periti † ad diuidendam arcem, & ad aſſignandam tertiam illius partem d. domino Iacobo. & hęc non obſtante inhibitione relaxata per R. P. D. Blanchet-
4 tum, quia habet clauſulam, ſine præiudicio † legitimæ executionis.

Vlixbonen. adminiſtrationis capellaniæ de Trauaza. Lunæ. 28. Februarij 1575.

EPITOME.

VAlore expreſſo in impetratione non probato, ſententia remanet notoriè iniuſta, & non eſt exequenda.

SVMMAE.

1 *Sententia notoriè iniuſta non eſt exequenda.*
2 *Adminiſtratio ſi datur in titulum, habet locum regula de valore.*
3 *Valor probandus eſt de eodem anno.*
4 *Confeſsio nō probatur per teſtes ſingulares de ſtylo Rote.*
5 *Teſtes mille ſingulares tantum probant, quantum vnus.*
6 *Excipiens iura ex aduerſo producta non eſſe in forma probanti, audiendus eſt.*
7 *Regula de annali inficit etiam ſententiam ob decretum irritans, & impedit executionem.*
8 *Regula de annali non intrat, quādo non ſumus in beneficio.*

PRAESVPPOSITA.

Stante ſententia, re iudicata, ac intimatione executorialium. 1
Commiſsione reſtitutionis in integrum, & illius reformatione. 2

DVBIVM.

An in caſu, de quo agitur, Saluator ſit audiendus, non parito iudicato quoad poſſeſsionem?

97. DECISIO. alioqui. IV.

SI valor, prout fuit reſolutum 8. Februarij. 1574. non eſt probatus, nullum videtur du-
1 bium non † eſſe exequendam ſententiam, quia

ea

ea remanet notoriè iniuſta. Alex. cõſ. 104. nu. primo lib. 4. Pariſ. 54. num. 2. lib. 4. Et apud ali quot ex Dominis non habebat difficultatem,
2 quòd, ſi illa † adminiſtratio datur in titulum, in ea habet locũ regula de valore, vt de hoſpitalibus dicit Sarnen. de val. q. 4. Nunc autem informatur contra reſolutionem prædictam.

Ad rationem pro Balthaſare allegatam, nẽpe quòd, cum ſit probata confeſſio Saluatoris ante, & poſt impetrationem, debeant præſumi media, reſpondebatur. Et primò quoad primã confeſſionem, quòd illa eſt ferè per 24. annos ante impetrationem, quia articuli fuerunt dati de anno 1541. impetratio verò de anno 1564.
3 valor † autem debet probari de eodem anno.

Quo verò ad aliam confeſſionem probatam per teſtes, ex quo illi ſunt ſingulares, quia vnus dicit, in palacio Capranicę, alter propè plateã
4 Capranicæ, Rota non † tenet illam concluſionem, quòd confeſſio probetur per teſtes ſingulares. Caccial. in l. admonendi. num. 206. Alciat. conſ. 372. nu. 2. Maximè quia, ſi vellemus, quòd teſtes iſti ſingulares ſufficerent, induce-
5 rentur duo ſpecialia. Cum enim tantum † probent mille teſtes ſingulares, quantum vnus, induceretur primum, quòd probaret valorem teſtis vnicus: induceretur ſecundum, nẽpè, etiam quòd ipſe non percutiat tempus impetrationis. quod proculdubio eſſet abſurdum.

Opponitur etiã de fundatione, & quòd Balthaſar non habet qualitates requiſitas in fun-
6 datione. Ex aduerſo replicatur, quòd non † eſt in forma probanti, ideo fundatio eſt videnda.

Opponitur etiam de regula de annali, quæ
7 ſi intrat, & † inficeret etiam ſententiam ob decretum irritans, & impediret executionẽ. Caſſad. ſup. reg. 12. num. 6. Ex aduerſo replicatur,
8 quòd non † intrat regula, quia non ſumus in beneficio. Sarnen. q. 20. de anna. Quidam dubitabant de hoc fundamento, quia & ſi aliàs Rota dixerit, quòd non eramus in beneficio, quia ex parte Balthaſaris nondum fuerat probatum, quòd ſoleret dari in titulum beneficij, ſed ſi poſtea id eſt probatum, non videbant, quare non haberet locum. Dicitur quoque, quòd Saluator non erat annalis pacificus, ſed hoc eſt firmandum in facto.

Romana fideicomiſsi de Martellis. Lunæ. 20. Iunij 1575.

EPITOME.

DEcretum de immittendo in poſſeſsionem interpoſitum ad fauorem aliorum, quàm comprehenſorum in citatione, eſt nullum.

S V M M Æ.

1 *Aegidij conſtitutio Marchiæ non requirit ſententiam.*
2 *Decretum eſt nullum, ſi factum reperitur ad fauorem non nominatorum in citatione ad illud.*
3 *Decretum indiuiduum non ſuſtinetur reſpectu eius, ad cuius inſtantiam non fuit facta citatio.*
4 *Remedium l. final. de edict. diu. Adr. non competit venientibus ab inteſtato.*
5 *Contradictores legitimi qui dicantur in terminis l. fin. C. de edict. diu. Adri.*

D V B I V M.

An mandatum de manutenendo per d. Auditorem Cameræ ad fauorem Hortenſij Cõſtantini decretum, & relaxatum, & executio illius vigore facta ſint nulla?

98. DECISIO. alioqui. V.

ERat aliqua controuerſia, an ex eo, quia cõmiſſio dicit, quòd ſit locus Egidianæ, exequatur ſententiam, &c. ſi non adeſt ſententia, potuerit exequi?

Et aliqui credebant non videri potuiſſe exequi ſententiam, quæ non eſſet. non entis enim &c. Subdebatur tamen per alios, q, ſi in cõmiſſione adeſt clauſula, vel aliàs, &c. ſit locus executioni, exequatur. ſimpliciter fortaſsè poſſit ſuſtineri, quia potuit procedi per viam decreti. Nã
1 conſtitutio † Aegidij lib. 5. cap. 2. inter conſtitutiones Marchiæ non requirit ſententiam, ſed dicit, nec in caſu momentaneę poſſeſſionis &c. & paulo infra, ſuamque ſententiam, & proceſſum, & actum à quo, ſeu à qua extiterit appellatum, perinde executioni debitæ demandari, ac ſi talis appellatio interpoſita non fuiſſet. Sed benè erant concordes Domini fuiſſe nullum decretum Aud. Cam. de immittendo in poſſeſſionem, de qua agitur, ex quo eſt interpo
2 ſitum citatis Martellis † ad inſtantiam Hortenſij, vti vniuerſalis hæredis, & poſtea fit decretũ etiam ad fauorem ſororum. d. Hortenſij: reſpectu ipſarum enim decretum eſt parte non citata. Bart. in l. aut qui alium. ff. quod vi aut clam.
3 Nec poteſt ſuſtineri † reſpectu Hortenſij, quia eſt indiuiduum. Afflict. alleg. deciſ. 218. num. 4. benè dec. conſ. 403. num. 20. 21. & ſubdebant aliqui Domini, tale decretum apertè videri notoriè iniuſtum; In primis quia dicitur immiſſionem fuiſſe vigore l. fin. C. de edict.
4 diu. Adr. toll. quod † remedium non competit venientibus ad inteſtato. Menoc. in 4. remed. adipiſc. num. 85. cum ſeq.

Præterea reſpectu legati habitationis domus non videbant, cur illud non expirauerit, cum tunc conſtaret notoriè de non iure petentis immiſſionem.

Quoad loca Montiũ pariter ſecundùm aliquos erant in poſſeſſione de voluntate Hortẽ-
5 ſiij: quo caſu ſaltem erant effecti † legitimi contradictores, vt per Deci. in d. l. fin. num. 48. Et licèt fuerit reſeruatum Hortenſio, vt audiretur ſuper dicta iniuſtitia; tamen prædicta duo capita fuerunt nunc reſoluta, & firmata, nempe nullitas decreti reſpectu indiuiduitatis pręd ictæ. Item notoria iniuſtitia ſuper capite habitationis iam extinctæ, & finitæ per mortem Franciſci. Item ſtante ceſſione illorum de Martellis facta in actis non placuit haberi rationem de attentatis oppoſitis: quia huiuſmodi ceſsio ſeruit pro ſufficienti purgatione, quæ nec verè videbantur attentata aliquibus ex Dominis &c.

Romana ſupplementi dotis. Veneris. 1. Iulij 1575.

EPITOME.

SEntentia hæc notoriè iniuſta non dicitur.

SVMMAE.

1 *Confeſsio patris in eius teſtamento facta ad fauorem filia, non nocet tertio.*
2 *Producens ſcripturam, non approbat in ea enunciata.*

PRAESVPPOSITA.

Stante teſtamento per q. Io. Petrum condito, fol. 24. 1
Et inuentario per d. Baptiſtam facto poſt mortem d. q. Io. Petri. 2
Et ſtatuto vrbis c. 82. lib. 1. 3
Et alio ſtatuto vrbis cap 85, eod. lib. 4
Et petitione facta in actis per Franciſcum Antonium, vti maritum, & aſſertum procuratorem Bernardinæ eius vxoris, fol. 130. 5
Et exceptionibus articulatis pro parte Io. Baptiſtæ in actis datis, in quibus narrat maximam ortam fuiſſe inimicitiam inter d. Io. Petrum, & Bernardinam, & maleuolentiã, ex eo quia ipſa nupſit Franciſco Antonio, ſine conſenſu, imò contra eiuſdem Io. Petri voluntatem. 6
Et pręfixione termini trium dierum Io. Baptiſtæ, ſeu veriùs aſſerto eius procuratori facta ad probandum, quicquid vult, & poteſt per omne genus probationum, fol. 14. 7
Et reſolutione facta per Rotam in fauorem Io. Baptiſtæ ſub die 4. Martij 1575. in qua fuit dictum, quòd Bernardina audiretur, ſi vellet particulariter informare. 8
Et ſentẽtia lata in fauorem Bernardinæ, quæ tranſitum fecit in rem iudicatam, fol. 138. 9
Et quòd non conſtet in actis de aliqua dotatione paterna, niſi modo, quo ſupra, quorum omnium in neceſſarijs copia detur. 10

DVBIVM.

An ſententia lata in fauorem Bernardinæ pro ſupplemento ſuæ congruæ dotis, ſit notoriè iniuſta in caſu, de quo agitur?

99. DECISIO. Alioq. VI.

CVm non conſtiterit coram Gubernatore de dote, nihil videtur deduci, cur eius ſententia fuerit notoriè iniuſta, quia ſtatuta requirunt, quòd filia ſit dotata vel inter viuos, vel in ipſo teſtamento; & tamen de hac dote non cõſtat non ex inſtrumento, quia non fuit produ-
1 ctum; non ex teſtamento, quia confeſſio, † ſiue aſſertio patris non potuit nocere tertio. Pariſ. conſ. 19. num. 60. lib. 3.

Et quamuis fuerit productũ à Bernardina, non propterea cenſetur approbaſſe teſtamentum, quia alioquin nihil petere potuiſſet, ſed magis productum fuit impugnatiuè.

2 Pręterea producens † ſcripturam, nõ approbat in ea enunciata. Pariſ. in c. cum venerabilis. num. 58. de except.

Ex quibus, & alijs fuit reſolutum ex hactenus deductis nõ conſtare de notoria iniuſtitia ſententiæ Gubernatoris: ſi verò inde aliquid deducatur, ex quo detegatur iniuſtitia, videndum erit, quid releuet.

Iſpalen. penſionis 200. ducat. Veneris 4. Nouembris 1575.

EPITOME.

SEntentia ſaluatur à nullitatibus ob citationem factam domi ad ſententiam, ob mandati defectum, item iuriſdictionis ex ſuſpenſione petitorij, & ob clauſulam commiſsionis, ſine retardatione ſolutionis penſionis arbitrio Rotæ.

SVMMAE.

1 *Citatio ad ſententiam facta domi iſto in caſu ſufficit.*
2 *Citatio ad ſententiam ex ſtylo Rota ſufficit, quòd facta ſit domi, & in acie campi Floræ.*
3 *Mandati clauſulæ quæ ſufficiant iſto in caſu?*
4 *Petitorij ſuſpenſio præiudicat in eodem iudicio, & inter eaſdem*

caſdem perſonas, non autem inter diuerſas. & quando dicatur à petitorio receſſum? num. 5.

6 Clauſula, ob non paritionẽ literarum reſeruationis penſionis, continet petitorium.

7 Clauſula commiſsionis, ſine retardatione ſolutionis penſionis arbitrio Rotæ, intelligitur de arbitrio, prout de iure, vt ſcilicet is manuteneatur in quaſi poſſeßione exigendi, limita prout. num. 8.

9 Agenti iudicio retinendæ, obſtat exceptio rei iudicatæ in petitorio.

PRAESVPPOSITA.

Suppoſita citatione ad ſententiam facta in vltima audientia ante vacationes, inſtante procuratore Didaci, & obtinente à R. P. D. Verallo committi duobus curſoribus, vt citarent procuratorem Dominici per diligentias ad ſententiam, qui retulerũt eas feciſſe, & illo non reperto, citaſſe domi, & in acie campi Floræ. 1

Item clauſulis mandati, videlicet ad omnes, & ſingulas lites, cauſas, & negocia, ciuiles, & criminales, motas, & mouendas actiuè, & paſsiuè contra quaſcumque perſonas, quauis occaſione, ratione, & cauſa. 2

DVBIVM.

An in caſu, de quo agitur, ſententia R. P. D. Veralli poſsit dici nulla ad effectũ, vt Didacus ſit reintrudẽdus?

100. DECISIO. alioqui. VII.

FVit dictum per Dominos nullitatem ex defectu citationis ad ſententiam domi, non factis diligentijs non eſſe conſiderabilem, tum
1 quia citatio † ad domum ſufficit. Rot. de dol. & cont. deciſ. 8. in ant. & deciſ. 1. eod. tit. in nou.
2 tum maximè quia dicta citatio eſt † ſecundùm ſtylum, cum fuerit facta in acie campi Floræ & ad domum ſecundùm ſolitum. c. cauſam. & ibi gloſ. de dol. & contum. Socin. in tract. de citatione. artic. 18. num. 22. Cardin. in clem. 1. q. 2. de iudic. Alex. in l. 4. §. prætor ait. num. 2. ff. de dan. infe. & conſ. 2. lib. 3. Et licèt relatio non adſit per vnum curſorẽ de diligentia prius facta, dictum eſt ſufficere, quòd adſit per duos iuxta decretum d. Veralli, & viſa eſt hæc obiectio Dominis multùm leuis.

Altera nullitas ex defectu mandati pariter
3 non placuit. Nam imò clauſulæ † mandati ex aduerſo ponderatæ viſæ ſunt ſufficiẽtes, & placuit alleg. deciſ. Aegid. 5. quam ſequitur Felin. in c. ſedes. col. 10. verſ. cõſidera. 4. de reſcript. Rot. deciſ. 375. in nou. & in illa Cæſar Auguſt. 9. Decembris coram R. P. D. Decano de anno 1562.

Alia nullitas ex defectu iuriſdictionis, quia eſſet ſuſpenſum petitorium coram A. C. pari-
4 ter non placuit. Quia ſuſpenſio † petitorij præiudicat in eodem iudicio, & inter eaſdem perſonas, non autem inter diuerſas. Suſpenſio ergo facta inter Dominicum, & Alphonſum non præiudicabit in alio iudicio Dominici cũ Didaco, cum maximè Didacus noua perſona nouam etiam commiſſionem iactationum obtinuerit.

Et ſi etiam poſſet dici non eſſe nouum iudicium, quòd ex præteritis non placebat; tamen
5 reſpondebatur per Dominos eſſe receſſum † à dicta ſuſpenſione petitorij per ipſum Dominicum penſionarium, quatenus ipſe obtinuerat ab A. C. poſt dictam ſuſpenſionem petitorij declaratoriam contra Didacum ob non pari-
6 tionem literarum: quæ clauſula, † ob non paritionem literarum reſeruationis penſionis, continet petitorium, & canonizationẽ literarum, vnde facto eiuſdem Dominici petentis dicta ſuſpenſio eſt ſublata: & ſic iſta etiam nullitas nõ placebat.

Alia nullitas in dicta ſententia D. Veralli viſa eſt Dominis conſiderabilis ex defectu iuriſdictionis, nempè quia commiſſio Didaci fuit reformata, vt ſtaret ſine retardatione ſolutionis pẽſionis arbitrio Rotæ. Quod intelligi de-
7 buit, † prout de iure .l. fin. §. ſed & ſi. vbi Bart. num. 16. C. comm. de lega. Pariſ. conſ. 8. num. 21. lib. 4. Peregrin. deciſ. 239. circa finem. lib. 2. cum alijs per informantes allegatis: ſed de iure erat, quòd conſtito de literis, & de poſſeſſione Dominici, q deberet procedi cum dicta clauſula, & manuteneri in ſua poſſeſſione, nec debuit præiudicari Dominico in hoc ſuo iudicio poſſeſſorio, per progreſſum, & expeditionem in petitorio,

Sed & reſpondebatur, quia, cùm præcede-
8 rent tres ſententiæ † ſuper nullitate penſionis, ſuper qua conſenſus erat præſtitus, & conſequenter cum conſtaret de notorio non iure penſionarij in petitorio, idem penſionarius erat manutenendus in dicta poſſeſſione: quia
9 agenti iudicio retinendæ † obſtat exceptio rei iudicatæ in petitorio. Rip. in §. nihil commune. num. 97. l. naturaliter. ff. de acquir. poſſ. poſt alios omnes ibi. Cardin. in clement. vnica. q. 15. cum ſeq. de cauſ. poſſ. & prop.

Dubitabant tamẽ Dñi, an illæ ſentẽtiæ nocerent Dominico penſionario, & an ipſe fuerit legitimè citatus in illo iudicio, vt ſibi obſtet dicta exceptio rei iudicatæ, an magis dicatur res inter alios acta. Voluerunt igitur in ſpecie de hoc dubitari, an exceptio rei iudicatæ obſtet Dominico agenti retinendæ in caſu, de quo agitur.

Iſpalen. penſionis 200. ducat. Veneris. 9. Decembris 1575.

EPITOME.

Sententia abſoluens à ſolutione penſionis, eſt valida, nõ obſtãte, quòd commiſsio habeat clauſulam, ſine retardatione executionis arbitrio Rotę, quę ſuſpendit, & limitat iuriſdictionem.

SVMMAE.

1 *Clauſula, ſine retardatione ſolutionis, limitat iuriſdictionẽ.*
2 *Clauſula arbitrio Rotæ intelligitur, prout de iure.*
3 *Poſſeſſor quilibet eſt de iure manutenendus in ſua poßeſſione.*
4 *Petitorium ſi ab vno intentatur, & ab alio poſſeſſorium retinendæ, vtrumque iudicium procedit, & quare.*
5 *Actor ſi vult relevari ab onere probãdi in incorporalibus, debet prius terminari poſſeſſorium. intellige, prout num 6.*
7 *Nullitatis iudicium prius expediendũ eſt, quando eſt præiudiciale, & abſorbens poſſeſſorium.*
8 *Reus dicitur committens cauſam iactationum, & moleſtationum. intellige, prout num. 9.*
10 *Iudicium magis præiudiciale prius eſt decidendum.*
11 *Poſſeſsio, quæ eſt contra ius, & quæ imponit ſeruitutem beneficio, & repugnat primo ſtatui beneficij, non releuat ab onere probandi.*
12 *Delegantis ſtylus quando non eſt à delegato ſeruandus?*
13 *Executio penſionis negatur, etiam ſtante clauſula, ſine retardatione &c. quando conſtat de vitio in ventre, & ſic de non iure actoris.*

DVBIVM.

An virtute clauſulæ, arbitrio Rotæ, de qua in commiſsione cauſæ pro parte Didaci præſentata, & alijs deducendis, ſententia, de qua agitur, poſsit ſuſtineri à prætenſo vitio nullitatis?

101. DECISIO. alioqui. VIII.

DOmini erant pro validitate ſententię, etiã
1 fatendo, vt verum eſt, quòd clauſula, † ſine retardatione, &c. ſuſpendat, vel limitet iuriſdictionem.
2 Item quòd clauſula, † arbitrio Rotę, intelligatur, prout de iure, per allegata. & mouebantur ex infraſcriptis. Nam licèt de iure ſit, quòd
3 quilibet † in ſua poſſeſſione manuteneatur; tamen de iure non eſt, quòd, quando ab vno in-
4 tẽtatur petitoriũ, † & ab alio intẽtatur poſſeſſorium retinendæ (quia intentans petitorium, hoc caſu non contendit ſe poſſidere) poſſeſſorium ſuſpendat petitorium, imò iſto caſu vtrũque iudicium procedit. Bart. in §. nihil commune. in 4. concl. nu. 26. & ibi benè Rip. num. 164. l. naturaliter ff. de acquir. poſſ. vbi dicũt, quod facilius admittitur cumulatio in hoc caſu, quando intentatur à diuerſis, quia non poteſt intrare obiectum contrarietatis. Quod idem etiam dicit Crot. conſ. 105. num. 3. Menoch. de retin. in 3. remed. num. 533.

Quo ita ſtante, dicebant ſententiam, de qua agitur, eſſe validam. Nam, ſi clauſula, arbitrio Rotæ, intelligatur prout de iure, de iure eſt, vt dixi, quòd poſſeſſorium retinendæ non ſuſpendat petitorium, quando ab vno intentatur petitoriũ, & ab alio poſſeſſorium retinendæ, ſi nõ cõtendãt eadem poſſeſſione ſe poſſidere, quia nulla regula impedit hunc concurſum ex ſupra, & alijs allegatis.

Non obſtant, quæ in contrarium adducun-
5 tur, & primo quòd in † incorporalibus, ſi actor velit releuari ab onere probandi, prius debet terminari poſſeſſoriũ. Bart. in d. §. nihil commune. num. 18. cum alijs alleg. Quia doctr. Bart. ibi
6 procedit, quando † ab eadem perſona, nempe ab actore intentatur petitoriũ, et poſſeſſorium, at hic ſecus eſt. Nam prius fuit actum de nullitate pẽſionis per Didacum, & Dominicus aduerſarius intentauit remedium retinẽdæ, & ita loquuntur Docto. alleg. Imò iſto caſu videretur prius procedendum ſuper iudicio nullita-
7 tis, † quod eſt præiudiciale, & abſorbens poſſeſſorium. Bald in l. ordinarij. num. 13. C. de rei vendic.
8 Et ſi dicatur, quòd Didacus remanet reus, † quia commiſit cauſam iactationum &c. Reſpõ-
9 detur, quòd & ſi † quoad introductionem iudicij ſit reus; tamen in ſua exceptione eſt actor, quia tenetur docere de nullitate penſionis.

Dicebatur inſuper, ſi velimus, quòd Didacus ſit reus, ſequitur, quòd Dominicus aduerſarius erit actor, qui intentat poſſeſſorium, & Didacus reus, qui intentat petitorium, & in vtroque caſu videtur idem dicendum, quia de-
10 bet prius decidi † iudicium magis pręiudiciale, & quod aliud abſorbet.

Secundo dicebatur, quòd nec in abſtracto, nec in concreto procedit oppoſitio. Nam in abſtracto non procedit, quia, etiam quòd eſſemus in caſu, in quo ab eodem intentaretur petitorium, & poſseſsorium ſuper penſione, non haberet locum illa ratio, quòd ideo deberet prius terminari poſseſsionis retinendę, vt poſſeſſor releuetur ab onere probandi. Quia hæc
11 poſſeſſio, † quę eſt contra ius, & quę imponit ſeruitutem beneficio, & repugnat primo ſtatui

tui beneficij, non releuat ab onere probandi. Bart.in l.ſi prius.ff. de nou.oper.nunc.latiſſimè Io.Ant.Rub.in d. §. nihil commune. nu. 289. cum ſeq.

In concreto autem non applicatur, quia cũ Didacus diceret penſionem nullam, ipſe non poterat prętendere, quòd poſſeſſio ſua releuaret eum ab onere probandi. Nam ipſe aliquam poſſeſſionem non contendebat, & propterea non poteſt prædicta oppoſitio applicari huic caſui.

Non obſtat, quòd ſignatura, quãdo conſtat de poſſeſſione, det clauſulam, ſine retardatione &c. Quia remiſit in caſu noſtro hanc materiam ad Rotam, vt procedat cum ea, vel ſine, arbitrio ſuo, & ſic prout de iure.

Vnde ſubdebant aliqui ex Dominis, quòd licèt ſignatura appoſuerit hanc clauſulam ſeruãdo ſuum ſtlyum; tamen in hoc caſu ſtante clauſula, arbitrio, quę, vt ſupra dictum eſt, exponi-
12 tur, prout de iure, ſtylus † delegantis non eſt ſeruandus à delegato, ſed magis ſeruanda eſt diſpoſitio iuris communis, quia in hoc nulla videtur differentia inter ordinarium, & delegatũ. Ioan. And.in rub.de conſ.col.fin. vbi Ant. de Butr.num.8. quos alij doctores ſequuntur, videlicet Alex.in l.ſolet.de iuriſdict. om. iud. quicquid dixerit Ang.in l. mandata. & in l.& ſi prætor.ff. de off. eius &c.

Addebant alij pro confirmatione prędictorum, quòd etiam, vbi eſt clauſula ſimplex ſine retardatione, ſiue alia clauſula, arbitrio, tamen
13 denegatur executio, † quando conſtat de vicio in ventre, & ſic de non iure. Sarnen.in compend. ſignat.num.84.cum ſeq. Caſſad.deciſ.10. de reſcript. Achil. deciſ.1. de penſion.itęm 5. de commiſſ.cum ſimil.

Quæ dicuntur de poſſeſſorio recuperando non obſtant, quia non eſt intentatum remediũ recuperandæ. Fuit in id etiã allegata deciſ. Afflict.155.n. 2. & 3. Et interea propoſito dubio iam dicto, die Vener.27.Ianuarij 1576. Domini ſteterunt in deciſis.

Lunen, Sarzanen. honorum. Lunæ. 20. Februarij. 1576.

E P I T O M E.

SEntẽtiæ nullitates oppoſitæ, eo quia actio perſonalis fuit intentata, & particulares citati, ſi ſua putarent intereſſe, condemnati ſunt, item, ex quo teſtes examinati apparent vaga cum citatione ad videndum eos iurare ſingulis diebus, & horis, reijciuntur.

S V M M AE.

1 *Actio perſonalis quando non competat?*
2 *Re iuendicatione agens, probare debet dominium.*
3 *Particulares citati ſi ſua putauerint intereſſe, quando poſſunt principaliter in ſententia condemnari?*
4 *Citatus ſi ſua putauerit intereſſe, quando dicatur reus neceſſarius?*
5 *Proteſtatio contrario facto, non releuat proteſtantem.*
6 *Citatio ad videndum iurare teſtes pro ſingulis diebus, & horis, an tamquam nimis vaga ſit nulla.*
7 *Recuſationis cauſa ſi non eſt vera, validè iudex procedit ad vlteriora in cauſa.*
8 *Recuſans iudicem, ſi poſtea comparet in cauſa ſimpliciter, & abſque aliqua proteſtatione, conualidat proceſſum.*
9 *Recuſatione iudicis propoſita, ſi fuerunt electi arbitri, & datus terminus, in quo nihil fuit probatum, validè iudex poſtea procedit.*

D V B I V M.

An nullitates pro parte communitatis Ameliæ, & litis conſortũ oppoſitæ, militẽt in caſu, de quo agitur?

102. DECISIO. alioqui. IX.

NVllitates oppoſitæ non placuerunt Dominis præter duas, ſcilicet ſuſpicionis, & actionis intentatę cõtra homines particulares.
1 Non enim placuit dari actionem † perſonalem capitulo, ex adducto conſ. Bertr.3. nu. 30. vol. 3. quia non adeſt contractus, vel aliquid, propter quod detur canonicis actio perſonalis, prout nec rei vendicatio, quoniam canonici nõ
2 probarunt dominium † in tali actione requiſitũ, vulg. leg. cum ſuper.& l.fin. C.de rei vendicat. cum vulgar.

Prout nõ placuit, quòd particulares fuerint
3 citati, ſi † ſua putauerint intereſſe, & poſtea principaliter in ſententia condẽnentur ratione terrarum, quas conduxerunt à communitate, ex Feli. in. c.cum inter.ſub num. 12. de excepti. Quia in hac cauſæ commiſſione adeſt clauſula, cum poteſtate citandi omnes ſua intereſſe putantes, & in executione citationis iſti particulares fuerũt nominatim citati cum comminatione, quòd in eorum contumaciam procedendum erat ad vlteriora, & ipſi comparuerunt in iudicio, ſe defenderunt, & cum eis ſeruati fuerunt omnes termini ſubſtantiales, ideo potuit contra eos ferri ſententia. Bellam. deciſ. 11. ſi cõmittitur cauſa. & habetur in deciſ. Rotę. 419. ſi impetratur commiſsio. in nou. adeo vt

verè

4 verè † fuerint rei neceſſarii, vt per Roland. ex
aduerſo adductum conſ. 29.num. 18.li.2.& pla
cuit conſilium Decij 187.ſub num. 3. & in fin.
verſ.non obſtat, vbi confutare videtur illã pro-
5 teſtationem tanquam contrariam † facto pro-
ductam à citatis, quòd intendebant compare-
re, niſi quatenus legitimè citati eſſent.

Neque placuit oppoſitio contra examen te-
ſtium, eo quia facta ſit citatio ad videndum iu-
6 rare teſtes † pro ſingulis diebus, & horis, & ſic
nulliter, ex quo citatio hęc videtur nimis vaga,
& ſpeciem ſeruitutis inducẽs, Pute. deciſ. 258.
incip. die 6. Februarij 1541. in fin. lib. 1. Cot-
ta deciſ. 153. Creſcent. deciſ. 2. & 44. Primo,
nam dicta citatio facta fuit die ſeptima Augu-
ſti, & terminus probatorius non niſi ad 14. di-
cti menſis extendebatur, intra quem teſtes ipſi
jurarunt: Vnde non videtur adeo vaga, vt dicti
teſtes ſint repellendi ex notatis per Ant. Aug.
in eius repertor. de dol. & contumac. cap. 22.
Secundo præſertim attento communi ſtylo cu
riæ, pro quo facit Bal. in l. 1 nu. 5. ff. ſi quis cau-
tio. & in l. ſi quando. num. 4. verſ. & ideo ſi aduo
cati. C. de teſti. Abb. in. c. fin. num. 11. de dila-
tio. Felin. in c. 2. num. 30. fallent. 3. de teſt. cum
ſimil. Tertio, nam pars adeo citata comparuit,
dedit interrogatoria, & nominauit eius inter-
pretem, cum quibus fuerunt ipſi teſtes exami-
nati, & ideo ceſſare videtur omne dubium, vt
per Ant. Aug. vbi ſupra.

Dixerunt tamen Domini, quòd videatur,
an ſententia hęc ſit iuſta, vel iniuſta, ex quo in-
feretur, an ea ſtante, potuerit capitulum agere
rei uendicatione.

Fuit igitur dictum, quòd viſa d. ſententia, da
bitur reſolutio, vel quòd firmetur in facto, an
7 verè non adſit cauſa † ſuſpicionis, ita vt intret
conſilium Neuiz. allegatum 36. num. 4. in fine.
vel poſt recuſationem huiuſmodi, ſi ipſi recu-
8 ſantes comparuerunt † ſimpliciter in cauſa, ita
vt conualidauerint acta, prout fuit tentum in il
la Palentina caſtri Sarmati, de quá in deciſ. 143.
Io. Paul. Put. deciſ. 24. & 27. de iudic. cum
alijs per informantes adductis: vel ſi fuerint ele
9 cti † arbitri, & in termino nil fuit circa recuſa-
tionum cauſas probatum, ita vt prætendi poſ-
ſit validè fuiſse ad vlteriora proceſſum. c. cum
ſpeciali. iuncta gloſ. & doctor. de appellat. c. le
gitima. eo. tit. lib. 6.

Iſpalen. penſionis 200. ducat. Lunæ.
28. Maij. 1576.

EPITOME.

SEntentia abſolutoria à ſolutione pen
ſionis, non dicitur iniuſta, ſi non conſta-
bat diſpenſationem ab hæreſi eſſe iuſti-
ficatam.

SVMMAE.

1 *Diſpenſationem eſſe iuſtificatam conſtare debet.*
2 *Guid. Papa deciſ. 629. confutatur.*
3 *Poſſeßio contra, vel præter ius quæ dicatur?*
4 *Poſſeßio contra ius non releuat ab onere probandi.*
5 *Probandi ab onere quando quis vult releuari in incorpo-
ralibus, an debeat prius expediri poſſeſſorium.*
6 *Exceptio requirens altiorem indaginem non admittitur,
quando literæ ſunt expeditæ, & conſtat de poſſeſſione.*
7 *Exceptio dicitur non requirere altiorem indaginem, quan-
do in actis non apparet de iuſtificatione diſpenſationis.*
8 *Poſſeſſor præſumitur dominus, quando incidenter dominiũ
allegatur, ſecus ſi principaliter.*
9 *Poſsidens beneficium, non iuſtificata diſpenſatione, non ha-
bet ius in eo, & propterea fruſtra conſentit penſioni, &
eius ſolutioni.*
10 *Petitorium ſi ab vno proponitur, & ab alio poſſeſſorium,
vnica ſentẽtia ambo terminari debent et ſi ſecus fiat nõ
tamen oritur nullitas, num. 11. ſed bene grauamen ſuffi-
ciens ad obtinendam reſtitutionem.*
12 *Iniuſtitia etiam non notoria ſufficit ad retractandam ſen-
tentiam, etiam in iudicatum tranſactam, præſertim corã
ſupremis tribunalibus num. 13.*
13 *Poſſeſſorio ſummariiſsimo quando ſit locus, pendente ordi-
nario?*

PRAESVPPOSITVM.

Stantibus reſolutionibus in hac cauſa factis. 1

DVBIVM.

An ſententia Reuerendiſsimi Domini Veralli fue-
rit notoriè iniuſta, in caſu, & ad effectum, de quo
agitur?

103. DECISIO. alioqui. X.

REſolutum fuit ſententiam abſolutoriam,
de qua agitur, non eſſe iniuſtam, ſtante il-
legitimitate Mudarræ reſignantis. Et licet alle
garetur diſpenſatio ſuper ea, tamen non cõſta-
1 bat † eam eſſe iuſtificatam. Et cum iam fuerit
deciſum, quòd hoc poſſeſſorium non ſuſpen-
debat petitorium, benè potuit ferri ſententia
abſolutoria in petitorio ex prędicto capite,
quia diſpenſatio non erat iuſtificata &c. Nam
hæc poſseſsio non eſt præter ius, quicquid di-
2 cat Guid. Pap. † in deciſ. 629. per tot. & ſignã-
3 ter in fin. in verſ. iſta poſseſsio eſt pręter ius, †
4 ſed magis eſt contra ius, & non † releuat ab
onere probandi, vt fuit reſolutum in vna Pla-
centina coram R. P. D. Robuſterio de anno
1570. vel 1571.
5 Nec obſtat, quòd, quando † quis vult releua
ri ab

ri ab onere probandi in incorporalibus, debet
prius expediri poſseſsorium,non intentabatur
ab eadem perſona, vt iam fuit reſolutum co-
rā me,ex qua reſolutione reſultat ratio diuer-
ſitatis, &c,
6 Non obſtat, quòd, quando literæ † ſunt ex-
peditæ, & conſtat de poſseſsione, non admit-
tantur tunc exceptiones requirentes altiorem
7 indaginē: quia hęc exceptio † non requirebat
altiorem indaginem,ex quo in actis non appa
rebat de iuſtificatione diſpenſationis.
8 Non obſtat, quòd poſseſsor † pręſumatur
dominus, quando incidenter dominium alle-
gatur, quia hic principaliter de dominio quæ-
rebatur,cum eſset commiſsa cauſa ſuper nulli-
tate &c.
Secundo quia poſseſsio contra ius, vt dictū
eſt,non releuat ab onere probandi.
Non obſtat, quòd conſenſerint huic pēſio-
ni, & eius ſolutioni,exiſtentes in poſseſsione
9 beneficij: quia taliter exiſtentes † in poſſeſſio-
ne, ex quo diſpenſatio non eſt iuſtificata, non
habebant ius, & conſequenter per hoc non
tollitur, quin ſententia ſit iuſta.
Non obſtat, quòd auctor Didaci conſenſe-
rit ipſe huic penſioni,quia hoc eſſet videndum
particulariter,& potius reſolutio innuit cōtra-
rium, quatenus in prædicto conſenſu vocatur
prętenſa penſio &c.
Ad effectum tamen pręſentis diſputationis
aliqui Domini dubitabant, an poſſet dici,quòd
nihilominus idem R.P.D.iudex in dicta ſentē-
tia abſolutoria grauauerit Dominicum, ex eo
quòd omiſſo poſſeſſorio, pronunciauit tantùm
ſuper petitorio,& hoc cum pręſuppoſito,quòd
coram eo conſtaret de literis Dominici,& eius
quaſi poſſeſſione. Mouebantur ex communi
doctr. Bart.in §.nihil commune.num.37.l.natu
raliter.ff.de acquir. poſſ. qui vult, quòd,vbi ab
10 vno † proponitur petitorium, & ab alio poſſeſ
ſorium,debeant vnica ſententia terminari,quē
ſequuntur ibid. Fab. Accoramb. num.173.&
alij.de communi Socin.Iun.382. poſt Alex.&
11 Iaſ.ibi. Et omiſſio huiuſmodi licèt † non faciat
nullitatem, vt per Alex.ibid.num.98.tamen ne
gari non poteſt, quin faciat grauamen, quòd
fortè ſufficere poſſet ad obtinēdam reſtitutio-
nem. Nam ad hunc effectum qualiſcunq. iniu-
12 ſtitia † etiam non notoria ſufficit ad retractan-
dam ſententiam, etiam quæ tranſiuit in rem iu
dicatam, vt fuit reſolutum coram R.P.D.Sera-
phino,in vna Auximana dotis. Lunę 14. Mar-
13 tij 1576.maximè † in ſupremis tribunalibus p
deciſ. Guid. Pap.215.ſub num.8.& deciſ.368.

Quo ſtante, ijdem domini inſcrebant ſecun-
dam ſententiam,& declaratoriam poſſe confir-
mari in parte tangente poſſeſſorium, in parte
verò tangente petitorium, & reuocationem
prædictæ primæ ſententiæ,debere reuocari, ni
ſi Dominicus interim velit iuſtificare ſuas li-
teras.
Subdebant etiam Dominico videri poſſe
14 ſubueniri per † ſummariiſſimum poſſeſſorium,
etiam pēdente ordinario, vt nuperrimè fuit re-
ſolutum in illa Lucana penſionis, corā eodem
R.D.Seraphino.
Pro reſolutione tamen præſentis, & pro ve-
ritate prædictorum fuit dictum, quòd videre-
tur ſequens dubium in primis, nempe pręſup-
poſito quòd prædicta ſententia abſolutoria ſit
iuſta, an conſtet de ſufficienti cauſa reſtitutio-
nis in integrum præſtandæ Dominico in caſu,
de quo agitur? Et partes agant circa doctrinas
prædictas in d. §. nihil commune. an debuerit
poſſeſſorium, de quo conſtabat, terminari ſi-
mul cum ipſo petitorio?&c.

Paduana decimarum. Mercurij. 4. Iulij 1576.

EPITOME.

Sententia eſt nulla, ſi non fuit ſeruatus terminus citationis ad ipſam ſententiam audiendam, neque per actorem accuſata fuit contumacia partis aduerſæ non comparentis.

SVMMAE.

1 *Epiſcopi litiganti, & agenti competens iudex eſt Nuncius apoſtolicus.*
2 *Citatio ad ſententiam redditur nulla, ſi eſt circunducta, puta, quia non fuit ſeruatus terminus, nec per actorem accuſata contumacia partis aduerſa non comparentis.*
3 *Sententia prima exiſtente nulla ex defectu citationis ad ſententiam, ſecunda erit etiam nulla, quando nullitas primæ fuit principaliter deducta coram ſecundo iudice.*
4 *Iniuſtitia notoria ex actis facit nullitatem.*
5 *Poſſeſſorio in ſolo non poteſt citra nullitatem pronunciari, ſi conſtat de proprietate, quod percutere dicitur iniuſtitiam, non autem nullitatem ſententiæ, num. 6.*
7 *Iniuſtitia notoria æquiparatur nullitati.*
8 *Petitorio ſuſpenſo, quando ex probationibus ante factis conſtat de bono iure alterius, ſpoliatus non reſtituitur.*
9 *Commiſsio ſanatoria nullitatum, ſi habet clauſulam exceptiuam nullitatum ex tribus, non ſanat nullitatem citationis ad ſententiam circunducta.*

DVBIVM.

An ſententiæ in huiuſmodi cauſa latæ, ſint confirmandæ, vel annullandę.

104. DECISIO. alioqui, XI.

NVllitas ex defectu iuriſdictionis non placuit Dominis, quia eramus in ipſo Epiſco
1 po † litigāte, & agenre, vnde in eius cauſa viſus
eſt competens iudex Nuncius apoſtolicus.

2 Defectus autem citationis ad ſententiam †
viſus eſt releuans, & nullitatem claram inferēs, quatenus non fuir ſeruatus terminus, nec per actorem accuſata contumacia partis aduerſæ non comparētis, quia defectus, vt dicebant domini operatur, quòd citatio circumducta, & ſic ſenrentia redditur nulla ſine citatione. Alex. in l. ſi finita. §. Iulianus. num. 24. ff. dam. infec. Iaſ. in l. properādum. §. & ſi quidem. num. 7. C. de iudic. Rom. conſ. 454. n. 13. Tiraquell. de retract. lignag. §. 15. gloſ. 2. ſub num. 9. verſ. & idem cum pars aduerſa.

Stante ergo nullitate primę ſententię, ſe-
3 cunda etiam redditur nulla. Cum enim † coram ſecundo iudice fuerir principaliter intentata nullitas, non debuit ſecundus iudex primam confirmare, & confirmando fecit iniuſtitiam. Bart. in l. ſi vr proponis. in fin. C. quomod. & quan. iud. Bald. in l. talc pactum. §. qui prouocauit. in fin. ff. de pact. Franc. in c. dilecto. num. 25. col. 10. verſ. vltimus aduerte. de appell. Alex. conſ. 111. ſub num. 4. in verſ. ſecus quando eſſet non ſolùm appellatum, ſed etiam de nullitate dictum. vol. 5. ex Innoc. & Bart. vbi per eum, vt tunc ſententia nulla confirmari non poſſit.

4 Iniuſtitia † autem notoria ex actis facit nullitatem. Pariſ. conſ. 107. num. 9. & 11. in 4. vol. cum vulg.

Placebar etiam alia nullitas, nempè quòd
5 de dominio conſtitir, † & propterea non potuit pronunciari in ſuo poſſeſſorio. quod tamē ſuo loco erit bene diſcutiendum, & firmādum.
6 Et licèt hoc caput videatur potius percutere †
iniuſtitiam, quàm nullitatem ſententiæ; tamen infertur etiam ad nullitatem. quia hoc modo iniuſtitia † eſſet notoria, quæ ęquiparatur nul-
7 litati, vt dixi. quę nullitas comprobabatur per
8 aliquos Dominos. Nam, ſi etiam † ſuſpenſo petitorio, quando ex probationibus antea factis conſtat de bono iure alterius, ſpoliatus non reſtituitur. Aegid. deciſ. 404. cum ſeq. niſi, vt dicit Aegid. aliqualiter reddantur dubiæ probationes, ergo idem in caſu propoſito. Quod tamen caput, & alia ſuper iniuſtitia ſententiarum fuerunt reſeruata per Dominos, ſi quid releuans pro parte Epiſcopi deducatur.

Fuit autem tantùm reſolutum intrare nullitatem ex dicto capite circunductæ citationis.
9 Et licèt d. Epiſcopus obtinuerit commiſſionē †
ſanatoriam; tamen in ea explicitè excipiuntur nullitates ex tribus.

Et, dum legerem Dominis verba dictę commiſſionis, dixerunr nullitatem prædictam non eſſe ſanatam ex ea, imò in ſpecie eam exceptā, quia, vt dixi, iſte eſt defectus citationis ad ſententiam.

Romana domus de Roſis. Lunæ.
3. Decembris 1576.

EPITOME.

CReditori hypothecario agenti ex tribus conformibus ad vlteriorem executionem, obſtat exceptio compenſationis fructuum perceptorum è domo hypothecata, per eum inhabitata, ſi fructus iam dicti ſunt liquidi.

SVMMAE.

1 *Compenſatio non fit de liquido ad illiquidum.*
2 *Creditor in habitando domum hypothecatam, tenetur fructus computare in ſortem, quanti potuiſſet locari dicta domus. fallit, prout num. 5.*
3 *Creditor hypothecatam domum locare tenetur, ſi non expedit ſibi eam inhabitare. & num. 4.*
6 *Dominium non præſumitur ex poſſeſsione, quando de dominio principaliter quæritur.*
7 *Sententiæ ſunt ſtricti iuris, & latæ ſuper vno iure, vel re, non præiudicant in alio iure, vel in alia re. & num. 8.*
9 *Sententia vt præiudicet in eo, quod non exprimitur, neceſſe eſt, quòd illud tacitum de neceſsitate inferatur ex illis expreſsis.*
10 *Interpretatio ſemper facienda eſt, vt iuri ſuo quis renunciare noluerit.*
11 *Fructus ſequuntur verum dominium.*
12 *Fructus habiti per creditorem è domo ſibi non debentur habita ratione, quanti alius extraneus dictam domum conduxiſſet, ſed quanti creditor conduxiſſet.*
13 *Cautioni quando ſit locus?*

105. DECISIO. ſiue Diſcurſus. alioqui. XII.

THema facti, de quo agitur, ſtrictè ad propoſitum dubium, ſcilicet reſpectu com-
penſationis

Digitized by Google

penſationis per Iuliam in executione trium
ſententiarum Rotalium, & rei iudicatæ oppo-
ſitæ tale eſt.

Fauſtina obtinuit canonizari per tres con-
formes ſua credita, nempe creditum dotis ma-
ternę, cum ipſa à matre fuiſſet hæres inſtituta,
item creditum propriæ dotis, item portiones,
quę ſibi debebantur ratione ſucceſſionis fra-
trum pro quinta parte, & ſuper his habet tres
conformes, & inſtat pro vlteriori executione,
vt ſibi ſatisfiat.

Ex aduerſo opponitur, quòd eſt ſibi ſatisfa-
ctum. Nam Fauſtina viuente Franciſca matre,
erat in poſſeſſione huius domus, & conſequen-
ter inhabitãdo tot fructus percepit, ex quibus
eſt ſibi ſatisfactum, debet ergo compẽſare hos
fructus cum ſuo credito prædicto. De fructi-
bus à die motæ litis eſt controuerſia, quia hęre
des Fauſtinæ volunt eos excomputare, ex quo
in eis per ſententiam domini Oradini fuerunt
condemnati, ſed de fructibus perceptis vſque
ad diem motæ litis, vel ſaltem vſque ad mor-
tem Franciſcæ matris eſt controuerſia.

In qua pro reſponſione aliqui Domini exi-
ſtimabant Fauſtinam iuſta prætendere ex in-
fraſcriptis.

Primo quia trita eſt regula, quòd de liqui-
1 do † ad illiquidum non fit compenſatio. l. fin.
C. de compenſ. Alciar. conſ. 311. num. 6. cum
plur. concord. Cum autem Fauſtina habeat ſua
credita liquida per tres conformes, & iam ſit
cœpta executio, creditum Iuliæ quoad iſtos
fructus, neque quoad ſui exiſtentiam, neque
quoad quantitatem liquidum dici poteſt: hic
enim ſubſunt plures difficultates.

2 Prima eſt, quia licèt creditor † inhabitan-
do domum hypothecatam, teneatur fructus cõ
putare in ſortem, quãti potuiſſet locari iſta do-
mus. per tex. in l. ſi is qui. §. primo. ff. de pignor.
vbi Bart. Bald. & Salyc. & in l. in venditione. §.
1. ff. de bon. auct. iud. poſſ. Alex. benè conſ. 141.
num. 12. lib. 5. tamen hæc quęſtio poteſt habe
re difficultatem in hoc caſu duplici reſpectu.

Primo quia ea ratione tenetur creditor in-
habitans domum hypothecatam, computare
3 hos fructus, quia locare † eã tenetur, ſi inhabi-
tare nõ expedit ſibi. d. l. 1. §. in vẽditione. vt per
tex. in d. l. in venditione. §. 1. tenet Alex. d.
cõſ. 141. n. 12. & Negus. de pignor. in 5. mem.
5. part. n. 6. & 7. Et propterea hoc intelligen-
4 dum † eſt de re, quę locari poteſt, vt dicit Ne-
gus. vbi ſupra num. 6. Intrare ergo videtur dif-
ficultas, an iſta domus eſſet talis, quæ poſſet lo-
cari. Quia teſtes probare videntur, quòd om-
nes inſimul habitabant, nempe mater, & filij,
& fortaſſe difficile fuiſset locare partem do-
mus extraneis, cum ibi eſſent filij alij, & filiæ
Franciſcę: cum quibus non videbatur conue-
niens, quòd extranei conductores conuerſarẽ-
tur, & ſic ſaltem ex veriſimili mente Domino-
rum domus pro illa parte nõ potuiſſet locari.

Secundo quia fortè hæredes Fauſtinę pote
runt probare cõſenſum domini domus, quòd
illam Fauſtina inhabitaret, quod veriſimilitudi
nem videtur continere, quia ipſa erat filia, & ſo
ror reſpectiuè dominorum domus: quo cõſen-
5 ſu † probato, fructus computare non tenetur,
vt benè innuit Alex. dicto cõſ. 141. in fin. ver.
lib. 5.

Tertio quia teſtes aliquo modo nõ probãt,
quòd Fauſtina inhabitauerit eam partem, in
quã fuit immiſſa Iulia, cuius ratione ipſa præ-
tendit fructus. Nam Fauſtina fortè nec medie-
tatem, nec tertiam partem, fortè nec ſextam in-
habitauit, & illa pars, quam inhabitauit, non eſt
ex parte contingente Iuliæ.

Quarto quia Iulia debet docere, quòd hi
fructus ſibi debeantur. Ad hoc autem oſten-
dendum ipſa adfert vnam ſententiam pro ſe la
tã, & tres ſententias latas ad fauorẽ Fauſtinæ.

Quoad ſententiam pro ſe latam, nempe bo.
me. Oradini illa ſolùm eſt in poſſeſſorio adipi-
ſcendæ, eo quòd fuerat probata poſſeſſio Pau-
li ſimul cum matre, & alijs: Non igitur ſequitur
eo ipſo, Paulus poſſedit, ergo erat dominus do-
6 mus, quia in hoc caſu de dominio † principali-
ter quęritur: quo caſu ex poſseſsione non prę-
ſumitur dominium. Bar. in l. quidam in ſuo. per
illum tex. ff. de condit. inſtit. Rip. in l. rem, quæ
nobis. num. 52. & 53. cũ ſeq. de acqu. poſſeſ.

Deducitur autem dominium principaliter,
quia, ſi Iulia vult dicere, ego ſum creditrix ho-
rum fructuũ, quia ſum immiſſa in poſseſſionẽ,
Fauſtina poteſt ei replicare: licèt fueris immiſ-
ſa, nihilominus poſseſsio Pauli tui patris, à quo
cauſam habes, fuit iure familiaritatis, & hoc
probatur ex inſtrumento acquiſitionis medie-
tatis domus factæ à Peregrino de Cardellinis,
iuncto teſtamento Franciſcę eius filię, quæ vt
Domina diſponit de hac domo, & eam legat
Fauſtinæ deducendo, vt in vltima reſolutione,
nec pręiudicabit quoad hoc dominium ſenten
tia lata in poſseſsorio. §. nihil commune. l. natu
raliter. ff. de acquir. poſseſ.

Quoad alias tres ſententias latas ad fauo-
rem Fauſtinę, per quas eidem Fauſtinę adiudi-
catur pars inferior domus ex vno iure, nõ pro-
pterea ſequitur, quòd ſit reliqua adiudicata Iu-

7 liȩ. ſententiȩ † enim ſunt ſtricti iuriſ. l. Paulus.
8 de re iud.l.1. C.ſi plur. vna ſent. & lata † ſuper
vno iure, vel in alia re, non præiudicat in alio
iure, vel in alia re, vt ad literã dicit Rimin.conſ.
71.num.25.& 30.lib.1. Quãdo enim volumus,
9 quòd ſentẽtia † in eo, quod non exprimit, prȩ-
iudicet, neceſse eſt, quòd illud tacitum de ne-
ceſsitate inſeratur ex illis expreſsis, vt benè de
ducit Socin.conſ.251.num. 4. lib. 2.niſi velle-
mus, quòd Fauſtina ſibi præiudicauerit, & re-
nunciauerit alteri iuri iuxta exemplum, de quo
in c.vt quis duas. de elect. in 6. ſed oporteret,
quòd eſsent contraria, vt in l.1. C.de furt.& eſt
materia longioris diſcuſsionis. Maximè quia
10 ſemper eſt facienda † interpretatio, vt iuri
ſuo quis renunciare noluerit, & tantũ abeſt, vt
Iulia doceat hos fructus ad ſe pertinere, quia
imò hodie, quòd inſtrumentum eſt adminicu-
latum, conſtat, quòd iſti fructus pertinent ad
Fauſtinam, vti hæredem Franciſcæ, cuius erat
domus.

Non obſtat, ſi dicatur, quòd, ex quo eſt pro-
bata poſseſsio Pauli, ad ipſum debent pertine-
re fructus: quia vltra ſupradicta omnia, illud eſt
verum duobus concurrentibus, & quando con
ſtat de certo, & indubitato poſseſsore, & quan
11 do non conſtat de vero domino. Vbi enim † de
vero domino conſtat, fructus dominum ſequũ
tur. l. Herennius. de vſur. l. fructus. & l. ex diuer
ſo. ff. de rei vend. Tiraquell. de retract. cõuent.
§.2.nu. 34. & declarat Cephal. conſ.63. per to
tum, & prȩſertim num.19.lib. 1.

Non eſt etiam liquidũ creditũ Iuliæ quoad
12 quantitatem, quia iſti fructus † non debentur
habita ratione, quanti alius extraneus domum
conduxiſset, ſed quanti Fauſtina habitationẽ
conduxiſset. Negus. in d. 5. mem. 5. part. nu. 7.

Cum igitur iſta & in iure, & in facto ſint adeò
illiquida, nulla ratio iuſtitiæ patitur, quòd vlte
rius retardanda ſit executio. Poſset tamen pro
13 ſpici † Iuliȩ mediante cautione. Iſta erant mo-
tiua, & opiniones aliquorum Dominorum, &
quia vnus ex Dominis videbatur in contrario
voto ex rationibus in poſitione vltimo loco ha
bita relatis, cui reſponſiones ibidem adductæ
non placebant, & quia etiam alii Domini non
poterant ſatis videre, fuit dictum, quòd nil
nunc caperetur, ſed quod darentur hæc parti-
bus, & iuncta cum alijs in dicta vltima reſolu-
tione conſideratis, ponerentur loco cauſȩ, &
dubitetur ſuper ipſis, vel videatur, an fortè in-
formantes Iuliȩ prȩdictis omnibus tãtam ima-
ginem veritatis, & iuſtitiæ referentibus benè
guſtatis acquieſcerent, & ipſi bonam fidem
demum agnoſcerent. Iterum fuit hȩc cauſa po
ſita die 17. Decẽbris, & remiſsa eſt ad Reges.

Recanatenſis prædij. Lunæ. 3. Mar-
tij 1578.

EPITOME.

SEntentia lata intra decem, vel vn-
decim dies à die præſentatæ com-
miſsionis, eſt nulla.

SVMMAE.

1 *Sententia lata pendente termino, eſt nulla.*
2 *Sententia dicitur nulla, ſi lata eſt intra decem, vel vndecim dies poſt præſentatam commiſsionem.*
3 *Actor hæres intentans interdictum, quorum bonorum, & adipiſcendæ, tenetur probare poſſeſsionem eius patris tempore obitus.*
4 *Teſtis ſibimet contrarius repellitur.*
5 *Teſtis non dicens quem poſſediſſe vſque ad obitum, non probat in remedio, quorum bonorum.*
6 *Teſtium vnius partis dicta coadiuuari poſsunt ex dictis vnius teſtis partis aduerſæ*
7 *Teſtes plures numero ſunt præferendi.*
8 *Teſtes, qui veriſimiliora deponunt, præferuntur.*
9 *Sententia dicitur notoriè iniuſta, quæ non iuſtificatur ex actis. Item quando actor non iuſtificauit intentionem ſuam.*

106. DECISIO. alioqui. XIII.

SEntentia, de qua in puncto, lata fuit ſpacio
decem, vel vndecim dierum tantùm. Nam
commiſsio non fuit prȩſentata iudici, niſi die
25. Iunii, & ſententia fuit lata die quinta Iulij
immediatè ſequentis, vnde non placuit Domi-
nis, qui dixerunt eam eſse & nullam, & noto-
riè iniuſtam.

Nullitas dupliciter colligitur, tum quia eſt
1 lata, † pendente termino ad articulandum, qui
erat ad 15. & ita pendente dilatione, contra l. ſi-
2 ue pars. C. de dilatio. tũ quia à dicta † die, quod
eſt, vt dixi, ſpacium decem, vel vndecim dierũ
commiſsionis, vſque ad diem ſententiæ non
intercedit tantum tempus, vt potuerint ſerua-
ri termini ſubſtantiales.

Iniuſtitia infertur, quia Herſilia, & Bartho-
lomæa actrices intentantes remedium, quorũ
bonorum, & adipiſcendæ, tenebantur proba-
3 re † poſſeſſionẽ Raphaelis earum patris tem-
pore obitus. Aret. in §. quadrupli. num. 42. In-
ſtit. de actio. Menoch. de adipiſc. remed. 1. nu.
94. & tamen earum teſtes dictam poſſeſſionem
4 Raphaelis non probant. quia primus † ſibi cõ-
traria-

Digitized by Google

trariatur, vnde repellendus eſt. reg. vbi repugnantia, de reg. iur. cum vulg.

Secundus licèt probare videatur; tamen ex infra dicentibus non debet attendi.

5 Tertius parum facit, quia † non dicit, quòd Raphael poſſederit vſque ad obitum.

Quartus videtur probare, ſed contrariatur ijs, quæ dicit ad 20. & ſuper 10.

Quintus nihil, quod pertineat ad poſſeſſionem, deponit.

Ex teſtibus autem rearum, videlicet, Lanæ, & Mattheę benè probatur, quòd Polinus poſſedit à die contracti matrimonij cum Ioanna filia dicti Raphaelis. vel paulo poſt quartus ad tertium, & ſuper ſecundo, quintus ſuper ſecundo, ſextus ad quartum, & ſuper ſecundo, & tertio, ſeptimus ſuper pmo, ſecũdo, & tertio, qui ſunt quatuor teſtes benè deponentes, &

6 eorum dicta coadiuuantur † ex dicto primi teſtis aduerſariarum.

7 Quibus ita ſtantibus, probatio Polini viſa eſt Dominis præferenda. Primo, quia teſtes † eius poſſeſſionis ſunt plures numero, vnde veniunt præferendi, Gabriel de teſt. concl. 4. nu. 50. Secundo non ſunt contrarij, vt ſunt alii de poſſeſſione Raphaelis, qui non poterat dare dotem, in pecunia, vt per ſextum, & nonum teſtes allegatos, item attento, quòd longo tempore, nempe poſt 15. annos, quibus Polinus vixit, ſemper continuauit poſſidere abſque con-

8 tradictione benè deducendo, vt hie per d. Gabrielem: teſtes enim, qui † veriſimiliora deponunt, præferuntur. Gabriel latè de teſt. con-

9 cl. 4. num. 28. vbi plenè.

Et, cũ iſta † ſentẽtia non iuſtificetur ex actis,

10 remanet notoriè iniuſta: dicitur enim notoriè iniuſta, † quando actor non probauit intentionem ſuam. Aret. cõſ. 68. n. 6. Pariſ. conſ. 54. nu. 2. lib. 4. Alex. conſ. 104. col. 1. lib. 4.

DE APPELLATIO.

Pampilonen. augmẽti ſeruitij de yciar. Veneris. 28. Maij 1574.

EPITOME.

Sententia, quæ per deſertionem appellationis tranſitum fecit in iudicatum, poteſt per iudicẽ ad quem, 1 de ſtylo Rotæ confirmari, non autem infirmari.

SVMMAE.

1 *Iuriſdictio expirat poſt cauſæ deſertionem regulariter, & de eius nullitate opponitur num. 2. etiam vtraq parte proſequente. num. 3.*

4 *Sententiam tranſactam in iudicatum per appellationis deſertionem, ſi iudex reperit iuſtam, poteſt confirmare, non autem infirmare.*

5 *Sententia tertia poſt deſertionem reuocans ſecundam, quæ tranſiuit in iudicatum, eſt indubitanter nulla.*

6 *Sententia iniuſta ex eiſdem actis, etiam ſi tranſiuit in iudicatum, non eſt exequenda, præſertim ſi lata ſit per contradictas.*

PRAESVPPOSITA.

Stãte ſententia Abbatis de Alfaro iudicis à quo, in quã confirmata fuit ſententia Ordinarij, quoad duo beneficia, & tertiam partem decimarum lata 24. Nouembris 1562. 1

Et quòd à dicta ſententia pro vtraque parte fuerit in partibus praiudicialibus appellatum, & pro parte illorum de Deba de anno 1563. fuerit commiſſa cauſa in Rota nullitatis, iniuſtitię, & attentatorũ vnà cum toto negocio principali, in qua commiſſione non adeſt clauſula, quam & quas. 2

Et quòd tertia Nouembris 1563. procurator de yciar præſentauit mandatum in Rota, & obtinuit Compulſoriales, quarũ vigore in partibus de anno 1564. fuerunt extracti proceſſus, & omnia acta de partibus. 3

Et ſtante alio mandato de yciar pręſentato de Menſe Martij 1571. in quo 17. Februarij 1570. illi de yciar conſtituunt procuratorem ad hanc cauſam, & petendum executionem ſententiæ de partibus, ſi videbitur iuri ſuo conuenire, vel confirmationem dictarum ſententiarum. 4

Et quòd probata abſentia procuratorum de Deba, procurator de yciar obtinuit decerni proceſſum per auditentiã contradictarum, & ſententiam in Rota reuocatoriam ſecundæ ſententiæ latę in partibus, in eo quod contrariatur primæ ſententiæ, ſiue aduerſarij, & in alijs confirmatoriam. 5

DVBIVM.

An in caſu, de quo agitur, ſit locus executioni iuxta formam commiſſionis vltimò loco pro parte illorum de yciar præſentatæ.

104. DECISIO. alioqui. I.

Licèt regula ſit de iure communi, quòd iu-
1 riſdictio † expirat poſt deſertionem cauſæ, per not. in Clem. ſi appellationem. de appell.
2 & poteſt opponi † de nullitate iuriſdictionis. Couarr. pract. quæſt. c. 26. num. 6. Pariſ. conſ.
3 98. num 22. & 23. lib. 3. etiã † vtraq. parte proſequente. Felin. in c. quoniam contra. num. 30. de probat. idem in c. cum cõtingat. de probat. num. 7. 8. & 9. de offic. deleg. c. inter monaſterium. num. 23. verſ. tempera tertio. de re iud. Aegid. in c. ſuper literis. nu. 8. Alex. conſ. 59. col. 3. num. 7. in 4. cum plur. concord.

Tamen de ſtylo dixerunt Domini, quòd iu
4 dex † poteſt confirmare ſententiam, quæ tranſiuit in rem iudicatam per deſertionem appellationis, non autem eam infirmare. iuxta deciſ. Mohed. 293. & Tolom. deciſ. 42. aliàs 41. & dixerunt Domini aliàs fuiſſe hoc reſolutum in vna Segontina canonicatus, & præbendæ die 11. Octobris 1563. coram Domino Robuſterio. de quo ſtylo etiam meminit Vitalin. in d. Clem. ſi appellationem. & alij ſupra allegati.

An autem ſententię, de quibus agitur, ſint concordes, & in ſpecie, an tertia reuocet, vel in aliquo confirmet ſecundam, poterit videri exhibendo tenorem ipſarum ſententiarum. Qua-
5 tenus enim tertia † poſt deſertionem reuocat ſecundam, quę tranſiuit in rem iudicatam, eatenus dixerunt eam eſſe indubitanter nullam, vt notatur in pręalleg. locis. ad idẽ Caſſad. de-
6 ciſ. 6. in fin. de appell. Quia tamen ſententia † iniuſta ex eiſdem actis, etiam quę tranſiuit in rem iudicatam, non eſt exequenda, maximè ſi ſit lata per contradictas, vt eſt tertia ſententia Rotalis, de qua agimus. Alex. conſ. 106. prope fin. lib. 4. expeditiùs videbatur Dominis, quòd ageretur ſuper bono iure, & de iuſtitia, vel iniuſtitia prędictarum ſententiarum.

Legionen. capellaniæ ſancti Vincentij. Mercurij. 9. Martij 1575.

EPITOME.

SEqueſtratio poſſeſsionis iudicis officio conceditur de ſtylo Rotæ verificatis attentatis.

SVMMAE.

1 *Attentatis verificatis, ſequeſtratur poſſeſsio iudicis officio ex Rotæ obſeruantia.*
2 *Attentata non reuocantur, quando ſententia tranſiuit in rem iudicatam, & quare num. 3. amplia, prout num. 4. ſed intellige, vt in num. 5.*
5 *Attentata ſi commiſſa ſunt intra decem dies datos ad appellandum, reuocantur, etiam lite deſerta, per viam nullitatis, aut poſt decem dies ſunt facta, & non reuocãtur, lite deſerta, ſed obſtat res iudicata, qua diſtinctio recipitur à Rota.*
6 *Attentatorum cauſa pendente, non currunt fatalia.*

DVBIVM.

An in caſu, de quo agitur, conſtet de attentatis, quæ veniant reuocanda, vel potius cognoſcendum ſit de bono iure.

108. DECISIO. alioqui. II.

1 DOmini dixerunt conſtare † de attentatis, ideo eſſe auocandam, & ſequeſtrandam poſſeſſionem iuxta obſeruantiam Rotæ ex officio iudicis. Caſſad. de reſtit. ſpoliat. deciſ. 3. num. 7. Rot. vt lit. pend. deciſ. 10. in nou. ſub num. 4. & in deciſ. 5. num. 4. vt lit. pend. in antiq. Caputaquen. deciſ. 52. libro 1. cum concord.

2 Opponitur, quòd, quando † ſententia tranſiuit in rem iudicatam, attentata non reuocan-
3 tur. Rot. deciſ. 1. de appell. in nou. Videtur † enim renunciaſſe attentatis, qui paſſus eſt ſententiam tranſire in iudicatum. Creſc. dec. 140.
4 & hoc procedit, etiã † ſi ſit factus aliquis actus, ex quo appareat, quòd quis velit proſequi cauſam, quia requiretur effectualis proſecutio. Put. 21. vt lit. pend.

Sed placuit pro reſpõſione diſtinctio, quam Rota paſſim ſeruat, & Domini ſecuti ſunt in vna Calaguritana beneficij de Burgo ſub die 7. Maij 1574. coram R. P. D. Seraphino. quòd
5 aut † attẽtata perpetrata ſunt intra decem dies datos ad appellãdum, quamuis & appellatum non fuiſſet, & tum reuocantur etiam lite deſerta, non quidem per viam attẽtatorum, ſed per viam nullitatis, & iſte eſt caſus noſter: aut commiſſa ſunt poſt prędictos decem dies, & ſic poſt terminum datum ad appellandum, & tunc non reuocãtur lite deſerta, ſed obſtat res iudicata, & inſtant deciſiones prædictę ex aduerſo alleg. huc etiam pertinere videtur deciſ. Rot. in nou.
6 15. de appell. quòd pendente † cauſa attentatorum, non currunt fatalia.

Ciuitatis Caſtelli legitimæ, ſeu illius ſupplementi. Lunæ. 30. Maij 1575.

EPITOME.

ATtentata per procuratorem non ſunt à principio purganda.

SVMMAE.

1 *Procurator non attentat in præiudicium domini, limita, niſi probetur ſcientia principalis, & non reuocaſſet. num. 3.*
2 *Delictum non venit in mandato procuratori facta.*
4 *Mandatum procuratorium citati attenditur poſt executionem citationem, non ante.*
5 *Ignorantia geſtorum per procuratorem præſumitur.*
6 *Inhibitus an tenetur certiorem reddere eius procuratorem.*

rem,ne innouet? & num.7.
8 *Attentatis cedere quid proſit?*
9 *Attentata ſi ſunt dubia, vel turbida, non reficiuntur expenſa, neque de eis agitur, antequam cognoſcatur de bono iure.*
10 *Inhibitio ſiue iuſta, ſiue iniuſta non eſt ſpernenda de ſtylo Rota, quicquid ſit de iure.*

D V B I V M.

An Titta, & conſortes ſint, vel non, ſint audiendi ad effectum, quòd teneantur, vel non ad expenſas, vt prętéditur, ſupportatas in articulo attentatorum, antequã ſuper negocio principali procedere poſsint.

109. DECISIO. alioqui. III.

HAec attentata non placuerunt Dominis,
quia fuerunt perpetrata per procurato-
1 rem, qui † non potuit facere incidere principa
2 lem in pœnam: nec † enim venit in mandato
delictum, ex allegatis Bart. in l. ſi procuratoré.
num. 6. & 7. ff. de cond. indeb. cũ ſexcentis ſimi
3 libus. Bene verum eſt, † quòd, ſi probaretur
ſcientia, & non reuocaſſent tunc diceretur ra-
tificaſſe huiuſmodi attentata. Oldra. conſ. 199.
num. 6. Aegid. deciſ. 552. in fin.

Pro parte Mariæ deducitur ſcientia Tittæ
hoc modo: executa fuit citatio cum inhibitio-
ne 20. Maij, & 4. Iunij, ipſe conſtituit procura-
torem ad proſequendum cauſam. Sed hoc ar-
gumentum facit contra attentata, quia conſti-
tuit ad proſequendum cauſam coram bo. me.
Capizucco.

Nec obſtat mandatum procurę per Tittam,
& conſortes factum ſub die 17. Aprilis 1550.
in perſonam cuiuſdam Annibalis, &c. quia il-
4 lud † pręcedit executionem citationis, cum ſit
5 datum de menſe Aprilis 1551. eorum † autem,
quæ geſta ſunt à procuratore, prę ſumitur igno
rantia. gloſ. in l. ſi res obligata. in princ. ff. de
leg. 1. Alex. conſ. 192. num. 2. in princ. lib. 6.
Corn. conſ. 156. num. 7. lib. 3. Grammat. cauſ.
ciuil. conſ. 9. num. 6. Rip. in l. quod te. num. 60.
ff. ſi cert. pet. Et quamuis gloſ. in procuratore
habente ſpeciale mandatum dubitauit, vt dicit
Rip. vbi ſupra; tamen in hoc fuit dictum, quòd
non adeſt ſpeciale mandatum, & ſic non vide-
tur intrare conſ. Rom. 481.

Sed aliquantulum turbabat aliquos, quia,
6 cum iſtæ † mulieres eſsent inhibitæ, debuerant
ipſę certificare procuratoré, quòd ſe amplius
nó intromitteret, per ea, quæ dicit Afflict. de-
ciſ. 129. num. 10. Tamen dicebatur, quòd Af-
7 flict. ſubinde num. 11. videtur † velle, quòd,
hoc non obſtante, ſi procurator eſt generalis,
hoc non noceat Domino, & maximè ſtãte ceſ-
8 ſione † facta prædictis attentatis, Vnde non
colligitur conſenſus ad prędicta attentata, ſed
diſſenſus &c. Et licèt aliqua deducerentur, quę
reddebant hoc negocium fortè dubium; tamẽ
9 fuit dictum, quòd, cum ipſa † attentata ſaltem
ſint dubia, & turbida, non reficerentur expen-
ſæ, nec de eis ageretur, ſed videretur prius de
bono iure.

Illud autem caput, quòd non dentur atten-
tata, quia non potuit auocari cauſa à Rota, nõ
10 placuit, quia inhibitio † ſiue iuſta, ſiue iniuſta
non eſt ſpernenda de ſtylo Dominorũ. Achill.
7. de attent. quicquid ſit de iure, vt per eum, &
per alleg. hic per informantes.

Iſpalen. penſionis 200. ducat. Mercurij. 5. Decembris 1576.

E P I T O M E.

FAtalia neceſſariò non prorogantur, ſed ſat eſt petere bis ſibi terminum præfigi ad proſequendã appellationem iuxta formam præſentatæ commiſsionis.

S V M M AE.

1 *Fatalium prorogatio non eſt neceſſaria iſto in caſu.*
2 *Terminum aliquem non ſolet Rota de ſtylo præfigere, quando petitur reſtitutio vigore commiſsionis. & quare?*
3 *Abſolutio ampliſsima à crimine per Pontificem conceſſa, abolet radicitus omnem maculam.*

P R AE S V P P O S I T A.

Præſuppoſita commiſsione cauſæ appellationis vnà cũ nullitate iniuſtitię, & toto negocio principali cum clauſula, quam et quas, directa, R. P. D. Decano. 1

Et quòd lapſa ſint fatalia ex negligentia procuratoris, & tandem expedita ſit cómiſsio reſtitutionis in integrum aduerſus dictum lapſum fatalium, cum facultate præfigendi nouum terminum ad proſequendam dictam appellationem, quæ commiſsio fuit ſignata, prout de iure. 2

Et binis inſtantijs factis per Dominicum, vt præfigeretur ſibi terminus ad proſequendam dictam appellationem, & fuerit negatus. 3

Et reſolutione facta die 15. Februarij 1574. ſuper dubio dato, an Dominicus eſſet reſtituendus, vt. ſcilicet videretur, an conſtaret de bono ipſius iure, de quo cum tandem conſtituiſſet, ſententia D. Veralli fuerit declarata iniuſta, & Dominicus per Rotam reſtitutus; quatenus opus eſſet. 4

Et præſuppoſita Didaci prætenſione, quòd hæc poſtrema

ma ſententia lata ſit extra inſtantiam reſtitutionis in integrum. 5

D V B I V M.

An dicta iterata diligentia Dominici ſuppleat prætenſum defectum prorogationis fatalium.

110. DECISIO. alioqui. IV.

FVit per dominos concorditer reſolutũ non
1 fuiſse † neceſsariam prorogationem fatalium, ſed ſatis fuiſſe diligẽtiam Dominici in petendo bis terminum præfigi iuxta formam ſuę commiſſionis. Et licèt iudex non pręfixerit terminum ad docendum de bono eius iure; tamẽ
2 ideo non fecit, quia de ſtylo, † & ad tollendas varias appellationes Rota non ſolet præfigere d. terminum, ne videatur reſtituere, ſed prius cognoſcit de bono iure, & poſtea (non aliter pronunciando ſuper reſtitutione, vel non reſtitutione) ſi præcedens ſententia eſt iuſta, eam exequitur, ſin minus reuocat eam, & iſte eſt ſtylus, qui ſeruaẽ in hac materia ſine cõtrouerſia.

Alia motiua Didaci non placuerunt Dominis. Nam quòd fuerit Mudarra hæreticus, tollitur ſtante ampliſſima abſolutione Pauli iij. felic. record. de cuius facultate diſputare iniuſtũ
3 viſum eſt. ipſa † enim tollit, & abolet radicitus omnem maculam, iuribus notiſſ.

Quòd clericatus Dominici non probetur de neceſſitate, ſtante altero fratre eiuſdem nominis, dixerunt Domini aliàs fuiſſe coram d. Decano de hoc viſum, & ex adminiculis tunc deductis res viſa eſt carere difficultate.

Libri Tertij Decretalium.

DE CLERIC. NON RESID.

Zamoren. ſpolij, & fructuum. Veneris 3. Iunij 1575.

E P I T O M E.

PRiuilegium obtentum lite pendẽte, nulla particulatim de lite illa facta mentione, eſt inualidum.

S V M M Æ.

1 *Priuilegium obtentum lite pendente, non facta litis mentione, eſt inualidum. Amplia primo, etiam ſi emanaſſet motu proprio, num. 2. amplia ſecundo. etiam, quòd non doloſè fuerit id tacitum. num 3. amplia tertio, etiam ſi eſſet expreſſa lis ſuper beneficio, non autem ſuper fructibus. num 4. amplia quarto, etiam ſi in commiſſione adeſſet clauſula ſuper quibuſdam alijs rebus, num. 5. amplia quinto, etiam ſtante clauſula, litis ſtatum pro expreſſo habendum num. 6.*

7 *Generica expreſsio litis non ſufficit, vt valeat impetratio priuilegij, lite pendente, ſed debet eſſe ſpeciatim de illa lite.*

9 *Diſtributiones quotidianæ dicuntur, quamuis ſolutio ſemel tantùm fiat, habito reſpectu ad ſeruitium horarum canonicarum, licèt non dietim, vel horatim facta ſit.*

8 *Teſtes de auditu non probant aliquos fructus dici diſtributiones quotidianas.*

D V B I V M.

An ratione breuium pee Io. de Menroy obtentorũ, debeantur fructus, & emolumenta eidem Io. iuxta formã dictorũ breuium, ac literarum, apoſtolicarum, & de quo tempore?

111. DECISIO. alioqui. vnic.

QVamuis ſit dictum plura eſſe videnda, nẽpè an adſit hodie commiſſio ſuper fructibus vigore horum breuium debitis, nẽ an interim confratres debeant abſolui, & alia multa; tamen expeditiori viæ conſulendo, fuit dictum, quòd reſtringatur dubium ad duo capita, ad caput ſubreptionis breuium, & in ſpecie ad caput litis non narratæ. Et particulariter viderem, quomodo excuſetur ſubreptio, quia non eſt facta mentio litis pendentis ſuper
1 huiuſmodi fructibus. Nam regula eſt, quòd † priuilegium non valet. Anchar. conſ. 16. num. 5. Felin. in c. cęterùm. ſub num. 2. verſ. ob-
2 ſtat ſecundo. de reſcript. etiam † quòd eſſet factum motu proprio. latè Iaſ. in l. ſupplicare. nu.
3 2. C. vt lit. pend. etiam † quòd non doloſè fuerit id tacitum. Bald. in c. fin. num. 1. vt lit. *pend.* Iaſ. vbi ſupra num. 2. in fin.

Nec videtur obſtare, quòd ſit expreſſa lis:
4 quia † eſt expreſſa ſuper beneficio, non *ſuper* fructibus prędictis, prout fieri debebat. Et
5 quamuis dicatur, nec non † ſuper quibuſdam
6 alijs rebus. item adſit clauſula, † litis ſtatum pro expreſſo &c. tamen quia exprimitur lis huiuſmodi in ſingulari, & ſic nominat vnicam litem; iccirco, cum ſint plures lites, præſertim ſuper iſtis fructibus, debuit de ea fieri expreſſa
7 mentio: nec † ſufficit illa generica expreſſio, vt dicit Anchar. d. conſ. 16. & ſequitur Iaſ. vbi ſupra, ſuper quo dixerunt, quòd informaretur ad partem.

Secundum caput, quod videbatur etiã expeditius Dominis, erat, an fructus petiti ſint diſtributiones quotidianæ, &, an verè diſtribuantur iuxtą ſeruitium quotidianum, licèt non ſol-

uantur

uantur ita dictim,an non?
8 Dicebant enim, quòd, quamuis †ſolutio ſe-
mel tantùm certo tempore fiat, non autẽ die-
tim,vel horatim;ſi tamen in ſolutione habetur
reſpectus ad prædictum ſeruitium horarum ca
nonicarum, dicuntur diſtributiones quotidia-
næ.Achill.de diſtributionib.deciſ.vnica.vbi re
ſpondet ad conſ.Pariſ.32.num.5.in 4.per Mõ-
roy alleg. & fuit dictum, quòd de hac materia
aliàs ſæpe tractatũ eſt in vna Conchẽ. fructuũ
coram R.P.D. Gropperio,& poſtea coram R.
P.D. Decano,& alijs Dominis. Hoc igitur in
facto particulariter etiam firmatur,nec ex teſti
bus datis videtur probari,quòd fructus,de qui
bus agitur,ſint diſtributiones quotidianę,quia
9 videntur †loqui de auditu, vt aliqui Domini
dicebant.

DE PRAEBENDIS, ET Dignitatibus.

Aquilegien. canonicatus,& præben. Mercurii.9.Decembris.1573.

EPITOME.

Literis miſsiuis Cardinalis nepotis Pontificis,& in omnibus generalis ſuperintendentis creditur, ita vt ampliẽt ordinariũ breue Nuncii apoſtolici facultatem Legati de latere habẽtis,&,dum loquuntur de omnibus beneficiis,extẽduntur ad canonicatus in collegiata.

SVMMAE.

1 *Litera miſsiua Cardinalis nepotis Papæ,& ſuperintendentis loquẽtes de omnibus beneficijs,extẽduntur ad canonicatus in collegiata, & quare? & quando derogent breui Pontificis?num.2.*
3 *Verbum,quæcunque,facit venire maiora expreſsis.*
4 *Relatum ineſt in referente cum omnibus ſuis qualitatibus.*
5 *Verborum,quæcumque,& qualiacumque,vis.*
6 *Verba, quouis modo, ad omnem vacationis modum referuntur.*
7 *Canonicatus veniunt appellatione beneficiorum in materia fauorabili & num.14.*
8 *Nuncius Venetiarum habet facultatem Legati de latere.*
9 *Interpretatio fit contra Papam concedentem in ſibi in præiudicialibus.*
10 *Litera ſcripta per Cardinalem Pontificis nepotem habentem latiſsimam ſuperintendentiam, cenſentur ſcriptæ ex Pontificis mandato viuæ vocis oraculo edfacto.*
11 *Deciſionum Rotæ 334. 458.459.in nou.& 794.795.in antiquis, & Mohedani 203. intellectus.*
12 *Notitia ſolemnis quæ requiritur in principali fundamento iuriſdictionis, quando non eſt neceſſaria?*
13 *Cardinalis aſsertioni quando credatur.*

PRAESVPPOSITA.

Stante motu proprio Pij V. ſuperintendentiæ,cuius copia in neceſſarijs detur. 1
Et circumſcriptis pro nunc aſſertis literis anni 1571. eiuſdem Cardinalis. 2

DVBIVM.

An prouiſio facta per dominum Nũcium Venetiarum, ſuſtineatur in vim facultatum domino Nuncio conceſſarum,quarum clauſulæ in neceſſarijs dentur,& literarum illuſtriſsimi Cardinalis Alexandrini de anno 1567. quarum copia ſimiliter detur.

112. DECISIO. alioqui. I.

PLacuit Dominis literas miſſiuas, de quibus
1 agitur, trahi † etiam ad canonicatus in
collegiata, quia ſumus in materia fauorabili,
& viſa eſt maximè ad propoſitũ inſeruire de-
ciſ.Creſc. 32. cum multis in ea deductis. Ex
2 qua etiam dicebant poſſe firmari † per verba
literarum eſſe receſſum à breui, & facultati-
bus reuerendiſſimi Nuncij, & ampliatam eſſe
eius auctoritatem.Et ad hoc ponderabãt ver-
ba, tutti li benefitij: verbum enim, quæcun-
3 que,† facit venire maiora, vulg.l. baliſta. cum
ſimil.ad Trebell.vt in deciſ.Creſcen.prædicta.
Item etiam ponderabant relationem factã
4 ad beneficia,quæ ſunt in taxa:relatum † enim
ineſt in referente cum omnibus ſuis qualitati
bus. l.aſſe toto.ff. de hæred. inſtitit. l. in teſta-
mento. ff.de condit.& demon. & per Bart. in
d.l.ff.de recepta.& in l.ſi ſeruum.§.fin.num.5.
ff.de lega.2.Pariſ.conſ.39.num.13.vol.1. Vn-
de ſicut in taxa reperiuntur etiam canonica-
tus,de quibus agitur;ita pari ratione ex præ-
dicta relatione videntur comprehendi in di-
ctis literis.
Ponderabant etiam aliam clauſulam in li-
teris, in qual ſi voglia modo: & in effectu iſta
prægnantia verborum eſt referenda ad quam-
cumque qualitatem beneficiorum maximè in
hac materia fauoribili,& videtur eadem ipſa,
quę aliàs mouit Rotã in dicta deciſ. Creſ. 32.
Aequipollent enim prædicta verba litera-
rum,tutti li beneficij &c. de quali ſpettaſſe la
collatione à ſua Santità in qual ſi voglia mo-
5 do,verbis, † quæcunque,& qualiacumque, de
quibus in dicta deciſ. Ad hoc ipſum faciunt al
legata per Felin.in c.de quarta.col.4.num.15.
de præſcript. Rota in antiq. deciſ.407. cum
ſimil.

ſimil,arg.etiam c. 3. de conſang.& affin. Sicut
6 in ſimili dicitur, quòd verba, quouis modo, †
ad omnem vacationis modum referuntur.de-
ciſ.53.de reſcript.in antiq.& deciſ.17.eod. in
nou.& tritum eſt in materia fauorabili bene-
7 ficiorum † appellatione venire canonicatus,
Doctores in c.is cui. de præb.in 6. c. dudum.
vbi gloſ. & Gemin. eod. in 6. Cum maximè ſi-
mus in Nunrio apoſtolico iuxta terminos pręs
dictæ deciſionis. Item maximè in Nuntio Ve-
8 netiarũ, qui † habet facultates Legati de late
re, vt in ſuis facultatibus, vt per Mandos. alleg.
in reg.13.q.5.nu.4.de dignit. & facultat. nũc.
poſt Deci. conſ. 128.num.primo. Pariſ. conſ.
17.num.3.vol.4.Gig.de penſ.q.6.num,19. qui
in ſpecie exemplificat in Nuncio Veneto. Et
licèt ſit limitata ſibi facultas conferendi præ-
dictos canonicatus in ſuo breui; tamen viſum
eſt Dominis conueniens, quòd attenta facul-
tate Legati de latere ſibi conceſſa,& per præ-
dicta, ſit omnino dicendum literas prædictas
referri etiam ad canonicatũ, & ampliare ſuã
facultatem. Item etiam, cum de ſolo præiudi-
9 cio Papæ † in prædicta facultate conferendi
conceſſa in literis agatur, placuit ſumi inter-
pretationem contra eum, qui potuit apertiùs
legem dicere, per vulg.

Et placuit literas miſſiuas ſuppleri ex mo-
tu proprio ſuperintendentiæ generalis, & la-
tiſſimæ, in qua in ſpecie datur facultas ſcriben
di huiuſmodi literas Nuncijs, & Legatis etiã
10 de latere &c. & huiuſmodi literæ † cenſentur
ex mandato Pontificis etiam viuæ vocis ora-
culo ſuper ſingulis ſpecialiter facto ſcriptæ,
& ordinatæ &c. vt legitur in prædicto motu
proprio, vltra poteſtatem in omnibus genera
lem ibi latè in eiſdem facultatibus cõceſſam.

11 Ad deciſiones ex aduerſo † allegatas 334.
458. 459. in nou, 794. 795. in antiq. Mohed.
203. cũ ſimil. facile reſponſum eſt, quod pro-
cedũt, vel reſpectu ſupplicationũ, in quibus
non exprimuntur executorum nomina, niſi in
literis expeditis, vel reſpectu illorum, qui
antea non habebant iuriſdictionẽ Legati de
latere, prout Nuncius Venetus. Nam in iſtis
vigore iſtarum literarum ſolùm tollitur impe
12 dimentum, & non † eſt neceſſaria illa ſolem-
nis notitia, quæ requiritur in principali fun-
damento iuriſdictionis. Bart.& alij in l. multũ
intereſt.de condit.& demonſtr.

13 Ceſſat etiam obiectum, quòd aſſertioni †
Cardinalis nõ credatur, vt per Pariſ.conſ.136.
num.31. lib.4. & per Gabriel.de probat.con-
cluſ.3. ex aduerſo allegatum cum ibi plenè cu
mul. quia ſumus in his, quæ in ſpecie Cardina-
li commiſſa ſunt ex ampliſsima facultate mo-
tus proprij prædicti.

14 Ad aliud, quòd appellatione beneficij nõ †
veniat canonicatus, colligitur reſponſio ex
eod. Ioanne de Silu. in alleg. 1. part.q. 3. ſub
eod.num.6.in verſ.in materia fauorabili, qui
plura congerit vltra allegatam deciſ. Creſc.
& trad.in c.dudum.in gloſ.beneficia eccleſia-
ſtica,& ibi Gemin.num.14.Franc. num. 13.&
14.de præb.in 6.& Petr.de Anchar.in fi.verſ.
quærit.& Philip.in c.ad hoc.de appell.

Aquilegien. canonicatus,& præbendæ.
Veneris 26. Martii. 1574.

EPITOME.

NVncius apoſtolicus prohibitus conferre beneficia exiſtentia in Metropolitanis, Cathedralibus,& collegiatis eccleſiis, nulliter confert ea, etiam virtutem epiſtolæ Cardinalis nepotis Pontificis continentis, vt conferat beneficia quocũq. modo.& quare?

SVMMAE.

1 *Epiſtola prima dubia poteſt per ſecundam declarari, parte etiam non citata.*

2 *Literæ, ſeu epiſtola interpretandæ ſunt, ne contradicant.*

3 *Verbis ex generalibus non cenſetur facilè receſſum à proprie natura actus.*

4 *Beneficiorum quorumq. appellatione non includuntur dignitates, & canonicatus in materia reſtringibili.*

5 *Verba vniuerſalia etiam geminata non ſemper includunt maiora expreſsis, ſed interdum in materia reſtringibili includunt ſimilia.*

6 *Verba epiſtolæ nepotis Pontificis videlicet, tutti li beneficij, & in qual ſi voglia modo, non tollunt prohibitionẽ expreſsim factam in Nuntij facultatibus conferendi beneficia exiſtentia in Metropolitanis, Cathedralibus, & collegiatis eccleſiis.*

7 *Epiſtola miſsiua non requirunt illam exactam recognitionem, quoniam ſcribi non ſolent in præſentia teſtium.*

8 *Declaratoria epiſtolæ fieri poteſt, inuito, nedum ignorante Nuncio apoſtolico.*

9 *Epiſtolæ præſentationem eſſe factam præſumitur ex coniecturis.*

10 *Legati reuocatio requirit notificationem & quare.*

11 *Declaratoria mera epiſtola nil noui inducit, & incontinenti operatur effectum ſuum abſque alia notificatione.*

12 *Cardinalis nepotis alicuius Pontificis iam vita functi atteſtationi facta, lite pendente, & parte non citata, non datur fides, nec ea præiudicat tertio, num. 14.*

13 *Declaratio ſubſequens poſt aliam ſpecialem præcedentem,* dicitur

Digitized by Google

dicitur noua conceſsio.

14 *Declarationum duarum diuerſis temporibus factarum, ea attenditur, quæ præcedit litem motam, & non continet tertij præiudicium.*

PRAESVPPOSITA.

Præſuppoſita reſolutione die 9. Decembris 1573. facta. 1

Præſuppoſitis literis aſſertis illuſtriſsimi Cardinalis Alexandrini, de anno 1571. vltimò productis, & dictis teſtium ſuper illarum recognitione, quorũ copia in neceſſarijs detur. 2

Præſuppoſita quoque atteſtatione, ſeu fide per prędictum dominum Cardinalem de menſe Octobris 1572. lite pendente, & nemine citato facta, de qua in proceſſu. fol. 26. 3

Pręſuppoſito inſuper actu exhibitionis per Nuncium vigore literarum compulſorialium factæ ad inſtantiam Curtij, tam literarum anni 1576. quàm prædictæ atteſtationis, de quo quidem actu conſtat in proceſſu fol. 22. de quibus omnibus, & alijs hactenus productis, in neceſſarijs copia detur. 4

DVBIVM.

An prouiſio Nuncij, facta die 26. Aprilis 1572. ſuſtineatur, ita vt prouiſio per S. D. N. Gregoriũ poſtea facta non intret?

113. DECISIO. alioqui. II.

FVit reſolutum prouiſionem Nuncij factam die 26. Aprilis. 1572. non ſuſtineri ex defectu poteſtatis, quia in ſuis facultatibus expreſsè prohibetur conferre canonicatus in Metropolitanis, Cathedralibus, & collegiatis. Nec etiam poſſe ſuſtineri ex literis illuſtriſſimi Cardinalis Alexandrini de anno 1567. quia per alias literas de anno 1571. ante vacationem canonicatus, de quo agitur, per eundem reuerendiſſimum Cardinalem fuerunt limitatæ, & declaratę: nempè quòd per præcedẽtes literas forma, & natura rei non cenſeatur alterata, & huiuſmodi declaratio tanquam conſona ſtylo, & reducens hoc negotium ad priſtinam ſui naturam, ſecundùm quam regulariter Nuncij nõ conferunt canonicatus, viſa eſt attendenda, eo maximè quòd non correctionem, ſed declarationem continet.

Quòd enim non poteſt dici ineſſe contrarietas inter primas, & ſecũdas literas, & per conſequens non cadere correctionem, dixerunt probari, quia primæ literæ non ſunt ita clarę, quin admittant interpretationem. vndè optimè poſ-
1 ſunt † declarari ab vltimis, etiam parte non citata iuxta conſ. Caſtren. 338. num. 6. lib. primo.
2 & quòd huiuſmodi literæ † ita interpretari debeant, ne contradicant, facit. c. inter dilectos. §. cæterùm. de fid. inſtrum. Abb. in c. cum tu. col. 2. de teſt. plura congerit Dec. conſ. 602. num. 5. & 6. Alex. conſ. 141. lib. 2. col. 4. & conſ. 145. ſtudendo breuitati. col. 2. placuit etiam conſ.
3 Dec. 143. col. fin. num. 3. ibi n. dicit per verba † generalia nõ cenſeri facilè receſſum à priori natura actus. ad idem Dec. conſ. 195.

Addebant aliqui ex Dominis, quòd hic videmur eſſe in materia reſtringibili, dum agitur in prædictis literis 1567. de correctione diſpoſitionis Papæ in facultatibus Nũcij, & in correctione ſtyli vniuerſalis in hac materia, & de receſſu à primordiali natura huius negocij. Vnde
4 appellatione † etiã quoruncũque beneficiorũ non debent includi dignitates, & canonicatus huiuſmodi, arg. eorum, quæ not. Socin. in conſ. 260. ſub 14. & 15. lib. 2. facit tex. cum ibi not. in c. fin. de pręb. & in c. cum illis. eod. in 6.

5 Et quòd talia † verba vniuerſalia etiam geminata non ſemper includunt maiora expreſſis, ſed aliquãdo, vt in materia reſtringibili includant ſimilia, facit gloſ. in l. fugitiui. C. de ſer. fugit. Bart. in l. quidam relegati. ff. de reb. dub. gloſ. in c. ex literis. de offic. deleg. Butr. & Imol. in c. ſedes, de reſcript. licèt materia ſit lata, ex quibus prædictæ declarationi literarum 1571. tanto magìs ſtandum eſſe dicebant. Ideo pla-
6 cebant eis, quòd per verba, † tutti li beneficij &c. & in qual ſi voglia modo, de quibus in literis 1567. nõ tolleretũ prohibitio expreſsè facta de beneficijs exiſtentibus in Metropolitanis, Cathedralibus, & collegiatis; ſed magis quòd permiſſio conferendi beneficia vacãtia in menſibus reſeruatis ampliaretur per prędicta verba ad alias reſeruationes; vt in effectu ampliatio eſset in qualitate reſeruationis, non autem in quacumque qualitate beneficiorum, attentis prędictis, & potiſſimum iam relata declaratione 1571. quæ literæ in alia poſitione huius cauſæ non fuerunt Dominis exhibitæ.

Placuit etiam pręfatas vltimas literas de anno 1571. videri ſufficienter recognitas ex deductis per informantes, item ex ſubſcriptione Card. præſumi miſſionem, item pręſentationẽ, maximè à communiter accidentibus. Cum ma-
7 ximè literæ † miſſiuę non requirant illam exactam recognitionem, vt ſæpe dixerunt Domini fuiſſe reſolutum in Rota, cum non ſoleant ſcribi in pręſentia teſtium.

Fuit etiam dictum parui referre, an dictum, parui referre, an peruenerint ad manus Nun-
8 cij, vel minus, cum ſimus in declaratoria, † quę potuit fieri, inuito, nedum ignorante Nuncio.

Digitized by Google

Innoc. in c. olim.de verb.ſignifi. Felin. & Do-
cto. in c. cum veniſſent.de iud. cum concord.
9 licèt omnino ex pluribus † coniecturis vrgen-
tibus,de quibus per informantes , potiſſimùm
autẽ grauitate negocij, & attẽta ſubſcriptione
Cardinalis, item quòd reperiuntur duplicatæ,
videatur omnino præſumendum fuiſſe præſen
tatas. ad Cald.conſ.4.de offic. deleg.

Et ad deciſ.Mohedani 215.ex aduerſo alle
gatam placuit reſponſio, quòd ibi ſumus in re-
10 uocatione † Legati,in qua ad tollẽdum errorẽ
publicũ requiritur notificatio, per ibi tradita:
11 at hic ſumus in merè declaratoria , † quæ nil
noui inducit , & incontinenti operatur effectũ
ſuum abſque alia notificatione per ſupradicta.

12 Atteſtationẽ † prædicti illuſtr. Cardinalis
de anno 1572.lite pendente,& parte non cita-
ta factam placuit non attendi: tum quia vide-
tur continere contrarietatem cum prędictis
13 literis 1571. tum quia declaratio † ſubſequens
poſt aliam ſpecialem pręcedentem dicitur no-
ua conceſſio,vt per Bart. in l. ab executore.ff.
de appell.Caſtren.& moder.in l.hęredes palã.
§.1.ff.de teſta. Ancha.conſ.398.pręmitto pro
clariori deciſione.cum alijs cumulatis per So-
14 cin.conſ.250.num.10.lib.2.& ideò non † prę-
iudicant iuri quæſito tertio, vt ſubdit Socin.
ibidem, maximè ſecuta iam morte Papæ.

15 Ex duabus † ergo declaratorijs prædictis,al
tera de anno 1571.in dictis literis,altera de an
no 1572.in dicta atteſtatione, dixerunt Domi
ni magis debere attendi declarationem de an-
no 1571.quo tempore nedum lis non erat, ſed
nec contigerat vacatio canonicatus, nec vllum
pręiudicium tertij potuit conſiderari, quàm al
teram declarationem,& atteſtationem, in qua
iam prædicta omnia ſuperuenerant, cum maxi
mè illa, vt dixi , ſit magis conſona facultatibus
Nuncij,ſtylo, & huic ſubiectę materię.

Igitur firmatum eſt prouiſionem per San-
ctiſſimum Dominum Noſtrum Gregorium po
ſtea factam intrare in caſu, de quo agitur. Qua
eadẽ cauſa iterum propoſita die Veneris 25.
Iunij præſentis anni 1574. Domini permanſe-
runt in deciſis.

Vlixbonen. adminiſtrationis capellaniæ. Veneris 21. Maii. 1574.

EPITOME.

Gratia alicuius capit expreſsã ad-
miniſtrationem capellaniæ per
laicum adminiſtrari ſolitã, quã-
do prouiſio non fuit reſtricta ad ipſam
capellaniam , vti beneficium eccleſia-
ſticum.

SVMMAE.

1 *Gratia quando non fuit reſtricta ad capellaniam, vt bene-
ficium eccleſiaſticum, capit ſimplicem adminiſtrationẽ
capellaniæ ſolitam per laicum adminiſtrari.*

2 *Reſcriptum eiuſdem perſonæ ſi non poteſt ſuſtineri quoad
vnum narratum, ſuſtinetur quoad aliud.*

3 *Subreptio in vno quando non vitiet in alio?*

4 *Adminiſtratio dicitur eccleſiaſtica, quando ex tenore fun-
dationis vnus ex adminiſtratoribus capellæ omnino eſſe
debet perſona eccleſiaſtica.*

5 *Adminiſtratio eccleſiaſtica vacat per contractum matri-
monij.*

6 *Matrimonij per contractum expirant omnia priuilegia cle
ricorum, duobus exceptis.*

7 *Clericus coniugatus eſt incapax non tantùm beneficiorum,
ſed etiam cuiuslibet adminiſtrationis eccleſiaſticæ.*

8 *Penſio eſt quid temporale ſui natura, non autem eccleſia-
ſticum.*

9 *Penſio aſſignata vni, vti clerico, vacat per contractum ma
trimonij.*

10 *Adminiſtratio capellaniæ quamuis poſſit eſſe laicalis; ſi ta
men vnus ex adminiſtratoribus tenetur eſſe eccleſiaſti-
cus, dicitur eccleſiaſtica, prout etiam dicimus de pen-
ſione.*

PRAESVPPOSITVM.

Præſuppoſita reſolutione ſub die lunæ 8. Februarii
1574. quòd capellania , de qua agitur, eſt ſimplex
adminiſtratio,& quę cadit in laicum. 1

DVBIVM.

An gratia Balthaſaris, cuius copia datur, capiat di-
ctam adminiſtrationem,& probetur illius vacatio?

114. DECISIO. alioqui. III.

Qvoad primam partem fuit reſolutum gra
1 tiam Balthaſaris capere † adminiſtratio-
nem, de qua agitur. quia prouiſio ipſius
non fuit ſimpliciter de capellania, tanquam de
beneficio, & reſtricta vt ad beneficium , ſiue
ad titulum beneficij,ſed etiam fuit de admini-
ſtratione clericali per clericum adminiſtratorẽ
adminiſtrari ſolita, vt benè deducitur per in-
2 formantes Balthaſaris. Igitur reſcriptũ † eiuſ-
dem, ſi non poteſt ſuſtineri quoad vnum narra
tum, nempè quoad capellaniam,& vt benefi-
cium eccleſiaſticum, quoad aliud, vt de admini
ſtratione per clericum adminiſtrari ſolita ſuſti
nebitur. arg. c. ſi eo tempore. de reſcript. in 6.
Sarn. de infir. q. 34. num. 4. cum maximè in hu-
3 iuſmodi ſubreptio † in vno, non viciat in alio,
vt fuit dictum in vna Syracuſana illegitimita-
tis

Digitized by Google

tis coram R.P.D. Aldobrandino 19. Octobris 1573. Felin. in c. ſedes. de reſcript. num. 2. Butr. in c. conſtitutus. num. 21. de reſcript.

Quoad ſecundam partem dubii fuit etiam reſolutum probari vacationem, quia, cum ſaltem inſpecto tenore fundationis, vnus ex adminiſtratoribus omnino debeat eſſe perſona
4 eccleſiaſtica; ergo † reſpectu huiuſmodi perſonæ eccleſiaſticę adminiſtratio eſt eccleſiaſtica,
5 ergo talis adminiſtratio † expirat, & vacat per
6 contractum matrimonij: quo caſu † expirant omnia priuilegia clericorum, duobus exceptis, vt in c. primo. de cler. coniug. in 6. & in ſpecie
7 quòd clericus † coniugatus ſit incapax non ſolùm beneficiorum, ſed etiam cuiuslibet adminiſtrationis eccleſiaſticæ, placuit dictum Abb. in c. ſanè. num. 2. per illum tex. de cler. coniug.
8 Hinc uidemus in ſimili in penſione, quæ † licèt ſit quid temporale ſui natura, non eccle-
9 ſiaſticum. Gig. de penſ. q. 1. & 21. ſi † tamen ſit aſſignata vni vt clerico, vacat per contractum matrimonij. Gig. de penſion. q. 54. num. 4. Put. de penſ. deciſ. 13. Auguſt. 677.

Et licèt Domini aliàs reſoluerint hãc ipſam
10 adminiſtrationẽ eſſe † laicalẽ, illud intellexerũt, natura ipſa adminiſtrationis inſpecta, & quatenus poteſt cadere in laicum, ſed attenta perſona eccleſiaſtica, cui iniungitur, benè debet dici eccleſiaſtica: nec inconuenit, quòd vtroque nomine poſſit vocari diuerſis reſpectibus: ſimpliciter enim videtur temporalis, per aliàs dicta;
— ſecundùm quid autem, id eſt perſona eccleſiaſtica attenta, cui omnino eſt referenda, dicitur eccleſiaſtica, vt in ſimili videmus conſiderari in penſione, vt ſupra ſtatim dixi, quæ diuerſis reſpectibus & temporalis, & eccleſiaſtica appellatur.

Burgen. fructuum. Veneris. 28. Maii 1574.

EPITOME.

Congrua non debetur habẽti pręſtimonium carens reſidentia, & eccleſiæ ſeruitio.

SVMMAE.

1 *Congrua quo caſu non debeatur?*
2 *Præſtimonium dici poteſt beneficium eccleſiaſticum, & illud obtinens tenetur ad horas canonicas.*
3 *Reſidentiam non requirunt ſaltem de conſuetudine præſtimonia, & ſimplicia beneficia, quicquid ſit de iure.*
4 *Intellectus ad extrauagan. ſuſcepti. de electio. & Rebuff. de congr. num. 46. & num. 8.*
5 *Maritum teneri alere vxorem, etiam ſi ipſa habeat aliunde, intellige, quando ea eſt in mariti ſeruitio.*
6 *Congrua debetur pro alimentis.*
7 *Congrua ceſſat, vbi ceſſat reſidentia & ſeruitium eccleſiæ.*
8 *Clauſula non obſtant, contenta in bulla, tollit extrauag. ſuſcepti. de electio. contentam in corpore iuris, & non habentem clauſulam derogatoriam.*

DVBIVM.

An in caſu, de quo agitur, debeatur congrua domino Aluaro de Cabredo?

115. DECISIO. alioqui. IV.

1 Fuit firmatum congruam † non deberi domino Aluaro in caſu, de quo agitur, quia
2 præſtimonium † licèt poſſit dici beneficium eccleſiaſticum, & illud obtinens teneatur ad horas canonicas. Rebuff. de pacif. poſſ. num. 105.
3 & 106. ſaltem de conſuetudine † non requirit reſidentiam, ſicut nec alia beneficia ſimplicia, quicquid ſit de iure, vt ſæpè Dñi reſoluerunt.

Hinc dixerunt ceſſare extrauag. Ioan. 22. ſuſcepti. de elect. & Rebuff. de congr. num. 46.
4 ex aduerſo alleg. quia ea † procedunt, vbi requiritur reſidentia, vt per gloſ. ibi ver. reſidere, quæ ſemper ſupponit reſidentiam in quolibet beneficio. Et per ipſum tex. apertè ibi dicitur, quòd nequeunt ad impendendum ſeruitium commodè reſidere. Et dicebant, quòd ſicut re-
5 gula, quæ habet, quòd maritus † debeat præſtare alimenta vxori, etiam ſi ipſa aliunde habeat, limitatur, ſcilicet quãdo eſt in ſeruitijs mariti, ſecus ſi non ſit in eius ſeruitijs, vt per Alex. poſt Cyn. Bart. Salyc. Caſtren. & alios in l. quid in vxorem. num. 7. in fin. C. de nego. geſt. ſentit etiam Natt. conſ. 547. num. 13. & 14. in 3.
6 par. ita in quæſtione propoſita congrua, quę † etiam ipſa debetur pro alimentis. Clem. 1. de
7 iur. patro. quæ datur, † vbi interuenit reſidentia, & ſeruitium eccleſię, debet ceſſare, vbi non eſt reſidentia, nec ſeruitium eadem ratione, & proportione.

Secundo ad dictam extrauag. cum ſimil. ex aduerſo allegatã reſpondebant, quòd, cum ſit
8 lex † generalis, contenta in corpore iuris, & nõ habeat clauſulam derogatoriam, eſt ſublata per bullam Alex. 6. in virtute clauſulę, non obſtan. Bart. in extrauag. ad reprimendum. in verb. nõ obſtantib. Cur. Sen. conſ. 49. num. 71. vltra plura alia deducta per informantes pro eccleſia Burgen. allegabat etiam vnus ex Dominis deciſ. Aegid. 465.

Iſpalen. penſionis 250. ducat. Lunæ. 29. Nouembris 1574.

EPITOME.

DIſtributiones quotidianæ, quæ dantur tempore intereſſentiæ in diuinis tantùm, non includũtur ſub penſione aſſignata ſuper fructibus, redditibus, & prouentibus in continua reſidentia lucrari ſolitis.

SVMMAE.

1 *Diſtributiones quotidianæ non veniunt appellatione fructuum, nec appellatione reſidentiæ, & num. 2.*

3 *Reſidentia aliud eſt, & aliud intereſſentia.*

4 *Diſtributiones quotidianæ non dicuntur fructus beneficiorum, ſed potius ſtipendium cuiuſdam laboris.*

5 *Deciſ. Achill. 8. de penſion. volens penſionem reſeruari poſſe ſuper diſtributionibus quotidianis, declaratur.*

6 *Penſio ſuper diſtributionibus quotidianis ſuſtinetur, ſi probatur, quòd fructus illius beneficij verè, & propriè non ſint diſtributiones quotidianæ, quia non dantur tantum intereſſentibus, puta, quia reſidendo, & intereſſendo pro parte anni, lucrantur pro toto anno.*

8 *Conſuetudo reſidendi, & intereſſendi in diuinis pro parte anni, & lucrandi diſtributiones pro toto anno, valet.*

9 *Diſtributiones quotidianæ propriè dicuntur, quæ actu diſtribuuntur.*

DVBIVM.

An illa verba, reſeruationis penſionis videlicet ſuper fructibus, redditibus & prouentibus in continua reſidẽtia lucrari ſolitis, in caſu, de quo agitur, comprehendãt illos fructus, de quibus agitur, quos diſtributiones quotidianas teſtes appellant?

116. DECISIO. Alioq. V.

FVit firmata regula contra d. Melchiorem
1 del Rio, quòd appellatione † fructuum nõ
2 veniant diſtributiones quotidianę, nec etiam †
appellatione reſidentiæ veniant tales diſtribu-
3 tiones: quia aliud † eſt reſidentia, aliud intereſ-
ſentia. Docto. omnes in c. licèt nobis. de præben. & in c. vnico. de cler. nõ reſid. in 6. Caſſad. de cler. non reſid. deciſ. vnic. & Mohed. deciſ. 152. aliàs. 182. in locis alleg. Et ſecundùm ali-
4 quos ex Dominis ratio eſt, quia hæ † diſtributiones non dicuntur fructus beneficiorum, ſed potius ſtipendium cuiuſdam laboris. Imol. in d. c. licèt. prope fin. Rot. in antiq. deciſ. 39. de præb. etiam in antiq. &. 8. & 25. de præb. in nou. vbi dicitur, quòd non dãtur canoniæ, ſed ratione intereſſentiæ, & miniſterij perſonalis. Oldra. conſ. 118. Bocr. qui alios cumulat deciſ. 340. n. 4. ver. quia nõ ſũt de corpore beneficij.

Cum igitur in reſeruatione propoſita fiat mentio de fructibus in continua reſidentia lucrari ſolitis, circumſcripto communi ſtylo loquendi non veniunt diſtributiones quotidianæ, cum dentur fructus debiti reſidentibus, qui ſunt ſeparati à diſtributionibus per ſupradicta.

5 Non obſtat † deciſ. Achil. 8. de penſion. quia imò probat prædictam regulam, iure communi inſpecto: ipſa autem deciſio, vt in ea legitur, procedit de conſuetudine, & æquitate: quia tunc temporis paſſim reſeruabãtur penſiones etiã ſuper diſtributionibus, qui ſtylus non probatur de tempore Clementis, quo penſio, de qua agitur, fuit conſtituta.

A prædicta regula, vt ſupra conſtituta, excipiebant Domini duos caſus.

6 Primus eſt, ſi † probari poſſet, quòd idem ſtylus, de quo in pręterita deciſione Achill. vigeret etiam tempore Clement. 7. tunc enim intraret ratio, & æquitas, de qua in ead. deciſione, & ſuſtineri poſſet penſio.

7 Secundus caſus eſt, ſi probaretur, † quòd fructus canonicatus, de quo agitur, & ſuper quibus dicitur conſtituta penſio, verè, & propriè non ſunt diſtributiones quotidianæ. Nam hoc etiam caſu dicebant conſiſtere penſionem prædictam generaliter ſuper fructibus, redditibus, & prouentibus in continua reſidentia lucrari ſolitis reſeruatam. Et aliqui Domini valdè dubitabant, an iſtæ propriè eſſent diſtributiones, ſi verum eſt, quòd dicitur, quòd reſidendo, & intereſſendo pro parte anni lucrantur pro toto. Nam dicebant videri, quòd hęc *con-*
8 ſuetudo † valet, per ea quę dicit Gemin. in c. tenere. & ibi Prępoſ. qui ponit eadem verba. 31. diſtinct. idem Gemin. in c. vnico. in *princi*pio. num. 5. de cler. non reſid. in ſexto. vt enim dicit gloſ. in verb. in totum. in extrauag. vnica ne ſed. vac. inter communes, quam ſequitur Ge
9 mi. in d. c. vnica. §. primo. in fin. diſtributiones †
quotidianæ propriè dicuntur, quę actu diſtribuuntur: ergo fructus, de quibus agitur, non eſſent propriè, & ſimpliciter diſtributiones. Licèt etiam propriè non eſſent fructus in portatis; tamen penſio ſuper eis dicebatur reſeruata: quia Papa non fecit differentiam inter fructus propriè, & fructus, qui conſiſtunt in continua reſidentia, nam ſuper iſtis, & ſuper illis voluit, quòd reſeruata eſſet iſta penſio; & ita non obſtat deciſio Mohed. 182. allegata.

Vlixbo-

Vlixbonen. impoſitionis onerum. Veneris. 25. Februarij 1575.

EPITOME.

SAlarium capellano per viſitatorem deputato tribuere debet præceptor, non autem vicarius.

SVMMAE.

1 *Præceptor tenetur ſubminiſtrare ſalarium capellano, non autem vicarius. & quare num. 2. & 14.*
2 *Fructuum applicatio facta alicui per Papam, intelligi debet, oneribus deductis.*
3 *Dotis nomine ſi omnia bona ſint data, id intelligitur, deducto omni ære alieno.*
4 *Conſuetudo voluntaria ſoluendi ſalarium capellano per rectorem, non extenditur ad caſum neceſsitatis. & n. 7.*
5 *Conſuetudo probanda eſt ſpeciatim in caſu, de quo agitur.*
6 *Oblationes ſpectant ad rectorem, & non ad capellanum, quando capellanus certo ſalario ſeruit.*
8 *F.uendum eſt magis facienti actum ex neceſsitate, quàm ex voluntate,*
10 *Fructus maiores eccleſiæ percipiens, tenetur ad omnia onera.*
11 *R.ctori non debet minui eius congrua portio.*
12 *Oblationes non reputantur verè de fructibus, & quare?*
13 *Congrua portio de fructibus eſt aſſignanda, etiam ex concilio Tridentino.*
15 *Dictio, ſaltem, non excludit maiora onera.*

PRAESVPPOSITA.

Stante bulla Leonis erectionis commendarum conceſſa ſereniſsimo Regi Portugalliæ. 1
Et teſtibus pro vtraque parte examinatis tam in curia, quàm extra, quorum omnium copia detur. 2

DVBIVM.

Quis teneatur ſubminiſtrare ſalarium rectori, vel capellano præceptor, vel vicarius in eccleſia Beatæ Mariæ de Louures?

117. DECISIO. alioqui. VI.

FVit tentum per maiorem partem Domino-
1 rum pręceptorem † teneri ſubminiſtrare
ſalarium capellano per viſitatorem deputato,
non autem vicarium in caſu propoſito, Et mo
uebantur Domini perpẽdendo diſpoſitionem
bullæ Leonis, qui voluit, quòd rector haberet
ſaltem 60. ducat. pro portione ſua, Et licèt Pa-
pa ſciret oblationes dari rectoribus, tamen nul
la de huiuſmodi oblationibus habuit mentio-
nem; & conſequenter videtur apertè colligi,
quòd Papa vltra eas voluerit, quòd haberet
prędictos duc. 60. Si ergo rector cogatur de
prædicta ſumma ſubminiſtrare ſalarium capel-
lano, non ſibi reſtabunt duc. 60. contra mẽtem
prædictæ bullę.
Non obſtat, quòd applicatio fructuum ſit fa
2 cta præceptoriæ in eadem bulla, quia debet †
intelligi, deductis oneribus. Cle. prima. de cẽſ.
3 cum ſimil. Et in ſimili videmus, quòd datis † in
dotem omnibus bonis, intelligitur, ſcilicet de-
ducto ęre alieno, & ſic venit tantum, quod ſu-
pereſt, eo deducto. l. mulier. ff. de iur. dot. cum
concord. ergo onus præſtandi huiuſmodi ſala-
riũ debet deduci &c. & conſuetudo ipſa inter-
pretata eſt hoc trahi etiam ad futura onera.
4 Non obſtat, quòd hucvſque rector, † quã-
do retinuit capellanum, huiuſmodi ſalarium ip-
ſe ſolueret: quia tunc retinebat ex voluntate,
non ex neceſſitate. Vnde, cum iſte caſus non
euenerit, nõ videtur poſſe dici inducta conſue-
5 tudo interpretatiua: quia conſuetudo † debet
probari in ſpecie, & in caſu, de quo agitur. Ol-
drad. conſ. 237. num. 3. Aym. conſ. 96. num. 4.
& conſ. 197. ſub verſ. optimè fallit. Alex. conſ.
196. num. 14. lib. 2. Curt. Iun. conſ. 26. num. 10.
Roland. conſ. 53. nu. 39. lib. 2. cũ plur. concord.
Et hęc tanto magis procedunt, quia obla-
6 tiones † ſpectant ad rectorem, & non ad capel-
lanum, quando capellanus certo ſalario ſeruit,
vt per Felin. in c. dilectus. num. 2. de off. ordin.
vnde ipſe rector debet habet oblationes, ac
etiam 60. ducat.
Nec obſtare viſa ſunt dicta teſtium, quia, vt di
7 xi, tunc retinebat capellanum ex † voluntate,
vnde non poterat propter hoc ipſe rector gra
uare pręceptorem: quia præceptor poterat ei
reſpondere, ſi ex voluntate tua retines, tibi im
putes: nunc autem, cum agatur, vt perpetuo re
tineatur, & ſic ex neceſſitate, ſecus eſt: ſuccur
8 rendum † eſt enim magis facienti actum ex ne
ceſſitate, quàm ex voluntate.
9 Secundo placebat pręceptorem † dici obli-
gatum, quia ipſe percipit fructus. d. Clem. pri-
ma. de cenſib. & in Clem. prima. de iur. patron.
cum alijs allegatis in illa Legionen. congruatũ
10 coram R. P. D. Seraphino. Qui † enim perci-
pit maiores fructus eccleſiæ, tenetur ad omnia
onera. Card. alleg. in Clem. prima. in 3. notab.
de cenſib. & ibi Imol. numer. 4. cum alijs in
dicta Legion. deductis. & quia regula eſt, quòd
11 rectori † non debet minui ſua congrua portio.
Rebuff. de congrua. num. 15. Preterea dixerũt,
quòd, cum omnes fructus ſint aſſignati præte-
ritæ pr cept riæ, ſeu militiæ, exceptis 60. duc.
qui d, ſi rect r ſuſtineret hoc onus, ſibi minue
retur

retur congrua, contra prædictam regulam, ergo non ipſe, ſed præceptor debet illud ſuſtinere ex allegatis.

12 Oblationes, † vltra preteritam primam rationem fuit dictum non reputari, nec eſſe verè de fructibus, cum ſint incertæ, nec ad certam ſummam reduci, nec ſub certo precio locari poſſe. Felin. in c. ad aures. ſub num. 14. de reſcript. Rebuff. de congr. num. 85. qui alios allegat. ergo de eis non eſt ſatisſaciendum oneribus, quæ, vt dixi, de fructibus miniſtrari debent. d. Clem. 1.

13 Et ad hoc ipſum, quòd congrua † portio de fructibus aſſignari debeat (quos fructus, vt eſt dictum, ſibi applicatos percepit præceptor) fuerunt deducti ſeptem canones ſa. conc. Trident. qui ſunt infraſcripti. nempè ſeſſ. 6. c. 2. de reformar. congruè aſſignar 7. c. 5. ibi, & per deputationem idoneorum vicariorum, & cõgruę portiones fructuum aſſignationem. eadem 7. c. 7. ibi, vicarios etiã perpetuos cũ tertiæ partis fructuum, aut maiori &c. portione aſſignanda. 25. c. 6. ibi, vicarios deputare, partéq. fructuũ pro ſufficienti victu aſſignare. 21. c. 4. ibi, vbi eſt populus numeroſus, aſsignetur portio competẽs ex fructibus. 24. c. 18. ibi, idoneũ vicarium cum congrua fructuum portionis aſsignatione. 25. c. 16. ibi, vicario perpetuo cõgruã portionem &c. & magis in ſpecie placuit penè in terminis noſtris. d. c. 4. ſeſſ. 21. quòd vbi eſt populus numeroſus, aſsignetur portio competens ex fructibus. Fuit ergo concluſum præ-

14 ceptorem, † qui ſuſtinet commodum fructuũ, debere etiam hęc onera eiuſdem eccleſiæ ſentire, iuxta d. Cle. primã. Et hoc magis propriũ onus horum fructuũ ſpectare ad eandem ipsã eccleſiam viſum eſt, quòd onus non eſt contra prædictam bullam: quia vltra ſupradicta in ea

15 dicitur, quòd rectori ſaltem præſtet 60. quę † dictio, ſaltem, non excludit maiora onera &c.

Iacen. portionis de Anſo. Veneris. 15. Aprilis 1575.

EPITOME,

EXceſſus valoris fructuum portionis expreſsi in prouiſione Nuncij apoſtolici hoc pacto probatur.

SVMMAE.

1 *Valoris expreßi exceſſus quomodo dicatur probatus?*

2 *Teſtes aduerſarij, & receptor fructuum dicitur præcipuã probationem inducere.*

3 *Teſtes de valore deponentes, & addentes parum, plus, vel minus, non dicuntur adeo certè, & conſtanter deponere.*

4 *Teſtes affirmatiuè deponentes præferuntur illis, qui negatiuè deponunt.*

5 *Valorem in curia eſſe attendendum quo pacto intelligatur?*

6 *Cambia non deducuntur ex valore.*

7 *Tertia, quæ adimitur abſentibus, an ſit deducenda? & num. 8.*

9 *Regul. de valore eſt pœnalis, exorbitans, & odioſa.*

10 *Conceſſa facultas Nuncijs contra concedentem eſt latè interpretanda, limita, prout num. 11.*

12 *Beneficium conſiſtere dicitur in tertia, quæ tollitur de corpore beneficij.*

13 *Valorem probari ad effectum regulæ de valore aliud eſt, & aliud ad effectum videndi, an valor excedat facultates Nuncij conferentis.*

PRAESVPPOSITA.

Præſuppoſita facultate Nuncij tenoris infraſcripti, videlicet, Quæcunque beneficia ſimplicia eccleſiaſtica in Regnis Hiſpaniarum, extra tamen Metropolitanas, & alias Cathedrales in collegiatis eccleſijs conſiſtentia per obitum illa obtinentium vltimorũ poſſeſſorum, extra tamen Rom. Cur. vacatura, dummodo illa aliàs, quàm ratione menſium apoſtolicorum reſeruata non fuerint, & cuiuslibet eorum fructus, redditus, & prouentus 24. duc. aur. de eam. sec. com. æſt. val. au. non exeedant, pro tempore vacatura perſonis idoneis prouidendi. 1

Et præſuppoſitis articulis 5. & 6. Petri, & interrogatorijs Dominici 55. & 56. ſuper quibus teſtes D. Petri ſine veri præiudicio non conſtat fuiſſe interrogatos, nec illis reſpondiſſe, niſi tres, videlicet Antonium Romen. 12. Petrum Ortiz 13. & Io. Auiangas. 14. qui reſponderunt, prout in eorum depoſitionibus. 2

Et articulis Dominici 7. 25, & 29, & interrogatorijs Petri 10. 12. 14. & 15. 3

Et quatuor inſtrumentis arrendamentorum, de quibus in proceſſu, fol. 129. 238. 327. & 243. 4

Et memoria extracta ex libris beneficiatorum de Anſo, ex redditibus beneficiorum prædictæ eccleſiæ. 5

Et teſtibus hinc inde examinatis in partibus, quorum omnium copia, & ſummarium detur. 6

DVBIVM.

An conſtet, quòd fructus prædictæ portionis, excedant valorẽ 24. duc. de eam. ad effectũ, de quo agitur.

118. DECISIO. alioqui. VII.

DVbitaui, an conſtet, quòd fructus excedãt 24. in caſu, de quo agitur? & fuit dictum per Dominos, quòd, ſi tertia non eſt deducenda, quæ adimitur abſentibus, clarum eſt pro-

1 bari † exceſſum etiam ſecundùm teſtes vtriuſque partis. Quòd autem non eſſet deducenda, placebat aliquibus Dominis ex his, quæ infra dicentur: ſed & tertia quoque deducta, fuit firmatum, quòd Petrus clarè probat exceſſum va-

loris

loris per primum,& tertiũ teſtem,qui ambo di
cunt,deductis oneribus,& deponunt de decen
nio ſterili cũ fertili cõputato,&c. & per tertiũ
teſtẽ Dominici, qui clarè dicit ad 15. interro-
gatorium,quòd, deductis oneribus, & tertia,
2 valet 32. duc. de cam. & ſuper hoc teſte † fie-
bat magna vis:quia eſt teſtis aduerſarij,& fuit
receptor prædictorum fructuum. Et quamuis
videatur ſe referre ad librũ, tamen non ſimpli-
citer ſe referendo dicit,ſed ſubdit,& ad maio-
rem cautelam. Et coadiuuatur ex dicto quarti
teſtis etiam aduerſarij,qui dicit,quòd eſt arren
dati in mille ſolidis,qui conſtituunt ſcut.50.Et
quamuis dicat,quòd ignorat onera; tamen ſa-
tis eſt,quòd alij teſtes deponant, deductis one
ribus. Et idem dixit ſextus teſtis,ſuper quo ta-
men non faciebant multum fundamẽtum,quia
eſt de auditu. Placuerunt igitur prædicti tres
teſtes,qui benè deponunt,& quartus,qui mul-
tum adiuuat. Coadiuuantur etiam ex ſenten-
tia ordinarij,qui in partibus certam potuit ha-
bere notitiam.

Ex aduerſo fit fundamentum ſuper quatuor
teſtibus,qui non ita certè, & conſtanter depo-
3 nunt,quia dicunt, parum, † plus,vel minus. Et
quãuis duo dicant,ſi plus valerent, ipſi ſcirent;
tamen non placebat:quia tres alij,qui affirma-
4 tiuè deponunt, debent eis præferri: cum † te-
ſtes affirmatiuè deponentes,præferantur nega
tiuè deponentibus: & cum dicta iſtorum ſint
coadiuuata ex inſtrumento vltimo loco facto,
igitur dictum fuit attendendam magis eſſe hãc
probationem.

Non obſtat, quòd dicitur attendendum eſ-
5 ſe † valorẽ in curia; quia ea procedunt quoad
valorem monetæ,vt videlicet attendatur,quã-
ti in curia valet ducat. de camera, non quan-
6 ti valerent illi redditus tranſlati ad curiã,quia †
non deducuntur cambia. Put.deciſ.5. in reg.de
val.& Aug.in reg.de val.ver.eſt vel non eſt lo-
cus reg.num. 5.Maximè in hoc caſu,in quo nõ
agitur de expeditione literarum in curia, & ſic
non agitur,vt decipiãtur officiales. Sarnen. de
valor.q. 8. nu.4.Io.Pau.deciſ.8. Et hęc magis
cõfirmantur, ſi tertia prædicta non deducatur,
7 vt ſup.dictũ eſt. Et contra Petrum, quòd ſit †
deducenda,allegabatur deciſ. Molied. 182.&
Put.deciſ.prima.de val.Oldrad.conſ. 118.qui
bus addebant Aug.lib.3.deciſ.742.& 791.
8 Sed dubitabant Domini, an † tertia hoc ca-
ſu eſſet deducenda,quia fundamentum princi-
pale,ſuper quo fundantur prędictę deciſiones,
9 eſt in odium reg.de val.quæ † eſt pęnalis,exor-
bitans,& odioſa, vt in eis dicitur. quod odium
non militat in hoc caſu, quia non videtur con-
tinere odium, quòd Papa velit tantùm conce-
dere facultatem Nuncijs conferendi beneficia
talis valoris: & ſic in caſu noſtro videbatur,
quòd in interpretando valore non debeat ha-
beri reſpectus ad regulã ipſam de valore, quæ
continet odium,ſed magis ad facultatem Nun-
cij conferentis, quòd negocium non eſt pena-
le,nec exorbitans.

Et quamuis hęc facultas Nuncijs conceſſa,
10 ex quo confertur in alium, contra † conceden-
tem ſit latè interpretanda. c.fin.de verb.ſignif.
11 c.15. cui. de pręben. in 6. tamen † non propte-
rea videtur dicendum,quòd ita paſſim latè in-
terpretetur,vt comprehendat ea,quæ aliàs nõ
comprehenderentur. vt not. Docto.in d. c.fin.

Secundo dicebatur, quòd hęc tertia, quæ
deducitur in caſu propoſito,dicitur tolli de ip-
ſo corpore beneficij,vt teſtes apertè dicunt,vn
12 de liquet, quòd † beneficium ipſum conſiſtit
etiam in hac tertia; ſecus fortè in caſibus præ-
dictarum deciſionum,vbi dicitur, quòd non da
tur,& ſic non acquiritur. Et hoc licèt non fue
rit omnino reſolutum; tamen ſatis prima ſpe-
cie placebat aliquibus Dominis: quia re vera
13 aliud † eſt probari valorem ad effectum regu-
læ, nempe quòd obſtet, vel non obſtet proui-
ſioni iuxta terminos prędictarum deciſionum,
qui non eſt caſus noſter;aliud eſt probari valo
rem ad effectum,vt videatur, an excedat facul-
tates Nuncij conferẽtis, qui ſunt termini quę-
ſtionis noſtræ,qui, vt dixi, eſt caſus multùm di
uerſus. Si tamen de hoc particulariter agere-
tur,& alia via dubium propoſitum expediri nõ
valeret,poſſet fortè de eo in ſpecie agi.

Vlixbonen. Capellanię,ſeu adminiſtra-
tionis vno tantùm informante.
Lunæ.16.Maij 1575.

EPITOME.

GRatia non redditur ſubreptitia, ex his ſupplicatis quæ non mouerunt Papam.

SVMMAE.

1 *Gratia ex quibus non fuit iudicata ſubreptitia?*
2 *Falſitas,quæ non mouit Papam,non vitiat gratiam.*
3 *Narrata in ſupplicatione,quæ non mouerunt Papam, non reddunt literas ſubreptitias.*
4 *Valor expreſſus poteſt etiam poſt ſententiam probari.*
5 *Probationes poſſunt deduci etiam poſt ſententiam.*

Senten-

6 *Sententia poteſt iuſtificari ex deductis,ſeu deducendis poſt eam,fallit in ſententia cenſurarum,num.7.*

PRAESVPPOSITA.

Stante clauſula ſupplicationis ſub his verbis,videlicet, quorum inſimul, ſeu cuiuslibet eorum,ac illis forſan annexi fructus 24.ducat.non excedunt. 1
Et clauſula literarum deſuper expeditarum huiuſmodi,videlicet, quorum inſimul, & illis forſan annexi fructus non excedunt, 2
Et reſolutione facta 21.Maij 1574. 3
Sententia R.P.D.de Rubeis, & re iudicata. 4
Et quòd ſit iuſtificatus valor adminiſtrationis, quòd non excedat 24. poſt d.ſententiã,& rem iudicatã. 5

DVBIVM.

An gratia de dicta adminiſtratione d.Balthaſari facta ſit ſubreptitia,ex eo quòd non verificauerit fructus capellaniæ, & adminiſtrationis inſimul non excedere 24.& ſi non ſit ſubreptitia,an ſit procedendum ad ulteriorem executionem?

119. DECISIO. alioqui. VIII.

1 FVit dictum grariam † non eſſe ſubreptiriã,
&ideò eſſe procedendum ad vlteriorem
executionem,&c dixerunt Domini, quòd fal-
2 ſitas,† quæ non minuit,non viciar gratiam,Ae-
gid.deciſ.4, Rot,deciſ.69.de reſcript.in antiq.
Caſſad.12.num.15.de præb. Pariſ. 103. num.
13. in 4. Quibus Domini adddebant Aegid.
deciſ,115.Pariſ.conſ.4,num.40.in 4. Felin. in
c.ſuper literis, col. 3. num. 5. de reſcript, cum
plur.ſimil,
Cum ergo ex clauſula ſupplicationis, de qua
in primo præſuppoſito,liqueat, quòd Papa nõ
eſt motus, licèt fructus capellanię ſolius, vel
ſolius adminiſtrationis non excedãt 24. igitur
licèt aliud ſit narratum in literis, nempè quòd
3 inſimul non excedunt, ergo quòd non † mouit
Papam in ſupplicatione,non reddit literas ſub-
reptitias.
4 Placuit etiam valorem † potuiſſe probari
poſt ſentériam R.P.D.Rubei,ex regula, quòd
5 poſſunt † deduci probationes etiam poſt ſen-
6 tentiam, & ea † poteſt iuſtificari ex deductis,
7 ſeu deducendis poſt, præterquam † quod in iu
ſtificatione cenſurarum, & poſt alios fuit al-
leg.Achill.deciſ.5. de re iud. vltra Rot. deciſ,
6.in nou. 2. Pereg. deciſ.151.in ſecundo.

Iacen. portionis de Anſo. Lunæ, 20.Iunij 1575.

EPITOME.

TErtia pars fructuum beneficij ſolita adimi ab abſẽtibus,cõputatur inter fructus beneficij, ita vt intret gratia Papæ.

SVMMAE.

1 *Fructuum tertia pars,quæ abſentibus ſubtrahitur, computatur inter fructus beneficij.*
2 *Legata re duobus, cuilibet debetur tota, ita vt ſi alius repudiat legatum,alter nihil acquirat,ſed non admittat.*
3 *Diſtributiones quotidianæ non dicuntur de corpore beneficij.*
4 *Diſtributiones dicuntur dari,item acquiri ſeruientibus.*
5 *Teſtes deponentes de fructibus dari ſolitis inſeruientibus diuinis,deponere dicuntur de his,quæ ſunt facti, & cadere poſſunt in ſenſum teſtium,& bene probant,præſertim ſi eſſent portionarij. num. 6. & producti forent ab aduerſario.num.7.*
8 *Interpretatio lata ſit contra Papam concedentem.*

PRAESVPPOSITVM.

Stante deciſione coram me facta. 1

DVBIVM.

An in caſu,de quo agitur, tertia, de qua loquuntur teſtes,ſit deducenda, ad effectum, vt prouiſio Nuncij nõ ſit inualida, vel potius ſit computãda inter fructus, ita vt intret gratia Papæ?

120. DECISIO. alioqui. IX.

COncluſum fuit per Dominos tertiam par-
1 tem † computandam eſſe inter fructus be-
neficij ad effectum,de quo agitur,iuxra aliàs di
cta in vltima reſolutione facta die 15. Aprilis
præteriti,cum dicta tertia ſit de corpore bene-
ficij,non attento, quòd per accidẽs abſentibus
tollatur. Vnde tale beneficium de ſui natura
verè habet ſuos redditus conſuetos, licèt per
ſtatutum,vel per conſuetudinem hęc tertia tol
latur, vt benè in his terminis dicir Sraphile.
qui ſatis placuit Dominis, & ita declarat Ol-
drad.conſ.118.de liter.grat.fol.29.à terg.ver.
& prędicta intelligo ſecundùm paruam impreſ
ſionem,aliàs ſub tit.de form.expect.§.noua for
ma pauperum,num.47.
Quod aliqui Domini comprobabant, quia
præſentes verè non dicunrur lucrari hos fru-
ctus, ſed magis dicuntur abſentes amitrere, &
ita benè dicebant videri in hoc caſu ſimile de
iure accreſcendi, & non decreſcendi quando
2 enim res legata † eſt duobus, cuilibet debetur
tota,ita quòd, ſi alius repudiet legarum, alrer
nihil acquirat,ſed non amittat.l. vnica. §.ſin au
tem ad deficientis.C.de caduc. tollen. Docto.
omnes in l.re coniuncti. & ibi in ſpecie Rip.n.
7.de

Digitized by Google

7.de legat.ſecundo, vbi declarat differentiam inter ius accreſcẽdi,& non decreſcendi. Ita in hoc caſu pręſens dicitur lucrari, ſed magis dicitur non amittere.

Et addebant aliqui, videri tantam differen-
3 tiam inter diſtributiones, quę † non dicuntur de corpore beneficij, vt per Staphil. vbi ſupra num.45,& 46.& Oldra.d.conſ.118.et per plur. vulg.& hanc tertiã, quæ adimitur abſentibus, quæ eſt de corpore, vt per Staphil. vbi ſupra, quanta eſt inter lucrum, & pęnam, & inter dare,& adimere,quæ ſunt contraria. Nam diſtri-
4 butiones † dicuntur dari,item acquiri ſeruientibus: hæc verò tertia verè non dicitur dari, nec acquiri ſeruientibus,vel præſentibus,cum ea ſit de corpore beneficij. Qua ratione lucratur quis alias duas tertias,vt corpus beneficij,eadẽ ſeruiendo lucratur & hanc tertiã,quæ & ipſa,vt dixi,exiſtit de eodem corpore, non accreſcẽdo corpus beneficij, ſed illud non diminuẽdo:non ſeruiẽtibus autẽ, vel abſentibus benè dicitur tolli, & diminui dictum corpus de iſta tertia:& ſic in effectu dicta tertia non cedit lucro ipſi beneficiato,ſi ſit præſens, vt in diſtributionibus, ſed benè cedit pænæ abſentib⁹.

Et hæc differentia vltra prædicta videtur benè comprobari per teſtes,vt infra ponderatos, qui vocant dictam tertiam de corpore, item diſtinguunt eam à diſtributionibus quotidianis,& anniuerſarijs.

Nec obſtat, vt ex aduerſo opponitur, quòd huiuſmodi teſtes deponant de his, quæ ſunt iuris, & non reddant rationem: quia ſecundùm
5 Dominos,cum deponant de redditibus † huiuſmodi, ſatis dicuntur deponere de his, quæ ſunt facti, & quæ cadere poſſunt in ſenſum teſtium, vnde eorum dicta ad hunc effectum placuerunt,& ſufficiebant Dominis. Cum maxi-
6 mè teſtes † ſint portionarij,& optimè informati, & bene capaces intelligentiæ,& diuerſitatis horum redditũum:quia ad ipſos etiam ſpectãt,
7 & ſunt teſtes per † ipſum Dominicum aduerſarium Petri producti, & vltra alia eorum dicta benè ſuper hoc deponunt.Primus Dominicus Lopez portionarius eiuſdem eccleſiæ ſuper contentis in 15.interr. ibi,tertia pars omnium fructuum corporis beneficij.Item ibi, & non computantur diſtributiones miſſę, & anniuerſaria.

Item ſecundus Petrus Stallo pariter portionarius eiuſdem eccleſiæ ſuper contentis in 29. artic.ibi,præſentes recipiunt anniuerſaria, miſſas,& quotidianas diſtributiones, & etiam tertiam partem fructuum abſentium ex corpore ſupradictorum beneficiorum. Idem clarè ait ſuper contentis in 15.interr. ibi,abſentibus ſolummodo aufertur tertia pars omnium fructuũ corporis beneficij, & paulò infra ſubdit, ibi,nõ computatis diſtributionibus,miſſis, & anniuerſarijs,&c.

Tertius etiam portionarius ad 10. interr. ibi, corpus beneficij, defalcatis anniuerſarijs,& diſtributionibus quotidianis, ac miſſis de tabula, deductis oneribus, valet ſcuta 48. & ſic non ſeparat illam tertiam ex corpore, ſicut aliàs. Imò eam computat in corpore, ſed aufert abſentibus in ſuo dicto ad 15.inter.ibi,præſentes diuidunt tertiam abſentium. item ibi, corpus beneficij, defalcata tertia parte illius ſcilicet corporis, valet 32. Idem dicunt varijs in locis alij teſtes,tum ſuper 10.tum ſuper 15. inter. tũ alibi. Benè autem inter alios deponit quintus Petrus Duartes ſuper d.15.interr.ibi,quòd eſt conſuetudo auferre tertiam partem corporis beneficij: qui videtur caſus Staphil. vbi ſupra.Item miſſis,diſtributione &c. & ibidem infra,ſublata tertia parte corporis beneficij, & non computatis diſtributionibus &c. Et aduertebant etiam aliqui Domini, quòd paſſim teſtes in prædictis locis loquentes de iſta tertia, vtuntur ferè ſemper hoc verbo, aufertur, vel, defalcata, vel ſublata, vt in depoſitionibus ſuper d.15. inter. Quod videtur confirmare prędictam diſtinctionem, quòd in ea tertia magis agitur de adimendo,& de damno,& pęna abſentium, quàm de lucro, & acquiſitione præſentium &c.vt ſupra.

Placuerunt etiam aliquibus in dicta in vltima poſitione, quòd deciſiones ex aduerſo allegatæ,quòd huiuſmodi tertia non videatur cõputanda,nempe Mohed. deciſ.182. Pur. deciſ. prima.de valore. & Oldra. d. conſ. 118. item Ant.Aug.deciſ.742.& 971.lib.3. ſint fundatæ in odium reg.de valo.pænalis,& odioſę, vt bene in eis dicitur. Quæ ratio hic ſecundùm aliquos non videtur cadere:non enim videtur cõtinere odium,quòd Papa vult concedere limitatam facultatem Nuncijs:æquum enim videtur,vt Papa diſpenſet facultates ſuas pro libera,& ſpontanea voluntate ſua. Et quamuis cõ-
8 tra † ſe in dubio ſit facienda lata interpretatiò. c.fin.de verb.ſignif.c.15.cui.de præb.in 6.l. prima.& fin.cum ſua materia ff.de conſtit.princip. cum ſimil. tamen non propter hoc debent cõprehendi ea, quæ aliàs non comprehenderentur, vel quę apertè ſunt diuerſa à comprehenſis,vt not.Docto.in d.c.fin.

Ex quibus omnibus fuit firmatum tertiam

prædictam in caſu noſtro non eſſe deducendã, ſed computandam &c.

Iſpalen. penſionis 250. ducat. Veneris. 21.Octobris 1575.

EPITOME.

PEnſionis reſeruatio eſt valida, dato quòd mandatum ſit datum ad renunciandum in euentum, quòd ille conſentiat reſeruationi penſionis ſoluendæ, literis non expeditis, accedẽte Papæ beneplacito, dato quòd Papa deleuerit illa verba ſupplicationis ſcilicet, literis non expeditis.

SVMMAE.

1 *Penſionem non annullat caſſatio facta per Papam aliquorum verborum, quæ erant in mandato ad renunciandũ. & num.2.*

3 *Conditione ceſſante, perinde eſt, ac ſi actus à principio factus non fuiſſet.*

4 *Conditionis defectus ſemper habet oculos retro vſque ad tempus diſpoſitionis.*

5 *Argumentum à contrario ſenſu procedit etiam in mandatis, amplia, prout num.6.*

7 *Obſeruantia ſubſecuta oſtendit partes ita à principio intellexiſſe.*

8 *Verba, accedente beneplacito Papæ, ſtant conditionaliter.*

9 *Relatio non debet fieri ad ea, quæ habent propriam diſpoſitionem.*

10 *Deciſ. 114. Diuerſorum, in cauſa Corduben. dimidiæ portionis intellectus.*

PRAESVPPOSITA.

Stante mandato Epiſcopi Scalen. ad renunciandum, & cedendum in fauorem Io. in euentum, quòd dictus Io. conſentiat reſeruationi penſionis 250. ducat. & poteſtati illam transferendi, ac regreſſui, cum decreto quòd dictus Io. beneplacitó accedente Papæ, obligari teneretur in forma cameræ de ſoluendo dictam penſionem abſque expeditione, & intimatione literarum, & ſupplicatione deſuperexpedita, in qua Papa deleuit illa verba, literis non expeditis, cum cõſenſibus eorundẽ, quorũ in neceſſarijs copia detur. 1

Et quòd poſtea penſio huiuſmodi dicto Epiſcopo pluries fuerit per dictum Io. Ferdinandi ſoluta, vt in cõmiſsionibus pro eius parte in actis præſentatis de anno 1544. in 1. reg. in Rota fol. 317. 371. 2

DVBIVM.

An dicta reſeruatio penſionis ſit nulla in caſu, de quo agitur, ex eo quòd in clauſula in dicta ſupplicatione reſeruationis penſionis exiſtens videlicet, quòd dictus Ioannes teneretur in forma cameræ ſe obligare de ſoluenda penſione, non ſint illa verba, literis nõ expeditis, prout ſunt in dicto mandato?

121. DECISIO. alioqui. X.

FVit per omnes Dominos concorditer reſo-
1. lutum, reſeruationem † penſionis, de qua
2. agitur, eſſe validam. Moti ſunt, quia † illa verba, accedente beneplacito, quę referuntur ad obligationem faciendam de ſoluendo penſionem pro terminis decurſis, & decurrendis, cõplectitur etiam clauſulam, literis non expeditis: quia dicta verba, beneplacito acccedente, cadunt ſuper illo verbo, obligari teneantur, & ab eo reguntur, & propterea ad illud referri debent. Rimin. conſ. 117. num. 20. li. 1. Quo ſtãte, videtur ſuccedere, quòd, cum iſte Epiſcopus voluerit, quòd ita demum apponatur hoc decretum, ſi Papa voluerit, quòd, cum Papa noluerit, ex quo deleuit prædicta verba, literis nõ expeditis, conſequenter ceſſet etiam ſua volun-
3 tas: tum quia, defecta † conditione, perinde eſt, ac ſi actus ab initio factus nõ fuiſſet. *l. pecuniã*, ff. ſi cert. pet. vbi Paul. de Caſt. & Iaſ. cõditionis
4 enim † defectus ſemper habet oculos retro vſque ad tempus diſpoſitionis. Dec. in d. l. pecu-
5 niam. num. 4. tum etiam quia argumentum † à contrario ſenſu procedit etiam in mandatis. L. cum qui duobus. §. filiusfamilias. & ibi Bart. in ſummario. ff. de acquir. hęred. Iaſ. in d. l. pecu-
6 niam. col. 1. ſub num. 2. ſiue id proueniat, † quia verba conditionalia in contractibus diſponant ſub contraria conditione, vt notant Docto. relati à Dec. in d. l. pecuniam. in princip. vel ex eo quia, cum argumentum in mandatis ſumatur ad limites verborum, in euentum defectus conditionis, dicatur ceſſare mandatũ, ſemper enim verum eſt, quod Epiſcopus in euentum, in quẽ Papa nolit, & ipſe etiam non vult.

7 Accedat † obſeruantia ſubſecuta, quæ oſtendit, quòd partes ita etiam intellexerunt. l. ſed & Iulianus. §. perinde. ff. ad Macedon.

Non obſtant oppoſitiones ex aduerſo factę. Prima eſt, quòd non conſtet de voluntate Papę, & quòd non conſtet hoc fuiſſe petitum. Nã reſpondebãt ſatis conſtare ex ſignis crucis notatis, quę non poſſunt ſignificare, quòd fuerint deleta alia verba, quàm iſta, vt bene per informantes.

8 Item nec obſtat ſecũda, quòd illa verba, † accedente beneplacito, ſtent diſpoſitiuè, & non conditionaliter: quia dicebant hoc eſſe contra regulam tritam, & contra tex. in l. à teſtatore. ff. de cond. & demon. cum ſexcentis ſimil.

Tertia

Digitized by Google

Tertia item oppoſitio, quòd ea referantur ad reſeruationem penſionis pro annis ante lapſis, viſa eſt nullo modo poſſe applicari: quia ſupra iam diſpoſuerat, quòd deberet accedere decretum, quòd penſio deberetur pro tempore preterito, ibi, cum decreto deſuper opportuno, quòd dicta penſio incipiat currere ab anno
9 preterito &c. vnde relatio † non debet fieri ad
ea, quæ habēt propriam diſpoſitionem. Rom. conſ. 152. num. 3.

Tanto magis predicta placebant, quia tendunt ad fauorem validitatis actus.

10 Deciſio † in cauſa Corduben. dimidię portionis coram Chiroga 14. Nouembris 1558. ex aduerſo allegata, ſeu Diuerſorum 114. viſa eſt longè diuerſa: quia ibi conſtituens volebat omnia ſimpliciter, hic autem non ſimpliciter, ſed reſtrictè, & conditionaliter, nempe accedente beneplacito.

Iſpalen. penſionis 250. ducat. Lunæ 21. Nouembris, & Lunæ 28. eiuſdem 1575.

EPITOME.

PEnſio, de qua in præcedenti deciſione itidem declaratur valida.

SVMMAE.

1 *Diligentia præſumitur.*
2 *Clauſula nominationis poſita in fine ſupplicationis, vel in clauſulis, refertur ad omnia ſupradicta.*

PRAESVPPOSITA.

Stante mandato Epiſcopi Scalen. & Io. Ferdinandi ſenimo ad reſignandum, & conſentiendum reſeruationi penſionis, de qua agitur. 1

Et ſupplicatione reſeruationis penſionis huiuſmodi cū conſenſibus Epiſcopi, & Ioannis, quorum omnium in neceſſarijs copia detur. 2

Et quòd penſio huiuſmodi dicto Epiſcopo pluries fuerit per dictum Io. Ferdinandi ſoluta, prout dicitur in commiſsionibus pro eius parte in actis preſentatis de anno 1544. vt in primo regeſtro in Rota. fol. 317. & 376.

DVBIVM.

An dicta reſeruatio penſionis ſit nulla in caſu, & ad effectum, de quo agitur?

122. DECISIO. alioqui. XI.

IN vtraque poſitione reſolutum fuit pro validitate penſionis, circumſcripto capite litis non narratę. Primo ex doctr. Abb. relati per
1 Aym. conſ. 77. num. 11. quòd preſumitur † diligentia, nec enim ratio afferri poteſt, cur non dicatur petita facultas transferendi, ſicut petita eſt facultas nominandi.

Confirmatur ex ſignis crucis factis per reuerendiſſimum Datarium in ſupplicatione, per rationes deductas in penultima poſitione hu-
2 ius cauſę. Confirmatur, ſi dicta clauſula † nominationis eſt poſita in fine ſupplicationis, vel in clauſulis, quia refertur ad omnia ſupradicta: ſed, quia pars aduerſa negat dictam clauſulam adeſſe, ideo Domini ſuper hoc non ſe fundabant, ſed ſuper aliis predictis.

Ad pretenſam deciſ. Achill. ex aduerſo allegatam primo dicebant non eſſe inter deciſiones Achill. & ideò multam vim in ea non eſſe faciendam.

Secundo dicebant eſſe caſum valdè diuerſum, quia ibi cadebat & negligentia, & intereſſe procuratoris propter intereſſe ſui fratris. Et pro predicta reſolutione omnes Domini erant concordes, & viſa eſt materia ſine difficultate, & placuerunt reſponſiones datę alijs ex aduerſo deductis.

Segobien. prætenſæ penſionis. Veneris. 4. Maij. 1576.

EPITOME.

PEnſio non niſi de fructibus beneficij debetur.

SVMMAE.

1 *Penſio de fructibus beneficij eſt ſoluenda.*
2 *Promittens proſequi litem vſque ad tres conformes, non tenetur, ſi lis eſt calumnioſa.*
3 *Penſionem ſoluere obligatus, habita, vel non habita poſſeſſione, non niſi per tres annos ſoluere eam tenetur de ſtylo Rotæ.*

PRAESVPPOSITVM.

Præſuppoſitis hinc inde pro vtraque parte deductis, & deducendis. 1

DVBIVM.

An d. Io. de Monroy ſit liberatus à prætenſæ penſionis ſolutione?

123. DECISIO. alioqui. XII.

VIdendum eſſe voluerunt Domini particulariter, an beneficia, ſuper quibus fuit

reſeruata penſio, vacaue rint per obitum Sornocę, per cuius obitum fuit prouiſus Ioannes Monroy, & ex iſta vacatione eſt reſeruata penſio. Quia, ſi non vacarunt, eſt indubitatũ, quòd
1 non debetur penſio, † quę de fructibus beneficij ſolui debet. Caputaquen. deciſ. 87. Papa prouiderat.lib.2.

Si verò non vacarunt, tunc luſtum erit hoc caſu, quòd Ioannes ſoluat: & in euentũ, quòd non vacauerint, non obſtat obligatio Monroy de proſequendo litem vſque ad tres confor-
2 mes: quia iſta obligatio † non eſt intelligenda in caſu, in quo appareat, quòd lis eſt calumnioſa, vt manifeſtè eſſet, ſi beneficia non vacarunt, vt per Tiraq. de retract.lignag. §. primo, gloſ. 18. num. 62. & alios allegatos.

Et propterea in ſimili etiam videmus, quòd
3 obligatio † de ſoluendo penſionem habita, vel non habita poſſeſſione, reſtringitur per Rotam ſolùm ad tres annos ex allegatis.

Firmana Hoſpitalis. Mercurij. 27. Nouembris 1577.

EPITOME.

Beneficij eccleſiaſtici vera expoſitio, & declaratio adducitur.

SVMMAE.

1 *Beneficium eccleſiaſticum dicitur illud, quod habet campanile, dotem, & percipit decimas, & primitias.*
2 *Eccleſia, & beneficium eccleſiaſticum differunt.*
3 *Beneficium eccleſiaſticum quibus ex ſignis cognoſcatur?*
4 *Eccleſia quando dicatur beneficium eccleſiaſticum?*
5 *Eccleſia quando erecta præſumatur auctoritate Epiſcopi? & num. 9.*
6 *Spirituale onus annexum beneficio, dicitur celebratio continua diuinorum.*
7 *Collatio eccleſiæ facta alicui perpetuò eſt vnum ex ſignis beneficij eccleſiaſtici.*
8 *Eccleſia ſolita committi perſonis eccleſiaſticis, reputatur beneficium eccleſiaſticum.*
10 *Oratoria veniunt appellatione beneficiorum, quæ dari poſſunt in titulum.*
11 *Eccleſia ponitur pro beneficio.*
12 *Vnio probatur neceſſariò ex immemorabili, vbi non agitur de titulo in viſitatione.*
13 *Leproſaria in dubio potius præſumitur vnita eccleſiæ, quàm contra.*
14 *Vſurpatio præſumitur in communitate.*

DVBIVM.

An conſtet eccleſiam Beatæ Mariæ Montiſauſpicis, ſuper qua eſt controuerſia, eſſe beneficium eccleſiaſticum, vel potius hoſpitale per laicos gubernari ſolitũ.

£

124. DECISIO. alioqui. XIII.

IN propoſito dubio Domini duas quæſtiones diſtinguebant. Prima, an eccleſia Sanctę Mariæ Montiſauſpicis, de qua eſt cõtrouerſia, ſit beneficium eccleſiaſticum. Secunda, an ſit hoſpitale per laicos gubernari ſolitum?

Et quoad primam, pro affirmatiua, quòd ſit beneficium eccleſiaſticum allegabatur per in-
1 formantes, quòd habet † campanile, dotem, percipit decimas, & primitias, quæ non poſſunt deberi loco laicali ex allegatis. Hoc fundamentum benè ſecundùm Dominos videtur cõcludere, quòd hęc eccleſia non ſit oratorium priuatum, ſed eccleſia. iuxta conſ. Calder. 4. de relig.dom. But. 19. num 19. Abb. in c. parentibus. num. 1. de priuil. Rom. conſ. 477. num. 12. & 13. Sed quòd propterea ſit beneficium eccleſiaſticum, non videtur concludenter inferri,
2 quia eccleſia, † & beneficium eccleſiaſticum differunt, vt per Barbat. in Cle. cauſam. §. quòd
3 ſi forſan. num. 24. de elect. Nam beneficium † ex ſequentibus ſignis cognoſcitur, videlicet ratione perſonę conferentis, illius, cui confertur, & modi, quo confertur, & oneris annexi. Barba. vbi ſupra num. 27. cum ſeq. Aegid. latè in c. ſuper hoc. num. 16. de renunc. & in c. in noſtra. num. 10. de reſcript. Abb. conſ. 47. col. 1. lib. 2. Gig. de penſ. q. 86. num. 7. Dec. in rub. de reſcript. num. 3. verſ. & ibi cõcludit. hic autem nõ cõſtat de aliqua collatione iſtius eccleſiæ Sanctæ Mariæ, niſi de vna, de cuius etiam effectuatione adhuc dubitatur.

Tamen Domini, hoc etiam non attento, in-
4 clinabant, quòd dicta eccleſia † eſſet nihilominus beneficium eccleſiaſticum. Moti, quia, cũ iſte ſit locus publicus ex ſupradictis, & non ſit oratorium priuatum, ſed eccleſia, quæ etiam
5 habet dotem, præſumitur † erecta auctoritate Epiſcopi. Cald. d. conſ. 4. Aegid. latè in d. c. ſuper hoc, ſub nu. 21. Vnde, ſtante erectione huius eccleſię, item quod habeat dotẽ, iuxta not. in c. nemo. de conſecr. diſt. 1. item quòd ha-
6 beat onus † ſpirituale annexum, nempe celebrationem continuam diuinorum, vt conſiderat Aegid. in d. num. 21. & Barbat. in d. §. quod ſi forſan. num. 30. videtur omnino iudicãda beneficium eccleſiſticum.

Concurrit etiam, quòd, licèt eccleſia non cõ-
7 feratur alicui perpetuò, quod eſt vnum † ex ſignis beneficij eccleſiaſtici. Barbat. vbi ſupra verſ. 4. cognoſcitur beneficium eccleſiaſticum. Aegid. ſub d. num. 21. verſ. & quia perpetuum eſſe debet, & ibi, hoc enim eſt proprium ipſorum

rum beneficiorum eccleſiaſticorũ , vt ſint per-
8 petua ; tamen hæc ipſa eccleſia † ſemper com-
mittitur perſonæ eccleſiaſticæ, vt patet ex di-
ctis teſtium,ergo reputatur beneficium eccle-
9 ſiaſticum.Barba.num.29. imò ex ſolo, † quòd
locus ſit erectus anctoritate Epiſcopi , præſu-
mitur beneficiũ,vt videtur velle gloſ.in Clem.
ſi beneficiorum.in gloſ.prima.in fin.de decim.
Gnid.Papa deciſ.187.num.1. Rip. in c.decer-
nimus. num. 69. verſ. in iſto puncto. de iudic.
Imò Rebuff. in eius prax. c. quid ſit , & quot.
mod.num.8.in fin.dicit, quòd capella fundata
ad ſeruiendum Deo, licèr non appareat de au-
ctoritate Epiſcopi ; tamen pręſumitur benefi-
cium eccleſiaſticum. Aegid. tamen,quem ipſe
allegat,non ita loquitur in q. 16. in fin. verſ. 2.
quia etſi teſtator , vbi in dubio vult debere rẽ
recipi in ſtatu,in quo eſt. Et quãuis non cõfera
tur in titulum ; tamen ſatis videtur eſſe , quòd
poſſit conferri , quando eſt locus conſecratus,
& habet dotem,vt ſentit Abb.in c.auctoritate.
in fin. de cenſ.& ita videtur etiam Sarnen. de
10 infirm. in q. 23. vbi dicit , quòd oratoria † ve-
niunt appellatione beneficiorum, quæ dari poſ
ſunt in titulum.Et hæc omnia tãto magis,quia
11 eccleſia † ponitur pro beneficio. c. 2. de con-
ceſſ. præb.c.cum ignores . de præb. Rebuff. in
tit. quare ſint inſt.beneſ. num. 9. & hæc quoad
primam q. an eccleſia ſit beneficium eccleſia-
ſticum,in qua,vt dixi,pro affirmatiua ex prædi-
ctis inclinatum eſt per dominos.

Quoad ſecundam,an dicta eccleſia ſit hoſpi-
tale, dicebant, quòd licèt ex omnibus ſupra di
ctis appareat eſſe eccleſiam, non autem hoſpi-
tale,etiam non obſtante allegata domo iuncta
cũ muro eccleſiæ:quia imò replicabatur,quòd
eſt cortile intermedium , quod magis videtur
arguere diuerſitatem. Et dicebãt Domini pro
veritate huius quæſt.videndùm, an in caſu pro
poſito probetur vnio? & pro negatiua dicebãt
eam non probari per cõmunitatem,quia etiam
probatur per teſtes hoſpitale.Quod non vide-
tur adhuc benè poſſe firmari , quia teſtes dati
non probant , nec integri dantur ; tamen non
probatur vnio , in qua parte dantur , quia non
probant teſtes immemorabilem, quæ eſt neceſ
12 ſaria, † vbi non agitur de titulo in viſitatione
ex alleg. Felin,in conſ.2.num. 13.& num. 27.
Et iſtam opin. videtur Rota ſemper amplexa,
13 maximè quia in dubio potius leproſaria † præ-
ſumitur vnita eccleſiæ, quàm è contra. Aegid.
deciſ.387.

Non obſtat adminiſtratio communitatis,
quia in effectu dicunt teſtes , quòd communi-
tas tenuit , & poſſedit eccleſiam,& hoſpitale,
ſed non dicunt vti vnitam . Præterea ſecundus
ſe videtur reſtringere ad auditum,& ad annum
1552. Tertius dicit, quòd communitas à ſuo
recordatu poſſedit hoſpitale,non autem depo-
nit,quòd hoſpitale poſſideret eccleſiam , vnde
potuit eſſe mera vſurpatio: maximè cum ſimus
14 in communinitate , † in qua vſurpatio præſu-
mi ſolet. Quartus deponit, quòd communitas
poſſedit hoſpitale ſub inuocatione Sanctæ Ma
riæ &c. & bona &c. ſed nihil , quòd hoſpitale
poſſederit eccleſiam prædictam , nec deponit
de immemorabili, Vnde aduertebatur per ali-
quos ex Dominis , quòd illa denominatio ec-
cleſiæ, vt dicit Ant. de But.in c.inter dilectos.
ſub nu. 15.verſ.vel fortè.de donat.potiùs præ-
ſumitur ex eo , quia eccleſia erat vicina . Sed
nec teſtes,vt dixi, concludunt bene de hoſpita
litate. Et licèt ex inuentario aliquid ſit pro pau
peribus;nihilominus,quòd ſeruaretur ibi con-
tinua hoſpitalitas, teſtes non ſatis concludunt,
& inuentarium oſtendit contrarium;quia tranſ
mittebat pauperes ad aliud hoſpitale. Sed de
hoſpitalitate,& poſſeſſione nõ videtur nunc cu
randum, quia nõ probatur immemorabilis iux
ta pręd. An autem obſtet reg. de annali,erit
videndum.

Hæc per modum inclinationis fuerunt per
Dominos dicta, ideò ſi partes de aliquo dubi-
tent,vel aliud releuans deducant, & velint ite-
rum audiri, audiantur.

Iterum cauſa hac propoſita ſuper eiſdẽ die
Veneris 14. Martij 1578. Domini fuerunt in
reſolutis, videlicet nos eſſe in beneficio eccle-
ſiaſtico, &c.

Calaguritana Theſaurariæ. Veneris. 11. Ianuarij 1578.

EPITOME.

IMpetrans gratiam certo modo, ſi in
ſupplicatione appoſuit clauſulam,
ſiue præmiſſo , ſiue alio quouis mo-
do &c.capere poteſt beneficium vacans
ex reſignatione expreſſa,ob publicatio-
nem non factam,quamuis non vacet ab
contractum matrimonium æquè per im
petrantem expreſſum.

SVMMAE.

1 *Matrimonium probatur per duos teſtes , quorum primus*
deponit de veritate, & fama, & ſecundus de fama tan-
tùm.

Vacatio

Digitized by Google

2 *Vacatio probatur per famam.*
3 *Regula,de annali,hic non procedit.*
4 *Regula Pauli iij. de impetrando certo modo, requirit poſſeſsionem pacificam,quamuis non annalem.*
5 *Reſignans liberè iu manibus Ordinarij, abdicat à ſe omne ius.*
6 *Clauſula, ſiue præmiſſo, ſiue alio quouis modo &c. operatur,vt veniat omnis modus vacandi. Quod procedit etiam in impetratione certo modo. num. 7.*
8 *Impetratio certo modo, ſi continet vnum vacandi modũ diſpoſitiuè, licèt adſit clauſula,ſiue alio quouis modo,nõ niſi ex modo ita expreſſo capi poteſt.*
9 *Auditor Rotæ,pendente lite,ſuccedit loco Ordinarij quoad examen prouiſi in forma dignum.*
10 *Gratia,certo modo, capit reſignationem in manibus Ordinarij factam,& expreſſam cum alia cauſa vacationis.*
11 *Prouiſio Ordinarij quamuis ſit nulla ob non ſeruatam regulam Pij v. de publicando;tamen reſignatio facta liberè in manibus Ordinarij,eſt valida,quæ abdicauit ius à reſignante.*

125. DECISIO. alioqui. XIV.

DOmini dixerunt matrimonium Ioannis de
1 Yuarra probari, † cũ de eo deponãt duo
teſtes,quorum primus deponit de veritate, &
de fama,alter de fama tantùm. quod ſufficit ad
faciendam plenam probationem. Bald. in l. Gallus. §. ille caſus. ff. de li. & poſthum. vbi Seyſſel.
2 num. 13. vltra quòd ad † probãdum vacationem ſufficit fama, vt per Mohed. deciſ. 77. &
fuit tentum coram D. Cantuccio, in vna Pampilonen. de Aglo.
3 Dixerunt etiam non obſtare † regulam de
annali,quia,ſi de ea ex aduerſo opponitur reſpectu perſonæ Ioannis Auencaualegni, clarum
eſt,quòd tempore impetrationis ipſe non erat
pacificus poſſeſſor:quia lis inter ipſum, & Aluarum cæpit ab initio ſuæ prouiſionis.

Si verò opponitur de regula reſpectu Ioannis de Yuarra, per cuius contractum matrimonij Didacus impetrauit, & eo etiam reſpectu
ceſſat dicta regula: quia tempore impetrationis d. Didaci prędictus Ioannes non poſſidebat. Sarnen. de annali. q. 50. & hæc etiam omnia procedunt reſpectu conſtitutionis Pauli
4 iij. de impet. cert. mod. quia & illa † requirit
poſſeſſionem, & pacificam poſſeſſionem, licèt
non annalem. Put. deciſ. 3. ſuper reg. de impe. cert. mod.

Regula verò de infir. & de impetr. beneſ. viuen. non applicatur huic caſui.

Solùm videbatur remanere difficultas, quia,
cum per informantes dicatur, quòd Didacus
impetrauerit theſaurariam vacantem per cõtractũ matrimonij Ioannis de Yuarra, non probat ipſe Didacus hanc vacationem, ex quo reſignaſſe præſupponitur hanc theſaurariam in
manibus Ordinarii ante contractum matrimo
5 nij: quo caſu † tunc à ſe abdicauit omne iuſ. c.
quod. &c. admonet, de renũ. Et quãuis Ordinarius contulerit dictam theſaurariam vacãtem
per dictam reſignationem Io. Auancaualegni,
qui nõ publicauit reſignationem, prout fuit reſolutum 29. Nouembris anni præteriti ſupra
deciſ. 4. non per hoc poteſt dici, quòd non fuerit abdicatũ ius à Ioanne de Yuarra reſignãte:
quia, cum reſignatio fuerit facta liberè in manibus Ordinarij, non autem in fauorem, ceſſat
obiectum.

Sed, quia dicebatur, quòd in literis aderat
6 clauſula, † ſiue præmiſſo, ſiue alio quouis modo vacẽt, quo caſu venit omnis modus vacandi. c. ſuſpectũ. de reſcript. in ſexto. Quod pro
7 cedit † etiã in impetratione certo modo. Caſſad. deciſ. 5. de præben. Fuit dictum, quòd vi
8 deantur bene literæ, an modus vacandi † ſit
datus diſpoſitiuè, quod aliquando fieri ſolet in
impetratione certo modo. Quia, ſi id eſſet, non
poſſet Didacus aliam vacationẽ capere, quàm
per contractum matrimonij. Caſſad. d. deciſ. 5.
Mohed. deciſ. 210. impetratio fuit facta. Put.
67. de pręben. incip. quando dicitur.

Dixerunt etiam, quòd licèt prouiſio Dida-
9 ci, † in forma dignum, ſit directa Ordinario; tamen auditor cauſæ, pendente lite, ſuccedit loco
Ordinarij, & poteſt examinare Didacum, & ei
conferre theſaurariam. Clem. auditor. de reſcript. & fuit reſolutum in vna Legionen. canonicatus, coram. R.P.D. Aldobrandino.

Poſtea in proxima Rota, quæ fuit die 13. Ianuarij, Domini diligenter, viſis literis apoſtolicis, dixerunt caſum iſtius vacationis fuiſſe per
reſignationem Io. de Yuarra in manibus Ordi-
10 narij, quę bene capitur in † gratia certo modo
obtenta è Didaco, ibi, adhuc per reſignationẽ
huiuſmodi, aut quòd Io. de Yuarra &c. contraxit matrimonium, vacauerit, & vacet ad præſens, & ſic narratur vacatio ſiuè per reſignationem, ſiue per matrimonium Yuarræ. intrat
11 ergo caſus reſignationis prædictus. Licèt †
enim prouiſio Ordinarij ſecuta ſit nulla, propter non ſeruatam regulam de publicando, vt
fuit reſolutum, dicta die 29. Nouembris; tamen ipſa reſignatio, quę fuit facta liberè, & ſimpliciter in manibus ipſius Ordinarij, fuit valida,
& abdicauit ius à Ioanne reſignante, vt ſupra
dictum eſt. An autem ſit danda remiſſoria, fuit
dictum, quòd videatur, an ſit releuans, & ſuper
hoc partes informent, quia aliqui Domini dubitabant de releuantia.

Meten-

Metenſis canonicatus,& præbendæ. Veneris 31.Ianuarii.1578.

EPITOME.

Gratia expectatiua intrat, non obſtantibus infraſcriptis.

SVMMAE.

1 *Noua prouiſio ſupplet defectum publicationis.*
2 *Regula de veriſimili non procedit in acceptatione expectatiuæ.*
3 *Expectantes qualibet die ſolebant acceptare in archiuio.*
4 *Expectatiuæ capiunt omnes menſes.*
5 *Expectatiuæ an, & quando impediantur per reg. cancell. de menſibus Ordinariorum.*
6 *Regula de menſibus Ordinariorum quando dicatur derogatum per expectatiuam?*
7 *Menſis Septembris eſt apoſtolicus ex concordatis Galliæ.*
8 *Sententia notoriè iniuſta non obſtat lapſus quadriennij.*

DVBIVM.

An gratia expectatiua d. Petri Fagot intret in caſu, de quo agitur.

126. DECISIO. alioqui. XV.

Reſolutum gratiam Petri intrare in caſu,de quo agitur.

1 Quò enim ad publicationem fuit reſpõſum per Dominos, quòd noua † prouiſio ſupplet. Sarn.de public.q.11.num.2.Aug. de inſinu. & public.expectat.num.4.

2 Quoad regulam de veriſimili, fuit dictum, quòd † non procedit in acceptatione expectatiuæ. Mohed. Deciſ. 318. fuit deciſum. in fin.
3 imò quolibet die † ſolebant expectantes acceptare in archiuio.

4 Quoad menſem placuit Dominis reſponſio data,quòd expectatiuæ † capiũt omnes mẽſes.
5 Et licèt ex aduerſo opponatur, quòd expectatiuæ † impediuntur per reg. cancell.de mẽſibus Ordinariorum. Put.41.de conceſſ. præb, & 21.de præben. tamen,quia in iſta expectatiua datur facultas acceptandi in menſibus quomodolibet Ordinariorum, nõ obſtat dicta reg. de menſibus Ordinariorum, quia eſt derogatũ regulis cancell. cum clauſula, quorum tenores &c.& per alias claras derogationes in conceſſione, ſeu priuilegio acceptandi ipſius Petri,
6 Ex quibus nõ eſt dubium, quòd illi regulę † eſt derogatum ex allegat. per informantes.

Prętereà ſtantibus concordatis, quia ciuitas iſta cadit ſub concordatis, vt apertè legitur in
7 bulla exhibita, res de plano procedit, quia eſt menſis † apoſtolicus menſis Septembris.

Quoad lapſum quadriennij dicebant etiam nihil obſtare:quia,ſtantibus ſupradictis,ſenten
8 tia † eſt è ex eiſdem actis notoriè iniuſta. Et ſatis placuerunt benè deducta per prędictos informantes Petri.

Firmana beneficij, ſeu hoſpitalis. Veneris. 14. Martij 1578.

EPITOME.

Beneficium eccleſiaſticum dicitur illa eccleſia, quæ eſt erecta auctoritate Epiſcopi,& dotata, præcipuè ſi habet onus ſpirituale annexum.

SVMMAE.

1 *Beneficium eccleſiaſticum quod dicatur? & nu. 2.3.& 4*
5 *Vnio probatur per immemorabilẽ,ſi non conſtat de literis.*
6 *Beneficij alterius qualitatis ſtatus præcedens quando non probatur,ſufficit probare ſtatum præſentem per decem annos,intellige,vt num.7.*
8 *Beneficiũ fuiſſe ſuppreſſum per vnionem, qui vult dicere, debet id probare vel per literas, vel per immemorabilẽ.*

127. DECISIO. Alioq. XVI.

Domini dixerunt conſtare ex deductis,
1 quòd iſta † eccleſia Sanctæ Mariæ ſit beneficium eccleſiaſticum. Moti fuerũt, quia omnia ſigna, de quibus per Calder.conſ.4.de præben.quod ſit eccleſia, & non oratorium priuatũ,vel hoſpitale,concurrunt in hoc caſu, vt in alia poſitione fuit etiam dictum.

2 Quo ſtante,ſequitur,quòd,cum ſit eccleſia † erecta auctoritate Epiſcopi,& dotata, dicatur conſequenter beneficium eccleſiaſticũ. Guid. Pap. deciſ.187.num. 1.Bart.& Rip. aliàs in hac
3 cauſa allegati. Et ratio † eſt,quia tunc poteſt conferri perpetuò,vt per Abb. in c. auctoritate.in fin.de cenſ.Sarn.in reg.de infirm.q.23.

Nec obſtat,quòd non conſtet de aliqua collatione: quia Doct.qui ex aduerſo allegantur,
4 nõ requirunt,† quòd fuerit collata eccleſia,ſed tantùm, quòd ſit talis, quæ non poſſit conferri laico,& ita loquit Abb.conſ.47.lib.2. Gig. de penſion.q. 86. num.7.& ita loquitur Anchar. in c.primo. num.3.de reg.iur. in 6.ad quem ſe remittit Dec.in rub. de reſcript. num.3. quòd in hoc caſu procedit,ex quo, vt ſupra dictum eſt, fuit erecta auctoritate Epiſcopi. Maximè quia

quia habet onus ſpirituale annexum, nempè ce
lebrationem diuinorum officiorum, vt in alia
poſitione fuit etiam conſideratum.

Minus obſtant notat. in Cle. fin. de reſcript.
quia ea omnia procedunt, vbi non venit in con
trouerſiam ipſa vnio, nec, an ſit, vel non vnita
eccleſia, vel hoſpitale, ſed præſupponitur ibi
vnio pro conſtanti, & indubitata: imò pro ne-
ceſſario ſubſiſtenti ad illam ſubiectam materiã,
& dubitatur ſolùm, cui ſit facta vnio ipſa, an ec
cleſia ſit vnita hoſpitali, vel hoſpitale eccleſię;
5 hic verò dubitatur de ipſa vnione, ad quam †
probandam neceſſaria eſt immemorabilis, &
propterea Bonif. in d. Clem. fin. ponit illam ex-
ceptionem, quando non conſtat de modo anne
xionis, & ſic apparet, quòd eo caſu tantùm mo
dus vnionis controuertebatur, non vnio ipſa.
6 Nil etiam facit, q. quando† non probatur ſta
tus præcedens alterius qualitatis beneficij, ſuf-
ficiat probare ſtatum præſentem per decem an
nos. ex notat. in c. cum de beneficio. de præb.
in 6. quia illa materia non applicatur. Ibi enim
7 ſupponitur, † quòd ſit beneficium, & ſolũ quæ-
ritur, quale ſit, an ſeculare, vel regulare; at hic
controuertitur ipſa ſubſtantia beneficij, non
ſtatus ſit, vel ne; vnde, cum probetur, quòd ſit
eccleſia erecta auctoritate Epiſcopi, & conſe-
quenter, quòd eſt beneficium eccleſiaſticum,
8 qui vult dicere fuiſſe ſuppreſſum † tale benefi-
cium per vnionem, debet id probare vel per
literas, vel per immemorabilem, vt dictum eſt,
& latiùs deducitur ab informantibus.

DE HIS, QVAE FIVNT A maior. par. capit.

Calaguritan. iuris arrendandi. 1. Iulij, 1573.

EPITOME.

Conſenſus maioris partis omniũ ſimul duarum eccleſiarum vnitarum tamquam vnius corporis ſufficit: nec eſt neceſſarius cõſenſus etiã maioris partis vnius ex dictis eccleſijs, etiam quòd eſſent minores in capitulo.

SVMMAE.

1 *Conſenſus maioris partis omnium ſimul duarum eccleſiarũ vnitarum ſufficit in actu.*

2 *Conſenſus maioris partis vnius ex duabus eccleſiis ampliſſimè ſimul vnitis ad actum non eſt neceſſarius, ſed bene maioris partis omnium duarum eccleſiarum.*

3 *Vnio operatur, vt duæ eccleſiæ efficiantur vnum corpus, & vna vniuerſitas.*

4 *Vniuerſitatis maiori parti ſtandum eſt, nec habetur ratio ſeparatorum corporum in actu celebrando, etiam quòd perſonæ vnius corporis vniti eſſent pauciores.*

5 *Infertur aliquando ex vno caſu exceptuato ad ſimiles exceptuandos, limita, prout num. 6.*

7 *Teſtes deponentes per eundem præmeditatum ſermonem, repelluntur.*

8 *Teſtes debent teſtificari, non autem iudicare.*

PRAESVPPOSITVM.

Stante ſententia Rotali, & vnione, quorum in neceſſarijs copia detur.

DVBIVM.

An in caſu, de quo agitur, ſufficiat conſenſus maioris partis omnium ſimul, vel potius ſit neceſſarius conſenſus etiam maioris partis illorum de Fuentemayor.

128. DECISIO. alioqui. I.

Fvit reſolutum per omnes Dominos ſine vl
la cõtrouerſia in caſu, de quo agitur, ſufficere
1 re † cõſenſum maioris partis omniũ ſimul, nec
eſſe neceſſarium conſenſum etiam maioris par
tis illorum de Fuentemayor, etiam quòd ipſi
2 de Fuẽtemayor eſſent minores † numero in ca
pitulo, quàm illi de Nauarrete. Moti potiſſimũ
ex latiſſimis verbis, & clauſulis vnionis inter
3 prędictas eccleſias. Cum enim per vnionem †
duæ illę eccleſię ſint effectę vnum corpus, &
vna vniuerſitas, intrat vulg. reg. iuris, quòd ſtã-
4 dum † eſt iudicio maioris partis perſonarum
huiuſmodi vniuerſitatis, & non habetur ratio
ſeparatorum corporum, etiam quòd perſonæ
vnius ex corporibus vnitis ſint pauciores, quã
perſonæ alterius, ita in his terminis Abb. in c.
paſtoralis. in fin. princip. num. 7. verſ. ſecus dic.
vſque ad fin. de reſcript. refert, & ſequitur Fe
lin. in c. cum omnes. ſub num. 18. in 8. limit. in
fin. limitationis, verſ. ſecus. de conſtit. & in d. c.
paſtoralis. num 9. cum concord. Aliqui ex Do-
minis allegabant in argumentum not. per Iaſ.
in l. fin. C. de impub. & alijs, &c.

Secũdo principaliter moti ſunt Domini ex ſententia de conſenſu partium lata per illuſtriſſimum Cardinalem Aldobrandinum, dupliciter ponderata. Primo per locum à ſpeciali, dum ait, quòd in vno quidem caſu maior pars capituli de Nauarrete, & maior pars de Fuentemayor concurrat, ſi beneficium vnius eccleſiæ ſit dandum clerico alterius eccleſię: quia regula iam firmata erat contraria, quòd nempe beneficia

ficia vnius eccleſię conferātur clericis natis in eadem eccleſia,non in alia. Vnde contra prędi ctam regulam dicitur non debere conferri,niſi de conſenſu maioris partis vtriuſque eccleſiæ. Quinto per verba apertiſſimè ſequentia,& per declarationem factam in hoc caſu de maiori parte reſpectiuè non præiudicetur alijs caſibus, in quibus maior pars omniū ſimul de Nauarrete, & Fuentemayor attendi conſueuit.
5 Et licèt ex vno † caſu exceptuato aliquando inferatur ad ſimiles exceptuandos. Dec. in l.prima. de reg.iur. not. in c.1. de confir.vtil. vel inutil. cum ſimil. tñ inter caſum exceptua-
6 tum † in prædicta ſententia,& caſum arrendandi,& alios,de quibus agitur in propria queſtione,viſa eſt Dominis longè diuerſa ratio,& differentia,& maximè attentis ſupradictis.

Ad teſtes ex aduerſo examinatos,vltra quòd non percutiunt caſum,de quo agitur, & dubiū propoſitum,Domini reſpondendo dixerūt de-
7 ponere † per eundem præmeditatum ſermo-
8 nem, nec non aliquos † magis iudicare, quàm teſtificari.

Calaguritan. iuris arrendandi. Veneris. 20. Nouembris 1573.

EPITOME.

Teſtium fides diſcutitur.

SVMMAE.

1 *Teſtis licèt ſupra videatur ineptè deponere, ſi tamē in fine reddit bonam rationem,probat.*
2 *Teſtibus duobus in ſpecie deponentibus magis creditur, quàm pluribus in genere.*
3 *Teſti partis aduerſæ maximè eſt credendum.*
4 *Præſcriptio, non autem conſuetudo cadit inter duo collegia,ſiue capitula,quando agitur de auferendo iure quæſito vni ipſorum.*

PRAESVPPOSITVM.

Stantibus vnione,ſententijs, & teſtibus hinc inde examinatis, quorum breue ſummarium Dominis detur,& reſolutione poſtremo loco in cauſa huiuſmodi facta. 1

DVBIVM.

An in arrendandis fructibus,& mulctidis, & puniēdis beneficiatis dictarum eccleſiarum, & aſsignando diem œconomis pro diuiſione decimarum, debeat interuenire conſenſus maioris partis beneficiatorum reſidentium in eccleſia de Fuentemayor,vel ſufficiat cōſenſus maioris partis omnium ſimul beneficiatorum vtriuſq. eccleſiæ,habito reſpectu ad totum numerum beneficiatorum.

129. DECISIO. ſiue Diſcurſus. alioqui. II.

Videbatur aliquibus ex Dominis, quòd teſtes de Fuentemayor probarent intentionem ſuam,nempè maiorem partem illorum interueniſſe in arrendationibus, & mulctis, de quibus agitur, vt apertè dicunt octo primi teſtes ſuper octauo interrogatorio. Et licèt quoad tēpus variè deponāt,aliqui enim de 15. annis,aliqui nihil de tempore dicant,aliqui deponant ſine dictione, ſemper, & ſic non inferant continuatum tempus huiuſmodi interuentus, aliqui à 12.annis;tamen tertius,quartus, ſextus, & ſeptimus videbantur concludere quadragenariam poſſeſſionem continuatam, & cū dictione,ſemper. Tertius enim, quartus,ſextus à 40.& ſeptimus à 50.annis citra deponunt, & videbatur eiſdem Dominis, quòd redderēt bonam rationem. Et licèt tertius videatur ineptè dicere ſe vidiſſe publicam vocem, & famam;
1 tamen, quia † in fine reddit bonam rationem, credebant ei eſſe ſtandum.

Nec videbātur, ſi bene intuerentur, quòd iudicarent,vel deponerent de his,quæ ſunt iuris, ſed magis teſtificarentur, & deponerent ſuper facto. Et licèt non ſint de capitulo; tamen extra capitulum poſſunt vidiſſe, & audiuiſſe, & actus etiam capitulares, quando publicantur, celebrantur,& fiunt,aperto capitulo,& adhibitis, ſiue interuenientibus alijs etiam extra capitulum.

Teſtes autem de Nauarrete probant poſſeſſionem capituli,& octo primi deponunt de tēpore,inter quos duo tantùm dicunt,quòd non obſtante contradictione locationes capituli habuerunt effectum. Et videbatur teſtes de Fuentemayor vti particulariter, & magis in ſpecie deponentes præualere,& magis eſſe attenden-
2 dos ex trita regula: quòd magis † creditur duobus teſtibus in ſpecie,quàm plurimis in genere deponentibus.

Imo, quibuſdam alijs ex Dominis videbatur omnes prędictos teſtes inter ſe non dici cōtrarios, ſed aptè poſſe conciliari: ſtatur enim ſimul,quòd capitulum de Nauarrete ſit in prædicta poſſeſſione arrendandi &c.& quòd illud ipſum capitulum arrendet,attenta maiori parte illorum de Nauarrete,& illorum de Fuentemayor, vt ita ſe habeat interpretatio vnionis in prædicto capitulo, & ſubdebant prędictam vnionem,licèt pręgnantem hanc non abhorrere interpretationem, de quo alij dubitabant.

S Aliqui

Aliqui è contra impugnabant prædictos teſtes, quatenus dicũt illos de Fuentemayor interueniſſe pro maiori parte in arrendando ſine contradictione, quia ex ſententijs productis de anno 1553. 1555. videtur conſtare de contrario. Quas ſententias ſi bene non ſunt iuſtificatæ, dicebant interrumpere prædictam quadragenariam, quatenus allegaretur, de quo particulariter videri poſſe dicebant.

Alij exiſtimabant hoc negocium magis decidi debere ex iure communi, quàm ex teſtibus: cum videatur Dominis ambas partes nimium anxiè in hac cauſa agere, & affectare victoriam, & teſtes vtriuſq. nimis audacter deponere, qui exiſtimabant, etiam teſtibus attentis, teſtes de Nauarrete potiores habendos eſſe, nempè quibus ius commune aſſiſtat, & plus eſſe ſtandum teſtibus ſecundùm dipoſitionem iuris, quàm contra ius commune deponentibus. Qui ijdem Domini ex primo teſte illorum de Fuentemayor, qui fatetur intentionem aduerſariorum, confirmabant iuſtitiam illorum
3 de Nauarrete: teſti enim † aduerſariorum maximè credendũ eſſe dicebant, & cum ex eiſdem teſtibus conſuetndo variè deſumeretur, dum aliqui dicunt, quòd aliquando illi de Nauarrete arrendabant, etiam contradicentibus aduerſarijs, aliquando arrendabant, accedente conſenſu maioris partis eorum, ergo in hac varietate nulla conſuetudo firmari poſſe videtur.

Aliqui addebant, an quadragenaria, de qua ſupra, probetur ante litem, quòd ipſi teſtes nõ concludenter, aut apertè deponunt. Aduertebant aliqui ex Dominis, quòd, cum agatur de auferendo iure quęſito illis de Nauarrete, licèt agatur res inter duo collegia, ſeu capitula; non
4 cadit † conſuetudo, ſed præſcriptio, vt eſt reſolutum in vna Caietana de anno 1563. coram D. Robuſterio. Ex quo inferebant vltra tempus 40. annorum requiri titulum, quem ipſi de Fuentemayor non probabant. In quo tamen replicabant aliqui, quòd ſi probatur quadragenaria ſufficienter, vnio non eſt ita clara, quin poſſit ſeruire pro titulo iſtis de Fuentemayor, vt fuit dictum in vna Caurien. iuriſdictionis coram bon. mem. D. Oradino 1570. & prius coram alijs, vt ibi. Et demum placuit, quia per aliquos ex Dominis multa ſunt dicta circa exceptiones teſtinm illorum de Fuẽtemayor, quòd plerique ſunt beneficiati, aliqui ſuſpecti; aliqui varij, quòd primum daretur dubium circa exceptiones teſtium.

Calaguritan. iuris arrendandi. Veneris. 11. Martij 1575.

EPITOME.

BEneficiati quinque conficiunt maiorem partem beneficiatorũ de Fuentemayor.

SVMMA.

1 *Beneficiatorum de Fuentemayor partem maiorem conſtituunt quinque tantùm beneficiali.*

PRAESVPPOSITA.

Stantibus reſolutionibus in huiuſmodi cauſa factis. 1
Et ſummario teſtium, & iurium. 2

DVBIVM.

An conſtet ſententias latas de annis 1553. & 1555. eſſe latas ſuper arrendamento facto, contradicente maiori parte illorum de Fuentemayor tempore arrendamenti facti in caſu, & ad effectum, de quo agitur?

130. DECISIO. alioqui. III.

1 FVit reſolutum, quòd quinque † beneficiati conſtituũt maiorem partem ex beneficiatis de Fuentemayor.

Quo verò ad effectum redarguendi teſtes de Fuentemayor de falſo, noluerunt aliquid firmare, ſed voluerunt, quòd afferretur inſtrumẽtum arrendamenti?

Gerunden. adminiſtrationis anniuerſariorum. Lunæ. 16. Ianuarij 1576.

EPITOME.

CApitulum habet intentionẽ fundatã priuatiuè ad beneficiatos in adminiſtratione anniuerſariorum canonicis, & beneficiatis communium.

SVMMAE.

1 *Capitulum adminiſtrat anniuerſaria communia canonicis, & beneficiatis, priuatiuè ad ipſos beneficiatos. Fallit, ſi beneficiati probarent burſam illam communem factam eſſe ex redditibus beneficiatorum. num. 2 ſed tale onus probandi beneficiatis incumbit. num. 3.*

4 *Adminiſtratio etiam in negocijs arduis pertinet ad ſolum capitulum, & Epiſcopum.*

5 *Admi-*

5 *Adminiſtratio anniuerſariorum pertinet ad capitulum,pri*
uatiuè ad beneficiatos.
6 *Capituli appellatione canonici ſolùm continentur, non au-*
tem beneficiati,& alij,etiam habentes dignitates.
7 *Canonici qui ſunt de capitulo, & non alij continentur ap-*
pellatione clericorũ in his quæ ſpectant, ad cathedralẽ.
8 *Clerici inferiores debẽt inſeruire capitulo,prout Epiſcopo.*
9 *Capitulum habet intentionem fundatam de iure communi*
ad excluſionem beneficiatorum.
10 *Capitulum ſuccedit Archidiacono defuncto, & eius bona,*
atque redditus eccleſiaſtici ad ipſum pertinent, non au-
tem ad ſucceſſorem.
11 *Anniuerſariorum burſa facta præſumitur ex redditibus*
capituli.
12 *Dignitas,& iura eccleſiæ poſsidentur pariter per Epiſco-*
pum,& capitulum.
13 *Quod omnes tangit &c.hæc regula quomodo intelligatur?*
14 *Beneficiati non poſſunt facere collegium.*

DVBIVM.

An capitulum de iure communi habeat intentionẽ fundatam priuatiuè ad beneficiatos, in adminiſtratione anniuerſariorum canonicis,& beneficiatis communium in caſu,& ad effectum,de quo agitur?

131. DECISIO. alioqui. IV.

FVit tentum per plures ex Dominis ſtrictè
ad terminos iuris communis tãtùm, quòd
1 capitulum † habeat intentionem fundatam pri
uatiuè ad beneficiatos in adminiſtratione an-
niuerſariorum canonicis,& beneficiatis com-
munium. Et placuit deciſio pro capitulo allega
ta in vna Barchinonen. anniuerſariorum co-
ram bo. mem. Card. Reomano,die 20. Aprilis
1554, vbi in ſpecie fuit reſolutum,quòd in an-
niuerſarijs capitulum habet intentionem fun-
2 datam de iure communi,niſi beneficiati † pro-
barent burſam illam communem eſſe factam
ex redditibus ipſorum beneficiatorum. Nam
tunc omnes interuenire deberẽt, iuxta dictum
Vital. in Clem. hi, qui. de æta.& qual. verſ. con-
3 tra tertium.ſub num.13.& in hoc beneficiatis†
incumbit onus probandi, quòd burſa ſit facta
ex redditibus particularibus,quia habent iuris
pręſumptionem contra ſe,vt bene ibi fuit deci
ſum, & moti ſunt Domini ex infraſcriptis.

4 Primo quia adminiſtratio † etiam in nego-
cijs arduis pertinet ad ſolum capitulum, & Epi
ſcopum. Felin. in c. edoceri. num. 3. cum ſeq. de
reſcript. qui concordantias allegat. faciunt no-
tata in c. nouit. & in c. quanto. de his quę fiunt
à præl.&c.

5 Secundo quia huiuſmodi adminiſtratio †
pertinet ad capitulum. priuatiuè ad beneficia-
tos. gloſ. celebris in c. penult. in verb. Aſſiſios.
de cler. non reſid. vbi Butr. n. 8. & Abb. ſub nu.
9. in fin. idem Abb. in c. primo. nu. 11. de elect.
in c. dilecti. in primo notab. de maior. & obe-
dient. c. dilecta. vbi gloſa prima poſt princip. de
exceſſ. præl. Alber. in diction. in verb. Aſſiſij.
Rom. ſingul. 646.

6 Capituli † autem appellatione ſolùm conti-
nentur canonici,non beneficiati,nec alii etiam
habentes dignitates. Abb. in c. ſcriptum. num.
4. de elect. Dec. in c. eam te. in ſecundo not. nu.
3. de reſcript. Rebuff. ſuper concordat. in rubr.
de nominatione. q. 8. num. 32. Hinc in his, quæ
7 ſpectant † ad cathedralem, nec appellatione
clericorum continentur alij, quàm canonici,
qui ſunt de capitulo. c. primo. de his, quæ fiunt
à præl. vbi Abb. num. 5. c. cum apoſtolica. vbi
glo. in verb. cleri. eod. tit. quòd ea ratione eſſe
8 videtur,quia clerici † inferiores debent inſer-
uire capitulo,prout Epiſcopo, vt per illũ text.
tradit Abb. in c. cum non licet. de præſcript. in
3. notab. ſub num. 2. verſ. & aduerte quia vide-
tur. & ibi Felin. ſub num. 2. verſ. guſta benè. no-
tatur. in c. penult. de cler. non reſid. vt per Al-
beric. in d. ver. Aſſiſij.

Tertio addebant aliqui Domini pro confir-
9 matione prædictę regulæ,quòd capitulum † ha
bet arrendationem fundatam de iure commu-
ni ad excluſionem beneficiatorum, tex. in c. re-
latum. 2. de teſtam. quatenus dicitur ibi, quòd,
vbi in eccleſia eſt collegium clericorum, illud
habet curam,& adminiſtrationem rerum,& ve
nit nomine eccleſiæ, vt eſt capitulum in caſu
noſtro, faciun. nota. ibi per Abb. num. 5. vbi ca
pitulum adminiſtrat bona communia, & intui-
tu eccleſiæ acquiſita.

Quarto allegabatur in argu. Inno. ibid. qua-
10 tenus capitulum † ſuccedit Archidiacono de-
functo,& ſpectant ad ipſum eius bona,& reddi
tus eccleſiaſtici, non autem ad ſucceſſorem ex
ratione,quia hoc ius in bonis ſpectat ad ipſum
capitulum,& Innoc. ſequuntur doct. ibi.

11 Quinto addebant nonnulli,quòd iſta burſa †
præſumitur facta ex redditibus capituli. arg.
tex. in. c. nulli Epiſcoporum. & in c. fin. 12. q. 1.
Abb. in d. c. relatum. num. 10. in fin.

Sexto placebat aliquibus Dominis dictum
Innoc. in c. dilecti. in princ. de maior. & obed.
quẽ refert,& ſequitur Abb. in c. cum eccleſia.
12 de elect. vbi ait,quòd † dignitas, & iura eccle-
ſiæ poſſidentur pariter per Epiſcopum, & ca-
pitulum.

13 Non obſtat regul. quòd omnes † tangit &c.
quia placebant reſponſiones capituli, nempe
quòd procedit in his, quæ competunt aliqui-

bus iure proprio, & particulari. & vt ſingulis: non autem in his, quę competunt iure eccleſię, & vt vniuerſis, & ibi burſa eſt communis, vt etiam dictum fuit in dicta Barchinonen. anniuerſariorum, & declarat Abb. in c. cum omnes. num. 5. verſ. nunc diſcutiendo. & ibi Felin. nu. 15. verſ. fallit 6. de conſtitut. cum alleg. Cum ergo iure non caueatur, quòd ex eo ſolo, quòd beneficiati participent, & redditus ſint communes, propter hoc dicantur habere adminiſtrationem bonorũ eccleſiæ, dicebant Domini beneficiatos in anniuerſariorum, de quibus agitur, adminiſtratione eſſe excludendos, iure cõmuni inſpecto: maximè quia vt ſinguli non poſſunt prætendere adminiſtrationem, quæ ad ſingulos non pertinet, ſed ad capitulum, vt dixi:
14 nec vt vniuerſi, quia ipſi † non poſſunt facere
collegium. Abb. in d. c. dilecta. in fin. de exceſſ. prælat. & fuit dictum coram R. P. D. Aldobrandino, in vna Barchinonen. collegij. 3. Aprilis 1573. Ex quibus liquet eos non habere intentionem fundatam de iure communi.

DE REB. ECCLES. NON alienand.

Brixien. Vnionis beneficij. Veneris. 4. Februarij 1575.

EPITOME.

Vnio beneficij reſeruati facta per Epiſcopum ſeminario, ex facultate ſibi tradita per concilium Tridentinum, ſuſtinetur, non obſtantibus hic oppoſitis.

SVMMAE.

1 *Vnio qua de iure ſuſtineatur?*
2 *Interpretatio facienda eſt in dubio, vt actus ſuſtineatur.*
3 *Seminarij materia eſt pia, & fauorabilis.*
4 *Concil. Trident. ſeſſ. 23. ſub tit. de reſeruat. c. 18. declaratur.*
5 *Dictio, nec non, reſoluitur in copulam, &, et repetit omnes qualitates præcedentes.*
6 *Vnio Epiſcopi an valeat, non petito conſilio duorum de capitulo in terminis concilij Tridentini? & num. ſeq.*
7 *Gloſ. in Clement. 1. in ver. inhibentes. de iure patron. intellectus, quæ limitatur num. 8.*
9 *Odioſa eſt materia, quãdo datur facultas diuidẽdi beneficia.*
10 *Odioſa eſt facultas data vniendi beneficia reſeruata.*
11 *Vnire non poteſt Epiſcopus de iure communi beneficia reſeruata.*
12 *Forma data per Pontificem Epiſcopo in vnione per eum non ſeruata, actus eſt nullus.*
13 *Epiſcopi aſſertioni creditur in ſpectantibus ad eius officiũ: intellige in his, quæ ſunt leuis præiudicij, ſecus ſi magni num. 14 limita, prout num. 18.*
15 *Solemnitas extrinſeca regulariter nõ præſumitur, fallit, vt num. 16.*
17 *Solemnitas extrinſeca enunciata in vnione Epiſcopi præſumitur tunc interueniſſe, ex eo quia interuenire potuit.*
19 *Epiſcopi aſſertioni veriſimili creditur.*
20 *Notario dicenti ſe interfuiſſe vnioni factæ cum conſilio duorum iuxtam formã concilij Tridentini creditur, amplia etiam, quòd non dicat cum teſtibus, nam hoc debet ſubintelligi pro actus validitate. num. 21.*
22 *Epiſcopus an vniat ſeminario etiam beneficia reſeruata ex concil. Tridentino?*

PRAESVPPOSITA.

Præſuppoſito decreto ſa. concil. Trident. de faciendis vnionibus in fauorem ſeminarij clericorum, his verbis videlicet, ijdem Epiſcopi cum conſilio duorum de capitulo &c. vt in ſeſſ. 23. ſub tit. de reſer. c. 18. 1

Et quòd beneficium, de quo agitur, ſine veri prædicio vacauerit per obitum vnius Prothonotarij apoſtolici, quòd Papa illud tanquam beneficium reſeruatum contulerit Gabrieli familiari ſuo. 2

Et quòd Epiſcopus Brixien. dictum beneficium ſeminario clericorum vniuerit. 3

DVBIVM.

An vnio, cuius copia detur, poſsit iure ſuſtineri?

132. DECISIO. alioqui. I.

CVm præſuppoſito, quòd conſtet de legitima deputatione duorum de clero, & duorum de capitulo, de quorũ conſilio, & interuentu agitur iuxta formam ſac. conc. Trid. ſeſſ. 23. c. 18. & nil aliud obſtet vnioni, fuit reſolu-
1 tum † vnionem, de qua agitur, poſſe ſuſtineri,
2 ex regula, quòd in dubio † facienda eſt interpreta
tio, vt actus ſuſtineatur. iuxta l. quoties. de reb.
3 dub. maximè in materia tam pia, † & fauorabili,
qualis eſt ipſius ſeminarij.

Pro parte Gabrielis opponitur, quòd non ſit facta ſecundùm formam concil. quia non probatur facta de conſilio deputatorum. Huic motiuo plures dantur reſponſiones per Informantes pro parte ſeminarij.

Prima eſt, quòd in vnione non requiratur
4 hoc conſilium ex forma concilij, † ſed tantũ
in applicatione fructuum beneficiorum. Hæc reſponſio non placuit, quia videtur vnica oratio, in qua tam prædicti fructus beneficiorum, quàm ipſa beneficia vnienda ab eodem verbo, applicabunt, & incorporabunt, videtur regi. &
5 per conſequens illa dictio, † nec non, quæ reſol
uitur in copulã, &, & repetit omnes qualitates præcedentes, Bart. in l. Seio. §. Caio. ff. de fid. inſtrum.

inſtrum.plura Neuiz.conſ.72.num.14. repeti-
tur ergo etiam in huiuſmodi vnionibus conſi-
lium deputatorum.
6 Secunda reſponſio eſt, quia, etiam non † pe-
tito cõſilio, tenet vnio: quia, cum Epiſcopus ha
beret facultatem vniendi iure ſuo, non videtur
neceſſaria ſolemnitas, quando eſt data facultas
vniendi eam habenti. iuxta gloſ.in Clem. 1. in
verb.inhibentes.de iur.patron. Hæc reſponſio
7 viſa eſt etiam periculoſa, quia illa gloſ. † pati-
tur magnas difficultates. Abb. enim in c. cum
olim.de arbi.eam reprobat in eo caſu. itẽ eam
reprobare uidetur Felin. in c. cum dilecta. ſub
nu.12.verſ.limita 4.de reſcript. Secundo quia
Epiſcopus cepit viam non ordinariam, ſed at-
tributam ſibi per decretum concilij: quo caſu
8 limitatur † dictum illius gloſ. vt per Franc. in
c.qua fronte.num.38.& 39.cum ſeq. verſ.ſex-
to limita.
9 Tertia quia materia videtur odioſa, † qua-
tenus datur facultas ſecandi beneficia, & diui-
dendi, quod eſt contra regulam iuris, de qua in
tit.vt eccl.beneſ.ſine dimi. confer. Item quate
10 nus datur † facultas vniẽdi beneficia reſeruata,
11 quod † eſt prohibitum ſibi.c.vt noſtram.de ap-
12 pell. Vnde, cum ipſe Epiſcopus habeat † hanc
poteſtatem à Papa ſub iſta certa forma, ſequi-
tur, quòd debeat omnino ſeruari talis forma
ſub pœna nullitatis. per not.per Felin. in c. ex
parte.de conſtit.col.pen. & fin.potiſſimùm nu.
4.vbi etiam Dec. in fin.quicquid in cõtrarium
dicatur.
13 Quarta eſt reſponſio, quòd in ſpectãtibus †
ad eius officium, creditur aſſertioni Epiſcopi.
14 Sed & hoc aliqui Domini † intellexerunt pro-
cedere in his, quæ ſunt leuis pręiudicij, & ita
loquuntur Docto.allegati; ſed in his, quæ ſunt
grauis præiudicij, res videbatur dubia,
Demum pro reſponſione, & reſolutione pla
cuit Dominis in caſu propoſito conſtare ſuffi-
cienter de conſilio deputatorum. Quia licèt ſo
15 lemnitas † extrinſeca regulariter nõ præſuma-
16 tur; tamen hoc fallit † in hoc caſu noſtro, tum
17 ex ipſa enunciatione, † de qua in vnione, tum
quia tẽpore vnionis ea interuenire potuit. iux-
ta glo.& poſt eam Bart.in l.prima.num.2.C.
de fid.inſtr.lib.10.Bart.& alij, in ſpecie Iaſ. in l.
ſciendum. nu.15.de verb.oblig. Felin.latiſſimè
in c. ſicut.num.27.de re iud.cum alijs aliàs latè
deductis in vna Rom.donationis quinquagin-
ta millium coram R. P.D. Aldobrandino.
18 Et cum verè ſimus in ſpectantibus † ad offi-
cium Epiſcopi, & in ei per ſacr. concil. com-
miſſis, videtur ſibi eſſe credendum. Felin.in c.
poſt ceſſionem. col. 4. verſ. fallit 7.de probat.
Rot. deciſ. 22. in nou. & 396. in ant. & ſtante
19 quòd huiuſmodi † aſſertio ſit veriſimilis. gloſ.
in c.ea neſcitur.in verb. debet. de his, quæ ſi.
à præl. Abb. in c.quanto.verſ.7.circa fin.eod.
tit.Ruin.conſ.217.num.3.& 5. Tiraquell.in l.ſi
vnquam. num.37.cum ſeq.C.de reuoc.donat.
Anchar. conſ. 277. circa fin. verſ.nõ obſtat ꝙ
credi nõ debeat. quẽ refert, & ſequitur Aym.
conſ. 54. num.13.cum concord. maximè quia
20 notarius † dicit ſe interfuiſſe vnioni, & alijs ſu-
pradictis, ex Felin. & alijs relatis, Et quamuis
21 notarius † non dicat cum teſtibus; tamen hoc
debet ſubintelligi fauore validitatis actus. iux
ta aliàs latè dicta in eadem Rom.donationis.
Quòd autem Epiſcopus hanc vnionem fece
rit vigore ſacr. concil.non autem ordinaria po
teſtate, legitur explicitè in eodem inſtrumen-
to, & hoc nõ habet dubium. Vnde ceſſat, quòd
22 ſimus in reſeruatis, quia facultas † Epiſcopi
apertè comprehendit etiam reſeruata, vt con-
ſtat in eodem canone. ex quibus virtualiter
ceſſant alia ex aduerſo deducta.

Lunen. Sarzanen. bonorum. Lunæ.
30. Ianuarij 1576.

EPITOME.

LOcatio emphitheotica, & mandatum probantur idoneè ex infra relatis coniecturis.

SVMMAE.

1 *Veriſimile non eſt, quòd eccleſia voluerit ſine cauſa perdere eius ius tribus cum ſententijs Rotalibus, & tot laboribus acquiſitum.*
2 *Mandati enunciatio facta in inſtrumento locationis in emphitheoſim, quid operetur?*
3 *Notarius faciens in inſtrumento mentionem mandati, quamuis illud non probet, facit tamen præſumptionem.*
4 *Mandatum præſumitur propter antiquitatem temporis.*
5 *Mandatum præſumitur, quando concurrunt aliquæ coniecturæ. & num.6.*
7 *Citationis defectus tollitur ex partis præſentia in actu.*

DVBIVM.

An ex deductis cõſtet in fauorem Dominorum canonicorum de locatione in emphitheoſim contra homines, & communitates Ameliæ, Telarij, & Mõtiſmarcelli ad effectum, quòd dici poſsit dictas communitates conduxiſſe ab eis bona, de quibus agitur?

133. DECISIO. alioqui. II.

FVit concorditer per Dominos reſolutum conſtare ſufficienter ex deductis pro parte canonicorum de locatione emphitheotica cõtra communitates, de quibus agitur, ad effectum, de quo in dubio.

Moti fuerunt Domini ex longa ſerie facti deducta pro canonicis. Plura enim, quę cõcurrunt, ſuadent hanc ipſam veritatem.

Nempe tres ſententiæ fauorabiles pręcedẽtes pro canonicis contra dictas communitates.

1 Item declaratoria. Nec enim veriſimile† Dominis viſum eſt, quòd hoc ius tribus ſententijs Rotalibus tot ſumptibus, & laboribus acquiſitum eccleſia ſine alia cauſa dimiſerit communitatibus.

Contractus locationis emphitheoticæ.

2 Enunciatio † mandati facta in eo. Aym. de antiq. temp. in ſecunda par. num. 34. Tiraquel. in tract. de præſcripti. §. 1. gloſ. 4. verſ. iſtis autem duabus limitationibus. Gabriel de procurat. concluſ. 1. num. 9.

3 Et quamuis Notarius † faciens mentionem de mandato, illud non probet; tamen facit præſumptionem. Cuman. conſ. 6. Cur. Iun. in auct. ſi quis in aliquo, in fin. C. de eden.

4 Item antiquitas † temporis longè vltra 40. annos vſque ad annum 1507. propter quam mandatum præſumitur. Caſſad. deciſ. 3. de procurator. Boer. dec. 281. Aym. d. tract. de antiq. temp. in ſecunda par. num. 33. Soc. Iun. conſ. 56. col. 2. in prima par. latè Tiraquell. d. tract. de præſcript. & loco pręcitato, verſ. trigeſimo primo. Certum enim eſt, quòd, quando †

5 concurrunt aliquæ coniecturæ, mandatum præſumitur. Curt. Iun. conſ. 76. col. penult. verſ. tertia concluſio. Aym. in d. tract. de antiquit. temp. in ſecunda par. in fin. eo magis vbi plures concurrunt, de quibus per informantes.

Longa obſeruantia ſubſecuta vnà cum cęteris coniecturis bene deductis per dictos informantes, & pręſertim per Dominum Arrigonũ, cuius conſiderationes placuerũt Dominis.

6 Et fuit dictum mandatum † aliàs fuiſſe præſumptũ per longè minores coniecturas, quàm in caſu noſtro, in vna Veliterna caſalis anno pręterito coram R.P.D. Lancellotto.

7 Defectus citationis † tollitur ex præſentia partis ad actum, vt per Bart. in l. prima. vbi Iaſ. num. 1. cum ſeq. ff. de in ius voca. cum alijs adductis.

Bononien. bonorum de Pipinis. Veneris. 8. Nouembris 1577.

EPITOME.

LAeſio enormis interueniens in prima conceſsione bonorum eccleſiæ facta ſine ſolemnitatibus, numquid præiudicet, quando dicta bona erant ſolita locari, & quo pacto læſio hæc probetur?

SVMMAE.

1 *Appellatio dicitur deſerta, ſi datis reuerentialibus, cauſa non fuit intra decem dies commiſſa.*

2 *Commiſſio ſecunda prorogationis fatalium, cum el vſula, dummodo aliàs prorogata non fuerint, minimè ſuffragatur, ſi aliàs fuerint prorogata.*

3 *Sententia notoriè iniuſta non tranſit in rem iudicatam.*

4 *Locari ſolita quando ſunt bona eccleſiæ, non requiruntur ſolemnitates alioqui conſuetæ in his locationibus.*

5 *Teſtes deponentes de communi æſtimatione, ſi percutiant tempus, probant. & num. 11.*

6 *Teſtis dictum, quòd à decem annis res locata fuiſſet tot, prout etiam hodie, eſt inueriſimile.*

7 *Teſtis dictum recipit declarationem ab articulis.*

8 *Teſtis dicens ſe voluiſſe dare tot pro tali re, probat, ſi non apparet eum moueri peculiari ex affectione.*

9 *Teſtes deponentes per verbũ, credo, & exiſtimo, an probent valorem?*

10 *Teſtes vicini, & practici probant rei æſtimationem.*

12 *Læſio reſpicit tempus contractus regulariter.*

13 *Afflict. in cap. 1. num. 4. de cleric. qui inueſtituram fecit, declaratur?*

14 *Emphitheoticata ſi eſt ſemel res eccleſia pro certa mercede cum debitis ſolemnitatibus, ſi eadem res reuertatur aliquo caſu ad eccleſiam, poterit alicui concedi ſine alia ſolemnitate.*

15 *Alienatio rei eccleſiaſtica non requirit cauſam, quando eſt ſolita locari.*

16 *Extrauag. ambitioſæ. verba, ibi, ſi ei videbitur expedire, important arbitrium boni viri.*

17 *Bona reuerſa, & incorporata menſæ abbatiali, nunquid poſsint amplius locari ſine ſolemnitatibus? remiſsiuè.*

PRAESVPPOSITA.

Præſuppoſito quòd fuerit lata ſententia per d. Pincllũ, die 2. Martij 1573. 1

Et quòd pro parte Pipini fuerit appellatũ die 16. eiuſdem menſis Martij, & d. Pinellus dederit reuerentiales in forma. 2

Et reſolutionibus in cauſa factis. 3

Et quòd die 21. Nouembris 1573. canonici obtinuerint remiſſoriam, quæ fuit reportata die 16. Aprilis 1574. 4

Et dictis teſtium in cauſa examinatorum. 5

Et in-

Et inſtrumento inueſtiturę factæ Pipino. 6
Et prorugationibus factis per Pipinum die 10. Iunij 16.Septembris 1575. & 13. Martij 1576. cum cō miſsionibus obtentis per eundem Pipinum. 7
Et Bulla facultatum iudicum fabricę, quorum omniū breue ſummarium detur in neceſſarijs. 8

D V B I V M.

An dicatur conſtare de re iudicata in caſu,& ad effe ctum,de quo agitur?

134. DEICISO. ſeu Diſcurſus. alioqui. III.

REſolutum fuit,quòd intret caput deſertio-
1 nis, tum quia † non fuit commiſſa cauſa
intra 10. dies poſt reuerētiales datos, ex Caſ-
2 ſad.deciſ. 4.de appell.tum quia ſecunda † com
miſſio non ſuffragatur,ſtante clauſula,dummo-
do aliàs prorogata nō ſint,& tamen fatalia iam
erant prorogata.

Ad excludendam rem iudicatam, quæ ex de-
ſertione prædicta reſultaret, allegant Pipini,
quòd ſententia d. Pinelli ad fauorem canoni-
3 corum,& reuerendę fabricæ lata, vti notoriè †
iniuſta, non trāſit in rē iudicatam: notoriā au-
4 tem iniuſtitiam deducunt,quia bona, † de qui-
bus agitur, erant ſolita locari, ergo non requi-
rebantur ſolemnitates.c.2.de feud. Docto. in
c.primo.de his qui feud.da.poſſ.

Ex aduerſo ad hoc fundamentum tollendū fuerunt examinati per canonicos teſtes ad docendū,quòd eccleſia fuerit enormiter lęſa,& lęſio deducitur ex duplici capite.

Primo quia hęc bona potuiſſent locari 240. lib.& vendi 6. & fuerunt data pro affictu 20. lib. vt in prima conceſſione, ergo conſtat de enormiſſima læſione.

Secundo dicitur, quòd dicta bona erant iam incorporata menſę abbatiali, ergo non potuerunt amplius locari ſine ſolemnitatibus, per allegata ab ipſis.

Quoad primum Domini dixerunt videndū
eſſe,an teſtes prædictam læſionem probent.&
diſcurrendo ſingulos ſigillatim, credebant ali-
qui Domini in effectu læſionem quoad affictū
ſatis probari, omnibus ſimul iūctis.Et faciebāt
5 principale fundamētum in 7.& 9.teſtibus,qui†
ambo percutiunt tempus, & loquuntur de cō-
muni ęſtimatione,& ſic vidētur probare ſecun
dùm communes theoricas Docto. in l. precia
rerū.ad l.fal. & in l.2. C.de reſc.vēd.Et quoad
ſeptimum conſiderabant, quòd licèt non om-
nino eis placeret illa ſermocinatio,& conclu-
ſio, quam dicit feciſſe cum alio. Et quatenus
6 ait,che da dieci † anni in qua ſi ſarebbe affitta-
to come adeſſo: quod experientia non videtur
eſſe veriſimile,nempe quòd à 10. annis citta
bona non creuerint;tamen in depoſitione ſatis
placuit,quia videtur probare,& percutit tem-
pus: dum enim fecit verba ſupra de 10. ò 11.
anni,ſubdit che per queſto tempo ſi ſaria affit-
tato,& s'affittaria lib.7.&.fin.à 8.la tornatura,
& inferius, communemente per queſti affitti,
&c.& ſic communiter.

Quoad nonum dicebant videri eum be-
nè probare,declarando eum ab articulis, qua-
tenus ſupra dicit,quòd iam decem annis elap-
ſis non fuiſſent locatæ ſeut.2.& poſtea ſubiun-
git,quòd communiter de tempore huius loca-
tionis vltimę fuiſſent locatę pro dictis precijs.
7 Nam debet intelligi de articulatis, quia dictū †
teſtis recipit etiam declarationem ab articulis,
vt fuit dictum in cauſa Oſtien. littoris maris,
coram R.P.D.Decano de anno 1575. adden-
8 do quintum.quatenus ait,quòd ipſe † dediſſet,
& daret lib.170.& 180. pro tornatura. Et li-
cèt non deponat de cōmuni ęſtimatione; tñ ap
paret, quòd non mouetur ex particulari affec-
tione; quia dixit, quòd voluit ibi emere terre-
num non ita bonum pro 160.quod ſufficit.

Reliqui teſtes ſeruiūt pro adminiculo, quia
apparet,quòd non deponunt ex particulari, vt
Socin.Iun.conſ.73.ferè per tot.lib.2. Et ſuffi-
9 cit,† quòd deponāt, per verbum, credo,& exi-
ſtimo,Alex.in l.precia rerum.num.9.prope fin.
10 ff.ad leg. falcid. maximè quia ſunt † vicini, &
practici.Quod ſufficit,quamuis Aret.in c. cau-
11 ſam.2.col.4.de teſt.velit,quòd teſtis † non pro
bat,quando dicit de communi æſtimatione,ni-
ſi adijciat rationem; tamen, vltra quòd Ant.
Bur.in c.primo. nu.8. & ſeq.de empt.& vend.
reprobat hanc opinionē, reſpondebatur in ca-
ſu propoſito, quòd teſtes ſatis aſſignant ratio-
nem:quia ſunt vicini,& practici ex alleg.maxi-
mè ſtantibus,& benè coadiuuantibus hāc pro-
bationem dictis prędictorum duorum teſtium.
Et ideo ſatis credebant ijdem Domini probari
lęſionem,ſi verum eſt, quòd terrę ſint 40. tor-
naturarum,vt dicunt canonici ex inſtrumento
ipſo locationis, de quo agitur, quia teſtes hoc
non benè probare videntur.Nec prędictos Do
minos mouebant 1000.lib. per Pipinos cano-
nicis ſolutæ pro hac locatione:quia computan
do illas ad rationem 7.pro 100.reddent in fru-
ctum annuū lib.70.ſi addātur lib.20.qui eſt af-
fictus, ſiue canon ordinarius harum terrarum,
conſtituetur ſumma lib. 90. quæ tota ſumma
non aſcendit ad ſummam lib.240.vt tunc repe
riebantur,imò nec ad dimidiam dictæ ſummæ,

Digitized by Google

& ſic læſio eſt valdè vltra dimidiam.

Quoad melioramenta per Pipinos allegata,
videndum erit particulariter,an,& qualia ſint,
& quantum releuent. Hæc tamen erant ſecun-
dùm aliquos tantùm Dominos,qui cauſam di-
ligenter viderant,eum alij plerique non potue
rint omnia videre. Igitur ſint relata per mo-
dũ diſcurſus,nõ reſolutionis in gratiam partiũ.

Sed quæſtio tunc ſuboriebatur, an in læſio-
ne ipſa diſcutienda ſit inſpiciendum tempus
vltimi contractus. Et pro affirmatiua allega-
12 batur,quòd regulare eſt debere † in huiuſmo-
di locationibus inſpici tẽpus contractus.l.2.C.
de reſcind.vend.vbi Doctor. Sed reſpondetur
per Pipinos, vt non procedat in rebus ſolitis
locari,& ad id allegabantur tres auctoritates.

Prima eſt Afflict.in c.primo.de cler. qui in-
13 ueſt.fec.num.4.Sed dicebatur, † quòd loque-
batur reſpectu ſolemnitatis, non autem, ſi ce-
dat hodiè in euidens damnum.

Secunda eſt Seyſſ.in ſpecul.fol.719. ſed ſo-
lùm dicit,quòd in iſtis non poteſt Prælatus al-
terare formam antiquam in præiudicium ec-
cleſiæ.

Tertia eſt Bero.conſ.86.num.primo lib.pri-
mo.qui id dicit,ſed ipſe allegat Archidiaconũ
in c.Epiſcopi.10.q.11.qui de hoc nihil loquit.

Addebant etiam Dñi ad hoc eandem opin.
Paul.de Caſtr. in l. etiam.num. 4. in fin. ff.ſol.
matr.vbi dicit, quòd tunc poterit etiam conce
di per ſolùm Prælatum, & ſine alia cauſa ſubſi-
ſtente,eo modo,quo aliàs fuit conceſſa, quia
non dicitur alienatio, ex quo ſemel exiuit de-
menſa.vbi etiam Alex.ibid.num.4.verſ.2.limi
tat. Nam iſto caſu ſolus Prælatus ſine alia ſolẽ-
nitate cum eiſdem qualitatibus iterum conce-
dere poterit, & Imol.in l. quod dicitur. in fin.
verſ.item videtur. ff.de verb.oblig.dicit,quòd,
14 ſi † ſemel eſt conceſſa res in emphitheoſim pro
certa mercede cum ſolemnitatibus,ſi res reuer
tatur aliquo caſu ad eccleſiam, poterit eccleſia
ſine ſolẽnitate ipſam cõcedere alteri, iuxta for
mam præambulæ conceſſionis. Et iſtæ doctri-
næ videbantur hoc innuere, vt ſatis eſſet atten
dere tempus primi contractus, non autem tem
pus vltimi in re ſolita,&c.

Et dicebant hoc etiam comprobari poſſe,
15 quia in † alienatione rei eccleſiaſticæ non re-
quiritur cauſa, quando eſt ſolita locari, vt per
Paul.de Caſt.in d.l.etiam. num.4. in fin. & vi-
detur velle Abb.poſt.Ant.de Bur.in c. in præ-
ſentia.num.27.prope finem.de probat. vbi di-
cit, ſi autem ſit ſine cauſa, vt quia eccleſia con-
ſueuit dare in emphitheoſim,vt ſup.recte q dẽ.

In contrarium autem videtur mirabiliter vr
gere tex.extrauag.ambitioſæ.ibi.& tunc in eui
dentem eccleſiæ vtilitatem. de reb. eccl. non
alien.& c.2. de feud. ibi,ſi ei videbitur expedi-
16 re:quę † verba important arbitrium boni viri.
l. ſi fideicommiſſa libertas. ff. de fideicom. li-
bert.Bart. in l.ſi ſic.num.2.ff. de leg.1. Abb. in
c.primo. ſub num.13. verſ.iterum.de conſtit.&
per Curt.Iun.in iſtis terminis,in tract.de feud.
in 2.par. in 2. quæſt. princ. in fin. verſ. tamen
propter hoc.& in prima quæſt. in fin.

Item in contrarium pariter faciũt opinio,&
rationes Abb. in c. vt ſuper.num. 11. de reb.
eccl.non alie.quam doctrinam dicit ſingulariſ-
ſimam Curt. in d. quæſtione prima. circa fin.
ver.hinc videmus.cuius rationes potius in hãc
partem tendere videntur. Propter igitur has
opiniones grauiſſimorum virorum,& pro vero
intellectu iurium prędictorum, & aliorum in
hac materia habẽdo,& quia videtur caſus gra-
uis, & exemplaris,placuit Dominis, vt nihil de
hoc caperetur pro reſoluto. Sed quòd particu
lariter daretur dubium,an ſit inſpicienda vtili-
tas eccleſiæ de tempore primi contractus, an
verò de tẽpore vltimi conttactus relocarionis.

Quoad ſecundam, quòd res ſit effecta de mẽ
17 ſa iterum,quia†ſunt in hoc quinque opiniones
relatæ à Curt.ibid.in 3. q. & è Iul. Clar.in 13.
q.de feud.hoc etiam erit particulariter viden-
dũ.maximè quia viſa eſt ſatis ſuſpecta iſta alie-
natio facta in conſanguineum ex alleg. & maxi
mè cum lis enuncietur inter cauſas locationis,
quę non probatur verificata,imò datur vrgens
argumentum de contrario ex fide exhibita,&
præſuppoſita.

Bononien. de Pipinis. Lunæ. 9. Decembris 1577.

EPITOME.

ECcleſiæ vtilitas attendenda eſt tẽpore poſtremi contractus alienationis eius rei,non autem primi.

SVMMAE.

1 *Dictio,tunc,notat extremitatem temporis.*
2 *Verba,ſi videris expedire,important arbitrium boni viri.*
3 *Quæ de nouo emergunt,nouo indigent auxilio.*
4 *Emphitheoticam rem reuerſam, poteſt eccleſia pro ſe retinere,ſi eſt reducta ad paupertatem.*
5 *Eccleſia terras qui fertiles reddiderunt, eorumque hæredes præferendi ſunt alijs.lim.prout num. 6.& intellige prout.num.10.*

Contra-

7 *Contractus de rebus eccleſiæ non eſt validus, ſaltem in effectu, ſi potuiſſet eccleſia habere ab alijs maiorem vtilitatem.*

8 *Prælatus contrahere debet cum illo, à quo maiorem vtilitatem habere poteſt.*

9 *Agnatus ſi in alienatione rerum eccleſiæ ſolitarum alienari, comparet, & æquè compareat extraneus, qui maiorem quantitatẽ offert, debet ille agnatus præferri, dummodo, tantumdem offerat. Et quid ſi eccleſia offerat agnato meliorationes, num. 11.*

12 *Eccleſiæ res dari non poteſt pro eodem canone, ſi ceſſat cauſa primæ conceſſionis.*

13 *Tempus primi contractus alienationis rei eccleſiæ, an ſecundi attendatur? & num. 16.*

14 *Emphitheoſis concedendæ finalis cauſa eſt melioratio, & fugienda ſunt abſurda eam prohibentia.*

15 *Eccleſia locans in forma conſueta pro minori precio, quàm ab alio, facta diligenti inquiſitione, inueniſſet, dicitur læſa, & hoc caſu ei datur reſtitutio.*

17 *Couarru. lib. 2. var. reſol. cap. 17. num. 4. & Clar. in §. emphitheoſis. q. 6. verſ. ſi verò. intellectus.*

18 *Eccleſiæ bona ſolita locari, quòd concedi poſſint pro eodẽ canone, procedit, quando res pluris non valet, & de eo plus compertum non fuiſſet.*

19 *Alienationis antiquæ bonorum eccleſiæ executio quo pacto intelligatur?*

20 *Alienandi bona eccleſiæ conſuetudo, quòd conuertatur in naturam, quomodo intelligatur?*

21 *Gloſ. in c. 1. verſ. à minore. per quos fiat inueſt. intellectus.*

22 *Prælatus quando poſsit alienare in conſanguineum? & num. 23. ſed in dubio talis alienatio præſumitur in fraudem. num. 24.*

25 *Collect. in c. 2. num. 24. de feud. intellectus.*

36 *Extrauag. ambitioſæ, de reb. eccleſ. non alien. facit ius commune, & recedit à primo iure communi.*

DVBIVM.

An in caſu, & ad effectum, de quo agitur, ſit ſpectanda vtilitas eccleſiæ de tẽpore primæ locationis, vel potius de tempore locationis factæ Pipino?

135. DECISIO. alioqui. IV.

FVit per Dominos reſolutum inſpiciendum
eſſe tempus contractus celebrati cum Pi-
pino, non autem tempus primi contractus, qui
primus contractus cum tota ſua origine adhuc
ignoratur.
Mouebantur Domini ex pluribus, & primo
per text. in extrau. ambitioſę. de reb. eccle. non
alien. in illis verbis, preterquàm in caſibus à iu
re permiſſis, an de rebus, & bonis in emphi-
teoſim ab antiquo concedi ſolitis, & tunc in
eccleſiarum euidenti vtilitate: dictio enim il-
1 la, tunc, † denotat extremitatem temporis. l. 4.
§. primo. ff. de condit. & demonſ. l. pen. ff. de te-
ſtament. tutel. Bald. conſ. 57. nu. 2. verſ. 2. vol.
2. & Rom. conſ. 39. num. 2, qui loquitur in ma-
teria emphiteoſis, cũ alijs allc. per informãtes.
Secundo per text. in c. 2. de feud. ibi, ſi vide-
2 ris expedire, quæ † important arbitrium boni
viri, & conſiderat in hoc propoſito tex. illum.
Præpoſ. in c. primo. col. pen. in 12. fallen. num.
32. in fin. qui feud. da. poſſ. Curt. Iun. de feud.
in 2. part. q. 1. ante fin. verſ. pro qua. & q. 2. in
3 fin. Quia, quæ † de nouo emergunt, nouo indi-
gent auxilio. l. de ætate. §. ex cauſa. ff. de inter-
4 rogat. actio. Et hinc eſt, quòd, ſi eccleſia † eſt re
ducta ad paupertatem, debet pro ſe retinere, vt
dicunt omnes Feud. in d. c. primo. & ibi in ſpe-
cie Aluarot. col. 6. in fi. verſ. niſi eccleſia, plenè
Capic. in inueſt. feud. in verſ. feudũ dant, con-
clu. 7. fol. 144.
Tertio per text. & ibi gloſ. in c. ad aures. de
5 reb. eccle. nõ alien. vbi ij, qui † laborarũt terras,
& eas fertiles reddiderunt, ac eorum hæredes
6 præferendi ſunt in locatione fienda, niſi † tunc
alijs ad maiorem eccleſiæ vtilitatem poſſint lo-
cari. Quamuis illa inductio poſſit habere diffi-
cultatem, multùm tamen Dominis placebat
expoſitio, & declaratio ad d. c. ad aures. quam
facit Henric. Boich. in c. nulli. col. 3. verſ. 4. ex
cauſa. de reb. eccl. non alie.
Quarto mouebantur ex theorica Abb. in d.
c. ad aures. in vlt. notab. vbi dicit, quòd contra-
7 ctus † de rebus eccleſię non eſt validus, ſaltem
in effectu, ſi potuiſſet habere ab alijs maiorem
8 vtilitatem; debet enim Prelatus † contrahere
cum illo, cum quo maiorem vtilitatem habere
poteſt, quę ſunt formalia verba Abb. & ſentit
Imol. ibid. ſub nu. primo. verſ. item nota. quod
procedere videtur ſecundùm aliquos Domi-
9 nos etiam † in rebus ſolitis alienari: quia, ſi cõ-
paret agnatus, & comparet extraneus, qui ma-
iorem quantitatem offerat, debet ille agnatus,
ſi vult preferri, dare, quantum extraneus offert,
vt poſt Bart. ibi dicit Rip. in l. prima. num. 13.
ff. de priuil. cred. Gabriel. de iur. emphit. con-
10 cl. prima. nu. 28. Et licèt, quando eſt reducta †
ad culturam à prædeceſſore, res habeat difficul
tatem; nam tunc aliqui doctores exiſtimant,
etiam quòd extraneus plus offerat; vt tamẽ ſit
danda cognatis eorum, qui reduxerunt ad cul-
turam pro ſolita, & antiqua penſione, vt per
Rip. ibi num. 14. cum ſeq. tamen in hoc caſu
non conſtat de tali reductione. Secundo etiam
11 in talem euentum, ſi eccleſia † offerat meliora-
tiones illis agnatis, plus offerens præfertur,
Rip. ibi ſub num. 16. vbi ſubdit, quòd prædicta
procedunt in eiſdem, vel ſimilibus pactis, non
ſi plus offeratur, &c. ſed non ſumus in hoc caſu.
12 Quinto, quia quotieſcunque † ceſſat cauſa

Digitized by Google

primæ conceſſionis, tunc non poteſt dari res ec
cleſiæ pro eodem canone, etiam ſi ſit ſolita lo-
cari. ita Abb. in c. vt ſuper. ſub nu. 11. verſ. ego
crederem. de reb. eccl. non alien. quem ſequi-
tur Curt. Iun. in d. 2. part. d. q. prima. ante fin.
verſ. hic videmus. vbi inferius ſtatim vocat ſin-
gulariſſimam dictam deciſionem Abb. in d. c.
vt ſuper. Rebuff. de alien. rer. eccleſ. num. 34.
Afflict. in conſtit. regni. lib. primo. rub. 73. de
fer. & ſalar. num. 89. Bertr. benè conſ. 256. n.
8. in 2. lib. primo ſecundùm antiquiorem im-
preſſionem.
13 Et ſic apparet non † eſſe verum, quòd atten-
datur abſolutè tempus primi contractus: tunc
enim hoc procedere aliqui exiſtimabant, quan
do eſſemus dubij, & non reperiretur plus offe
rens, & adeſſet eadem cauſa, tunc videtur ma-
gis, quòd intrent ſupra allegata.
Sexto aliquibus Dominis placebat etiam
hæc ratio, nempè quia duo ſequerentur abſur-
da. Primum quia licèt cauſa finalis conceden-
14 dæ † emphiteoſis ſit melioratio; tamen hoc ip-
ſum beneficium meliorationis nunquam ſenti-
ret eccleſia: quia ſemper Prælatus rem melio-
ratam daret, vel relocaret amico, vel conſan-
guineo pro eodem antiquo precio. Secundũ,
quòd diminuta, vel deteriorata re eccleſię, ſe-
queretur quidem tũc diminutio canonis in ea
relocanda, ſi ad eccleſiam reuerſa eſſet, non au-
tem è contra augeretur canon, eadem re aucta,
contra regulam contrariorum &c. & etiam cõ
tra alias plures iuris æquitates, vt per infor-
mantes pro canonicis.
Septimo aliqui allegabant Bart. in Auctẽn.
qui rem. num. 6. verſ. dixi vobis. & ibi Cagnol.
ſub num. 58. verſ. ſubiũgit. C. de ſacr. ſacr. eccl.
15 dum dicit, quòd † eccleſia locans in forma con
ſueta, pro minori precio, quàm ab alio, facta di-
ligente inquiſitione, inueniſſet, dicitur læſa, &
ideo hoc caſu ei datur reſtitutio. iuxta tex. in c.
primo. de reſtit. in integ. vbi Butr. ſub num. 19.
Cum ergo locare pro minori precio, quàm ab
alijs poſſit haberi, reputetur in iure conſidera-
bilis læſio, non videtur illa toleranda etiam in
caſu propoſito, in quo maximè vtilitas eccle-
ſiæ ex expreſſa iuris diſpoſitione eſt ſpectanda,
vt patet in d. c. 2. de feu. & in d. extrauag. ambi-
tioſæ. ſupra allegata.
Vltimo fuit dictum pro iſta ſententia, quòd
16 ſcilicet inſpiciatur † tempus ſecundę conceſ-
ſionis, aliàs fuiſſe reſolutum corã R.P.D. Cot-
ta. 23. Maij 1567. in vna Peruſina molendini.
Non obſtant in contrariũ allegata. Nã Paul.
de Caſt. in l. etiam. num. 4. in fin. & Alex. ibid.
ſub num. 4. verſ. limita. ff. ſol. mat. & Imol. in l.
quod dicitur. la ſecunda. ff. de verb. oblig. in fin.
item Deci. conſ. 142. ſub num. primo. verſ. &
prædicta maximè. Couuar. variarum reſolut.
lib. 2. c. 17. num. 4. Clar. in §. emphiteoſis. q. 6.
verſ. ſi verò. cum alijs concord. ſunt intelligen
17 di † ſecundùm Dominos, rebus ſic ſtantibus, &
quando res tunc plus non valeat. Quòd enim
ſub eiſdem qualitatibus non nouis, nec inſue-
tis fieri debeat locatio, iſtud reſpicit fauorem
eccleſiæ, id eſt, quòd non poſſit fieri alienatio,
nec alteratio in prẹiudicium eccleſię, vt omnes
Doctores conueniunt. Aluar. in d. c. 1. col. 7.
qui feu. da. poſſ. de feu. & alios cumulat Capic.
vbi ſupra, in 15. concl. fol. 146. apud quos videri
poterit. Et iſtud eſt, quod dicit Seyſſ. in contra
rium alleg. in ſpec. feud. in 8. limit. in princ.
fol. 219.
Non obſtat auctoritas Affl. in capit. primo
num. 4. de cler. qui inueſt. fe. & Bero. conſ. 86.
quia primo reſpõdetur, quòd allegata per eos
non probant eorum intentionem.
Secundo quòd illæ doctrinę cum alijs con
cordatis, quæ poſſunt de hoc allegari, quòd bo
18 na † ſolita locari, poſſint concedi pro eodẽ ca-
none, procedunt, vt ſupra dictum eſt, quando
res pluris non valet, & de ea plus repertum nõ
fuiſſet, & ſic rebus ita ſtantibus. Nemo enim ex
citatis loquitur, quando plus fecerit oblatum,
& ſi plus reperiri potuiſſet, qui eſt caſus noſter.
19 Minus obſtat, quòd iſta † non dicatur aliena
tio, ſed executio antiquę alienationis, vt per
Doct. in c. 2. de feud. quia pro reſponſione di-
cebatur, quòd illud dictum, quòd locatio po-
ſtea facta ſit executio antiquæ, debet intelligi
hoc pacto, nempe quòd, quando res ſemel ſun
alienata cum debitis ſolemnitatibus, videtur
ex tunc ſtatutum, & ordinatum, quaſi in vim
primæ illius alienationis, quòd de cætero poſ-
ſit res illa alienari. Et propterea quando reuer
titur ad Dominum directum, & de nouo alie-
natur, in hoc dicitur executioni demandari an-
tiqua alienatio, vt declarat Curt. Iun. de feud.
in d. 2. par. d. q. 1. col. 2. verſ. quarto me mouet.
ſed nõ eſt ſtatutũ ab initio, quòd poſſit res alie
nari pro eodem precio. Imò text. in d. c. 2. de
feud. videtur velle cſitrarium, quatenus dicit ſi
videris expedire, vt in d. extrauag. ambitioſæ.
dum dicit, & tunc eccleſiarũ euidenti vtilitate.
20 Minus etiam obſtat, quòd conſuetudo † alie
nandi conuertatur in naturam, per reg. tex. in
l. pater. §. quindecim. ff. de legat. 3. vt per. Bald.
in margar. in ver. Prælatus concedit. Anchar.
in c. 2. num. 1. de feud. & imol. ibid. num. 6. in
fi. cum

Digitized by Google

ſi.cum concord.vbi dr,quòd attenditur vſus,&
natura,ad quam eſt deſtinata res.Quia reſpon-
debatur fatendo quidem, quòd res ſolita po-
teſt alienari ſine ſolemnitate, ſed moderando,
& declarando iuxta d.extr. ambitioſæ.nempe
ſi tunc cedat in euidẽtem vtilitatem, & ſic vna
lex per aliam interpretetur. l. non eſt nouum.
ff.de leg.cum vulg.& ſatis eſt,ſi in hoc caſu re-
mittitur obſeruatio ſolemnitatis.

21 Non obſtat gloſ.† in c.primo.in verſ.à mino
re,per quos fiat inueſt.de feud.quia nõ facit ad
propoſitum:ibi enim tex.gloſ.& Doctores om
nes loquũtur de feudo antiquo,& de inueſtitu
ra feudi antiqui, quã hæres debet petere intra
annum,& diem, quæ nullũ ius penitus tribuit,
nec poſſeſſionem,ſed antiquam poſſeſſionem,
ſi eſt iuſta,confirmat;& tunc intrat benè, quod
dicit glo.quòd non alienat, ſed alienatum à ma
ioribus comprobat, vt benè ibi declarat Iſern.
in princ.& Præp. col.1.& 2.& Aluar.ſimiliter
col.1.& 2.& præſertim ſub num.2.in fi.vbi di-
cit,quòd illo caſu feudũ eſt in bonis feudatarij.

Non obſtat ſimiliter Aluarot. in c.1 num.
7.verſ.oppo.cum glo.fi.& verſ.ſed tu dic.ſi de
inueſt.inter.dom.& vaſſ.&c.de feud. quatenus
22 ipſe dicit,quòd poteſt Prȩlatus † alienare in cõ
ſanguineum: quia ſatis eſt, quòd non lædat ec
cleſia, ex quo conſanguineus tantundem dat.
Quia dicebãt Domini debere intelligi, id eſt tã
tumdem, quantum ab alio reperiri poteſt:non
enim dicit Aluar.quantum dabant antiqui,ſed
dicit,iiſdem pactis, & cõditionibus, ſicut alter:
quo caſu infertur ceſſare rationem prohibitio-
nis, & ſic in hoc malè refertur eius dictum à
Curt.Iun.de feud.in d.2.part.q.7.

23 Nec facit, quòd Prȩlatus † poſſit alienare
res ſolitas alienari inter conſanguineos: quia
etiam poteſt non ſolitas,quãdo vt Prælatus,nõ
quãdo vt ſimplex Oeconomus,id facit,& ceſſat
fraus.Alci. de præſump. reg. prima præſumpr.
29. ſub num.3. verſ.ſed quicquid ſit. At in du-
24 bio,& regulariter talis † alienatio in conſangui
neos præſumitur potius in fraudem, quàm in
vtilitatem eccleſiȩ,vt per Doctores communi-
ter in Auctẽn.quibuſcunque.C. de ſacroſanct.
eccleſ. Alci.in d.præſumpt. 29. num.1.& 3.

25 Minus facit dictum † Collectan.in c.2.num.
24.de feud.quia nõ propterea dicit,quòd poſ-
ſit alienari pro eodem precio, nec cum damno
eccleſiȩ,vel quid ſimile;ſed tantùm, quòd res
ſolita poteſt locari ſine ſolemnitate iuris. In-
trant ergo reſponſiones ſuper alijs idem dicen
tibus datȩ. Et licèt ſubdat idem Collect. quòd
vtilitas caducitatis cedit commodo Prælati, &
computatur inter fructus Prælati; tamen non
dicit propter hoc, quòd poſſit Prȩlatus denuo
locare cum damno, & præiudicio eccleſiæ,
etiam quòd ipſe Prȩlatus maiorem conſequi
poſſet vtilitatem, ſed ſoluit ibi dubium emer-
gens,ad quem pertineat commodum illius ca-
ducitatis. quòd nihil pertinet ad quæſtionem
noſtram.

Præterea dicebant Domini, quòd tempore
ſuo non erat edita extrauag. ambitioſȩ.de qua
26 ſupra,quæ extrauagãs Paulina † facit ius cõe,
& recedit à primo iure communi. Pereg.deciſ.
226.in vna Rom. circa med.lib.2.

Bonorum de Pipinis. Veneris.
20. Maij 1578.

EPITOME.

DEciſio ſuperior 135. confirma-
tur, & ad nouiter deducta re-
ſpondetur

SVMMAE.

1 *Conductorum priorum,qui prædia eccleſiæ reduxerunt ad culturam, hæredes reinueſtiri debent pro eodẽ precio.*
2 *Emphiteotica res quando deuoluitur ob lineam finitam, melioramenta debentur, & tranſeunt etiam ad extraneos hæredes,non autem deuoluuntur.*
3 *Pactum quodlibet reſpiciens commodum alienantis, dicitur pars precij.*
4 *Melioramenta allegantì incumbit onus probandi.*
5 *Alienatio de bonis eccleſiæ facta,vt diſcedatur à lite, eſt vtilis eccleſiæ,intellige,prout num.6.*
7 *Melioramenta quæ non veniant reficienda?*

136. DECISIO. alioqui. V.

QVatuor deducuntur per informãtes pro
Dominis de Pipinis ad ſuſtinendum cõ
tractum factum cum eis ab eccleſia ſan
cti Saluatoris.

1 Primum eſt,quòd,cum ab initio hoc † præ-
dium eſſet ſterile, & poſtea fuerit reductũ ad
culturam opera priorum conductorum, de-
bent eorum hæredes reinueſtiri pro eodem
precio.c.ad aures. ſecundùm communem in-
tellectum. de reb. eccl.non.alien. per doctr.
etiam Bartol.in l. quicunque. C. de om. agr.
deſer. lib.10. Sed hoc fundamentum non po-
teſt applicari ad factum ſecundùm Dominos:
quia non apparet, quòd prima locatio fuerit
facta,quia res eſſet ſterilis, nec propter ipſam
cauſam ſterilitatis,nec mīnus quòd poſtea fue

Digitized by Google

rit reducta ad culturã,de quibus nihil in actis.

Secundum argumentum pro Pipinis eſt, quòd ſui auctores plura fecerunt melioramēta, quæ ſibi vti ceſsionarijs illorum de victorijs debebantur, ſecundùm communem diſtin
2 ctionem, quòd, quando † res deuoluitur ob lineam finitam, melioramenta debentur, & tranſeũt etiam ad extraneos hæredes, non autem deuoluuntur. Bero. poſt alios. q. 19. Clar. de emphitheo. q. 45. Pinell. in 2. par. repet. l. 2. &. 3. nu. 7. vbi de cõi teſtatur. C. de reſcind. vend. Vnde inferunt, quòd, cum hæc melioramenta ſint valoris lib. 4800. & fuerit factum pactum, quòd illa deuoluantur, hoc pactum eſt pars
3 precij: quodlibet † enim pactum reſpiciens commodum alienantis, dicitur pars precij. l. fundi partem. ff. de contrah. empt. Tiraquell. de retract. lignag. §. 1. gloſ. 18. num. 38. & 69. Sed hoc fortè benè procederet, ſi iſta melioramenta tanti eſſent, & æquiualerent. Sed, cũ non probentur, vt dixi, apud acta (dubium au
4 tem non eſt, quin allegantí † melioramenta, incumbat onus ea probandi, Bero. conſ. 33. num 6. lib. 2.) non placebat poſſe ſuper eis fieri fundamentum.

Viſa eſt etiam Dominis multùm inueriſimilis illa atteſtatio, quòd melioramenta importent lib. 4800. cum vix totum prædium tanti valeat, & cum in inſtrumento ceſſionis hæc melioramenta enuncientur valoris 800. lib. quæ ſi computentur in precio, adhuc adeſt læſio, vt iam eſt deciſum in alia poſitione.

5 Tertio allegant, quòd, cum hæc alienatio † facta ſit, vt diſcederetur à lite, vtilis fuit: maximè quia ſecundùm doctr. Bart. in l. 1. §. permittitur. de aqu. quot. & æſt. cogebatur eccleſia relocare.

Sed reſpondebatur per Dominos hoc non
6 obſtare, quia † non propterea cogebatur eccleſia relocare pro eodem precio, ſed ita demum, ſi in euidentem cederet eccleſiæ vtilitatem, vt etiam fuit reſolutum, vltra alia tunc ibi dicta.

Quarto opponitur per Pipinos, quòd teſtes deponentes ſuper læſione, eam non probant. Sed fuit dictum, quòd iam etiam reſolutum eſt eam probari, & de nouo hoc non reuocatur in dubium, nec de hoc hodie Domini dubitãt, ſed inhærent deciſionibus factis, & eas pręſuponunt.

Teſtes vltimo dati nec placuerunt, quia lo-
7 quuntur de melioramentis † conſiſtetibus in plãtationibus, ſtercorationibus, & ſimilibus, q̃, ſecundùm Dños de iure non videntur reficiẽ da. l. diuortio. §. impẽdia. ff. ſol. matr. Menoch. de recuper. poſſ. remed. 15. n. 513. & dicebãtur huiuſmodi melioramenta non eſſe perpetua, & continuò in rem duratura, ſed magis ſeruire pro vberiori, & commodiori fructuum i pſorũ perceptione, & boni patresfamilias ea paſſim in rebus ſuis facere conſueuerunt, & ideo non eſſe conſiderabilia in hac materia, per allegata.

Verùm quia Pipinis non ſunt præfixi termini ad liquidandum dicta melioramenta, & ego ſum acceſſurus Bononiam, placuit Dominis, quòd tota hæc res oculis ſubijciatur, adhibito aliquo perito.

DE DEPOSITO.

Ciuitatis Caſtellanæ bonorum. Lunæ. 16. Maij 1575.

EPITOME.

Pecunia, quando pro beneplacito, & neceſsitatibus reponitur, præſidij cauſa, & loco theſauri, *non* pro vſu quotidiano reponi dicitur.

SVMMAE.

1 *Pecunia rarò conſeruatur, vt theſaurus.*
2 *Intellect. ad §. 1. l. ſi chorus delegat. 3. & num. 4.*
3 *Legis mens potius, quàm verba eſt intuenda.*
5 *Teſtes ſingulares ſunt coadinuandi, vt reddantur conteſtes.*
6 *Singularitas adminiculatiua in materia difficilis probationis valdè prodeſt.*

PRAESVPPOSITA.

Præſuppoſita reſolutione in hac cauſa facta ſecunda Iunij 1574. 1
Et dictis teſtium pro parte domini Alexandri examinatorum, quorum ſummarium detur. 2

DVBIVM.

An conſtet ſufficienter pecuniam, de qua agitur, fuiſſe præſidij cauſa, vel loco theſauri, aut deliciarum, per quondam Tyberiũ habita ad effectũ, de quo quęritur.

137. DECISIO. ſiue Diſcurſus alioqui. I.

Licèt plures Domini inclinarent pecuniam, de qua agitur, nõ videri fuiſſe à Tyberio præſidij cauſa, vel loco theſauri habitam; tamẽ aliqui contrarium ſentiebant, nempe cenſeri conſeruatam præſidij loco. Qui primam opinionem ſequebantur, primo ex regula genera-
1 li adducebant, quòd rarò † pecunia conſeruatur, vt theſaurus. Corn. conſ. 49. num. 11. lib. 3. Pariſ.

3.Patiſ.conſ.25.num.73.in fin.lib.2.
Secundo magis in ſpecie perpendebant verba text.in alleg.l.ſi chorus.§.primo ff.de legat. 3.quæ ſunt ſequentia his verbis, quæ mobilia mea erunt,do,lego, nummos ibi repoſitos, vt mutuo darentur,non eſſe legatos Paulus ait:at eos, quos præſidij cauſa repoſitos habet, vt quibuſdam bellis ciuilibus factitaſſent, cos legato contineri: & ſæpe audiuiſſe ruſticos ſenes ita dicentes, pecuniam ſine peculio fragilem eſſe,peculium appellantes, quòd præſidij cauſa reponeretur, Et aduertebant, quòd omnes penè interpretes ibi ad hoc, vt pecunia ſit
2 præſidij loco,adnotant, † q perpetuò debet eſſe in loco, & Goffred. ibi exponit,ideò paterfamilias ad perpetuam conſeruationem pecuniam ſuam in dicto loco poſuit.Odofr.videtur diſtinguere peculium illud à pecunijs, quas quis habet ſingulis diebus ad exponendum. Bart.etiã dicit, quòd nũmi repoſiti, vt mutuo darentur,non videntur eſſe in loco, ſecus ſi vt perpetuò ibi ſint.Flori. exponit poſt Rayner. illud verbum,præſidij,per text.in l.non omnes. §. qui captus. ff. de re milit. vbi ille, qui eſt in præſidio,& non reuertitur, habetur pro transfuga.Bud.exponit in præſidio,id eſt in ſtatione.
Teſtes non videntur ſecundùm prædictos Dominos bene probare iſta requiſita, quòd hæc pecunia retineretur, vt perpetuò ibi eſſet loco præſidij:quia licèt teſtes dicant, quòd nõ ita paſſim expendebat;tamen dicunt,quòd expendebat in ſeruitijs amicorum.Darius Bellus ſuper primo in fin. Laurentius Petronius ſuper interro.& ſuper 2.quòd amicis aliquando commodabat aliquas ex dictis pecunijs. Apparet etiam hoc,quia ferè omnes teſtes deponũt, quòd iſtas monetas pignorabat, & poſtea reluebat,& id faciebat etiam pro amicis.Nõ erat igitur theſaurus conſeruatus, ſed, ſi quam affectionem habebat, habebat ad illud genus monetarum,quia ſunt precioſiores,quàm quòd eſſet verè peculium præſidij cauſa:quia illud fuiſſet ſtatutum ex quibuſcunque monetis.Idque tantò magis,quia Petrus Albanen. deponit, quòd ex illis extraxit quoſdam pro inaurando tabernaculo, & ſic non videbãt ijdem Domini, quomodo poſſet dici,quòd pecuniæ eſſent tales, vt perpetuò ibi eſſent collocatæ præſidij cauſa.
Qui contrarium tenebant, dicebant potius videri attendendam eſſe huius ſubiectę materię proportionẽ,& rationẽ, quàm ex sũmo iu-
3 re tecipere interpretationẽ,& magis mentẽ, † & intentionem illius text.eſſe intuẽdam, quàm literarum corticem, argumento l.nominis.& l. rei.§. verbum ex legibus.ff.de verb. ſignif. notatur in l.ſcire leges.ff.de legi. cum plur. con-
4 cordat.Mens ergo † d.l.ſi chorus.§. primo. & ſimilium, vt etiam ſentit Odofred. ſupra relatus,& aliqui alij,videbatur eſſe ſecundùm prędictos Dominos, vt diſtinguantur pecunię domi exiſtentes,quę ita ibi ſunt, vt expendantur pro vſu,& commercio quotidiano, ab illis pecunijs, quæ ibidem ſeruantur pro neceſſitatibus, quæ contingere poſſunt, & in quas cadit deſiderium, vt domi perpetuò, quamdiu per neceſſitates licuerit,ſeruentur:quæ non omnino ſicut alię pecunię,quę regulariter tenentur, preſto ſint ſumptibus, vel commerciis quotidianis, & huc ſecundùm omnes pertinere videntur verba.d. §. primi. & aliorum in vltima poſitione allegatorum,nempè quatenus diſtinguitur pecunia repoſita, vt expendatur, à pecunia repoſita,quæ ſit loco præſidii. Dicebant ergo in caſu propoſito pecuniam, de qua agitur, quę probatur per Tyberium fuiſſe conſeruatam pro neceſſitatibus ſuis,& amicorum, & ad hoc repoſitam,eſſe reputandam præſidii loco. Et multa ex dictis teſtium ponderabant,de quibus per informantes, & in ſpecie illa verba tertii teſtis iuxta ſeptimum interrogatorium, qui ait,quòd dictas monetas aureas conſeruauerat ab annis 36. vel 40. Item verba ſecundi teſtis ad primum artic.ibi,quòd duplones, & ducatos aureos veteres,& ſcuta auri, quas monetas ipſe Tyberius conſeruabat pro ſuo bene placito, & ſuis neceſſitatibus, & deponit de auditu à Tyberio: & ſubdit rationem,quia habebat alias pecunias ad exponendum,& ſic apertè iſte teſtis ex mente eiuſdem Tyberii diſtinguit has pecunias conſeruatas ab aliis paratis ad exponendum,ſiue expendendum.Ad idem videbatur adminiculari primus teſtis ſuper primo artic.qui deponens de eiſdem monetis aureis, ait, quòd erat vox, & fama, quòd multas habebat,quas libenter nõ expendebat,niſi pro ſeruitiis amicorum. Qui tamen teſtis ita in genere deponens, ſi coadiuuetur, & concilietur cũ aliis teſtibus, vt paſſim fit in materia teſtiũ, & potiſſimùm declaretur à dicto ſecundo teſte de auditu ab eodem Tyberio, qui meliùs, eſt informatus,& magis in ſpecie deponit,confirmabit hanc pecuniam magis repoſitam, & conſeruatam haberi, & ſic videri præſidii cauſa, quàm paratã ad expendendum. Ad idem videtur facere idem primus teſtis iuxta ſeptimum interrogatorium,dũ ait,quòd in 18.annis, quibus teſtis ſtetit ad ſeruitia d. Tyberii, non recordatur

cordatur vidiſſe dictas monetas, niſi vna vice
tantùm,& ſic non loquitur de aliis. Vnde vide-
tur colligi argumentum, quòd repoſitas, & re-
conditas magis, quàm cœteras teneret. Idem
quartus ad primum articulum, qui loquens de
iſtis pecuniis, & ſimilibus antiquis aggregatis,
ait, quòd repoſuit, & conſeruauit, prout facie-
bat de prędictis.

Nec obſtat ſecundùm prędictos Domi nos,
quòd aliquando has pecunias pignori dabat,
quia imò magis ex hoc ipſi contrarium argu-
mentum ſumebant: quia eaſdem in indiuiduo
recuperabat,& reluebat, vt paſſim dicũt teſtes,
& ideò non ſimpliciter dicunt, mutuabat, ſed
vel addunt, commodabat, vel deponunt de re-
demptione, quaſi ſtãte reluitione prædicta, ma
gis commodatum, quàm mutuum deberet di-
ci:& iſta eis videbatur apta conciliatio ad om-
nia dicta teſtium. Pignorando ergo, & reluen-
do videtur colligi affectio, & argumentum con
ſeruandi. Nec diſplicebat hoc caſu allegatio Ti
raquell. de retract. in præſat. num. 36. de qua
per informantes. Et quamuis teſtes viderentur
5 ſingulares; † tamen dicebatur eos eſſe ad inui-
cem iuuandos, vt dicerentur conteſtes, vt per
informantes d. Alexandri, & in dubio hoc eſt
iudicandum per vulg. vel ſaltem quòd ſingula-
6 ritas † eſſet adminiculatiua, maximè in materia
difficilis probationis, nempe ad probandam
mentem,& intentionem Tyberij defuncti, itẽ
factum ſecretum eiuſdem, quibus caſibus le-
uiores probationes ſufficiunt per vulg. latè
Gabriel. de teſt. concluſ. ſecunda. ferè per totã.
& tanto magis ſi conſtaret de dolo, & culpa
aduerſariorum in expilanda hac hæreditate, vt
prætenditur probatum eſſe, ſine tamen veri
præiudicio.

Quibus ſtantibus, dicebant non obſtare ſu-
pra in contrarium adducta, nempè quòd ſi ex-
pendebantur pro ſeruitijs amicorum, ergo nõ
perpetuò conſeruabantur: quià imò colligitur
animus conſeruandi perpetuus ex prædicta re
luitione, & ſic intentio, & mens Tyberij erat
perpetuò conſeruare, licèt per accidens aliquã
do commodaret, vel mutuaret, cõtra formam,
& naturam pecunię, firmo propoſito recupe-
randi, ex effectu reluitionis ſequuto.

Secundo dicebant illud eſſe pro ſolis ne-
ceſſitatibus, & ſeruitijs tum ſui, tum amicorũ,
& ſic ſecundùm terminos d. l. ſi chorus. §. pri-
mo. ſecundùm hanc ſubiectam materiam eam
intelligendo, & magis mentem, quàm verba,&
corticem intuendo, vt dixi ex varietate locorũ,
& temporum, ſumendo intellectum illius le-
gis, & applicando huic themati, prout res pa-
titur, in quo dicta pecunia probatur non paſ-
ſim, neque in quemcunque vſum fuiſſe parati
expendi, ſed raro, & in ſolum caſum ſeruitij, &
pro neceſſitatibus. Et licèt plures Domini te-
nerent primam opinionem vti magis d. §. pri-
mo. conuenientem, ſecundùm eos tamen, quia
aliqui etiam hãc opinionem ſequebantur, & alij
Domini præ multitudine, & difficultate cauſa-
rum huius diei ſibi non omnino ſatisfacere po-
tuerant, dixerunt, quòd eam iterum proponã.

Ciuitatibus Caſtellanæ bonorum. Ve-
neris 17. Iunij. 1575.

EPITOME.

PEcuniæ, quæ perpetuò non ſunt permanſurę domi, non dicuntur repoſitæ loco præſidij.

SVMMAE.

1 Pecunias non fuiſſe repoſitas loco præſidij quando non conſtet?

2 Dec. conſ. 381. nu. 1. in hoc caſu minimè recipitur à Rota.

138. DECISIO. alioqui. II.

1 REſolutum fuit non † conſtare pecunias fuiſ
ſe repoſitas loco prędidij, quia non perpe
tuò erant permanſuræ domi, cum ita paſſim è
loco remouerentur,& expenderentur: ita etiã
paſſim pro amicis: quod non conuenit *naturæ*
præſidij, nec videtur ſecundùm mentem *iuriſ*-
conſultorum in allegatis iuribus:& placuerunt
magis rationes diſcurſus ſcriptæ in prima par-
2 te, quàm in ſecunda. num. 2. Conſilium *Decij* †
381. num. 2. per informantes d. Alexandri alle-
gatum Rota non recipit.

DE EMPTION. ET VEND.

Vrbeuetana bonorum. Veneris.
27. Maij 1575.

EPITOME.

NOtitia venditionis aliquorum bonorum ex infra relatis non inducitur.

SVMMA.

1 Venditionis factæ de aliquibus bonis, ex quibus non ſit præſumpta notitia?

PRAE-

PRAESVPPOSITVM.

Præſuppoſito inſtrumento venditionis bonorũ, de quibus agitur, ſub die 17. Iulij 1567. facto. 1
Et quòd multa bona ex prædictis ad inſtantiam hæredum comitis Raynerij de Marſciano creditorum d. Falconi in ſcut. 850. fuerint deliberata Tarquinio Perinello tamquam plus offerenti, ſub die 13. Iunij 1567. 2
Et clauſula d. inſtrumẽti d. venditionis, in qua d. Falco nus inter alia promittit, quòd alienatio, & venditio dictarum terrarum facta illuſtr. d. Antonio Simon cello eſt bona, & benè facta, & pro tali eam manutenere, & defendere ab omni moleſtante perſona, & lite, præterquam à dictis hæredibus q. comitis Raynerij. 3
Et quòd d. Tarquinius dictorum bonorum ſibi deliberatorum poſſeſsionem, auctore prætore, aſſecutus fuit ſub die 14. Iunij 1567. 4
Et inſtrumento venditionis dictarum terrarum per d. Tarquiniũ factæ Marcoguidonio ſub die 16. Septembris 1568. 5
Et dictis teſtium pro domino Antonio examinatorũ. 6

DVBIVM.

An conſtet, quòd d. d. Antonius habuerit notitiam, quòd prædicta bona tempore venditionis fuiſſent deliberata, & illorum poſſeſsio per emptorem capta ad effectum, de quo agitur, ſtante quòd d. Falconus in dicto inſtrumento venditionis dicta bona vendiderit in eis ſtatu, & terminis, in quibus reperiebantur, de quibus ſtatu, & terminis. d. d. Antonius dixit ſe habere plenã notitiam.

139. DECISIO. alioqui. I.

1 Reſolutum fuit non † conſtare, quòd illuſtriſ. d. Antonius habuerit notitiam deliberationis, de qua agitur, per loca inſtrumenti ponderata per informantes pro eodem d. Antonio, circumſcripto tamen effectu, & releuantia, de qua agetur particulariter, in qua tunc etiam agetur de clauſula eiuſdem inſtrumenti, prædicta bona non eſſe vendita, &c. quem effectum pariat, & circumſcripto capite de re iudicata, de quo etiam poterit videri.

Vrbeuetana affictus, & bonorum. Lunæ. 4. Iunij 1576.

EPITOME.

Emptor non dicitur in culpa, quominus poſſeſsionẽ bonorum emptorum haberet, ſi ea venditionis tempore non erant per vendentem poſſeſſa, ſed per alium, cui ex licitatione fuerunt adiudicata.

SVMMAE.

1 *Culpa quando vacet emptor, qui non cepit poſſeſsionem bonorum emptorum?*
2 *Culpam alicui opponens, ex eo quia regulariter non præſumitur, tenetur eam concluſiuè probare.*
3 *Culpa non poteſt ei imputari, qui actum non fecit, ad quem non tenebatur.*
4 *Culpoſus non dicitur, qui non fecit illud, quod factum nil profuiſſet. amplia, prout num. 5.*
6 *Emens ab vno, quando tenetur offerre precium alteri?*
7 *Culpæ quando non eſt locus?*
8 *Pecunias otioſas quis per multum temporis tenere non debet.*
9 *Doloſus dicitur vendens, quod ſuum non eſt, & conſtituens ſe illud poſsidere.*
10 *Dolus in faciendo abſorbet culpam in omittendo.*
11 *Teſtis deponens de facto proprio, facit pluſquam ſemiplenã probationem.*

PRAESVPPOSITA.

Præſuppoſito inſtrumento venditionis factæ per Falconum de Sinibaldis illuſtriſ. d. Antonio, & quòd d. Antonius tempore venditionis prædictæ ignoraret bona fuiſſe ſubhaſtata, & deliberata Perinello, tanquam plus offerẽti; & quòd Permellus illorum poſſeſsionem aſſecutus fuerat. 1
Et reſolutione coram me facta 27. Iunij 1575. 2
Et teſtibus pro parte. Falconi vigore remiſſoriæ examinatis, quorum breue ſummarium detur. 3
Et inſtrumento venditionis bonorum, de quibus agitur, facto. d. Marcoguidonio, præſente d. Antonio, & fideiubente, de euictione dictorum bonorum. 4

DVBIVM.

An conſtet, quòd d. Antonius fuerit in culpa, quominus ipſe poſſeſsionem bonorum venditorum, & deliberatorum habuerit, in caſu, & ad effectum, de quo agitur?

140. DECISIO. Alioq. II.

1 Reſolutum fuit, quòd illuſtriſ. d. Antonius non † fuerit in culpa, quò minus ipſe poſſeſsionem bonorum venditorum haberet: quia bona prædicta per Falconum venditorem tempore vẽditionis non poſſidebantur, ſed per Perinellum, cui per licitationem prius fuerãt adiudicata, vnde non fuit liberum ipſi d. Antonio poſſeſsionem dictorum bonorum vigore dictę venditionis capere, & ad probandum, quòd in illuſtriſ. d. Antonio non cadat culpa in caſu propoſito, Domini ſubijciebant tres veras iuris concluſiones.
2 Prima opponens † alteri culpam, cum regulariter

lariter culpa non præſumatur, tenetur conclu-
denter eam probare. Afflict.deciſ.13.num.18.
Grat.conſ.100.nu.14.lib.2.Burſat.conſ.192.
3 Secunda quòd culpa † non poteſt imputa-
ri illi, qui actum non fecit, ad quem non tene-
tur. Aret.conſ.111.col. fin. in verſ. cum igitur.
Aym.conſ.4.num.24.& conſ.63.num.19. & in
conſ.172.num.5.Ruin.conſ.93.num.7.lib.5.
4 Tertia quòd quis † in culpa non dicitur, ſi
non fecit illud, quod factum nil profuiſſet.l.2.
§.ſi mater.verſ.quòd ſi penitus egenis.& §.pe-
nult.verſ.ego etiam.ff.ad Tertul.l.fin.§. primo.
ver.ſed quid noceat.ff.quis ord.in bo.poſſ.ſer.
Caſt.conſ.322.num.5.Aymo conſ.33.num.5.
5 vbi dicit, quòd † id procedit, etiam ſi dubium
fuiſſet, an fuiſſet profuturum.

Quibus cõcluſionibus ſtantibus, dicebant nõ
eſſe dubium; quòd non poteſt illuſtr. d.Anto-
nio adſcribi culpa. Nam ea deducitur ex duo-
bus capitibus.

Primo.ſi d.Antonius obtuliſſet, vel ſoluiſſet
precium Perinello, potuiſſet habere dicta bo-
na ſibi vendita. Sed ad hoc reſpondebatur nul-
6 lo iure cautum eſse, quòd emens † ab vno, te-
neatur offerre precium alteri: quinimo nec ip-
ſi venditori tenetur offerre, niſi quando agat
ad rem emptam contra ipſum.l.Iulianus.§.of-
ferri.ff.de act.empt. Et propterea, cum d. An-
tonius Perinello precium offerre non tenere-
tur, nec de iure, nec ex vi prædicti inſtrumenti
venditionis, in culpa dici non poteſt per præ-
dicta & maximè quia d. Antonius ignorabat
huiuſmodi bona illi fuiſſe adiudicata, vt fuit re-
ſolutum ſub die 27.Maij 1575. coram me. Si
7 ergo † non probatur eum fuiſſe obligatum ad
offerendum, non intrat culpa.Ruin.d.conſ.93.
num.7.in 5.vol.

Secundo opponitur, quòd poſtea Perinel-
lus vendidit iſta bona Marcoguidonio, pro
quo fideiuſſit idem dominus Antonius: & ſic
inferri videtur, quòd dicatur conſenſiſſe dictæ
venditioni, & q, ſi voluiſſet, tunc ita eſſent ſibi
tradita prædicta bona, ſicut fuerũt vẽdita dicto
Marcoguidonio. Sed reſpondebatur primo, q
non tenebatur, vt dixi d. Antonius nec de iure,
nec ex inſtrumẽto tunc emere per ſupradicta.
Secundo quòd hoc fuit per 15. mẽſes poſt,
8 adeo quòd d. Antonius non † tenebatur tam
longo tempore ſuas pecunias penes ſe ocioſas
retinere, expectando quòd Perinellus vellet
vendere.

Tertio dicebatur, quòd hoc nihil profuiſ-
ſet Falcono: quia licèt emiſſet rem à Perinello,
non propterea teneretur ad precium Falconio,

Non igitur poteſt imputari culpa d. Antonio,
ſi non fecit illud, quod ſi feciſſet, nihilominus
d. Falcono non profuiſſet: fuiſſet enim noua vẽ-
ditio, & non recuperaſſet virtute venditionis
prius factæ, & propterea non poteſt applicari
caſui noſtro dictum Rimin.conſ.92. num. 17.
alleg. in vltima reſolutione.

Quarto dicebatur, quòd, cum Falconus fue-
9 rit in dolo † vendendo id, quod ſuum non erat,
& conſtituendo ſe poſſidere nomine d. Anto-
nij; cum tamen non poſſideret, ſequitur, quòd
nunc ipſe nõ poſſit dicere d. Antonium fuiſſe
10 in culpa omittendo: quia dolus † in faciẽdo ab
ſorbet culpã in omittendo: gloſ. in l. ſi mora.ff.
ſol. matr.

Rurſus reſpondetur, quòd ex depoſitione
comitis de Marſciano conſtat ipſum fuiſſe re-
quiſitum à d.Antonio, vt ei daret dicta bona,
& reciperet precium. Cui reſpondit id non poſ-
ſe facere, cum fuiſſet ſatisfactus, & bona Peri-
11 nello vendita: qui teſtis, cum deponat † de fa-
cto proprio, facit pluſquam ſemiplenam proba
tionem, vt per Achill.deciſ.2.de teſtib. faciunt
cumulat.per Socin.Iun.conſ.31.in 2. & Pariſ.
conſ.104.num.80.in primo vol.

DE LOCATO, ET CONDVCTO.

Calaguritan. iuris arrendandi.
Veneris. 25. Iunij 1574.

E P I T O M E.

SEntentiæ huiuſmodi latæ dicuntur, contradicente maiori parte beneficiatorum eccleſiæ, & non refert, an cõtradictio talis facta ſit in capitulo.

S V M M Æ.

1 *Capituli maiorem partem contradixiſſe ſententijs latis quando dicatur?*
2 *Contradictio maioris partis beneficiatorum facta ſentẽtia an apparere debet facta in capitulo? & num.4.*
3 *Quaſi poſſeſsio arrendandi ſufficit capitulo.*
5 *Locatio facta per maiorem partem vnius capituli non ſufficit, quando ius locandi æquè competit alij capitulo.*
6 *Locationem fuiſſe factam conſtat, ſi in ſententia ennunciatur, approbatur, & confirmatur talis locatio.*
7 *Sententia facit notorium, & probat inter eaſdem partes, imò contra quoſcumque probat ſic rem fuiſſe geſtam, præcipuè lapſo tempore ad appellandum.*
8 *Verba enunciatiua ſententiæ probant, quando eſt lata inter præſentes.*
9 *Præſumitur potius pro ſententijs præcipuè coadiunatis, quàm pro teſtibus.*
10 *Teſtibus affectione, vel conſanguinitate notatis creditur arbitrio Rotæ.*

DV-

DVBIVM.

An ex actis, quorum copia dabitur per partes colla
tionata, & ſubſcripta, conſtet, quòd ſententiæ de anno
1553. & 1555. fuerint latæ ſuper arrendamento facto,
contradicente maiori parte beneficiatorum de Fuen-
temayor in caſu, & ad effectum, de quo agitur?

141. DECISIO. alioqui. I.

DVbitaui, vt ſupra, & per omnes fuit tentũ,
1 quòd fuerunt latæ, † ne dum contradicē-
te maiori parte, ſed etiam contradicẽtibus om
nibus beneficiatis de Fuentemayor, vt ex arti-
culo 14. & teſtibus ſuper eo examinatis. Item
ex mandatis, & alijs iuribus productis apertè
conſtat, & ex aduerſo nõ videtur negari. Et cũ
in prædictis ſententijs fuerint confirmatæ loca
tiones factæ per prædictum capitulum de Na-
uarrete, quæ & probantur effectum ſortitæ,
quatenus in eiſdem ſententijs enunciantur, &
vti iam factæ approbantur, & confirmantur,
non obſtante huiuſmodi cõtradictione omniũ;
dixerunt Domini, quòd ſententiæ prędictæ nõ
ſe compatiuntur cum dictis teſtium de Fuen-
temayor, qui ſuper octauo articulo dicũt, quòd
prædictæ locationes nunquam fuerunt ſortitæ
effectum, contradicentibus ipſis de Fuentema-
yor, vel ſaltem maiori eorum parte. quod eſt
contra tenorem prædictarum ſententiarum.
Vnde dictum eſt intrare deciſionem vltimo lo
co factam, huiuſmodi teſtibus non eſſe ſtandũ,
ſed magis teſtibus de Nauarrete, cum quibus
concordant prædictę ſententię.

Tria ex aduerſo videntur opponi.

Primo, quòd non ſunt latæ in caſu, de quo
2 agitur, nempe beneficiatis † contradicentibus
in capitulo &c. Sed reſponſum eſt in primis,
quòd prædicti teſtes ſimpliciter loquuntur de
contradictione, ſcilicet quando contradicebãt
illi de Fuentemayor, locationes non ſortiebant
effectum, nec diſtinguunt in capitulo, vel extra.
Secundo reſpondebatur, quòd ex tenore ſen-
tentiarum apparet, ex quo capite, aut qua ra-
3 tione ſint latæ, nempe quia † capitulum eſt in
iſta quaſi poſſeſſione arrendandi &c. Quod di-
cebãt Domini ſufficere in hac quæſtione, quia
hic eſt caſus, de quo agitur. Tertio placebat re-
ſponſio, quòd, ſi contradictio maioris partis
4 eorum ſufficit de capitulo, ſi ipſi non † adfue-
rint in capitulo, & contradixerint etiam extra
capitulum, idem effectus reſultabit, vt actus
non valuerit, ſine eorum interuentu, & conſen-
ſu, ſi eſt verum illud, quod dicunt, & pręten-
dunt prædicti teſtes de Fuentemayor ſuper
eodem octauo, nempe quòd ſunt tanquã duo
capitula, & conſenſus maioris partis vtriuſque
5 requiritur: hoc enim caſu locationes † per ca-
pitulum de Nauarrete tantùm factæ ſine ipſis,
non deberent valere. Butr. in c. ſcriptum. num.
24. de elect. Abb. in c. paſtoralis. ſub num. 6.
col. fin. verſ. ex his habes. de reſcript. vbi Dec.
num. 8. & Felin. col. penult. ſub num. 8. verſ. ibi,
duo corpora. idem Felin. in c. cum omnes. ſub
num. 18. verſ. octauo fallit. de conſtit. quod eſ-
ſet contra prædictas ſententias.

Secundo opponitur, quòd non cõſtat, quòd
fuerint factæ locationes, nec apparet, quòd ſen
tentię habuerint effectũ. Reſpõdebatur, quòd
6 imò conſtat † ex lectura ſententiarum ipſarum
in quibus, vt dixi, huiuſmodi locationes, & enũ
ciantur factę, & approbantur, item confirman-
tur vti factæ, adeo quòd videntur ſecum trahe
7 re executionẽ ex Anchar. conſ. 40. Quę † ſen-
tentiæ faciunt notorium, & probant inter eaſ-
dem partes, imò & contra quoſcumque pro-
bant rem ſic eſſe geſtam. Bart. in l. 2. num. 12.
vbi etiam Dec. num. 55. C. de eden. præſertim
elapſo tempore ad appellandum &c. & verba
8 enunciatiua † ſententiæ probant, quando eſt
lata inter pręſentes. Aym. de antiq. temp. in 2.
part. num. 3.

Tertio opponitur, quòd Rota non exequa-
tur ſententias de partibus, niſi guſtata earum
iuſtitia &c. Sed placuit reſponſio, quòd hic nõ
agimus de executione prædictarum ſententia-
rum, ſed tantùm ad effectum reprobãdi teſtes
9 contrarios eiſdem ſententijs: pro † quibus ex
ſupra deductis, & alijs longè magis eſt præſu-
mendum, quàm pro prędictis teſtibus, cum ma
ximè capitulum, & beneficiati de Nauarrete
eſſent rei conuenti, & fuerint declarati poſſeſ-
ſores per dictas ſententias, vnde videntur re-
manſiſſe pacifici poſſeſſores, arg. not. per Sarn.
in reg. de anna. q. 44. ad fin. Dixerunt ergo non
eſſe ſtandum teſtibus prędictis, attentis maxi-
10 mè exceptionibus † affectionis, & conſanguini
tatis, propter quas aliàs Domini noluerunt ſim
pliciter eis adhibere fidem, ſed reſeruarunt ar-
bitrio: ſed magis eſſe ſtandum teſtibus de Na-
uarrete adiuuatis à prædictis ſententijs in ca-
ſu, de quo agitur.

Anconitana fideiuſsionis. Lunæ. 14. No-uembris 1575.

EPITOME.

SEntentia, de qua infra, dicitur com-
prehendere cauſam conuẽtionis,
& reconuentionis.

V S V M.

Digitized by Google

SVMMAE.

1 *Condemnari ad damna, & intereſſe is debet, qui verè dicitur contrauenisse.*

2 *Contrauentiones habentes naturam potius actionis, & exceptionis, quàm reconuentionis, & mutuæ petitionis, quæ dicantur?*

3 *Reconuentionis natura eſt, vt vnica ſententia terminetur cum cauſa conuentionis.*

4 *Fideiuſſor quando non poſsit moleſtari?*

5 *Appellatione remota, hæc clauſula impedit appellationem.*

6 *Appellatio ſubſecuta non poteſt facere reincidere fideiuſſorem in obligationem ſine ſuo conſenſu.*

7 *Fideiuſsio de ſtando iuri, & iudicatum ſoluendo an duret coram ſecundo iudice, & num.* 8.

PRAESVPPOSITA.

Præſuppoſito, quòd Io. Antonius Guardamelius locator nauis conuenerit coram A.C. Iulium de Curte, & litis conſortes conductores de, & ſuper ſolutione nolituũ, nec non prætenſis damnis, & intereſſe paſſis occaſione prætenſæ conuentionis locationis prædictę, prout in folio pro parte eiuſdem locatoris dato. 1

Et quòd dicti Iulius, & litis conſortes conductores coram eodem A.C. conuenerunt dictum Ioannẽ Antonium locatorem de, & ſuper eiſdem damnis paſſis occaſione dictæ prętenſæ conuentionis, nec non ſuper reſtitutione pecuniarum per dictos conductores diuerſis locatoris creditoribus ſolutarum, & eidem locatori mutuatarum, prout in fol. per dictos conductores dato coram eodem A.C. 2

Et quòd dicti conductores per A. C. ſub decima menſis Februarij obtinuerunt ſequeſtrari inter alia bona dicti locatoris, ſcut. 500. penes Nicolaum Barberinum exiſtentibus. 3

Et quòd huiuſmodi ſequeſtrum fuerit reuocatum ſub die 23. Februarij dicti anni 1565. ab A.C. data cautione de ſtando iuri, & iudicatum ſoluendo. 4

Et quòd magiſter Bartholomæus Franciſci de Sanctoangelo iuxta formam dicti decreti cauerit pro dictis ſcut. 500. ſub die 15. Martij eiuſdem anni. 5

Et quòd ſub die prima Februarij dicti anni, ad inſtantiam eorundem Iulij de Curte, & litis conſortium, fuerit per Gubernatorem ciuitatis Anconæ, ſeu eius Locumtenentem factum aliud ſequeſtrum in manibus eiuſdem Barberini ſuper eiſdem pecuniarum ſummis ad dictum Guardamelium ſpectantibus. 6.

Et quòd ſub die 26. Iunij 1565. citato Marcello Thebalduccio procuratore dd. Iulij, & litis conſortium, Guardamelius obtinuerit ab A. C. reuocari quæcunque ſequeſtra tam ſuper nolitibus, quàm etiam ſuper quibuſuis rebus pecuniariis, & bonis etiam ex cauſa gemmarum ſibi debitis, & per acta cuiuſuis notarij etiam de partibus facta, & rogata, ac ſibi mandari conſignari dictas pecunias, res, & bona quæcũque dictis prætenſis non obſtantibus, mandatumq. deſuper neceſſarium, & opportunum decerni, & relaxari data cautione de ſtando iuri, & iudicatum ſoluendo in partibus pro ſummis ſequeſtratis. 7

Et quòd vigore dicti decreti fuerit per Guardameliũ expeditum, & habitum mandatum de conſignandis dictis pecunijs per acta Cæſaris Quintilij notarii A.C. 8

Et præſuppoſita ſolutione ſcut. 500. facta pro parte Barberini in manibus Matthæi Viſcontis procuratoris, & ceſsionarii Io. Antonij Guardamelii in ciuitate Anconæ ſub die 20. Iulij dicti anni. 9

Et præſuppoſito decreto mandati A. C. & ſententia d. Fuſcherii, ac ſententia d. Gargani, nec non commiſsionibus cauſarum coram eis introductarum, & caſſatione dictæ fideiuſsionis vigore ſententię Gargani ſecuta, ſententijs Brugnolæ, & Reuerẽd. d. Saxi. 10

Et commiſsione ſuper reſtitutione pecuniarum, vt ſupra locatori mutuatarum, & eius creditoribus ſolutarum, præſentata reuerendiſsimo d. Gubernatori vnà cum mandatis inde obtentis, quorum omnium copia detur. 11

DVBIVM.

An dictus magiſter Bartholomęus vigore dictæ ſuæ obligationis conueniri poſsit?

142. DECISIO. alioqui. II.

PLacuit Dominis ſententiam Gargani comprehendere vtramque cauſam ſcilicet cõuentionis, ſeu contrauentionis, itẽ reconuẽtionis, maximè eã recõuentionẽ, quę per Iuliũ, & ſocios pariter ex cauſa cõtrauẽtionis eſt mota.

Et conſiderabãt, quòd verè hoc caſu non cadit iudicium reconuentionis, & mutuæ petitionis: quia vtraque petitio occaſione vnius facti, ſiue contractus tantùm naſcitur, & in caſu, quo ambæ non poſſunt eſſe veræ, ſed vnam collidit alteram: quia, ſi vnus contrafecit verè, alter nõ, dicitur pariter verè contraueniſſe, nec vterque poteſt condemnari ad damna, & intereſſe, ſed
1 is † tantùm, qui verè dicitur contrauenisse. iuxta l. qui fidem. ff. de tranſact. l. cum proponas. ſecunda cum materia. C. eod. Igitur huiuſmo-
2 di contrauentiones † magis habent naturam actionis, & exceptionis, quàm reconuentionis, & mutuæ petitionis, vt declarat Bald. *in. l.* viro. in fin. ff. ſol, matr.

Item reſpectu verę reconuentionis creditorũ Iulij, & litis conſortiũ dicebant plures *Do*mini, quòd Garganus, & hanc ipſam cauſam amplexus fuerit, & placebat hoc probari attenta hac tota ſerie facti, nempe commiſſionibus DD. Frumenti, & Gubernatoris, quę vicem petitionis ipſorum Iulij, & ſociorum ſupplicantium obtinent, in quibus nõ poteſt negari hãc cauſam comprehendi, imò in commiſsione d. Frumenti, Iulius, & ſocii conqueruntur, quòd & hæc ſua cauſa, nempe creditorum liquidatio non fuerit expectata &c. iuncta reſponſione ſignaturæ in commiſsione d. Gubernatoris, nẽ-

pe quòd

pe quòd omnia videantur manu regia &c.

3 Itē natura recōuentionis, quę † eſt, vt vnica ſententia terminetur cum prima cauſa, vbi id fieri poteſt. Maran. de ordin. iudic. part. 4. diſt. 6. num. 8. poſt alios. itē illa caſſatio Gargani prę gnantibus verbis concepta, item quòd nō ſint aliæ cautiones pręter has item ſtante clauſula prædicta ſentētiæ, rebuſq. alijs &c. quæ omnia, vt dixi, iuncta pręſtabant argumentum validū eſſe cognitam vtramque cauſam contrauentionis, & recouentionis, & non ſolùm reconuentionis reſpectu ex aduerſo oppoſitę contrauētionis, ſed etiam reſpectu aliorum creditorum, quorum cauſa erant pręſtitę cautiones.

Igitur deſcendendo ad reſponſionem dubij
4 propoſiti, fuit dictum non † potuiſſe agi cōtra Bartholomæum fideiuſſorem vigore ſuæ obligationis quia erat iam caſſata, & lata ſententia abſolutoria etiam ſuper ea, appellatione remo
5 ta, & ſic † non licebat ab ea appellare. l. cum apud Sempronium. ff. iud. ſol. Bart. in l. fin. ff. de pact. Socin. conſ. 91. num. 1. in fin. & num. 10. & num. vlt. vol. 4.

6 Nec appellatio ſubſecuta † potuit facere reincidere in obligationem fideiuſſorem ſine conſenſu ſuo l. fin. ff. de pact. & fuit reſolutum corā R. P. D. Aldobrandino in vna Bononien. vigintimillium. Super quo tamen negocio reconuentionis reſpectu creditorum, item fideiuſsionū, quę eis accedunt, an dicatur comprehendi verè in dicta ſententia Gargani, ſi pars Iulij velit audiri, audietur.

Altera fuit quæſtio, quam Domini, habitis tantùm de ea aliquibus verbis, omiſerunt, & aliàs videndam reſeruarunt, ſi opus erit, an di
7 cta † cautio de ſtando iuri, & iudicatum ſoluendo daret poſt primam ſententiam latā, an magis ſit caſſa, & extincta. qui articulus eſt controuerſus. Et licèt communis videatur affirmatiua, quòd ſit caſſa, vt per Salic. Alex. Iaſ. Pariſ. Natt. Socin. Aym. Tiraquell. in locis alleg. & refert communem Boer. deciſ. 315. ante med. qui alios allegat.

Tamen contrarium ſequuntur Mart. & Guiliel. de Cuneo in l. Iulianus. ff. qui ſatiſda. cogan. quem ibi ſequitur Bald. col. 3. dicens hanc opin. eſſe multùm ęquam, & ibidem ſequitur Iacob. de S. Georg. num. 13. Grat. conſ. 54. nu. 4. lib. 2. & ſecundùm hanc opinionem Rota iudicauit, vt refert Caſtren. in d. l. cum apud Sempronium, latè Caputaquen. deciſ. 64. lib. 2. qui & bonas rationes allegat. ad idem Aegid. deciſ. 353. fuit etiam allegat. Gabriel de fideiuſſ. concl. 4. Et licèt hęc ſecunda opin. propter au-
8 ctoritatē Rotę, & propter bonas rationes Dominis magis placeret, quòd huiuſmodi cautio † duret etiam in alijs inſtantijs; tamen de hoc nō fuit capta reſolutio. Reſeruarunt tamen Domini, vt videretur, an dicta ſentētia Gargani, quatenus comprehendit reconuentionem Iulij reſpectu dictorum creditorum, poſſit dici notoriè iniuſta, & dixerunt ab hac diſcuſſione pendere, an Bartholomæus fidejuſſor ſit liberatus, vel minus.

DE FIDEIVSSORIBVS.

Romana mille ſcutorum. Lunæ. 29. Martij 1574.

EPITOME.

Fideiuſſor, vel ſponſor infraſcriptus dicitur, non autem expromiſſor. & ideo habet locum excuſsionis exceptio.

SVMMAE.

1 *Producens inſtrumentum, non tenetur ſtare illius verbis enunciatiuis. limita. duobus modis, prout num. 2. & 3.*
4 *Exceptio excuſsionis an eſſet in fideiuſſore ſub cōditione?*
5 *Interpellatio non requiritur, quando adeſt dies certa in promiſsione.*
6 *Obligatus in certum euentum debet certificari de illo euentu, vt conſtituatur in mora.*
7 *Interpellatio expreſſa non ſufficit, niſi etiam debitor certificetur de euentu, & de adimplemēto facti, vel conditionis, quando in euentum huiuſmodi facti, vel conditionis quis eſt obligatus?*
8 *Exceptio excuſsionis an ante, vel poſt litis conteſtationem ſit opponenda?*
9 *Obligatio facta, ſi talis non ſoluat, eſt conditionalis.*
10 *Conditio obligationis eſt verificanda.*
11 *Lis conteſtata dicitur, ſi ſaltem vnus ex terminis ſubſtantialibus fuit bene ſeruatus.*
12 *Mora quando non dicitur purgata?*
13 *Fideiuſſor; vel ſponſor; non autem expromiſſor quando quis dicatur?*
14 *Dictio, alioqui, importat conditionem.*
15 *Actionis exercitium iſto in caſu negatur.*
16 *Exceptio excuſsionis locum habet ad fideiuſſoris, & ſponſoris fauorem.*
17 *Interpellatio requiritur, vt fideiuſſor ſub conditione conſtituatur in mora.*

PRAESVPPOSITA.

Stante apoca obligationis domini comitis ſub die 15. Martij 1565. confecta, cuius copia detur. 1
Et quòd ante dictam apocam nulla appareat obligatiō Cardin. ad fauorem d. Cincij. 2
Et quòd à dicta die 15. Martij 1565. vſque in præſen-

tem diem, nulla in actis appareat ſolutio facta de dictis ſcut. 1000. per Card. 3

Et monitorio ad inſtantiam domini Cineij contra dominum Comitem ſub die 29. Decembris 1571. executo ab A. C. obtento, & in actis ſub die 2. Ianuarij 1572. præſentato, cuius copia detur. 4

Et citatione domini Cincij contra eundem d. Comitẽ ſub 9. dicti menſis ad recognoſcendum manum ſuã, alioqui haberi per iudicem pro recognita, & decreto quòd haberetur pro recognita, niſi ad primam diem &c. quæ intimatio fuit ſub die 11. dicti menſis reproducta. 5

Et quòd ꝑ parte d. Cincij, citato domino Comite ſub die 23. dicti, fuerint ſeruati omnes termini ſubſtantiales inſimul. 6

Et citatione d. Cincii ad ſententiam in forma contra d. Comitem ſub die 9. Martii 1572. 7

Et proteſtatione facta in eadem die per d. Comitem, videlicet nihil fieri, niſi ſeruatis ſeruandis, & verificatis verificandis, & completo extractu. 8

Et alia citatione d. Cincii ad ſententiam in forma, contra d. Comitẽ ſub die 9. Martii 1572. 9

Et proteſtatione d. Comitis eiuſdem diei, videlicet nõ poſſe conueniri ſuum principalem, qui eſt ſimplex fideiuſſor in forma iuris, niſi prius diſcuſſo principali, qui eſt in curia. 10

Et alia citatione d. Cincii ad ſententiam in forma, contra d. Comitem ſub die 6. Iunii 1572. 11

Et alia citatione d. Cincii ad ſententiam ſub die prima Iulii 1572. 12

Et eiuſdem diei, proteſtatione d. Comitis, videlicet, non poſſe cõcludi in cauſa, niſi prius facta diſcuſsione contra principalem debitorem, aliàs, &c. 13

Et ſententia. A. C. in fauorem dicti Cineii, contra d. Comitem eadem die latam, cuius copia detur. 14

Et appellatione d. Comitis ſub die 2. dicti menſis, & illius vigore commiſsione præſentata R. P. D. Gropperio ſub die 31. dicti, & illius vigore inhibitione obtenta ſub die 23. Auguſti 1572. 15

Et citatione d. Cincii contra d. Comitem ad omnes terminos ſubſtantiales, ſub die 6. Octobris 1572. 16

Et alia commiſsione d. Cincii contra d. Comitem præſentata R. P. D. de Graſsis, ob abſentiam dicti R. P. D. Gropperii, 17

DVBIVM.

An ſit facienda executio contra illuſtriſs. Cardinalem, antequàm procedatur contra d. Comitem.

143. DECISIO. alioqui. I.

DOmini in effectu perſtiterunt in deductis
in alia poſitione, quòd hic non ſumus in
expromiſſore, cum in caſu, de quo agitur, detur
obligatio, cui hæc accedit. Et quia ex aduerſo
dicebatur de huiuſmodi obligatione conſtare
1 verba enunciatiua, quibus non † tenetur ſtare
producens inſtrumentum per Bald. in c. cum
venerabilis. vbi Dec. qui plura cumulat ſub nu.
22. verſ. prædicta concluſio. de except.
Aliqui ex Dominis illud dictũ duobus mo-
2 dis limitabant. Primo † niſi verba illa enunciatiua
reſpiciant ſubſtantiam actus, de quo agitur,
& relationem habeãt neceſſariã certo modo
ad eundem actum. iuxta trad. in vulg. l. optimam.
C. de contrah. empt. & videtur eſſe de
mente Dec. in loco ſupra alleg. Secundo dice-
3 bant, quòd imò verba † enunciatiua etiã emiſſa
propter aliud ſuper eo, ſuper quo partes poſſunt
ſibi præiudicare, inducunt probationem,
& talem, quòd ſecundùm aliquos *non admittitur*
probatio in contrarium; nec ſolùm contra
contrahẽtes præſentes, ſed etiam contra alios
non contrahentes, actui tamen conſentientes.
iuxta Socin. conſ. 213. col. 4. num. 8. lib. 2. &
Dec. conſ. 41. in 4. dub. nu. 7. cum aliis relatis
per Aym. de antiq. temp. in prima par. mihi in
§. propoſitum noſtrum. ſub num. 19. & 20. aliàs
ſecundùm aliam impreſſionem Aym. in prima
part. ſub num. 131. in fine.
Secundo dicunt informantes, quòd hic ſu-
4 mus in fideiuſſore † ſub conditione, ſi principalis
non ſoluat: quo caſu ceſſat exceptio excuſſionis.
iuxta Rip. in l. ita ſtipulatus. num. 51. *de*
5 verb. oblig. Nec videtur requiri † interpellatio,
quia adeſt dies certa. Sed huic motiuo reſpondebant
aliqui ex Dominis, quòd, cum Comes
Hippolytus non ſimpliciter teneretur, ſed tantùm
in certum euentum, nempè ſi Cardinalis
non ſolueret, idem Comes debuit certificari,
6 quòd Cardinalis nõ ſoluit. Quãdo enim quis †
eſt obligatus in certum euentum, debet certificari
de eo euentu, alioqui non conſtituitur *in*
mora. Ruin. conſ. 136. nu. 7. & 8. lib. 5. Bauer.
in tract. de mora. num. 25. faciunt not. in l. *quoties*
in diem. de verb. oblig. faciunt etiam *latè*
trad. per Tiraq. de retract. conuent. §. 4. gloſ. 6.
num. 5. & 6.
7 Hinc in ſimili videmus in expreſſa † interpellatione,
vt non ſufficiat, niſi debitor certificetur
de euentu, & de huiuſmodi adimplemento
facti, vel cõditionis, quando in euentum huiuſmodi
facti, vel cõditionis quis eſt obligatus. iuxta
l. fin. §. primo. C. de bon. auct. iud. poſſid.
tradit Rip. in l. quod te. num. 64. & 65. ff. ſi cer.
pet. qui plura cumulat.

Hoc tamẽ ſubdebant prædicti Domini, qui dictam rationem deduxerant, quòd, ſi opinio Rip. in d. l. ſi ita ſtipulatus. num. 51. eſt vera, de cuius veritate in alia poſitione pleniùs agi deſiderauerant, quòd, cum hodiè cõſtet Cardinalem non ſoluiſſe, non videtur interpellatio neceſſaria.

Tertio opponitur, quòd exceptio excuſſionis per Comitem Hippolytum oppoſita, non

eſt

8 eſt oppoſita in tempore:debet † enim opponi
ante litem conteſtatam.Licèt enim Aym. cõſ.
263.num.5.& plures ab eo relati teneãt etiam
poſſe opponi poſt litem cõteſtatam in vim pe-
remptoriæ,ſicut poteſt in vim dilatoriç ante li-
tem conteſtatam; contraria tñ opinio vocatur
magis cõis ab Ant.Gabr.de fideiuſſ.concl. pri-
ma.ſub num. 12. Qui licèt ſub nu.9.referat ali
quos tenentes contrarium,& referentes etiam
eam eſſe communem; tamen longè plures re-
ferr contrarium tenentes d.num. 12. quam &
magis communem vocat ſub num.14. verſ.te-
nendo. Sed prædictę oppoſitioni replicabatur
9 per aliquos,quòd hæc obligatio † eſt conditio
nalis,nempè ſi Cardinalis non ſoluat,quæ con-
10 ditio † verificanda eſt etiam hodie. iuxta doct.
Bald.in l.2.C.com.diuid.ſub num.3.ibi intelli-
ge &c.ſecundùm declarationem Aret.in l. de-
cem. col. 3. de verb. oblig. Dicebatur tamen,
q hæc non eſt exceptio excuſſionis. Quòd au-
tem Cardinalis non ſoluit, dicebant patere ex
tertio præſuppoſito,quod videtur ſufficere per
not. in l.in illa. de verb. oblig. vel in hoc dice-
bant poſſe fieri aliquam diligentiam. Et quia
dicebatur terminos fuiſſe nulliter ſeruatos, ad-
uertebatur per aliquos ex Dominis, quòd for-
tè poſſet habere vim litis conteſtationis oppo-
ſitio illa facta pro parte Comitis, de qua in 8.
præſuppoſito, videlicet nihil fieri,niſi ſeruatis,
ſeruandis,& verificatis verificandis. Nec eis vi
debatur,quòd hæc oppoſitio contineret exce-
ptionem excuſſionis, quia,niſi opponatur ex-
ceptio excuſsionis,nihil eſt verificandum,& di
11 cebant oportere videre, an vnus ſaltem † ex ter
minis ſubſtantialibus ſit benè ſeruatus, ex quo
poſſet dici lis conteſtata, & ita dicebant fuiſse
reſolutum in vna Senenſi.

12 An autem poſſit dici purgata † mora circa
hanc oppoſitionem exceptionis diſcuſsionis,
dixerunt non videri purgatam: quia hæc exce-
ptio non fuit oppoſita incontinenti, & in om-
nem euentum non videri admittendam purga
tionem moræ, quia nulla ſubeſt ęquitas.

Hæc conſiderabantur per Dominos nõ om
nino per modum reſolutionis, ſed diſcurſus, &
excitationis.

13 Firmarunt tamen Domini Rouarellam nõ †
eſſe expromiſſorem, ſed vel fideiuſſorem, vel
ſponſorem, per illa verba ſingraphæ, videlicèt
mi obligo, che l'illuſtriſs. Cardinale reſtitue-
rà li ſcudi mille, altrimente voglio eſſer tenu-
to,& me obligo del mio proprio: quoniam pla
cuit Dominis ea verba præſertim attẽta illa di
14 ctione, † altrimẽte, importare conditionem, ex
l. diuortio. in princ. ff. de negoc.geſt. & l. aliàs.
iuncta gloſ.ff.de iureiur. Bart.in l. 1.quęſt. 1.n.
11. ff. de condit.& demonſtrat.Gomes. in §.in
perſonam.ſub num. 12. Inſti.de act. & ideo ne-
15 gatur † actionis exercitium,oppoſita exceptio-
ne diſcuſsionis hoc caſu peremptoria, vt per
Alex.in l. fin.in princ.num. 10.ff.ſi cert. petat.
Put.deciſ.188.dubitaui in vna Romana. lib. 1.
16 in quibus fideiuſsore, † vel ſponſore habet lo-
cũ exceptio excuſſionis. vulg. Auct. præſente.
C.de fideiuſs.cũ aliis adductis per informãtes.

Et inſuper dixerunt Domini diem in hoc
caſu nõ interpellaſse pro homine, quia debuit
17 Rouarella certiorarii, † quòd Cardinalis non
ſoluiſset,cum in euentum eſset tunc obligatus
per prędicta, iuncto §. fin.l. fideiuſsor. ff. de fi-
deiuſsor.cum aliis adductis.

Romana mille ſcutorum. Veneris. 18. Iunij 1574.

EPITOME.

Fideiuſſor obligatus ſub expreſſa conditione,ſi principalis non ſoluerit, caret beneficio excuſsionis, dummodo principalis fuerit prius interpellatus.

SVMMAE.

1 *Ripa limitatio in l.ita ſtipulatus.nu.50.& 51. ff. de verb. oblig. volens,quòd Auct.præſente.C de fideiuſſ.non procedat,quando fideiuſſor ſe obligauit ſub expreſſa conditione ſi principalis nõ ſoluerit,amplexa eſt à Rota,quãdo præcedit interpellatio principalis,& num 9.*
2 *Verba.ſi talis non ſoluerit, interpretantur, ſi interpellatus non ſoluerit.*
3 *L.ita ſtipulatus.ff de verb.oblig.ceßat,vbi adeſt dies.*
4 *Diei lapſus facit apparere,quòd actus non poteſt explicari intra tempus.*
5 *Mora principalis quando requiratur?*
6 *Interpellatio inducit moram.*
7 *Ignorantia excuſat à mora,*
8 *Mora non inducitur ex facto alieno,quando quis iuſtè illud poteſt ignorare.*

PRAESVPPOSITA.

Stante apoca obligationis d.Comitis, ſub die 15. Martij 1565.cuius copia detur. 1
Et monitorio contra d.Comitem executo ſub die 2. Ianuarij 1572.& reproducto. 2
Et citatione contra d. Comitem ad dicendum contra iura producta ſub die 8. eiuſdem Ianuarij. 3
Et alia citatione d. Cincii contra eundem ad recognoſcendum manum, aliàs haberi pro recognita, & de-

creto

creto, quòd haberetur pro recognita, niſi ad p.d. cum intentione, quæ facta fuit ſub die 11. dicti menſis. 4

Et quòd pro parte d. Cincii, d. Comite citato, fuerint ſeruati omnes termini ſubſtantiales inſimul, ſub die 23. eiuſdem. 5

Et citatione ad ſententiam contra d. Comitem ſub die 6. Februarii 1572. qua die Comes proteſtatus fuit nihil fieri, niſi ſeruatis ſeruandis, & verificatis verificandi, & completo extractu. 6

Et proteſtatione d. Comitis ſub die vltima Februarii, vt nihil fiat, niſi prius facta diſcuſſione contra illuſtriſsimum Cardinalem. 7

Et quòd totus proceſſus productus ſit coram d. Pinello Locũtenẽ. & acta ſequẽ. facta ſint corã Fuſcherio. 8

Et ſtante citatione ad ſententiam pro parte d. Cincii ſub die 21. Maii. 1572. & proteſtatione eadem die facta per d. Comitem, quòd non poterat conueniri, cũ eſſet fideiuſſore ſimplex in forma iuris, niſi prius diſcuſſo principali, qui erat in curia. 9

Et alia citatione ad ſententiam ſub die 6. Iunii. 10

Et alia ſimili ſub die prima Iulii 1572. & proteſtatione dicti Comitis de prius facienda diſcuſsione contra principalem. 11

Et ſententia ſub eadem die per d. Fuſcherium lata in fauorem d. Cincii. 12

Et appellatione interpoſita ſub die ſecunda eiuſdem, & commiſsione præſentata R.P.D. Gropperio ſub die 31. eiuſdem, & eius vigore inhibitione ſecuta. 13

Et citatione d. Cincii ad oẽs terminos ſubſtãtiales. 14

Et ſubrogatione R.P.D. de Graſſis in locum dicti D. Gropperi. 15

DVBIVM.

An exceptio excuſsionis fuerit à dicto Comite legitimè oppoſita, vel hodiè poſſit amplius opponi?

144. DECISIO. alioqui. II.

QVia informantes agunt tantùm in præſenti de limitatione Rip. in l. ita ſtipulatus. nu. 51. de verb. oblig. Domini ad eam tãtùm in præſenti poſitione ſe reſtrinxerunt,
1 quæ † in effectu eis placebat, quam dicebant benè comprobari ex not. per Bald. in l. ſi plures. num. 24. C. de condit. inſert. Licèt autem contrarium videatur ſentire Paul. de Caſt. in l. fideiuſſor oblig. §. fi. de fideiuſſ. vbi dicit, quòd ille tex. hodie non procedit propter Aucten. præſente. C. de fidei. tamen hoc non obſtante, limitatio prædicta, vt dixi, placuit Dominis: quia Rip. benè videtur reſpondere, itùm etiam
2 quia tex. in d. §. fin. declarat illa verba, ſi non † ſoluerit, vt intelligantur, nempè ſi interpellatus non ſoluerit, & ſic ſi fuerit in mora ſoluendi: quo caſu non requiritur excuſſio, quia ſufficit mora; ita etiã declarat Bald. in d. l. ſi plures.

Sed videbatur poſſe dubitari ex eo, quia Bart. Imol. & omnes in d. §. fin. præſupponunt, quòd præceſſerit obligatio principalis de ſoluendo, quæ hic non apparet, & ſic non requiritur tunc impotentia adimplendi conditionẽ, quæ aliàs requiritur, iuxta terminos l. ita ſtipulatus. ff. de verb. oblig. Reſpondebant tamen
3 quod hic adeſt † dies, & per conſequens ceſſat d. l. ita ſtipulatus. Secundo dicebant, quòd Doctor. ibi, & in d. l. ita ſtipulatus. vt per Rip. vbi ſupra, intelligunt, quòd ſit ſpeciale in fideiuſſore principalis: quia mora principalis nocet fideiuſſori. Sed, vtcumque ſit, prima ſolutio
4 viſa eſt tollere difficultatem, quia per lapſum † diei conſtat non poſſe amplius fieri intra illud tempus. Docto. omnes in d. l. ita ſtipulatus. vbi Socin. Iun. num. 39.

Preterea & tertio conſtat de obligatione ex aſſertione, quòd Cardinalis habuit pecunias, quibus mediantibus tenetur ad reſtitutionẽ, vt fuit dictum. Sed difficultas eſt, quia requiri-
5 tur mora † Cardinalis. d. l. fideiuſſor oblig. §. fi. Dec. conſ. 2. col. 2. hic autem non conſtat de
6 mora, quia † non fuit interpellatus. Nec obſtat dies, quia ſibi non fuit adiecta, vnde non poteſt dies prædicta ipſum interpellare, cum maximè
7 ignorantia † excuſet à mora. Purpur. in l. quod te. num. 75. verſ. tertiò infertur. ff. ſi cert. pet. vbi Cagnol. num. 42. Aret. conſ. 94. num. 5. in fin. verſ. ſecundo oſtenditur. Non fuit ergo in mora Cardinalis, quandoquidẽ ignorauit hũc
8 diem. ex facto † enim alieno, quòd quis iuſtè ignorare poſſit, non cõſtituitur in mora. Bero. conſ. 193. nu. 35. cum ſeq. libro primo. & conſ. 205. in princ. libro tertio. Vnde dixerunt Do-
9 mini Cardinalem † eſſe prius interpellandum, & ſic conſtituendum in mora, quo facto, *placuit* Dominis intrare ſupra dictam limitationem Rip.

Anconitana fideiuſſ. Lunæ. 17. Decembris. 1576.

EPITOME.

FIdeiuſsio hæc præſtita pro reuocatione ſequeſtri, non eſt reſtricta ad cauſam pecuniarum ſequeſtratarum, ſed ad cauſam, & creditũ inter creditorem, & debitorem.

SVMMAE.

1 *Exceptio non numeratæ pecuniæ ceſſat, ſtante iuramento & obligatione camerali.*
2 *Excipiens debet ſuam exceptionem probare.*
3 *Exceptio non numeratæ pecuniæ, procedit tantùm in mutuo, &*

tuo, &

tuo, & dotes, non autem in alijs contractibus, & quare?

4 *Sequeſtrum eſt duplex, primum rei, de qua litigatur, ſecundum aliarum rerum debitoris, vt ſit creditori cautum.*

5 *Cautio ſubrogatur loco ſequeſtri.*

6 *Sequeſtrum contra debitorem fit gratia iuris creditoris tuendi.*

7 *Dicere non nos debemus id, quod contrahentes non dixerunt.*

8 *Fideiuſſor non debet in plus obligari, quàm principalis.*

9 *Fideiuſſor iudicatum ſolui, non poteſt condemnari in eo, in quo non poteſt condemnari principalis.*

10 *Fideiuſſor de iudicio ſiſti, & iudicatum ſoluendo, non obligatur cum alia perſona, vel diuerſo modo.*

11 *Fideiuſſor neque in iudicio eſſe poteſt, ſi eius principalis nõ poteſt.*

12 *Ceſsionarius, & fideiuſſor quando renunciaſſe dicãtur iuri, quod habebant?*

13 *Ratificatio tacita idem eſt, quod expreſſa, & quo pacto inducatur, & num. 14.*

15 *Ratificatio communitatis inducitur per reſolutionem expẽſarum litis factarum per ſyndicum.*

16 *Ratificare quis dicitur ſoluenda cenſum.*

17 *Approbare ſequeſtrum dicitur, cauens pro ſequeſtri relaxatione.*

PRAESVPPOSITA.

Præſuppoſito quòd in inſtrumento locationis factæ per d. Io. Antoniũ Guardamelium de vno Galeono dd. Iulio de Curte, & ſocijs conductoribus, ſub die 8. Martij. 1561. inter alia prædictus Guardamelius cõfeſſus fuerit habuiſſe à dictis conductoribus ſcuta 400. auri in auro, & zecchinos Venetos auri 300. ex computandos in ſolitibus dictiitperis. 1

Et præſuppoſitis alijs creditis in totum aſcendentibus ad ſummam ſcutorum 1300. 2

Et folio petitionis Io. Antonij cum ſatisfactione inde ſecuta vigore mandatorum A.C. pro ſcutis 1817. 3

Et præſuppoſita liſta penſionum producta ad inſtantiã d. Iulij. & ſociorũ, ſub die 12. Maij 1564. aſcenden. ad ſummam 4444. ſcutorum. & li. 66. de qua in extractu coram A. C. fol. 184. 4

Et ſequeſtro per d. Iulium, & ſocios obtento ab A. C. per acta d. Fabritii Galletti, ſub die 10. Februarii. 1565. 5

Et ceſsione facta per Guardamelium, ſub die 9. Martii 1563. ad fauorem Matthæi Viſcontis, & Io. Baptiſtæ Rotæ ſociorum. 6

Et quòd de anno 1565. & menſe Februarii, vigore ſupradicti ſequeſtri per Iulium, & ſocios obtenti fuerint ſequeſtrata in manibus Nicolai Barberini ſcut. 500. penes eum exiſten. 7

Et fideiuſsione per ſupradictum Matthæum Viſcõtem, & Bartholomæum de Sanctoangelo in ſolidum præſtita ſub die 15. Martii 1565. pro reuocatione dicti ſequeſtri de ſtando iuri, & iudicatum ſoluendo, pro dicta ſumma ſcut. 500. 8

Et ſolutione, ac conſignatione dictorũ ſcut. 500. facta per d. Nicolaum ſequeſtratarium in manibus prædicti Viſcontis. 9

Et quòd Iulius, & litis conſortes petierunt executionẽ ſuorum creditorum, de quibus in ſupradicta liſta pẽſionum tam coram A.C. quàm d. Fuſcherio, d. Prumento, & Gargano, & nõ conſtet in actis, quòd obtinuerint. 10

Et pro dictis ſcutis. 400. auri in auro, & zecchinis 300. Venetis, & aliis vſque ad d. ſummam ſcu. 1300. contra d. Io. Antonium obtinuerint duo mandata executiua à d. Io. Maria Brugnolo, ſub die prima Septembris 1570. & alterum ſub die 20. Octobris eiuſdem anni vigore commiſsionis. 11

Et quòd hucuſque non conſtet in actis de ſatisfactione dictorum creditorum, niſi pro ſcut. 306. habitis per Iulium, & ſocios ex ſubhaſtatione, & deliberatione Galeoni Guardamelii. 12

Et deciſione vltimo facta ſub die 21. Maii præſentis anni 1576. quorũ omniũ copiæ in neceſſariis dẽtur. 13

DVBIVM.

An dicti Iulius, & litis conſortes poſsint agere contra Bartholomæum fideiuſſorem pro dicto credito ſcut. 500.

145. DECISIO. alioqui. III.

RES non habuit difficultatem contra Bartholomæum, quia verè nulla eſt reſtrictio in hac cautione.

Et quoad primum caput per Magiſtrum Bartholomæum oppoſitum, quòd non credatur confeſsioni Guardamelij de pecunijs ſibi per Iulium, & ſocios numeratis, ſed debeat probari numeratio, vt in tot. tit. C. de non nu. pecun. illud non placuit Dominis.

1 Primo quia ſtante † iuramento, & obligatione camerali, ceſſat dicta exceptio non numera-
2 tæ pecuniæ. Mohed. deciſ. 31. ſed excipientẽ † debere probare ſuam exceptionem, affirmant Bar. & Bald. in l. fin. C. de non num. pecun. & Alex. ac Iaſ. in l. nemo poteſt. de legat. 1.

3 Secundò quia dicta exceptio † procedit tãtùm in mutuo, & in dote propter eorum frequentiã, ſed in alijs contractibus ſecus, in quibus ſtatur confeſsioni numerationis, per gloſ. fin. Inſtit. de liter. oblig. Bal. in l. pecuniæ. num. 3. C. de ſolutio. & in l. in contractibus. nu. 4. de non num. pecun. Alex. & omnes in l. ſi ita ſtipulatus. §. Griſogonus. num. 14. de verb. oblig. & in l. duobus. §. 1. num. 2. ff. de iureiur. quibus aliquis ex Dominis addebat eundem Bal. in l. ſi ex precio. num. 2. C. ſi cert. petat. & in l. ſi ex pluribus. in fin. ff. de ſolutio & in l. generaliter. num. 6. & in l. ſi ex cautione num. 8. vbi latè. C. de non num. pec. & ibi etiam Bart. num. 2. & eundem Bal. in conſil. 70. incip. punctus. vol. 5.

Tertio, tollitur omne dubiũ ex alia clara cõfeſsione Guardamelij allegata per Iulium, in qua aſsignat, cui ſint ſoluti zecchini 300. & ſcuta 400. ex qua ceſſant etiam omnes coniecturæ

in

Digitized by Google

inueriſimilitudinis allegatæ per Bartholomęũ
ſtante prædicta veritate clara ex dicta confeſ-
ſione Bartholomæi.

Quarto maior inueriſimilitudo eſſet, quòd
12. annis, quibus eſt litigatum, Guardame-
liu1 principalis, cuius ius longè plus intererat,
quàm Bartholomęi, qui agit tantùm de quin-
gentis, eò quia meliùs veritatẽ illius numera-
tionis nouerat, ſemper tacuiſſet, qui tamen lon
gè leuiora deduxit, vt ex proceſſu liquet, ita vt
hæc videtur ſuperare alias inueriſimilitudines
per Bartholomæum oppoſitas.

Quoad ſecundum caput, quòd ſequeſtrum
pro debito Guardamelij fuerit oppoſitum ſu-
per gemmis, quæ non erant Guardamelij, ſed
Matthęi Viſcontis, prout in ceſſione allegata.
4 Primo reſpondetur, quòd, cum duplex † ſit
ſequeſtrum, primum rei, de qua litigatur, ſecun
dum aliarum rerum debitoris, vt ſit creditori
cautum. Bal. in l. 1. nu. 1. verſ. quædam. de pro
hib. ſequeſtrat. nos verſamur in ſecundo, vt ſit
creditoribus Guardamelij cautum; ergo non
refert, quòd creditores habeãt ius in bonis di-
ctõ ſecundo modo ſequeſtratis iuxta prędictã
diſtinctionem.

Hæc reſponſio d. Quintilij non placuit Do-
minis, quia non videtur eneruare obiectum ex
aduerſo factum. Non enim dicitur ex aduer-
ſo, quòd creditor debeat habere ius in re ſe-
queſtrata, vt valeat ſequeſtrum, ſed quòd, ſi
debitor non habet ius vllum in bonis ſeque-
ſtratis, vt Guardamelius in caſu noſtro, quòd
5 nec cautione debet ligari, quia eſt † ſubrogata
in eius locũ. Et re vera in locis per d. Quinti-
lium allegatis ſemper bona ſequeſtrata erant
debitoris, & ad eũ pertinebant, & ita loquitur
Felin. in c. cũ M. n. 42. de conſtit. & Alex. in l.
de pupillo in §. is cui. ſub n. 7. de oper nou. nun
ciat. nos autẽ ſummus in caſu, in quo gemmę
ſequeſtratæ non erant Guardamelij debitoris,
ſed fortè pertinebãt ad Guardameliũ, quia po-
6 terat eas redimere, vt in ceſſione legitur: & hoc
ſequeſtrum † ſecundo modo ſumptũ ſit gratia
ſui iuris tuendi. Curt. de ſequeſtro. q. 1. nu. 20.

Nec etiam obſtant, quæ ex aduerſo pro Bar
tholomęo opponuntur, ſcilicet illa verba, cum
ſit, & illa, hinc eſt, & illa, pro complemento re-
uocationis ſequeſtri, quę important cauſam fi-
nalem, per quæ innuunt, quòd aliàs iſti fideiuſ-
ſores noluerunt cauere, niſi ex illa cauſa finali
ſequeſtri: quia conſequentia non tenet, reuoca
tio ſequeſtri eſt cauſa illius fideiuſſionis, ergo,
ſi bona, quorum occaſione ſequeſtrum fuerat
oppoſitum, non erant Guardamelij debitoris,
non intrat ſequeſtrum: quia verba fideiuſſionis
clarè cantant, nõ ꝙ propter hanc cauſam, quia
gemmę eſſent Guardamelij, dicitur præſtita
iſta cautio, ſed pro reuocatione ſequeſtri 500.
vt liberẽtur à ſequeſtro, dr̃ præſtita iſta cautio.

Cum ergo verba ſint clara, quòd pro reuo-
catione ſequeſtri iſti caueant, & nihil prorſus
quæratur, cuius fuerint illæ gemmæ, de qui-
bus tunc non agebatur, ſed tantùm de 500. li-
7 berandis à ſequeſtro, quod contrahentes † nõ
dixerunt, nec nos dicere debemus.

Eſt ergo cauſa finalis fideiuſsionis appoſi-
tio ſequeſtri, & illius reuocatio, cui etiam refe-
runtur illa verba, cum ſit, & illa verba, hinc eſt,
& clariùs illa, pro complemento reuocationis
ſequeſtri. Cum ergo reuocatio, quæ fuit cauſa
finalis, ſit impleta, intrat cautio.

Alia adducta non loquũtur in his terminis:
8 quòd enim in plus † fideiuſſor obligari nõ de-
beat, eſt veriſsimum, ſed nec in caſu noſtro in-
tenditur, quòd in plus obligẽtur, ſi bene intue-
amur, ſuper quo caueant, & ſuper quo obligen
tur, nempe de iudicio ſiſti, & iudicatum ſoluen
do, non ſuper illis gemmis, ſed ſuper crediris
Iulij, ſuper quibus verè iudicandum erat, & iu-
dicatum fuit, hoc eſt fideiuſsio tantùm, non de
illis gemmis, vt conſtat ex ipſa cautione.

Hinc ceſſant omnia ferè deducta ex aduerſo,
& præcisè.

Non obſtat tex. in l. vir bonus. ff. iudic. ſolu,
& Aym. conſ. 287. num. 1. quòd in iudicatum
9 ſolui † non poſſit condemnari fideiuſſor in eo,
quod non poſsit principalis: quia in eo, ſuper
quo eſt iſta cautio, iudicatum ſolui, ſcilicet ſu-
per creditis Iulij benè poteſt iudicari contra
Guardamelium principalem.

Non obſtat Rom. conſil. 210. & tex. in l.
non à iudice. & §. ſi quis. ff. de iudic. vbi in
10 cautione † de iudicio ſiſti, & iudicatum ſoluen-
do fideiuſſor non obligatur cum alia perſona,
vel diuerſo modo: quia in caſu noſtro nihil di-
uerſificatur, eædem ſunt perſonæ, eadem credi
ta, idemque iudicium, ſemper enim ait de cre-
ditis Iulij, & litis conſortium.

Nec obſtat tex. in l. 2. §. 1. ff. qui ſatiſd. cog.
11 vbi dicit, ſi principalis † non poteſt eſſe in iu-
dicio, nec etiam fideiuſſores, quia in hoc iudi-
cio, ſuper quo cauetur, bene Iulius poteſt eſſe
in iudicio.

Et in effectu omnia per Bartholomæum re-
ducta bene procederent, ſi iſta cautio eſſet ap
poſita in iudicio gemmarum, quòd Guarda-
melius iudicatum ſolueret ſuper illis gemmis.
Cum enim Iulius nihil prætendere poſſet ſu-

per

Digitized by Google

per ipſis gemmis, ſtante ceſſione anteriori creditori iam facta, proculdubio nec fideiuſſores eſſent obligati, ne in plus dicerentur obligati, quàm ſint principales; & hoc caſu optimè intrarent omnia dicta pro Bartholomęo.

Sed iudicio vnius ex Dominis videtur tol-
lere omnem difficultatem, quòd Matthęus ceſ
12 ſionarius † ipſe eſt vnus de fideiuſſoribus, qui
vult teneri etiam de proprio, qui renũciat om-
nibus exceptionibus, etiam ſub obligatione ca
merali, ergo videtur apertè, ſi quid iuris ha-
buit, renũciare facto ſuo. Non eſt enim dubiũ,
quòd per huiuſmodi actus inducitur ratifica-
13 tio† ſaltẽ tacitè, quod ſatis eſt. l. ſi proponas. §.
ſi proponas. de inoffic. teſta. l. Caius. de pigno-
rat. action. gloſ. quæ concordantias allegat, in
l. indebitum. C. de condit. indeb. alios plures
congerit Tiraquell. in tract. de conſtitut. in ter
14 tia. par. 30. limitat. nu. 11. quæ † inducitur per
actus conſenſum ad illum actum ſignificantes.
15 Videmus enim, quòd per ſolutionem † expen-
ſarum litis factarum per ſindicum vniuerſitas
16 dicitur ratificare geſta ab eo. Et ſoluendo † cẽ-
ſum, quis dicitur ratificare, vt benè per Alex.
conſ. 127. viſo inſtrumento. col. prima. 5. vol.
poſt. Bald. conſ. 184. ad intelligentiám libro ſe-
cundo alia exempla, & auctoritates congerit
Tiraquell. vbi ſup. num. 12.

Ergo eadem ratione Matthęus Viſcontes
17 cauẽs † pro relaxatione dicti ſequeſtri videtur
ipſum ſequeſtrum approbaſſe, & ratificaſſe. nec
eſt minor ratio in hoc, quàm in caſibus prædi-
ctis, & in illis Tiraquell. loco citato, ex quibus
reſolutum fuit contra dictum Bartholomæum
fideiuſſorem.

DE SOLVTIONIBVS.

Vrbeuetana affictus. Lunæ. 27. Iunii. 1575.

EPITOME.

EMptor non tenetur ſoluere precium venditori, niſi vẽditor rem tradat.

SVMMA.

1 *Venditor debet prius rem tradere emptori, ſi vult rei venditæ precium, alioqui etiam executio facta retractatur. num. 2. fallit ſi per emptorem ſteterit, quin rem habuerit. num. 3.*

PRAESVPPOSITA.

Pręſuppoſito quòd illuſtriſ. d. Antonius tempore, quo emit bona, de quorum precio agitur à Falcono non habuerit notitiam de liberatione eorundem bonorum facta ad inſtantiam hæredum comitis Raynerij de Marſciano, Tarquinio de Perinellis tanquã plus offerenti, & de poſſeſsione per eundem Tarquiniũ adepta. 1

Et quòd ex bonis per prędictum Falconum d. domino Antonio venditis, Idem dominus Antonius non habuerit poſſeſsionem vigore dictæ emptionis, præter quam ſex rubiorum in loco nuncupato, Poggio de Montemaſſo, alterius medii rubii in loco nũcupato, ſotto le Ripeleppi, & alterius medii rubii in loco vocato, le Grotte de magero. 2

Et quòd dominus Antonius non ſoluerit ſcut. 812. iuxta formam inſtrumenti dictis hæredibus, à quibus idem dominus Antonius promiſit dominũ Falconum liberare, & abſolui facere. 3

DVBIVM.

An d. dominus Antonius teneretur nihilominus ſoluere pretium in d. inſtrumento contentum vnàcum affictibus dicto Falcono, vel potiùs executio contra d. d. Antonium facta veniret retractanda?

146. DECISIO. alioqui. I.

1 REſolutum fuit Dominum Antoniũ non †
fuiſſe obligatum ſoluere precium, & affi-
ctum d. Falcono, niſi pro parte eiuſdem Falco-
ni fuiſſet prius impletum. §. offerri l. Iulianus. ff.
de actio. empt. Tiraquell. in l. 13. connubial.
gloſ. 1. par. 13. num. 42. & in lib. 1. retract. gloſ.
17. num. 3. & bona eſſent per eum tradita eidẽ
domino Antonio etiam. Ideò, cum conſtet de
non implemento, & quòd ipſe d. Antonius
non habuit bona vendita, niſi quædam pauca,
pro quibus etiam intendit ſatisfacere, fuit di-
2 ctum executionem † contra d. Antonium eſſe
retractandam.

Reſeruarunt tamen dñi, an ſit verum in fa-
cto, quòd d. Falconus opponit, nempè quòd
ſteterit per eundem d. Antonium, quin habue
rit prædicta bona; Quia, ſi voluiſſet ſoluere
quantitatem conuentam, habuiſſet, & ideò ſi
hoc probetur, nõ eſſe locũ retractationi execu
3 tionis, quia obſtaret dicta exceptio, † quòd per
eum ſtetit, quæ viſa eſt releuans. Riminal. cõſ.
92. num. 17. lib. 1.

Anconitana fideiuſsionis. Lunæ 21. Maij 1576.

EPITOME.

COmpẽſatio, ſatiſſactiouè iniuſta, & turbida eſt refellenda, plura-

que de notoria ſententiæ iniuſtitia adducuntur.

S V M M AE.

1 *Societatis natura eſt, vt quilibet pro rata de damnis, & lucro partem capiat.*
2 *Societas colligitur ex pactis factis, quamuis à contrahentibus non appelletur ſocietas.*
3 *Compenſatio non fit de illiquido ad liquidum.*
4 *Debitum vnius compenſari cum credito alterius iniuſtum eſt.*
5 *Sententia non liberat, ſeu abſoluit, ſi de eius notoria iniuſtitia apparet.*
6 *Sententia dicitur notoriè iniuſta, ſi ex actis non iuſtificatur. & num. 10.*
7 *Sententiæ iniuſtitia notoria detecta ex eiſdem actis, æquiparantur nullitati, & numquam tranſit in iudicatum, dato quòd in commiſsione adeſſet clauſula, appellatione remota, num. 8.*
9 *Index debet iudicare ſecundùm acta, ex communi.*
11 *Compenſatio iniuſta, & turbida eſt refellenda.*

P R AE S V P P O S I T A.

Stantibus creditis liquidis dd. Iulii, & litis conſortium, de quorum ſatisfactione hodie queritur. 1
Et inſtrumento concordię itineris Alexandriæ. 2
Et compromiſsis factis ſuper ſolidatione computorū, quæ expirauerunt, non factis computis. 3
Et locatione facta per Lucam patronum Leandro Inditiano pro itinere Alexandriæ. 4
Et quòd pendente lite coram A.C. inter d. Io. Antoniū ex vna, & dd. Inlium, & litis conſortes ex alia ſuper nolitibus, ac damnis, expenſis, & intereſſe primæ locationis itineris Zacinthi, nauis ex Alexandria mercibus onerata peruenit ad portum Anconæ. 5
Et quòd pro creditis petitis pro parte d. Iulii, & conſortum ex decreto A.C. fuerit præſtita cautio de ſtādo iuri, & iudicatum ſoluendo, ſub die 15. Martii 1565. 6
Et appellatione pro parte Io. Antonii interpoſita à decreto Gubernatoris Anconitani, ſub die 20. Iulii 1564. fol. 202. 7
Et inhibitione ratione litis pendentiæ obtenta ab A.C. & executa contra d. Leandrum, & dd. Iulium, & litis conſortes fol. 213. & 217. 8
Et inſtrumentis productis pro parte Ioannis Antonii, ad docendum de contrauentione dictæ inhibitionis, & attentatis ſub die 30. Iulii 1564. fol. 215. & 217. 9
Et decreto A.C. de deponendo dictos nolitus Alexandriæ facto ad inſtantiam dicti Io. Antonii, ac Matthęi Viſcontis, & Io. Baptiſtæ Rotæ; præſente procuratore dd. Iulii, & litis conſort. ſub die 10. Auguſti 1564. conſignan. cui Dominus mandauerit fol. 246. 10
Et alio decreto ſubdelegationis facto per A. C. ad inſtantiam d. Iulii, & litis conſortiū, de exigēdo dictos nolitus, prout in fol. 360. 11
Et quòd hodie non conſtet dictos nolitus eſſe in eſſe, vel ſine veri præiudicio, quòd fuerint ſoluti nautis, & pro aliis expenſis nauis. 12
Et ſententia lata per A. C. ad fauorem Leandri, ſuper dictis nolitibus Alexandrię die prima Decembris 1570. 13
Et deciſione facta ſub die 14. Nouembris 1575. 14

D V B I V M.

An conſtet de ſufficienti ſatisfactione creditorum liquidorum d. Iulii, & litis conſortiū, de quibus in primo pręſuppoſito, ad effectum notoriæ iniuſtitię ſententię Gargani, prout in fine dictę deciſionis ſupra. 142.

147. DECISIO. alioqui. II.

RESolutum fuit per Dominos non conſtare de ſufficienti ſatisfactione creditorum liquidorum d. Iulij, & litis conſortum ad effectū notoriæ iniuſtitiæ ſententiæ d. Gargani. Nam ex deductis pro magiſtro Bartholomæo fideiuſſore neque infertur vera, & actualis ſolutio, de qua nullibi in actis liquet, neque legitima compenſatio dictorū creditorū liquidorū. Nam certum eſt, quòd credita d. Iulij liquida, de quibus in primo præſuppoſito, ſunt ſcut. 1300. ex aduerſo pro ſatisfactione, & compenſatione allegantur duę partitæ debiti ipſius d. Iulij.

Prima eſt, quòd d. Iulius erat debitor ſcut. 1000. pro nolitibus itineris Alexandriæ.

Secunda quòd erat debitor ſcut. 500. pro mora, ſiue vt vocant, ſtallia 50. dierum commiſſa in iſto itinere per Leandrum, &c. quæ duæ partitæ ſcut. 1500. compenſatę cum creditis liquidis Iulij 1300. tollunt, & longè ſuperant dictum creditum Iulij. ſed neutra ex iſtis compenſationibus placuit Dominis.

Nam quòd primam de ſcut. 1000. pro dictis nolitibus, dicebatur eam non intrare, neque poſſe ad prędictam compenſationem applicari, etiam ad effectum, de quo agitur: quia nauis non fuit locata Iulio ex illo contractu concordiæ de anno 1562. qui ad hoc allegatur pro ſatisfactione ſui crediti, ſed magis ſecundum Do-
1 minos fuit inita quędam ſocietas, in qua † quilibet pro rata ſuam partē capiebat de damnis, & lucro, iuxta tex. in l. ſi non fuerit. ff. pro ſoc.
2 Et licèt explicitè non ſit † nominata ſocietas, ſufficit in hoc, quòd ex pactis deprehendatur l. ſocietatem coire. vbi Bart. ff. eod. tit. Igitur pars, quę debebatur Iulio, non poterat cadere in extinctionem crediti, ſed in lucrum pro eius rata: quia in iſta ſocietate ipſe Iulius ponebat pecunias, in quib⁹ erat creditor Guardamelli.

Nec placebat Dominis induci compenſationem ex eo, quòd idem Iulius eſſet debitor prædictorum nolituum: quia re vera non ipſe erat debitor eorum, ſed Leander, qui verè nauem conduxerat. Vnde, cum non appareat di-
ctas

Digitized by Google

ctas pecunias nolitum perueniſſe ad manus ip ſius d. Iulij ex his, quæ habétur in 10. 11. & 12. præſuppoſitis, ſtante decreto A. C. de deponẽdis dictis nolitibus, & conſignandis, cui Dominus mandauerit, quos nullo modo appatet, vt dixi, d. Iulium habuiſſe, videbatur Dominis iniuſtum, & à ratione valde alienum, quòd ſit inducta talis compenſatio: cum maximè de li-
3 quido † ad illiquidum non admittatur. l. fin. C. de compenſ. cum vulg. & tantò magis cum eſſent deducendę impenſæ, & multa alia, prout in dicto inſtrumento concordiæ. Ex quibus viſa eſt omnino inuerifimilis, & admodum turbida dicta compenſatio, quæ Dominis nullo modo placuit, etiam ad effectum arguendi notoriã iniuſtitiam ſententiæ, de qua agimus.

Nec dicatur ipſum d. Iulium teneri, ex eo quòd promiſit vel ſibi, vel alteri locare pro dicta ſumma: quia dicebatur, quòd, cum liberum ſibi eſſet in dicta concordia, vel ſibi ipſis naulegiare, vel alteri locare, cum ipſe ſibi noluerit, & alteri iuxta facultatem ſibi conceſſam locarit, non ipſe tenetur, ſed alter, cui ex dicta conceſſione ſibi à parte facta locauit. Iniuſtum ergo
4 eſt, vt debitum † vnius compenſetur cum credito alterius. l. eius. vbi bene Bald. num. 3. C. de compenſat. & in effectu, cum iſti nolitus non probentur perueniſſe, vt dixi, ad manus d. Iulij, cum etiam non appareret, quantum eſſet expẽſum, & quid reliqui ſupereſſet, iudex nõ potuit admittere de iure has compenſationes, quæ patiuntur prędictas difficultates.

Deducta ex aduerſo nil facere videbantur.
5 Nam ſententia † non liberat, etſi abſoluit, ſi de eius notoria iniuſtitia apparet, & de ea dicitur
6 notoriè † apparere, ſi ex actis non iuſtificatur. Pariſ. cõſ. 54. n. 1. & 2. in 4. Flin. in c. inter cœteros. ſub num. 10. verſ. & dicit iniquitatem eſſe euidentem. & num. ſeq. de re iudic. poſt Ang. in l. ſi pars. ff. de inoff. teſtam. ſub. num. 1. circa fin. ibi. & intellige euidentem, quando conſtat ex actis, & ſententia dicitur notoriè iniuſta ex
7 eiſdem actis, quæ † in hoc caſu ęquiparatur
8 nullitati, & numquam † tranſit in iudicatum, etiam quòd in commiſſione adſit clauſula, appellatione remota. Caputaq. deciſ. 84. lata fuit ſententia. in 2. Docto. in d. c. inter cæteros. Pariſ. conſ. 5 t. num. 49. in 4. cum alijs in d. deciſ. allegatis.
9 Iudex enim debet † iudicare ſecundùm acta, vt hanc eſſe communẽ latè defendit Couuar. variar. reſolut. lib. 1. cap. 1. ſub nu. 6. & dicebãt
10 Domini Rotam † hanc opinionem ſequi, vt ſententia iuſtificetur ex actis, & doctrinas contrarias non recipere.

Quę dicuntur de ſecunda partita moræ, ſiue ſtalliæ non placuerunt. Primo quia non conſtat legitimè de ea apud acta, tum quia prę ſup ponitur ſententiam eſſe latam per A. C. in fauorem Leandri, vt in 13. prę ſuppoſito, & conſequenter non conſtabat ex actis Leandrum illius eſſe debitorem: quia in effectu vigent in ea rationes ſtatim allegatæ in prima partita no
11 lituum, & huiuſmodi compenſatio † eiſdem rationibus, vt iniuſta, & turbida eſt reſellenda.

Cætera ex aduerſo oppoſita Dominis non placuerunt, quia ceſſant, & tolluntur ſtantibus prædictis.

Romana executionis inſtrumenti dotalis. Lunæ 10. Decembris 1576.

EPITOME.

Dotem promittens dare, & ſoluere de proprijs pecunijs, quamuis promittens ſit extraneus, inducta dicitur obligatio dotandi de proprijs pecunijs, commixtione ſecluſa.

SVMMAE.

1 *Verbum, dare, importat dominium transferre.*
2 *Nemo transferre poteſt, quod non habet.*
3 *Confeſsio principalis facta in iudicio criminali, facit fidem in ciuili.*
4 *Confeſsio dicitur facere notorium, ideo etiam in iudicio nullo probat.*
5 *Summario in iudicio venit etiam non petitum, dummodo ex actis quomodocunque reſultet.*
6 *Confeſsio ſuper crimine facta in vno iudicio, licèt non valeat ad condemnandum, in alio iudicio; tamen valet ad inſtituendum iudicium inquiſitionis, & ad probandum illud crimen ex producta confeſsione.*
7 *Confeſsio in iudicio ſummario facta, probat in plenario.*
8 *Confeſsio facta in iudicio ciuili probat in criminali.*
9 *Confeſsio incidenter facta licèt non proſit ad condemnandum; tamen ex ea iudex habet fundatam intẽtionem in alio iudicio inquiſitionis.*
10 *Confitens in alio proceſſu poteſt hodie condemnari ad intereſſe ſine alio proceſſu.*
11 *Clauſula, quæ omnia & ſingula &c. vis, & energia.*
12 *Verbum, ſingula, quid importet?*
13 *Stipulatio ad omnia, ponitur de ſtylo in fine contractuum.*
14 *Cameralis obligationis natura non admittit exceptiones.*
15 *Iuramentum debet præcisè, & in ſpecie obſeruari, non per æquipollens, nec reſpectu intereſſe.*
16 *Iurans tenetur præcisè obſeruare, nec poteſt opponere cõpenſationem.*
17 *Pecuniæ quando commixtione efficiantur propriæ, vel potius quis de furto teneatur?*

18 *Solutio quæ dicitur imperfecta, & non effectualis, ita vt non liberet?*
19 *Soluens proprium debitum alienis pecunijs liberatur, illis commixtis.*
20 *L.Caſsius.ff.de ſolutio.intellectus.*
21 *Euictio ſi immineat breui tempore, cauendum eſt in forma depoſiti de reſtituendo in euentum euictionis.*
22 *Euictione imminente, in limine contractus cauendum eſt.*
23 *Dotans ſi eſt extraneus, quamuis regulariter non teneatur de euictione, fallit, ſi ſtipulatus eſt partem dotis ſibi reſtitui debere.*

PRAESVPPOSITVM.

Stante inſtrumento dotali, & alijs hic inde deductis. 1

DVBIVM.

An ſit locus executioni dicti inſtrumenti pro ſolutione pecuniarum in eo contentarum.

148. DEIJCISO. ſeu Diſcurſus. alioqui. III.

PRima difficultas eſt, an illa verba, de pro-
prijs pecunijs, vt aſſeruit, inportent obli-
gationem, & diſpoſitionem, vel ſint tantũ enũ-
ciatiua, quia non apponuntur in promiſſione
dotis, ſed in ſolutione? Et aliqui Domini vide-
bantur inclinare pro affirmatiua, quòd eſſet in-
ducta obligatio de proprijs pecunijs dotandi,
quia promiſſio eſt concepta per verbum, dare:
1 dicitur enim promiſit dare, quod † importat
dominium transferre. l. vbi autem. §. fin. de ver.
oblig. Bart. & omnes in l. ſtipulationes non di-
uiduntur. eod. rit. quod non fit, niſi ipſe ſit Do-
2 minus pecuniarum: nemo † enim poteſt tranſ-
ferre, quod non habet. per vulg. Meritò ergo
prædicta verba de proprijs pecunijs appoſita
ſunt ſolutioni ſtatim in eodem inſtrumento ſu-
biectæ, vt reſpondeant ipſi obligationi præce-
denti: niſi enim extarent prędicta verba impor
tantia dominium pecuniarum in Nicolao, ad
hoc non videretur obligatus, cum ipſe ſit ex-
traneus dotans: qui cum non teneatur dotare,
nec teneatur de euictione, ideò cenſetur velle
transferre illud ius tantum, quod habet. Doct.
in l. prima. C. de iur. dot. Bald. & Salic. in l. pri
ma. §. accedit. C. rei vxo. actio. cum plur. aliis
per Moder. tract. de euictio. §. 4. num. 7.

Secunda difficultas eſt, an probetur hodie
pecunias ſolutas non fuiſse proprias Nicolai.
Et videbatur aliquibus Dominis probari ex cõ
3 feſſione † propria ipſius Nicolai in iudicio cri-
minali, quæ facit fidem in hoc ciuili. Boſſ. in lo-
co alleg. de plur. violen. ſub num. 117. in prima
4 limit. quia † confeſſio dicitur facere notorium,
ideo etiã in iudicio nullo probat. benè p Aret.
in c. qualiter, & quando. el ſecundo. nu. 29. 30.
& ſub num. 31. verſ. ſed ad iſta. vocat hãc opi-
nionem communem. Et licèt idẽ Aret. ibi ſub
nu. 38. verſ. & ex prædictis patet, videatur vel-
le, quòd hoc non procedit, quando agitur ad
aliud, vel ex alia cauſa, & ſubdit, quòd, ſi in
actione, & iudicio depoſiti reus confitetur de
cõmodato, non poteſt ſequi condemnatio &c.
quod tamen non eſt verum in iudicio ſumma-
5 rio, in quo † venit etiam non petitũ, dũmodo ex
actis quomodocunque reſultet. c. abbate. de re
iud. cum alijs alleg. in Rom. donationis. place-
bat Bald. in l. mercalem. C. de cond. ob cau.
6 quòd confeſsio † ſuper crimine facta in vno iu
dicio, licèt non valeat ad condemnandũ in alio
iudicio; tamen valet ad inſtituendum iudicium
inquiſitionis, & probandũ illud crimen ex prę-
dicta confeſsione. & Bald. ſequitur Felin. in c.
cauſam quæ. el primo. ſub num. 21. verſ. ſed re-
ſponde ex not. per Bald. de teſtib. videtur etiã
ſequi Aret. in c. at ſi clerici. in fin. num. 62. &
63. de iudic. qui etiam videtur loqui in confeſ-
ſione incidenter facta. d. num. 63. Itẽ ait, quòd
7 confeſsio † in iudicio ſummario facta probet
8 in plenario, & quòd confeſſio † in iudicio ci-
uili probet in criminali contra regulas aliarum
probationum, & actorum. Ergo eadem ratio-
ne, & æquitate debet probare in caſu noſtro,
benè etiam Abb. in c. 2. de confeſs. nu. 12. vbi
9 etiam ex confeſsione † incidenti licèt non poſ
ſit quis condemnari; tamen iudex habet inten-
tionem fundatam ex illa confeſſione in alio iu
dicio inquiſitionis. quę multùm colorata vide-
tur, & ſatis placèt.

Nec obſtat, quòd Bartholomęus non inter-
fuerit huic proceſſui, nec ſit geſtus cũ eo, quia
10 ſtante dicta confeſſione, talis confitens † po-
teſt condemnari ad intereſſe ſine alio proceſ-
ſu. Bald. in l. 2. num. 25. C. de eden. facit Spe-
cul. de accuſ. in §. qualiter. num. 25. Cum ergo
conſtet ex confeſsione Brunorij has non fuiſ-
ſe proprias pecunias, intrant tria allegata pro
Bartholomęo, nempe tres clauſulę inſtrumẽti.

11 Prima clauſula, quæ omnia † & ſingula &c.
12 ponderãdo verba, ſingula, † quę ad omnia quę-
cunque præcedentia referuntur nedum in ſpe
cie, ſed etiam in indiuiduo ſupra narrata, ergo
etiam continetur dicta clauſula. Ioan. And. in
addit. ad Specul. in loco alleg. Quibus addi po
teſt benè Aret. in l. Titia. §. idẽ reſpondit quo-
ties. ſub num. 15. verſ. & procedit, & ibi Iaſ. ſub
13 num. 2. de verb. oblig. maximè cum de ſtylo †
in fine contractuum ponatur ſtipulatio ad om-

nia

nia. Docto. in rub. de verb. oblig.
14 Secũdo natura † obligationis cameralis, quæ non admittit exceptiones.
15 Tertio vis iuramẽti, quod † importat, vt præciſè, & in ſpecie obſeruetur, non per æquipollens, nec reſpectu intereſſe. glo. in l. ſi pecuniã. in verſ. neceſſe habeas. de cond. cau. dat. & Bal. col. 1. verſ. & nota, quòd. Felin. in c. quæ in eccleſiarum. ſub n. 78. verſ. hanc fallentiam. de conſtit. Optimè Alex. conſ. 91. ſub num. 4. in fi. verſ. 2. principaliter. in lib. 2. & num. 5. dicit,
16 quòd iurans † teneatur præciſè obſeruare, nec poſſit opponere compenſationem, vbi contra Bart. bis ibi vocat communem, in princ. d. nu. 5. & ſub eod. num. 5. verſ. & certè. Ita Docto. in c. ad noſtram. el primo. ſecundùm communẽ intellectũ. de iureiur. ſequitur ibi Imol. & alij. Sed quicquid ſit in compenſatione Doctores ſunt concordes, quòd iurans tenetur præciſè implere.

Nec obſtat, quòd pro parte Nicolai dicitur,
17 quòd iſtæ pecuniæ † commixtione fuerint effectæ Eliſabethæ, & propterea, cum deuenerint in Bartholomæum conſumptæ, ipſe acquiſiuit dominium. l. ſi alicui. l. Caſſius. ff. de ſolut. not. in l. ſingularia. ff. ſi cert. peta. quia illud dominium acquiritur propter difficultatem diſcernendi, vt benè declarat Dec. in d. l. ſingularia. num. 6. Non propterea hoc facit, quin cõpetat actio furti cõtra illum, qui eo ipſo, quòd pecunias cum ſuis immiſcet, eo ipſo committit furtum. l. ſi is cui. C. de furt. & tanto magis, quia contra ipſummet Bartholomæum datur actio furti pro iſtis pecunijs. Nam, cum iſtæ pecuniæ pertinerent ad dominum, cui furto ſubtractæ fuerant, & ipſe illas exigendo, & patiendo nomine ſuo numerari, ipſe furti tenetur, maximè cum pecuniæ eſſent in præſentia, vt benè declarat Alciat. in d. l. ſingularia. num. 68.

Nec obſtat, quòd ſit liberatus, quia iſtæ pecuniæ conſumptione fuerunt effectæ Nicolai: quia hoc, quòd ſunt effectæ ſuæ, poſſet tolerari ad vnum effectum, nempè quatenus ipſe illas in proprios vſus cõuertiſſet, ſed non ad alium effectum; vt, ſi eas ipſe cogeretur reſtituere, nõ poſſet repetere tantumdem pecuniarum à Nicolao, ſtante ſua promiſſione, quòd illæ pecuniæ erant propriæ, & quòd ſibi promiſit dare in dotem, non illa 400. in ſpecie, ſed 400. in ge-
18 nere, quæ ſibi obſeruat. Iſta enim dicitur † imperfecta, & non effectualis ſolutio, quæ non liberat. l. Mæuius. §. in fundo. ff. de legat. 2. & ibi Bart.

Non obſtat l. Caſſius. ff. de ſolut. quòd ſol-
19 uens † proprium debitum alienis pecunijs, liberetur illis commixtis: quia videtur intelligẽ-
20 dus † textus, quando illæ pecuniæ ſic conſumptæ nõ poſſunt euinci: at in caſu noſtro & euinci poſſunt, & breuiſſimo tempore timetur eas euinci poſſe. Vnde, cum hic immineat euictio, videbatur æquum, quòd Nicolaus Brunorius
21 caueret idoneè, † & in forma depoſiti de reſtituendo in euentum euictionis, & interim ſuſciperet defenſionem Bartholomæi. Non enim
22 eſt nouum, quòd † imminente euictione in limine contractus, debeat caueri. l. poſt perfectam. C. de euict. vbi Bald. & Saly c. l. pen. §. primo. vbi Bart. ff. de peric. & com. rei vend. cum ſimil.
23 Dicebatur etiam Nicolaum teneri † de euictione, licèt ſit extraneus dotans, qui regulariter non tenetur, quia ſtipulatus eſt partem dotis reſtitui. quod totum negocium viſum eſt ſatis inboneſtum, & parui exẽpli, ſuper quibus poterunt partes cogitare, & dicere, ſi quid eis occurrat, & Domini in alia poſitione capient reſolutionẽ ſuper omnibus hinc inde deductis.

DE DONATIONIBVS.

Ciuitatis Caſtellanæ bonorum. Mercurij 2. Iunij 1574.

EPITOME.

Donatio mobilium in domo, vel in certo loco exiſtentium, comprehendit omnia, quæ ita ſunt in domo, vt perpetuò ibi ſint ad vſum domus, non autem pecunias in archa repoſitas.

SVMMAE.

1 *Mobilium appellatione indefinitè, & ſimpliciter venit pecunia.*
2 *Donatio mobilium in domo, vel in certo loco exiſtentium quæ comprehendat? & num. 6.*
3 *Merces, & venalia non veniunt in legato mobilium exiſtentium in domo, vel in certo loco, & quare?*
4 *Parif. ſibi contrarius conſulendo.*
5 *Donatione facta de mobilibus, & pertinentijs domus, quæ veniant?*

PRAESVPPOSITA.

Præſuppoſito quòd q. Tyberius Petronius die 13. menſis Iulij, anni 1568. donauerit donatione inter viuos d. Alexandro Petronio eius ex fratre nepoti vnã ipſius Tyberij domum, quam inhabitabat, cum vniuerſis

ſis mẽbris, mobilibus,& pertinentiis ſuis,iuribus,& iuriſdictionibus,reſeruato ſibi, & Eliſenæ eius vxori vſufructu, eorum vita durante. 1

Et poſt dictam donationem idem Tyberius condiderit teſtamentum, in quo ita cauerit. Item titulo prædictæ donationis donauit Angelopetronio eius nepoti præſenti tot ex bonis patris, quæ aſcendant ad valorem donationis factæ d. Alexandro de domo ſua, mobilibus,maſſarinis,& rebus,& paulo poſt eoſdem Alexandrum, & Angelum ſuos hæredes inſtituerit, cum hac tamen conditione, quòd d. Alexander ante aditionem hæreditatis debeat donare irreuocabiliter, & inter viuos dictæ dominæ Eliſenæ omnia bona mobilia, maſſaritias,& res ſibi donatas, prout in donatione prædicta,alioquin eundem d. Alexandrum ex nunc, prout ex tunc exhæredem facit, & priuat omni commodo hæreditariæ portionis, & ex nunc,prout ex tunc dat,& cedit portionem hęreditatis titulo donationis inter viuos dictæ Eliſenę præſenti,ſtipulanti,& acceptanti. 2

Et poſt mortem Tyberii Eliſena Alexandrum pro implemento interpellauit, eoque redonante ipſa hæreditatem Tyberii acceptauerit. 3

Et Tyberius eſſet tempore mortis annorum 70. & vltra vir diues,& ex redditibus viuens. 4

Et dictis teſtium pro parte d.Alexandri examinatorũ, videlicet Darii iuxta 12.interrog.Agnetis, & Marii iuxta 17.quorum ſummarium in neceſſariis Dominis detur. 5

DVBIVM.

An ex his conſtet ad effectum, de quo quęritur, pecunias,de quibus per dictos teſtes, quas Tyberius tempore mortis habebat in arca, in donatione prædicto domino Alexandro per Tyberium facta,& ſub illius verbis comprehenſas fuiſſe,& contineri?

149. DECISIO. alioqui. I.

1 DIxerunt Dñi,quòd licèt regula ſit, quòd appellatione † mobilium indefinitè, & ſimpliciter veniat pecunia. Dec.conſ. 381. & 472.atque Apoſt.ad Dec. in l. ſingularia. ff. ſi cert.pet.reprobando opinionem Alciati contrariũ defendentis.Tiraq. de retract.§.1.gloſ. 7.num. 103. Alex. & Docto.in l.mouentium. de verb. ſignif. tamen propriùs ad quæſt. noſtram in donatione mobilium non indiſtinctè

2 facta,ſed magis reſtricta ad mobilia † in domo, vel in certo loco exiſtentia, Domini firmabãt regulam,venire omnia in donatione prædicta, quę ita ſunt in domo, vt perpetuò ibi ſint ad vſum domus; conſequenter non venire pecunias in arca repoſitas,quę ſui natura non ſunt ad vſum domus,neque,vt perpetuò ibi remaneant, ſed magis vt expendantur. Hanc regulam dixerunt probari per plura iura, & videtur tex. clarus in l. quęſitum. §. 1. & in l.ſi mihi Męuia. §. fin. de leg. 3. ponderando in d. §. fin. verba pręgnantia,ibi, nihil excepto cum omni inſtrumento,& repoſitis omnibus non contineri pecuniam numeratam, nec inſtrumenta debitorum:ex quibus verbis videbatur aliquibus Dominis confundi doctrinã Dec.& Curt. Iun.ex aduerſo allegatam. Ad idẽ allegabatur tex.in l. ſi ita legatum.de leg.3.ibi,domũ, quęque mea ibi erunt,non contineri nummos &c. ad idem l.generali.§.vxori.ff.de vſufru.leg.qui tex.bene ſeruit in ratione, nempe quòd mer-

3 ces, † & venalia non veniunt in ſimili legato, quia non ſunt permanſura in domo.ad idem allegabatur diſtinctio l.ſi chorus. §. 1. de leg.3. l.ſi fundus,eod.ad idem Afflict.deciſ.106. nu. 6. Bertrand. conſ. 162. num.1. lib. 1. Et licèt Pariſ.conſ.67.num. 11.cum ſeq.lib.2.tenuerit

4 contrarium; tamen idem † conſ. 80. num. 48. lib.2.ſequiturCorn.in alleg.conſ.49. lib.3.qui tenet hanc opinionem,& dicebant Domini,quòd

5 cum donatio † facta d. Alexandro ſit de mobilibus, & pertinentijs domus, debet intelligi, quòd veniant ea, quę pertinent ad domum inſtructam,nempè ſupellectilia, & alia cauſa domus parata,& quę in effectu perpetuò ſint ad vſum domus permanſura. Et hinc videri verũ ſenſum verborum donationis, de qua agitur, per ſupra alleg. Et in hoc Dominis non placebat differentia inter legatum,vel donationem generalem, & vniuerſalẽ ex prędictis iuribus, & alijs per eos allegatis.

Quia tamen.d.l.ſi chorus.§.1.item d.l. ſi legatum.item l.ſi Męuia. videntur in hoc diſtinctè loqui, vt in huiuſmodi legato non veniat

6 pecunia parata,vt expendatur, veniat † tamen pecunia pręſidij cauſa repoſita,& quę theſauri, ſiue deliciarum loco ſit habita, dixerunt Domini,quód,ſi concludenter poſſit probari per d.Alexandrum pecuniam,de qua agimus, fuiſſe huiuſmodi, ea veniat in donatione, de qua agimus,ex diſtinctione pręedictorum iurium.

Romana donationis de Serrano. Veneris 4.Martij 1575.

EPITOME.

DOnatio facta per Iulium filiumfamil.ſine conſenſu patris, & ſine inſinuatione, eſt nulla, dato quòd ſit iurata.

SVMMAE.

1 *Donandi facultas non venit etiam in mandato cum libera.* *Præ-*

2 *Præſumptio qualibet etiam fatua ſumitur potius, quàm donatio.*
3 *Donans contemplatione patris debet facere mentionem patriæ poteſtatis, nec ſufficit facere ſimpliciter mentionem de patre.*
4 *Donatio facta à filiofamil. alicui tertio, non præiudicat patri. quod ſi filiusfamil. iurauerit? n. 5. & 7. ampl. etiam ſi patri non quæratur vſuſfructus. num. 6.*
7 *Iuramentum an validet donationem factã per filiumfamil.*
8 *Filiofamil. interdicitur adminiſtratio, quia reputatur prodigus.*
9 *Iuramentum prodigi non arctat.*
10 *Inducta ad diminutionem, non debent operari augmentum.*
11 *Argumentum à contrario ſenſu quando in contractibus habeat locum?*
12 *Argumentum à contrario ſenſu non ſumitur, quando inducta ad vnum effectum, contrarium operarentur.*
13 *Donatio facta per filiumfamil. ſine conſenſu patris, eſt nulla niſi inſinuetur, amplia etiam in retroceſſione ex interuallo. num. 15.*
14 *Inſinuationi non renunciatur per iuramentum, ſtante vrbis ſtatuto, de quo hic.*
16 *Forenſis etiam ligatus ſtatuto ciuitatis in reſpicientibus ſolemnitatem contractus.*
17 *Donatio facienda eſt ſeruatis ſolẽnitatibus loci contractus.*
18 *Merita non debent eſſe talia, quæ actionem producant ex communi contra Ari. Pinell.*
19 *Meritorum generalis expreſsio facta per donantem donare non prohibitum, vel etiam prohibitum, an & quando valeat, vel potius ſint ipſa merita probanda?*
20 *L. cum emancipatis. C. de præd. minor. procedit ſolũ, quando filius eſt emancipatus.*
21 *Donatio facta per filiumfamil. ſine conſenſu patris, & ſine inſinuatione, etiam quòd ſit iurata, eſt nulla.*
22 *Statuti vrbis forma quando non eſt ſeruata, iuramentum non dat robur contractui, & quare?*
23 *Donatio remuneratoria an infirmetur ex defectu inſinuationis, vel ex omiſsione ſolemnitatum.*
24 *Clericatus filij ſubſequens nocere non debet patri, in vſufructo iam per eum quæſito.*

DVBIVM.

An in caſu, de quo agitur, retroceſsio facta per d. Didacum Conciã principalem, & d. Petrum Martinum Serrano, vti patruum, ac procuratorem Franciſci Conciæ patris d. Didaci, in fauorem Hieronymi, ſit valida, & legitimè facta?

150. DECISIO, Alioq. II.

PLures ex dubio propoſito dicebant Domini oriri difficultates.

Prima eſt, an in mandato dato à Franciſco Concia in perſonam Petri Martinez eius fratris, comprehendatur facultas donandi?

Secunda dato quòd nõ, an, quia in donatione facta Didaco eſt habita mentio patris eius, ſimus in peculio profectitio, vel aduentitio.

Tertia an donatio facta à Didaco, vt filiofamil. in fauorem Domini Hieronymi pręiudicet patri?

Quarta an iuramentum eam validet.

Quinta quando hęc omnia ceſſarẽt, an hęc donatio ſit nulla defectu inſinuationis.

Sexta an in reſpicientibus ſolemnitatem cõtractus, ſtatutum Romanum liget forenſes in vrbe contrahentes?

Septima quæ reſpicit materiam remunerationis, an hæc donatio poſſit dici facta ob benè merita, & an ad hoc, vt intrent priuilegia donationis remuneratoriæ, neceſſe ſit, quòd bene merita ſint talia, quę actionem præſtent, item an ſufficiat expreſſio generalis inter perſonas non prohibitas.

Octaua an ſit nulla ratione minoris ętatis.

Nona, & vltima, an Didacus eſſet clericus, & beneficiatus?

Quoad primam difficultatem dixerunt Do-
1 mini, quòd in hoc mandato non † comprehenditur facultas donandi, quę in eo non legitur, nec venit etiam in mãdato cum libera. l. filiusfamilias. ff. de don. Docto. in l. contra iuris. §. primo. ff. de pact. Dec. conſ. 402. num. 9. l. prima. verſ. denique. vbi Bart. Iaſ. & omnes. de offic. procurat. Cæſ. Imò pręductum mandatum eſt ad regendum, & gubernandum, & in effectu ad vtilia gerendum, vt benè in eo legitur; &
2 magis omnis † alia præſumptio ſumitur etiam fatua, quàm donatio. Bald. in l. generaliter. in 4. oppo. C. de non num. pec. idem Bald. in l. fin. col. 4. C. de dot. prom. cũ alleg. per informãtes.

Quoad ſecundam quicquid voluerit Dyn.
3 communis opinio eſt, quòd ad hoc, † vt quis cenſeatur donare contemplatione patris, non ſufficit, quòd ſit facta mentio patris, ſed oportet facere mentionem patriæ poteſtatis, alioquin mentio patris intelligitur facta ſolùm gratia demonſtrationis. l. fin. C. de vſufr. Bart. in l. cum aliquis. C. de iur. delib. num. 3. vbi Alex. num. 6. & Iaſ. num 2. & Corn. num. 2. Ruin. conſ. 24. num. primo. lib. 5. & ſic ſumus in peculio aduentitio, non autem profectitio.

Quoad tertiam habemus clarum tex. quòd
4 non, † in l. fin. §. filijs autem. C. de bon. quæ lib. vbi Bald. Ang. Paul. de Caſtr. Salyc. textus eſt etiam in l. ſi filius. & ibi gloſ. 1. & Bal. C. de pa. pot. Curt. Iun. conſ. 152. num. 5. Aym. conſ. 84. num. 2. Afflict. deciſ. 241. num. 2. & alij plures, qui ferè omnes, excepto Afflicto, qui non tan-
5 git de iuramẽto, affirmãt idẽ, † etiam ſi filius iurauerit: de quo tamen iuramẽto infra ſtatim in q. ſequenti dicetur. facit Alex. conſ. 106. num. primo in 7. cum aliis, de quibus per informan-

tes,

tes,& hoc etiã vltra allegatos tenet Rub. Alex.
conſ.166.ſub num.4.Aym.cõſ.39. num. 3. in
6 fin. quod ampliatur, † etiã ſi patri non quęra-
tur vſusfructus, dummodo ab eo nõ fuerit ex-
cluſus ratione ſuſpicionis; tunc enim remanet
legitimus adminiſtrator, & propterea aliena-
tio ſine conſenſu non tenet. latiſſimè Ruin. d.
conſ.24.col.2. & 3. vſque ad fin. potiſſimùm
num.3.cum ſeq.lib.5.

Circa quartam, quæ viſa eſt magis contro-
7 uerſa, & lata, an ſcilicet iuramentum † validet
donationẽ huiuſmodi. Et pro negatiua, quòd
eã non validet, tenent infraſcripti Docto. Bal.
in d.§. filiis, Salyc. ibidem Paul. Caſtren. ibid.
ſub num.4.& in l.& hæredi. §. filiusfam. ff. de
pact. Curt. Iun. conſ.152.num.7. Aymo conſ.
84.& conſ.39.ſub num.3.ferè ab omnibus alle
gatus. Specul. de acto. §. primo. ſub num. 30.
verſ.ſed quid ſi iurauerit. licèt non loquatur in
his terminis in indiuiduo.

Contrariã autem opinionem tenet Imol. in
c.cum contingat.num.43.de iureiur.& conſ. 1.
ſub num.6.verſ.item non videtur bona quarta
reſponſio. Corn.in d.§.filiis autem.ſub num.4.
vbi dicit, ꝙ Ang. in ſua lectura ita tenet. Ber-
tran.conſ.138.num.5.6.in 2. 2.qui tamen Ber
trand. conſ. 189. num.3.cum plur.ſequ.in pri-
mo tertii non videtur audere firmare aliquam
ex iſtis opinionibus. Et quia Corn.in d.§. filiis
autem.dicit, quòd prima opinio eſt cõmunis,
& quòd hęc ſecunda eſt verior, item quia Paul.
de Caſt.in d.§.filius fam. num. 6.dicit, quòd in
conſulendo non recederet ab iſta opinione, &
Bertr.vbi ſupra, dicit, quòd prima opinio ha-
bet magnos defenſores; fuit dictũ per aliquos
Dominos poſſe in hac controuerſia firmari ſo-
lùm, quòd prima ſit magis cõmunis. Ratio po
8 tiſſima, qua nititur hęc opinio, eſt, quia † inter-
dicitur adminiſtratio, quia reputatur ꝓdigus,
9 & iuramentum † prodigi non arctat, vt per Do
cto. omnes ſupr adictos. Vtraque tamen opi-
nio conuenit, quòd patri non præiudicat.

Non obſtat, dum dicitur, quòd fuit data fa-
cultas in prima donatione alienandi cum con-
ſenſu Petri donantis: quia nõ eſt verum, quòd
ſit data prædicta facultas donandi, vt ſupra eſt
dictum: in illa enim eſt prohibitus alienare ſi-
ne conſenſu donantis, ſed non ſequitur, ergo
cum conſenſu donantis, & ſine conſenſu patris
10 alienare, & donare poteſt: quia inducta † ad di-
minutionem, nõ debent operari augmentum.
l.legata inutiliter. ff.de adim. lega. Ruin. in ſi-
11 mil. d.conſ.24.nu.8.in fin.lib.5. Argumẽtum †
enim à contrario ſenſu licèt procedat in con-
tractibus Dec.in l.prima.num.48.de offic. eius
&c. tamen debet intelligi ſecundùm eundem
Dec. vt non ſurgat diſpoſitio virtute argumen
ti, ſed primi contractus: & propterea ceſſat pro
hibitio iſto caſu facta per pactum, ſed propte-
rea ſequitur, quòd ſit habilitatus vltra quàm
virtute principalis diſpoſitionis contineretur.
12 & iſtud † argumentum non ſumitur, quãdo in-
ducta ad vnum effectum, contrarium operarẽ-
tur. Purpur. ibid. num.682.

13 Quoad quintam, an † donatio huiuſmodi ſit
nulla defectu iuſinuationis. De iure communi
eſt clarum, quòd ſic, per l. ſancimus. C. de do-
nat. l. cum multę. vbi Bald. num. primo, circa
med. C. de donat. ante nupt.

14 Non obſtat † iuramentum, quia ſecundùm
formam ſtatuti non poteſt renunciare inſinua-
tioni etiã cum iuramẽto, vt in ſtat. vrb. lib.4. c.
22. in fi. vbi ad literã habetur. Et licèt eſſemus
15 in retroceſſione, † cum ea ſit facta ex interual-
lo, requiritur inſinuatio. Bald. in l. ſi viua. ſub
nu.2. verſ. ſed quæro quid è contra. C. de bon.
mat.

Quoad ſextam, eſt indubitatum iuxta not.
per omnes in l.cunctos populos. C.de ſac. ſan.
16 eccl. quòd in † reſpicientibus ſolemnitatem cõ
tractus forenſis etiam ligatur. Cephal. qui at-
teſtatur de communi, in conſ.170.num.21.28.
& ſeq. & conſ.171. num. 26. lib. 2. & in ſpecie
17 quòd in † donatione debeat attendi locus con
tractus. Corn. conſ.185.nu. 10. lib.2.

Quoad ſeptimam, an hęc donatio poſſit di-
ci facta ob bene merita, & hoc dixerunt Do-
mini eſſe videndum in ſpecie, nunquid proben
tur merita, vel ex donatione prima Didaco re-
trocedenti facta, vel ex aliis probationibus, an
18 autem merita † debeant eſſe talia, quæ actio-
nem producant. Fuit dictum, quòd communis
eſt, quòd non, licèt Ari. Pinell. copioſè poſt
multos ab eo relatos defendat contrariã opin.
in l. prima. in tertia par. ſub num.59. verſ. ne au-
tem æquiuocemus. vbi cumulat Docto. pro cõ
muni, & in verſ. mihi ſemper. vbi recedit à com
muni. C. de bon. mat.

An verò ſufficiat generalis meritorum ex-
preſſio, non probatis meritis, Domini dicebãt,
quòd licèt in donatione remuneratoria com-
19 munis ſit opinio, quòd valeat, † etiãſi non con
ſtet de meritis aliter, quàm per aſſertionem do
nantis, quando ſumus in perſona libera, & non
prohibita, vt plures Docto. de communi atte-
ſtantes latè cumulat Iul. clar. in §. donatio, q.5.
verſ. ſed hic occurrit. tamen in caſu propoſi-
to res modicam habere videtur difficultatem,
quòd

quòd non ſufficit etiam inter perſonas nõ prohibitas,ſtante illa clauſula, & quia ſic ſibi facere placuit, poſita poſt clauſulam,ob gratitudinis,& ſeruitia. Oldra.conſ.5. ad fin. Tiraquell. qui ita dicit putare eſſe diſtinguendum in l. ſi vnquam.in verb.donatione largitus. num.92. alias ſecundùm paruam impreſsionem num. 80.qui multos allegat.Sed fuit dictum per plures Dominos,quòd videmur magis eſſe inter perſonas prohibitas.Nã omnes perſonę ſunt prohibitæ donare ſine ſolẽnitatibus ſtatuti, alioquin eſſet aperta via fraudibus : qua mediante nunquam haberet locum ſtatutum, quia ſemper fieret aſſertio de bene meritis,& ferè ſemper daretur cauſa. Caſtren.in l. Aquilius.num. 4. verſ. ſed ſi non poterat.ff.de donat. cũ plur. ſimil.

Quoad octauam circa minorem ætatẽ fuit dictum per aliquos Dominos eſſe animaduertendum,quòd tex.in l. cum emancipatis.C.de
20 præd.mino. procedit ſolùm,† quando filius eſt emancipatus.Nam,quando eſt in poteſtate,pater poteſt rem filii alienare ſine decreto. Tiraquell. in d.l.ſi vnquam.in præf.num.28. & 29. qui declarat illum tex, aſſignans rationem diuerſitatis,ſed ſuper hoc non fuit inſtitum.

Ad quæſtionem vltimam de clericatu particulariter eſt videndum.

21 Ex quibus fuit concluſum pro† nullitate donationis,non obſtante iuramento tum propter præiudicium patris prædictum, in quo capite Dñi videbantur concordes,tum quia ꝗ filiofamil. ſine conſenſu patris, eſt facta per latè ſupra deducta, tum maximè propter defectum inſinuationis: qui defectus non ſanatur ex iuramento,attento prædicto ſtatuto vrb. c. 22.
22 in fin. lib. 4. Quando † enim forma ſtatuti vrb. non eſt ſeruata, iuramentum non intrat : quia tunc prę́ſumitur extortum dolo,& metu,& eſt irritum , vt dicitur in eodem lib.4.ſtatutorum c.23.pariter in fin.

Quia autem hic prætenditur agi de dona-
23 tione remuneratoria, quę † nõ infirmatur nec ex defectu inſinuationis. Rom. conſ. 26. Curt. Iun.conſ.67.num. 6.Alex.conſ.83. nu.18.lib. 2.Ruin.conſ.2.col.2.num.7.vol.primo. Item nec ex omiſſione ſolemnitatum requiſitarum, arg.not.per Caſtren.in l. Aquilius Regulus.nu. 3.in fin.&num.4.& in l.ſi pater. §. ſi quis aliquam.ff.de donat.Capell. Tholoſ. decis. 381. & quæ infinita priuilegia habet. Tiraquell.in l. ſi vnquam.in verb. donatione largitus.nu. 11. qui latiſſimè cumulat. C.de reuoc. donat.Clar. de donat.d. q. 3. cum magis dicatur permutatio,& compenſatio, quàm donatio,vt per Cur. Iun.d.conſ.67.num.6.& per Tiraquell.alleg. d.num.11.poſt Bart. Rom.Imol. & alios latiſſimè per eundem Tiraq.allegatos:ideò fuit, vt dixi, reſeruatum, vt videretur,an verè probarentur merita extare,& an ex donatione prima facta Didaco ,vel ex aliis merita ęquiualentia huic donationi poſſint dici probata, ita vt prædicta meritorum aſſertio poſſit ſuſtinere donationem,de qua agitur . Item pariter fuit reſeruatũ id, quod dicitur de clericatu Didaci, an probetur,& de quo tempore , & an verè ſimus in caſu, in quo ceſſet præiudicium patris. Et licèt per informantes Didaci multa replicẽtur, nempe quòd tempore donationis ſibi factæ eſſet laicus , vnde vſusfructus indubitãter
24 ab initio pertinuit ad patrem,& conſequẽter † clericatus ſubſequens non debuit nocere patri in vſufructu iam quęſito. Dec. in c.in præſenti.num.64.de prob. Pinell. in l.1.C.de bon. mat.prima parr. num. 43. & alii,quos allegat Couuar.in c.quia nos.n.2.verſ.in his verò.de teſtam. probat tex.in l.ſacroſanctę.ibi,in eodẽ clericatus gradu, votoq. viuendi acquirere, & habere potuerint. C. de Epiſc. & cler. tamen fuit dictũ, quòd de hoc particulariter ageretur, ſi videatur neceſſarium.

DE TESTAMENTIS.

Foroliuienſis hæreditatis, & bonorum.

Veneris. 18.Decembris 1573.

EPITOME.

TEſtamentum primum non tollitur per generalem derogationẽ, ſed ſpecialis requiritur ad clauſulam derogatoriam.

SVMMAE.

1 *Derogatio generalis an ſufficiat ad tollendum primum teſtamentum?*
2 *Derogatoria clauſulæ mentio habenda eſt, ſi non in indiuiduo, ſaltem in ſpecie in ſecundo teſtamento.*
3 *Voluntate per coniecturas apparente, etiam ſi non ſit facta peculiaris mentio clauſulæ derogatoriæ, ſecundum teſtamentum præualere debet.*
4 *Statutum mandans, quòd ſecundum teſtamentum , cui abnegata eſt voluntas, per primum valeat, an viribus ſubſiſtat.*
5 *Teſtamentum ad pias cauſas fortiores,& efficaciores derogationes requirit, itemque teſtamentum inter liberos. num.6.& 7.*

PRAESVPPOSITA.

Præſuppoſito teſtamento q. Lucretiæ de Ranaiolis de anno 1542. in quo inſtituit eius hæredem vniuerſalem auiam eius maternam, illique ſubſtituit monaſteriũ fratrum ſancti Dominici de Forliuio, & in eo appoſuit huiuſmodi clauſulam, videlicet quòd dicta teſtatrix vult, & intẽdit huiuſmodi teſtamentũ nullo modo per teſtatricem reuocari, ſiue cãcellari etiá per aliud teſtamentum, & vltimam voluntatem per ipſam, aliàs quandocunque fiendam, niſi appoſita fuerint infraſcripta verba, in manus tuas Domine commendo ſpiritum meum, & ecce ancilla Domiui fiat mihi ſecundùm verbum tuum, &c. 1

Et præſuppoſito quod d. Bartholomęa deceſſerit ante annum 1551. 2

Et quòd de anno 1551. eadẽ Domina condiderit aliud teſtamentum, in quo factis quampluribus legatis, inſtituit hęredem d. Laurentium eius maritum, cũ clauſula, quòd dictam ſuam vltimam voluntatem eſſe aſſeruit, quàm alijs pręualere voluit iure teſtamẽti &c. valeret, ſeu valebit, voluit valere iure codicillorum, & ſi iure codicillorum non valeret, voluit valere iure donationis cauſa mortis, vel alterius vltimę voluntatis, & omni meliori modo &c. quibus magis meliùs, & validiùs valere potuit, & poteſt. 3

Et ſtante ſtatuto ciuitatis Foroliuij confirmato per ſedem apoſtolicam, cuius copia detur. 4

DVBIVM.

An ſecundum teſtamentum valeat, & ſuſtineri poſſit, non obſtante primo?

151. DECISIO. alioqui. I.

CIrcumſcriptis coniecturis, item ſtatuto, de
quibus ad partes erit videndum, Domini
1 concorditer firmant † ad tollendum primum
teſtamentum derogationem generalem non
ſufficere, ſed requiri ſpecialem ad clauſulam,
derogatoriam. iux. communem opin. de qua
per Corn. conſ. 86. lib. 3. Iaſ. in l. ſi mihi & tibi.
§. in legatis. num. 22. de lega. primo. Rub. conſ.
24. num. 4. Natt. in Auctẽn. hoc inter liberos
num. 19. & ſeq. C. de teſtam. Couarru. ſuper
rub. de teſtam. in 2. part. poſt num. 15. verſ. ſecundum
non eſſe Guid. Pap. conſ. 64. num. 2.
2 & debere † haberi mentionem clauſulę derogatorię,
ſi non indiuiduo, ſaltem in ſpecie, cõmunem
eſſe ait Alex. conſ. 134. ſub num. 15. &
in fin. lib. 1. Iaſ. & Socin. in dicto §. in legatis.
Pariſ. conſ. 24. num. 9. lib. 2. qui ait, quòd ita cõ
3 muniter concluditur. Quia tamen vbicunque †
de voluntate poteſt apparere per coniecturas,
etiamſi non fuerit obſeruata prædicta forma
mentionis clauſulæ derogatoriæ, ſecundum teſtamentum
præualere debet, vt ex Socin. in
dicto §. in legatis. num. 15. col. fin. quod idem
voluit Bald. & alij in l. ſancimus. C. de teſtam.
ex mente Bart. in l. ſi quis in principio teſtamẽti.
de lega. 3. refert Couarr. in d. rub. de teſtam.
2. part. num. 19. verſ. 4. concluſio D. Sarmien.
lib. 3. ſelect. interpret. c. 14. nu. 7. cum ſeq. cum
concord.

Voluerunt igitur Domini reſtringi dubium
ad coniecturas, an per eas probetur mutata voluntas
in quęſtione propoſita, & maximè in
ſubſtitutione cauſę pię, & poſtmodum, ſi opus
erit, particulariter agetur de ſtatuto tum circa
eius validitatẽ, tũ an intret in caſu propoſito.

Et in primo negocio validitatis Domini videbantur
varia cõſiderare, aliquibus enim tria
illa conſ. Caſtren. 443. lib. 2. Natt. 639. lib. 3. &
Bellon. conſ. 53. num. 14. placere, & pulchrè
ad rem cõferre viſa ſunt: alij autem hoc ipſum
negocium profundiùs, & ſubtiliùs inueſtigandũ
eſſe aſſerebãt. Et in prima ſpecie negari poſſe
dicebant rationem, & fundamentum ex ad-
4 uerſo allegatum, nempe non † valere prædictũ
ſtatutum, quia velit, quòd ſecundum teſtamentum,
cui abnegata eſt voluntas per primum, valeat.
Nam aiebant hanc diſpoſitionem eſſe figmentum,
ſiue coniecturam iuris ciuilis, quòd
in ſecundo teſtamento cenſeatur priuata volũtas,
neque concludenter probari hanc eſſe diſpoſitionem
iuris naturalis, vel gentium. Licèt
enim voluntas dici poſſit de iure naturali, vel
gentium; tamen huiuſmodi interpretatio priuationis
voluntatis in prædicto caſu non probatur
eſſe de iure gentium. Si ergo hoc iure ciuili
tantùm cauetur, & conijcitur, alio iure ciuili
id ipſum tolli poſſe nõ debere videri mirum,
& conſequenter per prędictum ſtatutum hoc
potuiſſe diſponi, fortè firmari poſſe aiebãt. De
quo tamen dubitandum, & ad partes in ſpecie
agendum eſſe exiſtimabant.

In ſecundo autem dubio, an intret ſtatutum
in caſu, de quo agimus, etiam vt complectatur
diſpoſitionem ad pias cauſas, videbatur aliquibus
ex Dominis non extendi, ſed debere intelligi
in teſtamentis iure communi, & regulariter
conditis in caſibus ſpecialibus, qui fortio-
5 res, & efficaciores derogationes requirunt, vt †
6 in teſtamẽto ad pias cauſas, itẽ inter liberos, †
& huiuſmodi, vt per Socin. conſ. 229. circa fin.
ſub nu. 11. vol. 2. Caſtren. in d. Auctẽn. hoc inter
liberos. num. 5. vbi communem dicit. C. de
teſtam. & ibi Io. Bapt. de Sãcto Seuer. Oldrad.
conſ. 119. Titius condidit teſtamentum. Couarr.
in dicta ſecunda par. rub. de teſtam. poſt
num. 19. & in materia huiuſmodi ſtatuti ad hoc
ipſum allegabatur Tiraq. de priuil. piæ cauſæ,
priuil.

…d by Google

7 priuil.259.& 52. Sicuti in ſimili in teſtamēto † inter liberos fortiores reuocationes requiri dixerunt Doctor. in d. Auten. hoc inter liberos. communem eſſe dixit Gomes. in c. 1. nu. 171. de conſt. in 6. Boer. deciſ. 240. poſt nu. 10.

Alij hanc difficultatem maturè videndum eſſe aiebant. de his ergo ſuo loco plenè agendum eſſe reſolutū eſt, & ad veritatem eruēdam circa prædicta diſcurſus cauſa, placuit in gratiā partium ex pluribus deductis, pauca prædicta referre.

Eſina bonorum. Lunæ. 1. Februarij 1574.

EPITOME.

SVbſtitutio, quæ dicatur continere pupillarem, vel omni tempore fideicommiſſariam?

SVMMAE.

1 *Subſtituo, verbum quando adiungitur dictioni, hæredes, an ſit directum?*
2 *Teſtator quando vſus eſt aliquo verbo in vna ſignificatione directa, vel obliqua, ſemper in eodem ſenſu capitur.*
3 *Filij quando cenſeantur vocati coniunctim?*
4 *Subſtitutio vna alteram declarat.*
5 *Filij filiarum non poſſunt effici auo materno ſui hæredes, nec rumpere teſtamentum, & quare?*
6 *L. ſi cognatis. ff. de reb. dub. limitatur, quando de contraria mente teſtatoris apparet.*
7 *Subſtitutus in certum euentum, ſi talis deceſſerit ſine liberis, ſufficit, quòd liberi ſint in rerum natura tempore purificatæ conditionis.*
8 *Statutum ſi excludat fœminas à ſucceſſione, maſculi, & fœminæ veniunt ordine ſucceſſiuo.*
9 *Teſtator videtur ſe conformare cum diſpoſitione iuris communis.*
10 *Filij quando vocentur vnà cum patre per nomen collectiuum, etiam quòd non immineat neceſſitas cauſatiua, taliter vocati veniunt ordine ſucceſſiuo.*
11 *Filiorum appellatione veniunt nepotes, quando ſumus in his, quæ commodum, & honorem important.*
12 *Filij vocati nomine collectiuo vocantur in vnam partem, non autem in viriles regulariter. fallit, prout num. 13.*

PRAESVPPOSITA.

Stantibus verbis teſtamenti, quorum copia in neceſſarijs detur. 1
Et quòd viuerent Sempronia, & Europa filiæ teſtatoris, ac Hieronyma eius vxor. 2

DVBIVM.

An filij dictarum Europę, & Sempronię admittantur ad portiones, viuentibus earū matribus, & ad quas?

152. DECISIO. ſiue Diſcurſus alioqui. II.

PLures in propoſita difficultate viſæ ſunt Dominis eſſe dubitationes. Prima eſt, quęnam ſubſtitutio ſit illa, quæ eſt facta, an videlicet ſit talis, quæ contineat pupillarem, an verò ſit omni tempore fideicommiſſaria: Secunda an ſint ſimul vocati filij cum Europa, & Sēpronia ipſorum matribus, vel tantùm ordine ſucceſſiuo. Tertia pro qua portione, an in viriles, vel ad tettiam partem tantùm vocētur omnes filij?

Quoad primam difficultatem, quia videtur eſſe extra dubium, non laborarunt Domini, ſolùm pro animaduerſione aliqui dixerūt, quòd licèt Bald. voluerit in l. precibus. num. 42. C. de impub. & alijs &c. quē ſequitur Iaſ. in l. centurio. num. 59. in fin. & Imol. in c. Raynutius. de teſtam. vbi agit de compendioſa, quòd quā-
1 do † verbum, ſubſtituo, adiungitur dictioni, hæredi, ſit directum, & conſequenter quòd importet in pupillari ætate pupillarem, etiam ad excluſionem matris; tamē in hoc caſu dubitabāt, quia teſtator etiam in ſequenti ſubſtitutione vtitur eodem verbo cum eadem adiectione, & ibi non poteſt verificari, niſi in fideicommiſſaria, ex quo apparere videtur teſtatorem ibi vſum fuiſſe in ſignificatione obliqua: quo caſu intrare videtur doctrina Bart. & aliorum in d. l.
2 centurio. quòd, quando teſtator † eſt vſus aliquo verbo in vna ſignificatione directa, vel obliqua, ſemper in eadem capitur.

Quoad propoſitam difficultatem conſtituebant aliqui ex Dominis regulā pro filijs, quòd
3 cenſeantur † vocati coniunctim, per reg. l. reos. §. cum in tabulis. ff. de duob. reis. l. prima. C. ſi vna ſen. &c. et ff. per reg. l. nā hoc iure. de vulg. & p c. Raynutius. &c. Raynaldus, de teſta. inducēdo, prout cōmuniter inducunt Doct. Et quia hæc eſt cōis opinio, ex quo nulla ſubeſt neceſſitas cauſatiua ſubſtituendi filios vnà cum ipſorum matribus. Socin. in §. quidam rectè. l. Gallus. de lib. & poſth. poſt Alex. & Aret. nu. 3. Iaſ. alleg. Rubeus Alex. ibidem. vbi num. 46. dicit, quòd ab hac opinione in iudicando non eſt recedendum. Galiaul. num. 20. Socin. Iun. num. 26. & conſ. 171. num. 4. lib. 2. vbi dicit, quòd in practica non auderet recedere ab hac opinione. latè etiam Barbat. conſ. 91. in primo dub. lib. 1. latè quoque Socin. conſ. 113. lib. primo. cum alijs pro hac parte alleg. Alciat. in d. §. quidam rectè. num. 17. dicit, quòd neutra opinio iure probatur. ſed quòd hoc pendet à con-

iectura mente teſtatoris, & ideo eſſe arbitra-
rium iudici, qui tamen à proprietatę copulę nõ
recedet, niſi ex euidentibus ſignis. Quæ conclu
ſio non videtur poſſe habere difficultatem in
hoc caſu, propter illam clauſulam, æquis por-
tionibus. Bero. in d.c. Raynutius. nu. 90. & 105.

Ad effugiendam hanc opinionem commu-
nem primò opponitur pro parte Hieronymæ,
4 quòd vna† ſubſtitutio alteram declarat. Vnde,
cũ in prima ſubſtitutione hæc vocatio intelli-
gatur ordine ſucceſſiuo, ſecũdùm communem
opinionem ob neceſſitatem illam cauſatiuam.
Docto. communiter in d.§. quidam rectè. cum
alijs allegatis; ita etiam debet capi in hac ſub-
ſtitutione. Hoc fundamentum non multũ mo-
uit Dominos, quia licèt illa ſit communis opi-
nio; tamen multi Docto. ab ea recedunt, vt per
Galiaul. in d.§. quidam rectè. qui dicit, quòd cõ
munis opinio non eſt benè fundata, num. 15.
Fortun. etiam, & alij recentiores tenent contra
rium, vltra multos antiquos allegatos per So-
cin. Iun. d. conſ. 171. Sed, quia idem Socin. Iun.
d.§. quidam rectè. dicit, quòd in practica ab hac
opinione, non eſſet recedendum, Alciat. etiam
ab hac opinione, ibi num. 13. non recedit, alio
modo reſpõdebatur per aliquos ex Dominis,
nempè quòd in prima ſubſtitutione non adie-
cit teſtator illam clauſulã, æquis portionibus,
vt fecit in ambabus ſequentibus ſubſtitutioni-
bus, ex quo deprehenditur, quòd hic voluit
æqualiter ſuccedere, ibi non: præſertim, quia
dixit ibi, hæredem, in ſingulari, & ſic non po-
terat verificari niſi in vno: in ſequentibus au-
tem dixit, hęredes, vt latè per Socin. Iun. d. cõſ.
171. lib. 2. quod conſ. comprobat in lectura d.
§. quidam rectè. num. 28. prope fin.

Secundo ex aduerſo dicunt, quòd concur-
rebat neceſſitas cauſatiua inſtituendi filias, &
earum ſobolẽ: quia per ſtatutum fœminæ ex-
cluduntur, & poſtea reintegrantur. Hæc Domi
5 nis viſa eſt vanitas. Primo quia in primis filii †
filiarum nõ poſſunt effici auo materno ſui hæ-
redes, cum in eorum poteſtate non ſint futuri.
§. fin. Inſtit. de patr. poteſt. & conſequenter nõ
poſſunt eſſe ſui, nec rumpere teſtamentum. §.
ſui. Inſtit. de hæred. qual. & diff. Secundo quia
ſubſtituuntur poſt iam aditam hęreditatem, &
ſic poſtquam iam teſtamentum eſt confirma-
tum, & conſequẽter nullũ amplius dici poteſt.

Tertio dicunt ex coniecturis eſſe receden-
dum ab hac opinione, quia ita intelligendo te-
ſtator, vocauiſſet filios vxoris, & ſic eã inuitaſ-
ſet ad contrahendum matrimonium: quod nõ
eſt veriſimile, Ad hoc dicebatur clarum eſſe,
quòd iam inuitauit, cum ſubſtituerit eius filios,
vnde ſiue ſubſtituar coniunctim, ſiue ordine
ſucceſſiuo, ſatis eſt, quòd inuitauit eam, vnde
illud motiuum non videtur releuans.

Quarto dicunt, quòd iſti non erant concep-
ti tempore conditi teſtamenti. Huic rationi re-
ſponſum eſt, quòd in hac quæſtione regula eſt
cõtra eos. l. ſi cognatis. ff. de reb. dub. Sed quo
6 niam hęc † limitatur, quando de contraria mẽ-
te teſtatoris apparet, optabant Domini bene
ſcire in facto, an illę filię tempore *conditi teſta*
menti habuiſſent filios, vel ne: quia tunc *intrae*
doctr. Bart. in d.l. ſi cognatis. & Socin. Iun. cõſ.
172. num. 28. lib. 2, cum infinitis, quæ poſſent
accumulari.

7 Præterea, cum ſint † ſubſtituti in certũ euen
tũ, ſi Symõ deceſſerit ſine liberis, ſufficit, quòd
ſint in rerum natura tempore purificatæ condi
tionis ſecundùm opin. Io. And. quem refert
Alex. conſ. 13. col. 3. lib. 4. Ruin. conſ. 158. num.
15. lib. 2. Et credebant ijdem Domini, quòd
habebat modicam difficultatem, ſi tamen pars
velit audiri ſuper eo, audiatur.

Maiorem difficultatem *videbantur facere*
8 ſtatuta † excludentia fœminas: quia, cum tunc
primo vocentur maſculi, & poſtea fœminæ, in-
trat dictum Socin. d. conſ. 113. lib. primo. & in
d. quidam rectè, quòd hoc caſu veniunt ordi-
9 ne ſucceſſiuo, quia teſtator, qui† cenſetur ſe cõ
formare cum diſpoſitione iuris communis, vo-
cando per nomen collectiuum, filios, vocat ma
ſculos primo, & deinde fœminas: vnde, ſicut fœ
minæ veniunt ordine ſucceſſiuo reſpectu ma-
ſculorũ, ita & maſculi reſpectu eorum matrũ.

Subdebant etiam ſubeſſe aliam difficultatẽ,
10 nempe quia omnes admittunt, quòd, quando
vocantur filij vnà cum patre per nomen colle-
ctiuum, etiam quòd non immineat neceſſitas
cauſatiua, taliter vocati veniunt ordine *ſucceſ*
ſiuo. Iaſ. in d.§. quidam rectè. Soc. num. 3. & 4.
& alij ferè omnes, ex quo Soc. ibi infert, quòd,
quando appellatione filiorum veniunt nepo-
tes, quia vocantur per nomen comprehendẽs
exiſtentes in diuerſo gradu, cenſentur vocati
ordine ſucceſsiuo. In quo caſu videntur verſa-
11 ri, quia, quando † ſumus in his, quæ commo-
dum, & honorem important, appellatione fi-
liorum veniunt nepotes; ergo videtur dicen-
dum, quòd propter iſtã rationem ſuccederent
ordine ſucceſſiuo, quod voluit Bald. & Io. Bap.
de Sancto Seuer. qui ſe ſubſcripſit conſ. Alex.
13. lib. 4. quę ſubſcriptio eſt inter conſ. Alex.
14. eodem lib. 4. & n. 4. Id firmat, quibus cõſ.
poſtea ſe ſubſcripſit Socin. in dicto conſ. 113.

Sed

Sed Socin.vtrobiq. & in d. §. quidã rectè.nu.
4.& d.conſ.113.reprobar hoc dictum,dicens,
quòd eſt contra communem intelligentiam
Doctorum, & re vera ita videtur.Quia,quãdo
Docto.exemplificant, ſemper dicunt,quando
ſubſtituit fratrem ſuum,& eius filios. Quia ta
men rationes non videntur benè euacuari, &
Socin. Iun.ibi num.36.relinquit cogitandum,
poſſet etiam hoc particulariter videri.Pro qua
verò portione vna pars non informat, licèt
12 regula ſit, quòd filij † vocati nomine collectiuo
vocentur in vnam partem,& non in viriles; in
13 hoc tamen caſu † propter illam clauſulã, æquis
portionibus,videntur ęqualiter vocati.l.interdum.
ff. de hæred.inſtit. Sed quia pars ſuper
hoc non informat, Domini non inſtiterunt,

Ariminenſis legati 400. Veneris. 24. Februarij 1574.

EPITOME.

LEgatarius particularis poteſt conuenire poſſeſſorem bonorum, quibus facta eſt reſtitutio fideicommiſsi vniuerſalis,etiam quòd extarent alia bona.

SVMMAE.

1 *Legatarius particularis poteſt agere ad ſuum legatum contra fideicommiſſarium vniuerſalem.*
2 *Clauſula,pro omni eo &c.intellectus.*
3 *Hæredis in electione quando eſt, antequam à particulare conueniatur, vel reſtituere ſolam hæreditatem, retento relicto particulari,vel totam hæreditatem.*
4 *Legata res particulariter non venit ſub hypotheca, quando illa res ſimpliciter eſt relicta,ſecus ſi res particulariter relicta eſt cum onere.*

DVBIVM.

An ex proceſſu conſtet, quòd extent alia bona per Petrumpaulum de Monticulis acquiſita, quàm palatium?Et dato quòd extarent,an d.Petruspaulus Bonamicus ſcut. 400. in quibus ſubſtitutus fuit à palatij poſſeſſoribus, petere poſsit in caſu,de quo agitur?

153. DECISIO. alioqui. III.

FVit reſolutum per Dominos concorditer, quoad primam partem dubij, non conſtare ex actis,quòd extent alia bona aliunde quęſita, & de hoc Domini non curabant, an extarent, vel non per ea, quæ ſequuntur.

Quoad ſecundam pariter concorditer dixerunt,quòd dato etiam quòd extarent alia bona,Bonamicus potuit cõuenire poſſeſſores palatij:quia eiſdem facta eſt reſtitutio fideicommiſſi vniuerſalis, vt aliàs eſt dictum, vnde in
eos transferunt omnes actiones paſsiuæ, & a-
1 ctiuæ,& legatarius † particularis contra huiuſ
modi fideicommiſſarium vniuerſalem poteſt
agere ad ſuum legatum.per trad.in l.fin. C.ad
Trebell.& quia ad eos transferunt omnia cum
onere ſuo,per plura vulg.

Nec debent conueniri filiæ Matthæi vltimo defuncti, quia iam,vt fuit in alia reſolutione vltimo facta dictum, fecerunt reſtitutionẽ vniuerſalem.

Nec obſtat, quòd dictis filiabus, & earum
matri remanſerint 97.tornaturæ terrarũ,item
quędam quantitas pecuniarum aſſignata eis in
laudo:quia fuit pro earũ legitima dote materna,
& aliis earum prætenſionibus.Et licèt dica-
2 tur,pro † omni eo &c. tamen Domini intellexerunt
pro omni eo,quod dictę filię, & earum
mater pro ſuo intereſſe prętendere poſſent, nõ
pro aliquo legato,& debito.Nõ enim cadit veriſimilitudo,
quòd filiæ pro intereſſe alieno cõcordarint,
cum maximè nullũ verbum de hoc
legato in ſpecie, nec eius vlla ſit habita mentio
inter contrahentes in dicto laudo, nec hoc
debitum legati vllo modo matri applicari poſſit,
quę principalis eſt cum dictis eius filiabus
in ipſo laudo.et,vt dixi,omnes Domini habuerunt
hoc pro alieno, & inueriſimili,

Alia motiua pro Monticulis non placuerũt Dominis,& in ſpecie non obſtat,quòd illud fideicommiſſum ſit nominatim iniunctum vltimo morienti:nam admittitur, vt hoc bene declarat Arer.conſ.154.num.14. verſ. ſed relinquitur pulchra dubitatio.

Dicebatur tamen, quòd hęc quęſtio ſit ad effectum,an poſſit detrahi legitima, vel ne, vt ibi
per Arer.vel ad effectum vt poſſit,vel non poſ
ſit detrahi Trebellianica, vt Docto. in d.l.fin.
& quoad hoc, vt ante factam reſtitutionem, ſi
fideicommiſſarius particularis agat, poſſit,vel
non poſsit ab hærede ſibi obijci, quòd ipſe nõ
tenetur,ſed quòd vult reſtituere hæreditatem,
& quòd fideicommiſſarius vniuerſalis tenetur
ipſe ad ſolutionem,ſed quòd facta reſtitutione
debeat agi contra hæredẽ grauatum, hoc non
dicitur.Imò Paul.de Caſt.& Corn.in d.l.fin.di
3 cunt,quòd etiam, † quando eſt nominatus, eſt
in electione hæredis, antequam à particulari
conueniatur, vel reſtituere ſolam hæreditatẽ,
retento relicto particulari,vel totam hæreditatem
reſtituere.

Cum

Cum igitur ipſi fateantur nihil poſſe petere virtute huius fideicõmiſſi ab ipſis filiabus, apparet integraliter factam eſſe reſtitutionem,& nihil penes filias,præter prædicta ipſis filiabus propter debita remanſiſſe. Et aliqui etiam ſubdebant, quòd imò eſt onus iniunctum bonis aliunde quæſitis,& ſic reale, per plura allegata in alia poſitione, quibus etiam aliqua nunc fuerunt addita, & in hoc nemo ex Dominis diſcrepabat. quod tamẽ eſt extra dubium præſens,& aliàs fuit in ſpecie reſolutum.

4 Non obſtat, quòd res † particulariter legata non veniat ſub iſta hypotheca, vt per gloſ.& Doct.ibi: quia hoc eſt verum, quando illa res ſimpliciter eſt relicta,ſecus ſi particulariter relicta eſt cum onere.gloſ.in d.l.prima.§.multis. in fi.hic autem eſt grauata: quia, cum ſint relicta bona aliunde quæſita iſtis de Monticulis, & de dictis bonis debeant ſolui iſta 400.neceſſariò dicendum eſt,quòd hæc bona ſint grauata iſto onere.

Alia deducta viſa ſunt vel non vera,vel non concludẽtia,& abſque difficultate. Igitur, cum lis ſit de paupere regno,nec diutius ſint defatigandę partes,mandarunt,vt cauſam expediam, cum iam ipſis Dominis ſatis conſtet de iuſtitia Boniamici.

Eſina bonorum. Veneris. 5. Martij. 1574.

EPITOME.

Filij quando cenſeantur vocati ſimul cum eorum matribus, uel ordine ſucceſsiuo?

SVMMAE.

1 *Statuto ſtante, quòd filiæ dotatæ non ſuccedãt, ſtantibus maſculis, filiæ dotatæ præteritæ non poſſunt impugnare teſtamentum ex capite præteritionis.*

2 *Filiæ præteritæ an, & quando rumpant teſtamentum, non obſtante, quòd ſint à ſtatuto ratione dotis habitæ excluſæ?*

3 *Statutum, quòd filiæ dotatæ non ſuccedant, ſtantibus maſculis, quando non intret?*

4 *Conditio, ſi deceſſerit ſine filijs, an comprehendat etiam filias?*

5 *Maſculinum etiam in conditione poſitum concipit fœmininum.*

6 *Dictio, tamen, eſt exceptiua, & aduerſatiua in iure, & in facto, quando eſt ſine copula.*

7 *Verba, ex æquis portionibus, important, vt pro virili, & ſimul, non autẽ ordine ſucceſſiuo filij ſint vocati. & n. 10.*

8 *Verba, quilibet eorum, important idem, quod æqualiter.*

9 *Qualitas adiecta in vna re pluribus copulatis in eadem oratione, ad omnes alias porrigitur.*

11 *Inſtituendi neceſſitas vbi concurrit, tunc cenſentur vocati nepotes ordine ſucceſſiuo, etiam ſi ſint vocati per copulam, & amplia, prout num. 12.*

13 *Filij iſto caſu cenſentur vocati ſimul cum eorum matribus, non autem ordine ſucceſſiuo.*

PRAESVPPOSITA.

Præſuppoſita clauſula teſtamenti, & ſtatuto, quorum copia detur. 1

Et quòd Sempronia, & Europa tempore teſtamenti non haberent filios. 2

DVBIVM.

An filij Semproniæ, & Europæ cenſeantur vocati ſimul cum earum matribus, vel ordine ſucceſſiuo?

154. DECISIO. alioqui. IV.

Domini in quæſtione propoſita ſtrictè ad ſtatutum,& teſtamentum agentes, in primis animaduertebant regulam eſſe, quòd ſtan-
1 tę † ſtatuto, quòd filiæ dotatę non ſuccedant, ſtantibus maſculis, filię dotatæ prętęritæ non poſſunt impugnare teſtamentum ex capite prę teritionis. Iaſ. in l. Gallus. §. & quid ſi tantũ. vbi teſtatur de communi. ſub num. 58. de lib. & poſthum. poſt Bald. Ang. Imol. & Alex. ibi ſub num. 16. & alios. vbi etiam Aret. Socin. & moder. Signor. cõſ. 153. ad fin. & conſ. 250. col. 3. cum plur. concord. latiſſimè congeſtis per Tiraq. qui etiã de cõmuni ſæpe teſtatur in tract. primogen. q. 53. num. 22.

2 Et licèt filiæ † præteritæ hoc caſu poſſint rumpere teſtamentum, ſi contingat, deficientibus maſculis, eas reintegrari à ſtatuto. iuxta *Bart.* in l. fin. nu. 5. ff. ad Tertull. & in conſ. 11. Bald. Caſtren. Aret. Alex. & Iaſ. in l. ſi quis poſthumos. ff. de lib. & poſthum. Tiraq. vbi *ſupra* nu. 24. cum pluribus cumul. per Gabriel. de ſtatut. concl. 4. num. 16. Tamen prędictis non atten-
3 tis, placuit † Dominis ſtatutum allegatum *non* intrare in caſu propoſito. Et conſiderabant Domini, quòd ſimpliciter ſtatutum non reintegrat fœminas, deficientibus maſculis: ſed limitatè tantùm, & in certo caſu, nempè deficientibus fratribus ſine filijs maſculis, cum filiabus tamen fœminis,& ſic eas vocat duobus cõcurrentibus ex defectu filiorum maſculorum, & exiſtentia filiarum fœminarum.

Et non ſolùm Domini perpendebant diſpoſitionem ſtatuti ibi. quibus fratribus deficientibus, poſt aditam hęreditatem ſine filiis maſculis, cum filiabus tamen fœminis ipſæ filiæ, vel

ſucceſ-

Digitized by Google

ſucceſſores reintegrentur ad ſucceſſionem: ſed
etiam conſiderabant, & ponderabant rationē
ſequentem ibi ad hoc, vt filiæ fœminæ, & ea-
rum deſcendentes non ſint deterioris cōditio-
nis, quàm neptes, & ſic limitata videtur prædi-
cta diſpoſitio ſtatuti ad certum illum caſum,
vbi adſūt neptes; vbi enim ipſę neptes nō adeſ
sēt, videtur ceſſare prędicta integratio ſtatuti:
at in quęſtione noſtra ſubſtitutio noſtra eſt ge
neralis, & vocantur Sempronia, & Europa, de-
ficiente filio ſine filijs legitimis, & naturalibus,
& ſic indiſtinctè, & in omni caſu, non autem in
caſu tantùm, quo non extarent filij maſculi, ſed
filię fœminæ iuxta terminos prædicti ſtatuti.
4 Illa enim † conditio, ſi deceſſerit ſine filijs,
de qua in teſtamento, de quo agitur, compre-
5 hendit etiam filias, & maſculinum † etiam in
conditione poſitum concipit fœmininum. ita
Ruin. conſ. 142. nu. 2. lib. 2. ex Io. And. & Butr.
in c. Raynaldus. de teſtam. Alex. conſ. 55. in
fin. vol. 3. Ruin. conſ. 36. ſub num. 8. lib. 3.
Facilè ergo ex prædictis reſolutum eſt, nos
eſſe extra caſum prædicti ſtatuti, in quo parti-
culariter Domini ponderabant dictionem, ta-
6 men, † quæ exceptiua eſt aduerſatiua in iure, &
in facto, quando eſt ſine copula, vt in quæſtio-
ne noſtra. Pariſ. conſ. 78. num. 2. & 3. lib. 1. &
conſ. 17. num. 20. eod. lib.
Secundo ad tollendum etiā, quòd ex aduer-
ſo dicitur, quòd hic poſſit conſiderari neceſſi-
tas cauſatiua ex prædicta reintegratione, vltra
ſuperiùs dicta, conſiderabāt, quod pariter ſunt
vocati filij Hieronymæ vxoris, in quibus im-
poſſibile eſt cadere huiuſmodi neceſſitatem,
vt aliquando ipſi rumpere poſsint teſtamen-
tum, vna ergo determinatio &c.
7 Tertio ad idē mouebātur ex verbis, ęquis †
portionibus, quæ ſemper viſa ſunt tollere om-
nem difficultatem, quę & important, vt, pro vi-
rili, & ſimul, non autem ordine ſucceſsiuo ſint
vocati. vulg. l. interdum. vbi Imol. Caſtren. &
Docto. cum quam pluribus alias allegatis. de
hęred. inſtit. Iaſ. in l. re coniunct. num. 43. de le
gat. 3. Caſtren. & Docto. in l. fin. C. de impub.
Ruin. conſ. 163. nu. 7. lib. 2. Afflict. deciſ. 309.
ſub num. 2. verſ. niſi ſit dictum æquè. Bero. in
c. Raynutius. num. 103. de teſtam. cum plur. ſi-
8 mil. ſicut in ſimili, verba, † quilibet eorū, & hu-
iuſmodi important, id eſt æqualiter. Butr. conſ.
29. num. 2. cum plur. ſimil.
Quarto ad hoc ipſum allegabant aliqui ex
9 Dominis conſ. Dec. 92. num. 2. quòd qualitas †
adiecta in vna re, pluribus copulatis in eadem
oratione, ad omnes alias porrigitur. not. Bart.
per illū text. in l. Seię. §. Caio. de fund. inſtruc.
idem Bart. in l. ſi ita ſtipulatus. §. Chriſogonus.
col. 3. de verb. oblig. & in l. ſi legatarius. §. fin.
per illum tex. de lega. 3. Aequaliter enim om-
nes incluſi determinari debent, vt per eum. &
ita etiam dictum aliàs fuiſſe reſolutum in vna
Camerinen. hęreditatis coram Domino Grop
perio die 19. Octobris 1571. huiuſmodi ver-
10 ba, † æquis portionibus, referri pariformiter
ad omnes, & inducere ęqualitatem. Ex quibus
ceſſant tradita per Bart. Alex. Iaſ. & omnes
in d. §. quidam rectè. per Alex. conſ. 24. num.
5. lib. 3. Dec. conſ. 284. Crot. deciſ. Pedemont.
& alios plenè cumulatos per Iul. Clarum in §.
teſtamentum. q. 80. verſ. quando inter eos. quę
11 eſt ſecunda concluſio, cū plur. vulg. quòd, vbi †
concurrit neceſſitas inſtituendi, tunc cenſean-
tur vocati nepotes ordine ſucceſſiuo, etiamſi
ſint vocati per copulā, &: quia, vt dixi, eſt ſub-
lata prædicta neceſſitas ex tribus prædictis
12 rationibus. Et placuit in caſu propoſito etiā †
non conceptos tempore teſtamenti, & naſcitu-
ros cenſeri vocatos, qui tempore purificatę cō
ditionis extarent, ex dictis per informantes.
13 Ex quibus omnibus firmatum eſt filios †
Semproniæ, & Europæ cenſeri ſimul voca-
tos cū eorum matribus, non ordine ſucceſſiuo.
Reſeruarunt tamen Domini videre, an ex eo,
quòd prædicti filij ſunt vocati ſub nomine col
lectiuo, æqualiter ſuccedant in caſu propoſito,
ſi tamen pars ſuper hoc velit audiri, in quo Do
minis parum dubij videbatur reſtare in hac ip-
ſa ſpecie facti, ex d. l. interdum. ad literam iun-
ctis ibi trad. per omnes, & d. conſ. Ruin. 163. nu.
7. in his ferè terminis cum plur. concord. audia
tur. Si tamē ex aduerſo aliquid releuans dedu
catur Domini guſtabunt, & maturiorem ſuper
hoc ad partes capient reſolutionem.

Foroliuienſis hæreditatis. Lunæ. 21. Iunij 1574.

EPITOME.

Legata pia in ſecundo teſtamento, relicta, ſi abſorbeant maiorem partem facultatum, teſtamentum dicitur ad pias cauſas, alioqui non item.

SVMMAE.

1 *Legata eccleſiis, vel quomodocumq. in pios vſus, vel amore Dei, dicuntur ad pias cauſas.*

Dotes

2 *Doles relicta puellis amore Dei, quamuis non conſtet eas eſſe pauperes, dicitur relictum ad pias cauſas.*
3 *Relinquere pro anima, & amore Dei, idem eſt.*
4 *Teſtamentum in genere poteſt conſiſtere ſine legatis.*
5 *Legatum eſt pars ſubſtantialis teſtamenti.*
6 *Teſtamenti appellatione non ſolùm inſtitutio hæredis, ſed etiam legata veniunt.*
7 *Teſtamenti ius an ſit ad pias cauſas, vel ne, non ex legatis, ſed ex inſtitutione metimur.*
8 *Teſtamentum conſiſtit in inſtitutione hæredis verè, & propriè, non in legatis.*
9 *Legata pia non debentur, hæreditate non adita.*
10 *Teſtamentum valet etiam ſine inſtitutione fauore legatorum ad pias cauſas, intellige, prout num. 11.*
12 *Legata aliquando ex priuilegio conſeruantur, infirmata inſtitutione, & teſtamento.*
13 *Legata pia valent, etiam hæreditate per extraneum inſtitutum non adita.*
14 *Inſtitutus in vſufructu, quando in totum ſit hæres per ius accreſcendi?*
15 *Teſtamentum morte confirmatur.*
16 *Legata pia in teſtamento relicta, ſi abſorbeant maiorem partem facultatum, teſtamentum dicitur ad pias cauſas, alioquin ſecus.*

PRAESVPPOSITVM.

Preſuppoſitis primo, & ſecundo teſtamentis d. Lucretiæ, quorum in neceſſarijs copia Dominis detur. 1

DVBIVM.

An ſecundum teſtamentum poſsit dici factum ad pias cauſas?

155. DECISIO. alioqui. V.

Domini in quæſtione propoſita, an ſecundum teſtamentum poſſit dici factum ad
pias cauſas, in quo plura ſunt relicta pijs locis,
inſtituto marito, fuerunt varij, aliqui enim ſentiebant pro affirmatiua, aliqui pro negatiua.
Pro affirmatiua allegabatur Tiraquell. in
tract. piæ cau. vt per informantes. Tritũ enim
1 eſt legata † eccleſijs, vel quomodocumque in
pios vſus, vel amore Dei dici ad pias cauſas. Et
2 licèt in ſpecie in† dotibus 300. relictis quibuſ-
dam puellis aliqui dubitarent, an eſſet diſpoſi-
tio ad pias cauſas, cum non conſtet illas puel-
las fuiſſe pauperes; quia tamen amore Dei id
dicitur relinqui, exiſtimabatur relictum dici ad
pias cauſas, Tiraq. vbi ſupra. 1. verſ. & relictum
3 pro anima quaſi idem † importet relinquere
pro anima, & pro amore Dei, vt videtur velle
Abb. in rub. de teſtam. ſub num. 9. verſ. & ſcias
primo. Rom. conſ. 69. num. 1. & 2. comproban
do ex Caſtren. conſ. 163. num. 2. & 4. lib. 2. vbi
hæc priuilegia non locis, ſed cauſis attributa
ſunt, ex quibus credebant ſecundum teſtamen
tum, de quo agitur, dici ad pias cauſas.
Nec prædictis dicebant obſtare teg. §. ante
hæredis. Inſtit. de lega. quòd teſtamentum cõ-
ſiſtat in inſtitutione hæredis: quia dicebant il-
4 lud procedere in teſtamẽto in genere, quod †
poteſt conſiſtere ſine legatis. l. 1. §. qui neque.
ff. de hæred. inſt. cum ſimil. ſumendo autem te
ſtamẽtum, vti iam deductum eſt, ineſſe cum le
5 gatis, cum legata † ipſa dicantur pars ſubſtan-
tialis teſtamẽti. Docto. in rubr. de lega. 1. hinc
6 teſtamenti † appellatione non ſolùm *inſtitu-
tio* hæredis, ſed etiam legata veniunt. *Bald. in l.*
quærebatur. verſ. item nota. per illum text. de
milit. teſtam. Natt. conſ. 484. num. 10. & 11.
Pro negatiua, & contraria parte alijs Domi
nis placebat dictum Bu. in c. quod clericis. col.
pen. verſ. ideo puto, quòd ſi laicus inſtituta ec-
cleſia. de for. comp. & Salyc. in alleg. Auctem.
caſſa. num. 7. C. de ſac. ſanct. eccle. Socin. conſ.
7 115. num 7. in 4. vbi non † ex legatis, ſed ex in-
ſtitutione metimur ius teſtamẽti, an ſit ad pias
cauſas, vel nõ. Et placebat vulg. reg. teſtamen-
8 tum † conſiſtere in inſtitutione hæredis verè, &
propriè, non in legatis l. 2. §. fin. ff. *ſi quis omiſſ.*
cau. teſtam. l. ſi nemo. de teſtam. tut. cum plur.
concord. Caſtren. conſ. 284. verſ. quinto, & vl-
timo, & verſ. conſtat. vol. 1. Hinc dicebant le-
9 gata † pia non deberi, hæreditate non adita, vt,
poſt Salyc. in l. 1. q. 13. n. 18. C. de ſac. ſanc. ec-
cle. plures cumulat, & cõmunem refert Alex.
conſ. 209. ſub num. 16. latè. vol. 2. pariter com-
munẽ refert Iaſ. in d. l. 1. nu. 34. C. de ſac. ſanc.
10 eccle. Et licèt valeat † teſtamentum etiam ſine
inſtitutione fauore legatorum ad pias cauſas,
11 vt per Tiraq. priuil. 15. tamen † non ideo *eſt*,
quia teſtamentum ipſum dicatur ad *pias cau-*
ſas, ſed quia legata ipſa ſunt ad pias cauſas, &
eorum fauore tunc conſeruatur teſtamentum.
12 Aliquãdo † ex priuilegio conſeruantur *legata*,
infirmata inſtitutione, & teſtamẽto: iuxta trad.
in Aucten. ex cauſa. C. de lib. præter. facit *l. pri-*
ma. cum tot. tit. ff. de lega. præſt. cum *ſimil. Et*
pro confirmatione dictorum per Butr. & Sa-
lyc. vt ſupra placebat etiam conſ. Socin. 5. nu.
11. lib. 3. ad idem Alex. conſ. 177. viſo thema-
te. nu. 6. verſ. ſed vbi eſt inſtitutus laicus. vol.
2. idem Alex. conſ. 209. ſtatutis accuratè. col.
4. ſub num. 15. verſ. poſſet & tertia ratione ex-
cludi. lib. 2. Allegabatur etiam Iaſ. in l. hac con
ſultiſſima. §. ex imperfecto. col. 3. verſ. *in caſu*
autem contrario. C. de teſtam.
Quia tamen alij Domini dicebant eſſe in cõ
trouerſia prædictum dictum, an legata ad pias
cauſas corruant, inſtituto extraneo ex teſtamẽ

to im-

Digitized by Google

to imperfecto? vt per Tiraquell. de pia. cau.
priuil.2.col.2.verſ. intellige item in teſtamen-
to.iunct.verſ.contrarium. Et dicebant contra-
riam opinionem tenere Anan.conſ.28.num.6.
Rub.Alex.conſ.72.num. 5. vbi plures pro hac
parte congerit. facit Calderi. de conſtit.conſ.
fin. & hanc opinionem ſequi videtur Brun. de
potentia formę. limitatione 31.quem cum plu-
ribus alijs refert Couarr. in c.relatum. num. 3.
de teſtam. qui reprobat prędictam doctrinam
Butr.& Saly c.Quod videbatur comprobari ex
eodem Couuar.in c. Raynaldus.§.3.num.11.
13 vbi tenet legata † pia valere, etiam hęreditate
non adita per extraneum inſtitutum. ad idem
allegabatur conſ.Anchar.144.num.2. Ex qui-
bus hoc negocium non ſatis apertum: ſed va-
rium,& dubium Dominis videbatur, cum ma-
ximè etiam aliqui dicebant poſſe dubitari, an
primũ teſtamentum verè ſit dicendum ad pias
cauſas.quia videtur inſtituta perſona extranea,
Hinc videtur hoc negociũ reduci ad illam dif-
ficilem quæſtionem, de qua per Doct.in l.id,
quod pauperibus.C.de epiſc.& cler. & Alber.
in l.ſi filius à patre.ff.de lib.& poſthum. & in l.
extraneum.C.de hære. inſtit.in qua afferuntur
multę,& varię diſtinctiones,vt poſt Rom.conſ.
162.ſub num.2.& 3.lib.2.qui tenet, quòd inte
14 rim perſona † inſtituta in vſufructu,in totum ſit
hæres per ius accreſcendi, quem ſequitur Iaſ.
in d.l.extraneum.num. 6.in 3. limit. In qua re
Apoſt.ad Alex.in d.conſ.162.tenet contrariũ,
quòd imò interim vxor inſtituta,vt ſupra, ſit
legataria. Quæ tamen difficultas vltima in caſu
propoſito videtur ceſſare, cum perſona inſtitu
ta in primo teſtamento obierit ante mortem
15 teſtatoris,& prædictum † teſtamentum, quod
morte confirmatur, vires videatur ſumpſiſſe à
pia cauſa ſubſtituta.

In hac igitur varietate, & difficultate æ-
quior opinio viſa eſt, & placuit Dominis, vt
16 videretur in facto, an † legata pia in ſecundo
teſtamento relicta abſorbeant maiorem partẽ
facultatum: quia pars de Orſellis videtur ſup-
ponere, quòd tota penè ſubſtantia ſit diſtribu-
ta in huiuſmodi legatis pijs. quod ſi eſt verum,
placuit teſtamentum ſecundum dici ad pias
cauſas inſpecto effectu, alioquin ſecus.

Pro hac ſententia ſatis placuit conſil. Dec.
504.ſub num.3.poſt Bald.in l.auia.§.Titio.de
cond.& demonſt.per illum tex.per Caſtren.in
l.1.§.ad municipium.in fin.ff. eod. Rom. conſ.
206.in fin.& in repet. Aucten. ſimiliter. in 40.
ſpeciali. C. ad leg.falcid.in fin. num. 101. verſi
item attende. Socin.conſ.49.col. fin.verſ.con-
firmo.num.13.lib.4.quæ videntur comproba-
ri ex trad.per Aret.conſ.67.ſub nu.10. in quin
to dubio,& per Iaſ.in l.Marcellus.num.34.ad
Trebell.

Ciuitatis Caſtelli ſupplementi legitimæ,& dotium. Mercurij 24. Nouembris 1574.

EPITOME.

Legitima, vel eius ſupplementum debetur ſecundùm quantitatem bonorum exiſtentium tempore mortis teſtatoris non æſtimandorum ſecundùm valorem illius temporis, quo præſtãtur, & indiſtinctè attendi debet & quãtitas, & valor bonorũ tempore mortis, nec nocet, ſi poſtea valor mutetur.

SVMMAE.

1 *Legitima, vel eius ſupplementum quo tempore, & valore debeatur? & num.9.*
2 *Legitima non augetur, etiam quòd bona augeantur poſt obitum teſtatoris ſiue induſtria hæredis.*
3 *Leges loquentes de legitima debita patrono, habent etiam locum in legitima debita filio.*
4 *Serui augent hæreditatem ad fauorem legatariorum, qui habent ſecundùm voluntatem defuncti, legitima autem detrahitur contra voluntatem defuncti.*
5 *Intellectus ad l.etiam.§ fin. & l ſi patronum ex debita. §. fin.de bon libert.*
6 *Legitima debetur de bonis, & corporibus hæreditarijs, & dicatur quarta bonorum, non autem hæreditatis.num.7.*
8 *Legitima an ſaltem dicatur quota hæreditatis?*
10 *Repletionem fieri ipſo iure in augmento legitimæ eſt verum, ſed ſecuta petitione.*

DVBIVM.

An d. Titta,& litis conſortes in bonis per q. Ioannã, & nunc per Ludouicum de Fidantijs,& litis conſortes poſſeſsis,& per eos non venditis conſequi debeant eorum legitimas, vel earum ſupplementa ſecundũ quantitatem dictorum bonorum exiſtentium tempore mortis dictæ Ioannæ æſtimandorum ſecundùm valorem illius temporis, quo pręſtatur, vel indiſtinctè attendi debeat & quantitas,& valor bonorum huiuſmodi exiſtentium tempore mortis dictæ Ioannæ?

156. DEICISIO, ſeu Diſcurſus. alioqui. VI.

Domini dicebant videri multùm difficile
decidere hanc quæſtionem ex auctorita-
1 tibus. Nã pro † informãte tenet Corn.& Curt.

Iun. in conſilijs alleg. quibus addebant Ber-
tran. qui hoc bene dicit conſ. 141. num. 15.
cum ſeq. in prima ſecundi. poſſet etiam fortè
addi Bald. relatus à Fabio in Aucten. nouiſſi-
ma. C.de inoffic.teſtam. vbi dicit, quòd quoad
quantitatem bonorum inſpicitur tempus mor
tis, quoad qualitatem tempus petitionis.

Contrariam opinionem latiſsimè tenet, vbi
hũc articulum ex propoſito tractat, Curt. Sen.
qui refert eam eſſe communem conſ.vlti.num.
30. & per totum Iaſ.in d. Aucten. nouiſſima.
num. 5. C.de inoffi.teſtam. ibi ſub num. 6. vbi
dicit, quòd nemo diſcrepat. Pariſ.conſ.45.nu.
31.cum ſeq. lib.2. Bertran. conſ. 418.num.3.
lib.7. hoc idem videtur velle Natt. conſ. 156.
num.6.Port.conſ.93.num.97.Crot.conſ.120.
num. 15. vbi refert conſ.Curt.Sen.quem etiã
refert Rip.in l.in quartam.num. 46. ff.ad l.fal-
cid.cum quibus poſſet fortè iungi Alex. conſ.
103.num.15.lib.2.vbi dicit, ſatis eſt, quòd fi-
lius habeat legitimam ſuam de bonis, quæ ha-
bebat pater tempore mortis ſuæ, inſpecto ſta-
tu, & qualitatẽ, in quo, & in qua ſunt bona tem
pore mortis ipſius patris. Quæ opinio cõpro-
2 batur ex illa receptiſſima ſentẽtia, quòd etiã, †
quòd bona augeantur poſt obitum teſtatoris
ſine induſtria hæredis; non tamen augetur le-
gitima.l.etiam.§.fin.l.ſi patronum ex debita.§.
3 fin.ff.de bon. lib. Quæ leges etiam quòd † lo-
quantur in legitima debita patrono, habent lo
cum etiam in legitima debita filio, vt per Paul.
de Caſtr.num.4.Alex.num.6.& Hercul.in l. in
ratione. ſecunda.ff.ad leg.falcid.Crot.in l. fra-
ter à fratre.nu.42.cum ſeq. ff. de cond. indeb.
Socin.conſ.22.in fin. lib. 3. Et licèt in contra-
rium faciat tex.in l. ſerui qui apud hoſtes.ff.ad
4 leg.Falcid.vbi dicitur, quòd ſerui † augent hæ-
reditatem ad fauorem legatariorum, qui habẽt
ſecundùm voluntatem defuncti; legitima autẽ
detrahitur contra voluntatem defuncti: quæ
ſolutio fuit etiam Salyc.in l.ſcimus.§.repletio-
nem. in verſ. in contrarium 6. C. de inoff. te-
ſtam. quam opinionem, & ſolutionem ſequitur
Afflict. deciſ. 382. & in effectu eſt indubitata
regula, quòd inſpicitur tempus mortis. Rip.in
c.cum M. ſub num.38.arbitror opin. Bald. Ca-
gnol.in §.4.l.Papinianus.in 5. pręmiſſo. nu. 8.
qui plurimos refert.ff.de inoff. teſtam. Iaſ.in l.
quod Seruius. ff.de cond.ob cauſ. vbi teſtatur
de magis communi ſub num.12.verſ.ſed com-
munior opinio.

Sed iura, & auctoritates iſtæ non bene vi-
5 dentur applicari huic quęſtioni: quia † d.l.etiã.
& d.l.ſi patronũ ex debita.§. fin. loquuntur de
augmento extrinſeco, quando bona ipſa augẽ-
tur, vt tunc inſpiciatur tempus mortis quoad
ipſa bona, ſed quoad valorẽ auctum, eiſdẽ bo-
nis in eodem ſtatu remanentibus, videtur fortè
alia ratio, vt non in ea pariter attendatur tem-
pus mortis, & iſtud eſt, quod dicunt Curt. Iun.
& Bertr.

Diuerſitas rationis in valore videtur lique-
re ex hoc: quia ſi legitima debetur de corpori-
bus, & bonis hæreditarijs, quia corpora, & bo-
na ipſa, quæ ſola debentur, videntur eſſe in in
obligatione, non autem valor, qui verè & prin
cipaliter non videtur deberi: legitima enim
6 vt eſt notum, debetur † de bonis, & corpori-
bus hęreditarijs. l. Papinianus.§.4.ff.de inoff.
7 teſta. & dicitur † quota bonorum, & non hęre-
ditatis. licèt in hoc ſit difficultas apud Docto-
8 res, an † dicatur ſaltem quota ſucceſſionis, quia
legitimam videtur habere filius, vt hęres. Tira-
quell. de iur.primog.q.35.num.10. licèt alij di
ſtinguant quoad ęs alienum, & quoad ſucceſ-
ſionem. Et in ſumma inclinabant Domini ex
9 prædicta ratione tempus † mortis debere attẽ
di reſpectu bonorum, & corporum hæredita-
riorum, non autem reſpectu valoris: quia, ſi de
corporibus, vt dictum eſt, legitima debet detra
hi, non videtur afferri ratio, cur augmentum
proueniens ex illo corpore debito, non cedat
lucro ipſius legitimę, vt bene ſentit Bertran. n.
15.& 16. Et huic motiuo dicebãt, quòd Curt.
Sen. nõ bene videtur reſpondere, licèt pro re-
ſponſione dicat, quòd ita ſtatutum eſt per illas
ll.& quòd argumentis non eſt vtendum &c.
Quæ tamen leges non loquuntur in iſtis termi
nis particularibus.

10 Illud, quod dicitur, quòd repletio † fit *ipſo*
iure. d. §. repletionem in augmento *legitimæ*
eſt verũ, ſed ſecuta petitione Tiraquell. in l.ſi
vnquã. in verb. reuertatur. nu. 14. C. de don.
pleniùs Menoch.conſ.77.nu.23. Et propterea
ſtantibus difficultatibus prædictis Domini ni-
hil reſoluerunt. ſed dixerunt videndum eſſe
vel, an ex facto, & ratione morę hæc *quæſtio*
decidi poſſet, vel quòd viderentur rationes hu
ius opinionis.

Eſina Bonorum. Mercurij 27. Apri-
lis 1575.

E P I T O M E.

SVbſtitutio in hoc caſu nõ eſt omni
tempore fideicommiſſaria, ſed in-

tra

tra pupillarem ætatem omnino eſt pupillaris, quæ matrem excludit.

S V M M AE.

1 *Compendioſa ſubſtitutio quæ dicatur?*
2 *Compendioſa per quæ verba facta cenſeatur, an per merè directa, an per directa, & communia?*
3 *Bart. doctrina in l. centurio in quarta quæſtione num. 38. de vulg. & pupill. declaratur.*
4 *Compendioſa facta per verba directa intra tempus pupillaris ætatis valet iure directo, & mater excluditur, & poſt pupillarem expirat in totum ex communi.*
5 *Subſtituo, verbum eſt commune.*
6 *Subſtitutio interpretari debet directa, vbi non eſt neceſſitas, vel ratio obliquandi.*
7 *Obliquationis duo caſus adducuntur.*
8 *Clauſula codicillaris facit, vt verba directa trahantur ad fideicommiſſariam.*
9 *Teſtator relinquens aliquid vxori, & decedente filio, ſi facit ſubſtitutionem compendioſam per verba communia, mater excluditur, & quare?*
10 *Subſtituta quando eſt perſona veriſimiliter magis dilecta, quàm ſit vxor, tunc ex iſta coniectura ſub compendioſa facta verbis communibus comprehenditur pupillaris etiam ad matris excluſionem.*
11 *Dictio, ſibi, refertur ad teſtatorem, non autem ad filium, cui facta fuit ſubſtitutio. intellige, prout num. 12. 14. et 21.*
13 *Suſtitutio compendioſa quando facta eſt poſt tempora pupillaris ætatis, an obliquetur, & non expiret?*
15 *Subſtitutiones optimè interpretantur ex coniecturis, & præſertim ex affectione, vel ex modo, quo ſunt plures vocati.*
16 *Filia vnà cum matre ſubſtituta iniquum videtur, & à veriſimili mente teſtatoris valdè alienum, vt ad minus cenſeantur vocata, quàm ipſa mater.*
17 *Verbum, ſibi, an filio, vel teſtatori applicetur?*
18 *Subſtitutio reſtringitur ad bona teſtatoris, nam recipit interpretationem ab inſtitutione.*
19 *Verbum, ſuis, quomodo intellectum eſt.*
20 *Argumenta voluntatis colligitur ex geminatione pupillaris in compendioſa contenta, & matrem excludit, vel quando filij prædilecti ſunt ſubſtituti, vel quando eſt facta per verba directa.*
22 *Mater excluditur per pupillarem in compendioſa contentam, quando probabilis coniectura ſubeſt.*
23 *Gloſa vbi ſunt contrariæ, vel materia eſt dubia etiam ad excluſionē matris, maximè cum ſumus inter liberos, iudicandum eſt in dubio pro directa ſubſtitutione.*
24 *Subſtitutio in hoc caſu non eſt omni tempore fideicommiſſaria, ſed intra pupillarem ætatem omnino eſt pupillaris, quæ matrem excludit.*

D V B I V M.

An ſubſtitutio facta Ioanni Sancti, de qua in teſtamẽto, cuius copia in neceſſarijs datur, fuerit omni tempore fideicommiſſaria?

157. DECISIO. alioqui. VII.

VIdetur indubitatum, quòd in quæſtione
1 propoſita ſumus in † compendioſa. c. 1. de teſtam. in 6. &c. ſed poteſt eſſe dubium, per
2 quæ † verba facta fuerit, an per verba merè directa, an per verba directa, & communia. Bart. in l. centurio. in 4. q. num. 38. de vulg. & pupill. conſtituit differentiam, & videtur velle, quòd vtrumque verbum retineat ſuam naturam, & Bart. ibi ſequuntur omnes, vt teſtatur Ruin. & idem vult Dec. conſ. 371. col. fin. ſub num. 8. idem Ruin. conſ. 17. num. 16. & 17. & conſ. 103 num. 13. in fin. cum ſeq. lib. 2. Rolan. conſ. 68. ſub num. 55. lib. 4.

3 Sed hæc † doctrina ſecundùm Dominos procedit, quando fit ſubſtitutio cum duabus orationibus, vt puta, quando dicitur, ſubſtituit, & hæredes eſſe voluit: ſed, quando fuit ſimpliciter, & vnica oratione dictum, ſubſtituit hęredes, hæc verba ſumũtur abſolutè pro directis. Bal. in l. precibus, C. de imp. n. 45. Cuman. cõſ. 2. col. fin. Ruin. cõſ. 98. col. 1. vol. 2. Ang. conſ. 101. col. 1. Iaſ. in l. centurio. num. 59. quibus addebatur Pariſ. conſ. 41. num. 10. lib. 2. Cũ itaq.
4 ſimus † in compendioſa facta per verba directa, communis eſt concluſio, quòd intra tempus pupillaris ætatis valeat iure directo, & ꝙ mater excludatur. Imò eſt communis opinio, ꝙ poſt pupillarem expiret in totum per l. verbis ciuilibus. de vulg. de cõi Rip. in d. l. centurio. num. 69. Galiaul. n. 262. In qua quæſtione Doctores non diſtingunnt, an mater ſit in medio, vel ne. Dominicus igitur, & litis conſortes videntur habere fundatam ſuam intentionem ſuper iſta communi opinione.

Pro parte Hieronymæ dicitur primo, quòd
5 ſumus in verbo, ſubſtituo, quod † eſt commune. Quod non habet difficultatem, & ideò licèt ratione adiuncti prędictum verbum, ſubſtituo, efficiatur directum, vt ſupra; tamen hoc non eſt verum in caſu propoſito, in quo apparet, quòd teſtator, dum in ſequẽti ſubſtitutione ſubſtituit vxori, ſubſtituit etiam eodem modo, & per illud ipſum verbum, ſubſtituit hæredem. vnde, cum teſtator in ſequenti ſubſtitutione acceperit prædicta verba in ſenſu obliquo, debet capi pariter in eodem ſenſu obliquo in prima ſubſtitutione.

Sed pro reſponſione primo aliqui Domini dicebant prędicta verba ſecunda ſubſtitutionis poſſe etiam capi in ſenſu directo, reſpectu vulgaris in ea contentę per vulg.

Secundo dato etiam, quòd omnino ſtarent in ſenſu obliquo in quęſtione propoſita, huiuſmodi interpretatio non viſa eſt conueniens, nec placuit Dominis contra veram, & propriã
6 ſignificationem verborum. Vbi † enim non eſt

neceſsitas,vel ratio obliquandi,ſubſtitutio de-
bet interpretari directa.Bald.in l.ſi quis ita.de
vſufr.cum ſimil. hic autem militat diuerſa ra-
tio,& nulla ratio, vel neceſſitas ſuadet, quare
debeamus recedere à proprietate verborum,
vt ex infra dicendis videtur demõſtrari poſſe.

Quòd ſit diuerſa ratio,patet,quia, ibi ratio-
ne impotẽtię obliquatur, quia teſtator non po
teſt ſubſtituere extraneo pupillariter,& ſic nec
Hieronymæ vxori, hic autem videtur ceſſare,
cur fiat obliquatio.

Nam aduertebatur poſſe ex aduerſo allega-
7 ri duos † caſus obliquationis, quorum neuter
intrat in quæſtione noſtra.

Primus eſt, quia ſtante prædicta communi
opinione,huiuſmodi ſubſtitutio poſt pupillarẽ
ætatem expirat, & ſic defraudatur mens teſta-
toris,ſi non fiat obliquatio . Sed hic caſus non
8 videtur intrare, quia fuit adiecta clauſula † co-
dicillaris, quo caſu verba directa trahuntur ad
fideicommiſſariam,& limitatur prædicta com-
munis opinio, & per eundem Rip.in d. l. cen-
turio,num.79.Galiaul.num. 294. Bart. & alijs
in l.verbis ciuilibus. ff.de vulg. & pup. quam-
uis Curt.Iun.in d.l. precibus.ſub nu. 54. verſ.
prima princip. fallen. videatur tenere contra-
rium, qui tamẽ teſtatur limitationem eſſe com
munem.

Secundus caſus, qui ex aduerſo allegari po-
teſt, cur fiat obliquatio, eſt,ne mater excluda-
tur à luctuoſa filij ſucceſſione.d.l. precibus,&c.
Sed & iſta ratio ceſſat in caſu noſtro,quia ipſa-
met mater erit per pupillarem ſubſtituta,& cõ
ſequenter non eſt excluſa, & in iſto caſu non vi
detur,quòd aliquis ex Doctoribus loquatur.

Cũ ergo Hieronyma mater reperiatur ſub-
ſtituta, videtur,quòd ceſſet ratio omnium Do-
ctorum, Et licèt fortaſse conſequeretur minus,
quàm legitimam, hoc eſt ex accidenti, & ſatis
eſt,quòd teſtator diſponit de eo, in quo voluit
9 ipſam ſuccedere. Si enim,quando † teſtator re-
linquit aliquid vxori,& decedente filio, facta
eſt ſubſtitutio compendioſa per verba commu
nia,mater excluditur, quia clarè conſtat,quòd
teſtator ſibi noluit relinquere.Bald.à Rip. alle
gatus:tanto magis videtur,quòd procedat,vbi
ipſamet eſt filio ſubſtituta, & in iſtis terminis,
vt dixi,non videtur, quòd aliquis loquatur; ma
ximè quia vnà cum ipſa vxore ſunt inſtitutę fi-
lię teſtatoris,quas ſaltẽ in ea parte,in qua ſub-
ſtituit,veriſimiliter teſtator prędilexit vxorẽ,
10 Vnde,quando † eſt ſubſtituta perſona veriſimi
liter magis dilecta, quàm ſit vxor, tunc ex iſta
coniectura ſub compendioſa facta verbis com-
munibus, comprehẽditur pupillaris, etiam ad
matris excluſionem. Et hanc eſſe communem,
quicquid aliqui ſenſerint,refert Rip. in d.l. cen
turio.num.137. vbi citat plures.quod compro
batur ex ijs, quæ ponit Ruyn.conſ. 121.num.
2.lib.3.& conſ.149. num.11.lib.3.

Secundo pro Hieronyma facit dubiũ, quòd
11 illa † dictio,ſibi,refertur ad teſtatorem,non au
tem ad filium,cui facta fuit ſubſtitutio, vt in ter
minis dicit Curt.Iun.conſ.139. num.12. Pariſ.
conſ.51.num.33.lib.3. Ruin. conſ. 103. num.
14.& 15.plura Rolan.d. conſ.68. n.46.cũ ſeq.
Vnde, ſi teſtator ſubſtituit ſibi, ergo non fecit
pupillarem, quia per eam ſucceditur ſibi, & nõ
pupillo &c. Reſpondetur pro parte Dominici,
12 quòd illud verbum,† ſibi, in hoc caſu abijcitur
ſecundùm tex.in l.1.ff. de vulg.& pupill.& in l.
ſi ita.§.qui filio.ff.de bono.poſſ. ſec. tab. cũ ibi
not. per Bart. Sed replicatur, quòd ea omnia
procedunt, quando eſt facta mentio explicitè
pupillaris ætatis. Ruin.conſ. 103. num.19. lib.
2.Dec.conſ.371.prope fin.Soci. Iun. conſ.103.
num.19.vol.2.Rolan, d. conſ.68.num.57. Sed
& hoc patitur difficultatem, quia, vt animad-
uertebant Aret.in l.1.ff.de vulg.& pup. col.3.
& 4.& Socin.ibi num.11.qui videntur atteſta-
ri de communi, quando compendioſa eſt facta
per verba directa, non debet fieri hæc diſtin-
ctio. De quo tamen dubitabant propter doctri
nam Bald.in d.l.precibus, num.35 .& Paul. de
Caſt.ſub num. 14.qui voluerunt, quòd, quan-
13 do † ſubſtitutio compendioſa facta eſt hoc mo
do poſt tempora pupillaris ętatis,non expirat,
& ſic nõ procedit tex.in d.l.verbis ciuilibus.ſed
obliquatur. Quam opinionẽ etiam alij plures
tenuerunt,licèt aliqui è contra ſenſerint, quos
refert Caceial.in l.precibus.num.54.& Curt.
Iun.num.57.verſ. quinto principalis, qui am-
bo relinquunt cogitandum. Et primam opinio
nem videtur amplecti etiam Alciat. l. 1. ff. de
vulg.& pup.col.fin.num.167.In fin. num. 168.
Si enim hęc opinio eſt vera,ſequitur, quòd hęc
verba non retineant naturam verborum dire-
ctorum, ſed reducuntur ad ſenſum verborum
communium,vnde,vt dixi, hoc fundamentum
videbatur dubium.

Addebatur per Dominos alia reſponſio ad
14 prædictum † verbum,ſibi,ex ſupradictis,nem-
pè quòd allegata in cõtrarium non procedũt,
concurrentibus prędictis vrgentibus coniectu
15 ris. Certũ namque eſt, † quòd ex coniecturis,
& in ſpecie ex affectione, vel ex modo, quo
ſunt plures vocati,optimè colligitur interpre-
tatio ad ſubſtitutiones. Socin. Iun.135. vol. 1.
num.

nu.4.5.& 6.Ruin.128.num.19.vol.2.Cuma.
conſ.2.col.fin.ſub num.8. ibi,niſi ſit alia conie-
ctura in contrarium.cum plur. concord. Stãte
enim,quòd mater non ſit excluſa, ſed ſubſtitu-
ta, item quòd ipſęmet filię vnà cum matre ſint
16 ſubſtitutæ:quas iniquum † videtur, & à veriſi-
mili mente teſtatoris valdè alienum, vt in mi-
nus cenſeantur vocatæ, quàm ipſa mater per
ſupradicta, vt expreſsè per Bart.in d.l. centu-
rio.num. 29. videtur omnino dicendum,quòd
17 verbum, † ſibi,bene debeat hoc caſu applicari
filio,nõ teſtatori. Cui ſalua ratione recti ſermo
nis benè applicari poteſt Et in contrarium al-
legata non loquuntur, concurrẽtibus his qua-
litatibus, quæ ratio penè omnibus Dominis
videbatur æquiſſima.

Addebant etiam aliqui pro confirmatione
huius intellectus Caſtren.conſ.142. prope fin.
lib.primo.

Dicebant etiam, quòd prędicta contraria
loquuntur, quando apparet teſtatorem reſtri-
ctè de bonis ſuis tantùm velle diſponere, non
autem de bonis pupilli: hic autem nullum ver
bum eſt reſtrictum, vel nulla ratio, cur de bo-
nis ſuis tantùm, non autem pupilli voluerit di-
ſponere: item prędicta procedunt, quando de
certis bonis tantùm,nõ de omnibus diſpoſuit.

Dixerunt autem in caſu noſtro apparere di
ſpoſitionẽ eſſe de omnibus bonis, vt facilè hęc
omnia apparent ex lectura Docto. in contra-
rium allegatorum, in quibus etiam numquam
concurrunt prędictę coniecturæ, vt dixi ex di-
uerſis, ergo &c.

Placebat etiam aliam coniecturam mentis
ex verbis, æquali portione,deſumi. Nam alio-
qui mater,ſi legitimam deduceret,non æquali-
ter veniret, ſed longè maiorẽ partẽ conſeque-
retur, contra vim prædictorum verborum, de
quibus aliàs latè eſt dictum in alijs poſitioni-
bus huius cauſę anni præteriti, & ſic contra vo
luntatem defuncti.

Tertio per Hieronymam opponitur, quòd
hęc ſubſtitutio eſt reſtricta ad bona teſtatoris,
18 quia † debet recipere interpretationem ab in-
ſtitutione.per eandem doctrinam Bart.in l.qui
ita.§.qui filio.ff.de vulg.& pup.

Ex aduerſo reſpõdetur eodem modo,quòd
19 illud,verbum, † ſuis, abijcitur, quando ſubſti-
tutio eſt facta per verba directa: quia trahitur
ad omnia bona,per tex.in l.cohæredi. §. fin.ff.
de vulg.& pupil. Hæc reſponſio omnino non
ſatisfaciebat aliquibus:quia,vt dicit. Rip. in l.
1.num.36.verſ.ſecundo reſpondeo.ff.de vulg.
nõ reperitur, quòd iura tot verba impropriẽt.

20 Imò ex † geminatione colligitur augmentum
voluntatis ſecundũ d.Rip.Sed neque hoc mo
tiuum placebat:quia, ſi ſumenda erit interpre-
tatio à pręcedenti inſtitutione,omnino erit pu
pillaris:quia alioquin non poteſt ſuccedere in
omnibus bonis. Rip.in l. centurio. num. 125.
Aret.& Socin.in d.l.1.ff. de vulg. & pup. Sed
quicquid ſit,de huiuſmodi reſponſionibus pla
cuit reſpõſio ſupra proximè relata.Quę & huic
motiuo pariter accommodabatur per Domi-
21 nos, qui ex prędictis verbis, † ſibi,item,in bo-
nis ſuis,nullo modo cenſuerunt induci in hoc
caſu fideicommiſſariam,ſtantibus prædictis cõ
iecturis,item,verbo directo. Tritum eſt enim,
22 quòd † pupillaris in compendioſa contẽta ma
trem excludit,quando filii prædilecti ſunt ſub-
ſtituti,vel quando eſt facta per verba directa.
Bart.in l.centurio.num. 29. quem alij ſequun-
tur tum ibi, tum in d.l. precibus. tum in c.
1.vbi text.bonus.de teſtam.in 6. Quæ omnia ſe
cundùm Dominos viſa ſunt pręponderare præ
dictæ ſubtilitati verborum &c. Et iura, & Do-
ctores in contrarium alleg.vt ſæpè iam dixi,nõ
loquuntur in terminis noſtris, vltra aliàs reſpõ
ſiones datas per informantes, quæ non diſpli-
cebant. Et placuit omni modo ſeruari æquali-
tatem,iuxta apertã diſpoſitionem, & mentem
teſtatoris.

Addebãt ad prædicta aliqui Domini Alex.
22 conſ.51.nu. 18.& 19.in 7. quòd † mater exclu-
datur per pupillarem in compendioſa conten-
tam, quando probabilis coniectura ſubeſt, ad
idem Rip. in l.2.n.53.de vulg.& pup.de tacita
pupillari, quę matrẽ excludat ex coniecturis.

Item aliquibus Dominis placebat in argu-
23 mentum conſ.Bald. 423.in primo.quòd, vbi †
ſunt gloſæ contrarię, vel materia eſt dubia,etiã
ad excluſionem matris,maximè cum ſumus in-
ter liberos, iudicandum eſt in dubio pro dire-
cta ſubſtitutione, vt pulchrè arguit ibi Bald.,ſa
cit tex.in c. 1.de teſtam.in 6. ad quod etiam al-
legabatur Rip. in d. l.centurio.num. 115. licèt
dubiè loquatur.

24 Firmatum eſt igitur ſubſtitutionem † in ca-
ſu propoſito non eſſe omni tempore fideicom
miſſariam,ſed intra pupillarem ætatem omni-
no eſſe pupillarem, quæ matrem excludit, &
ideo ęqualitatem inter omnes ſubſtitutos eſſe
ſeruandam,& omnino euitandum eſſe illud ab-
ſurdum,vt vxor cenſeatur prædilecta filijs, &
plus conſequatur eis, cum quibus æquali por-
tione in eadem oratione eſt ſubſtituta &c.

Digitized by Google

Ariminenſis legati 400. Mercurij 1. Februarij 1576.

E P I T O M E.

Fideicommiſſarij vniuerſales in bonis aliunde quæſitis ſoluere tenentur legatum particulare factum per teſtatorem, non autem hæres.

S V M M Æ.

1 *Soluendi onus iniunctum per teſtatorem vltimo decedenti, quando dicatur reale?*
2 *L. Celſus. §. quod alicuius. de legat. 2. cum concordantibus intellectus.*
3 *Fideicommiſſarius tenetur ad onus, quando ex iudicio teſtatoris, bona remanent apud eum.*
4 *Onus etiam nominatim iniũctum, dicitur hæreditarium ex qualitate adiecta per teſtatorem, vel aliàs ex veriſimili eius mente.*
5 *Bona tranſeunt in quemcumque cum eorum onere.*
6 *Verba, quòd ex bonis à ſe quæſitis præſtentur, taxationem indicat, ex eo, quia in vnica oratione ſunt appoſita.*
7 *Fideicommiſſarius vniuerſalis quando teneatur ſoluere legatum particulare, & non hæres.*

D V B I V M.

An in caſu, de quo agitur, ſolutio legati ſcut. 400. fuerit adſcripta hęredi, vel fideicommiſſario vniuerſali?

158. DECISIO. alioqui. VIII.

FVit reſolutum legatum 400. de quo agitur,
debere ſolui à Monticulis, & in hoc, quòd
Bonamicus filius, & hęres Iacobę filiæ teſtato-
ris habet intentionem fundatam ſuper verbis
1 teſtamenti. Et dicebant hoc onus † ſoluendi
quamuis iniunctum vltimo decedenti, cui filiæ
ſubſtitutæ ſunt in 400. tamẽ dici reale: quia ſu-
per bonis aliũde quęſitis ab ipſo teſtatore fuit
impoſitum, & ſic teſtator habuit reſpectum ad
bona, non ad perſonam.

Nec obſtant iura ex aduerſo allegata, nempe
2 tex. † in l. Celſus. §. quod alicuius. de legat. 2.
& l. 1. §. quod ex ſubſtitutione. ad leg. Falcid. &
l. ſi plus. de leg. 2. cum concord. quia loquun-
tur, quando teſtator habet reſpectum ſolùm ad
perſonam, ſed quando etiam ad bona, vt in ca-
ſu noſtro, tunc ſecus: quia dicebãt Domini tũc
apparere, quòd eſt onus hęreditarium. Vnde,
3 cum bona † remaneant ex iudicio teſtatoris
apud fideicommiſſarium, tenetur ipſe ad onus:
4 ex † qualitate enim adiecta, vel aliàs veriſimi-
li mente onus etiam nominatim iniunctum di-
citur hæreditarium. arg. nota. per Alciat. in §.
diui. l. filiusfamil. num. 51. circa medium verſ. ſi
5 nè. de legat. primo. Igitur ad † quemcunque
tranſeunt illa bona, tranſeunt cum illo onere. l.
ſi adimendo. & ibi bene Bart. ff. de adim. leg.
declarat Ruin. conſ. 113. ſub num. 12. lib. 3. ibi,
cum ergo commodum. Quòd autem hic ſit ha-
bitus reſpectus ad bona, dicebãt apparere, quia
teſtator voluit, quòd ex bonis à ſe quęſitis prę-
6 ſtarentur: quæ verba, † vt aliqui Domini adde-
bãt, taxationem indicant, cum in vnica oratio-
ne ſint appoſita. Bart. in l. inter ſtipulãtem. §. ſa-
cram. nu. 6. de verb. oblig. Ioan. de Amic. cõſ.
76. num 6. Galiala. in l. cẽturio. num. 357. ff. de
vulgar. & pupil. Cum itaque adſit palatium, ſi-
ue melioramenta à teſtatore ipſo in eo facta, di-
7 xerunt Domini iuſtum † eſſe, quòd ſoluant lega-
tum prędictum Mõticuli fideicommiſſarij vni-
uerſales in huiuſmodi bonis aliunde quæſitis,
qui ea ex reſtitutione facta à filiabus Matthęi
vltimo defuncti habuerunt.

Et ſatis dixerunt conſtare de fideicommiſſi reſtitutione per illa verba laudi emologati in tranſactione, nempe, & per intiera ſatisfattione, de fideicommiſſo &c. vt bene deducitur per informantes Bonamici.

Alia viſa ſunt leuia, & quę ex facto tollunt.

Bononienſis Apothecarum. 10. Februarij 1576.

E P I T O M E.

Legitimam deberi filio legitimato cum clauſula, citra præiudicium venientium ab inteſtato, contenditur.

S V M M Æ.

1 *Legitima quando ceſſet?*
2 *Legitimam non eſſe detrahendam, videtur pater mandaſſe, relinquendo ſpeciatim certas apothecas filio.*
3 *Filius legitimatus non querelat ex communi. ſed vide num. 18.*
4 *Legitima an debeatur filio legitimato cum clauſula, citra præiudicium venientium ab inteſtato, & num. 5. & 9.*
6 *Legitima negatur ei, qui non poteſt impugnare teſtamentum, quando eſt præteritus, & in 16.*
7 *Legitima non debetur filia, quam ſtatutum ſimpliciter excludit, ſtantibus maſculis, & dote habita.*
8 *Legitimare filium, etiam ſtantibus filijs legitimis patris, poteſt Comes Palatinus.*
10 *Legitimam pater poteſt relinquere filio, potius in vna re, quàm in alia.*
11. *Pater aſsignando certas apothecas filio, videtur pro ſua legitima eas aſsignaſſe.*

Clauſula

Digitized by Google

12 *Clauſula, omni meliori modo, operatur, vt actus factus cen-
ſeatur eo modo, quo meliùs fieri poterat.*
13 *Clauſula, citra præiudicium venientium ab inteſtato, non
obſtat in cauſa teſtati.*
14 *Tertij ius quando opponi non poſsit.*
15 *Teſtator quando rem aliquam pro legitima aſsignat, onus
forſan impoſitũ reijcitur, et pro non ſcripto habetur.*
17 *Clauſula, citra praiudicium venientium ab inteſtato, ſtri-
ctè eſt interpretanda, prout eius verba ſonant.*

DVBIVM.

An poſſeſſores apothecarum, de quibus agitur, poſ-
ſint ſub prætextu legitimæ Philippi retinere dictas
apothecas?

159. DECISIO. ſiue Diſcurſus. alioqui. IX.

Reſolutio propoſitæ difficultatis viſa eſt
Dominis admodũ perplexa, nec in ea po
tuerunt aliquid firmare propter ambiguitatẽ
circa legitimam Philippi, & illius præſuppo-
ſitum.

Aliqnibus enim, omiſſo capite fideicommiſ
1 ſi, placebat, quòd, cum Iacobus pater † relique
rit has apothecas Philippo eius filio legitima-
to cum clauſula, citra pręiudicium venientium
ab inteſtato, & cum modificatione, vt pòſt Phi
lippi mortem, deuenirent ad eius filios legiti-
mos, & naturales, ceſſet legitima, per tradita ab
Alex. conſ. 30. in fin. lib. 4. & Dec. conſ. 264.
col. fin. verſ. & non poteſt petere.

Addebant, quòd, cum pater in ſpecie reli-
querit has apothecas Philippo, videtur diſpo-
2 nendo de eis voluiſſe, vt † legitima non detra-
heretur ex Ruyn. conſ. 27. num. 11. lib. 1. cum
3 præſertim ſimus in filio † legitimato, qui non
querelat ex communi, de qua per Dec. d. cõſ.
164. ſub num. 3. verſ. nec contra teſtamentum,
& in conſ. 256. Cumque legitimatio hęc facta
reperiatur cum dicta clauſula, citra præiudiciũ
venientium ab inteſtato, & ſic filiorum legiti-
morum, in primis Dec. conſ. 338. & Ruin. conſ.
4 103. vol. 3. volebant, quòd † legitima Philippo
non deberetur, tum ex eo quia concurreret cũ
alijs filijs legitimis, & ſic legitima illorum dimi
nueretur ex numero, iux. auctẽ. de trien. &
ſemiſs. §. 1. tum etiam, quia dicta clauſula
legitimationis attenta, nil potuiſſet hoc caſu
venire Philippo ab inteſtato. Dec. d. conſ. 338.
Capra cõſ. 157. n. 21. ergo hęc legitima, quæ
negatur ei, qui ab inteſtato eſt excluſus, & ſuc-
cedere nequit. Alex. in l. Gallus. §. & quid ſi tã
tum. col. 6. n. 17. ff. de lib. & poſthu. Angel. cõſ.
5 362. in fin. vbi ait non † eſſe de legitima diſpu-
tandum in perſona eius, qui ab inteſtato eſt
excluſus. Dec. conſ. 525. num. 4. Aym. conſ. 11.
6 num. 13. prout negatur † ei legitima, cui præ-
terito non permittitur impugnare teſtamen-
tũ. l. cũ quęritur. l. omnimodo. in fin. C. de in-
offic. teſtam. §. 1. in fin. in auctẽ. de tric. & ſe-
miſ. Fabian. in Auctẽ. nouiſſima. C. de inoffic.
teſtam. 3. q. princ. q. 1. & 3. cum alijs deductis
per d. Gabrielem.

Afferebant ſimile de filia, quam ſtatutum
ſimpliciter excludit, ſtantibus maſculis, & dote
7 habita, nam ei legitima † non debetur. Corn.
conſ. 199. col. 2. vol. 3. Socin. conſ. 75. num. 8.
vol. 3. Pariſ. conſ. 25. num. 39. vol. 2. & conſ.
153. vol. 3. num. 8. Brun. de ſtatut. excluſiu. fœ-
min. artic. 1. q. 2. Dec. conſ. 296. num. 2. & 3.

Aliquibus autem Dominis placebat, quòd,
cum Comes Palatinus verè habuerit facultatẽ
legitimandi Philippum cum dicto effectu ſuc-
ceſsionis limitato, per clauſulam, citra pręiudi-
cium venientiũ ab inteſtato, vt poſt alios de-
clarat Pariſ. conſ. 7. num. 17. cum ſeq. lib. 2.
Alciat. conſ. 8. ſub num. 14. & ſeq. & conſ. 11.
num. 4. lib. 4. & de magis communi teſtatur
Achill. deciſ. 6. de legitimatione, & in terminis
huius clauſulæ tradit Bero. conſ. 176. num. 42.
8 iuncto num. 44. vol. 1. potuit † canonicè legiti-
mare Philippum, etiam ſtãtibus filijs legitimis
Iacobi patris, vt in terminis dicit Ruin. conſ.
75. ſub nume. 16. lib. 3. & eſt deciſ. Putei 95.
incip. 4. Februarij 1544. lib. 2. & ideo ei ple-
9 niſſimè legitimatę † ad inſtar filij legitimi, & na
turalis debetur legitima. Pariſ. d. conſ. 7. nu.
3. & ſeq. in ſecundo. cum alijs traditis per Ro
lan. à Vall. conſ. 67. num. 20. conſ. 96. nu. 50.
cum ſeq. lib. 3.

10 Quam † legitimam Iacobus pater potuit ei
relinquere potius in vna re, quàm in alia. l. ſci-
mus. §. ſancimus. & l. parentibus. C. de inoffic.
teſtam. cum alijs cõgeſtis per Rip. in l. in quar-
tam. num. 128. ad l. falcid. & Menoch. de ar-
bitr. iud. caſ. 163. num. 1. Cumque has apothe-
11 cas † ei aſſignauerit, eas pro d. legitima dediſſe
cenſetur, prout declarat Aym. conſ. 131. num.
14. accedente præſertim illa clauſula, omni me-
12 liori modo, † quæ operatur, vt actus cenſeatur
factus eo modo, quo meliùs fieri poterat, iux.
tradita per Dec. conſ. 14. nu. 3. & Gabriel. de te
ſtam. concluſ. 5. nu. 9.

Et qui tenebant hãc partẽ, reſpondebant
Alexan. d. conſil. 30. & Dec. conſil. 264. lo-
qui in terminis valdè diuerſis, quòdque clau-
13 ſula, † citra præiudicium venientium ab inteſta
to, non obſtat in caſu noſtro, in quo ſumus in

cauſa

cauſa teſtati, ex Gozadin. conſ. 6. num. 33. &
num. 78. Item dicebant poſſeſſores apotheca-
rum huiuſmodi, & actores, cum non ſint de ve
14 nientibus ab inteſtato, non † poſſe dare etiam
replicando de iſto iure tertij adhuc excluſiuo
ipſo iure: quoniam debent obtinere ex iure
fundato in eorum perſonis tantùm, prout bene
declarat Socin. in l. 2. num. 71. de except.
re iudic. Placuerunt etiam aliæ reſponſiones
datæ per dominũ Parentium ad cęteras etiam
obiectiones.

Ad conſilium Ruyn. 27. num. 11. lib. 1. re-
ſpondebant illud procedere, vbicumq. iudex,
vel hæres ſolueret legitimam: tunc enim illam
ſoluere non poſſet ſuper alijs bonis relictis in
præiudicium legatarij, vel fideicommiſſarij: at,
15 quando † idem teſtator rem aliquam pro legi-
tima aſſignat, prout in caſu, nõ modo id ei per-
mittitur, ſed onus forſan impoſitum reijcitur,
& pro non ſcripto habetur. d. l. ſcimus. §. ſanci-
mus. & l. quoniam in prioribus. C. de inoffic.
teſtam.

Nec obſtare dicebant, quòd hoc modo mi-
nuebatur legitima filiorum legitimorum, ex eo
quia augetur numerus. nã etſi augeatur nume-
rus, augetur & portio, iux. d. §. 1. auct. de trien.
& ſemiſ. Et tandem valde modicũ eſſet hoc
eorum præiudicium: præſertim cum Philippus
pro ſua legitima haberet has apothecas, nec le
gitimi de eo opponant.

16 Ad illud, quòd excluſo † ab inteſtato nõ de-
beatur legitima, reſpõdebant procedere, quan-
do de iure cõmuni aliquis eſſet excluſus. Quod
non contingit in filio verè legitimato, qui licèt
excludatur ex limitatione ſucceſſionis; ea tamẽ
excluſio non facit, quin ſit verè legitimatus, &
ſecundùm ius commune ſuccedere debeat,
& propterea illa limitatio habet ſolùm locum,
vbi agitur de cauſa inteſtati, non autem condi-
to teſtamento, vt prætactum eſt. Ex quo igitur
legitimatus nõ eſt excluſus ab inteſtato de iure
communi, ſed ſolùm ex limitatione ſucceſſio-
nis, quæ nõ habet locum, condito teſtamento,
regulam ex aduerſo allegatam contendebant
non intrare.

Quo ad reliqua placebant eis reſponſiones
datæ per d. Parentium.

Aliqui autem Domini magis generaliter ad
dubium reſpondentes, diſtinguebant, aut legi-
timam Philippo deberi, & de plano procede-
re, quòd poſſeſſores ſe tueri poſſunt, tenendo
opinionem, de qua ſupra, quòd pater poſſit re-
linquere filio legitimam ſuper aliqua re ſpecia
li. Idque tantò magis dicebant procedere in
iſto caſu, in quo nullo pacto poteſt haberi re-
curſus ad alia bona patris: quia tunc præiudica
retur venientibus ab inteſtato, & intraret do-
ctrina Zucc. in l. poſthumorum. num. 40. &
49. de bon. poſſ. cont. tab.

Aut verò legitima Philippo non debetur,
17 & hæc clauſula, † citra præiudicium &c. ſtri-
ctè ſecundũ eos eſt interpretanda, prout eius
verba ſonant. Alciat. conſ. 217. Curt. Iun. conſ.
254. lib. 3. Dec. d. cõſ. 264. Zuccar. in d. l. Poſt-
humorum. nu. 57. Rip. in l. centurio. nu. 48. de
vulg. & pupill.

Et putabant, quòd, quotieſcumque non prę
iudicatur venientibus ab inteſtato, quòd poſ-
18 ſit † contratabulari, & afferebant exemplum, ſi
eſſet inſtitutus extraneus, ex Socin. conſ. 212.
col. penult. verſ. pręterea etiã. lib. 2. Zuccar. d. l.
poſthumorũ. à num. 45. vſque ad 56. Cæphal.
conſ. 442. num. 4.

Maior autem pars Dominorum viſa eſt in-
clinare ad fauorem poſſeſſorum ratione dictę
legitimæ. Sed valdę dubitabant, an iſti poſſeſſo
res dare poſſent de iſto iure tertij. Conuene-
runt tamen omnes tutiùs eſſe, vt magis particu
lariter dę his videretur.

Ciuitatis Caſtelli ſupplemẽti legitimæ. Veneris 8. Iunij 1576.

EPITOME.

Legitimæ in conſecutione attendi debet tempus mortis reſpectu bonorum ipſorum, & corporum hæreditariorũ, non autem reſpectu valoris.

SVMMAE.

1 *Legitimæ conſecutio quod tempus reſpiciat?*
2 *Legitima detrahitur de corporibus bonorũ hæreditariorũ.*
3 *Augmentum peruentum ex corporibus bonorum hæreditariorum cedit lucro legitimæ.*
4 *Legitimam ſoluunt corpora, & bona hæreditaria, non autem valor.*
5 *Venditor tenetur ad reſtituendum iuſtum precium.*
6 *Precium conuentum præſumitur in dubio iuſtum.*

DVBIVM.

An in bonis per illos de Sertitis, & conſortes venditis ſit inſpiciendum precium per eos perceptum, & in non venditis valor ſecundùm tempus, quo legitima, vel eius ſupplementum petitur, vel quale, ad effectum conſecutionis prædictæ legitimæ, ſiue illius ſupplementi per agentes?

160. DECISIO. alioqui. X.

PLacuit Dominis diſcurſus vltimò factus in hac cauſa ſuper. deciſ. 156. alioqui. 6. & di xerunt quoad conſecutionem legitimę in caſu
1 propoſito debere † attendi tempus mortis re ſpectu bonorum ipſorum, & corporum hæredi tariorum, non autem reſpectu valoris: quia de
2 corporibus, † & bonis debet detrahi legitima.
3 Vnde dicebant augmentum † prouentum ex corporibus prędictis debitis debere cedere lu
4 cro ipſius legitimæ: quia corpora, † & bona ipſa ſunt obligata, & debita pro legitima, non autem valor, per alleg. in dicto diſcurſu.
5 Dicebant etiam venditorem † teneri ad reſtituendum iuſtum precium, & in dubio pre-
6 cium † conuentum pręſumi iuſtum.

Ciuitatis Caſtelli ſupplementi legitimę. Lunæ 13. Ianuarij 1578.

EPITOME.

ADitio hæreditatis non dicitur concluſiuè probata ex infraſcriptis actibus.

SVMMAE.

1 *Hæreditas quamuis à matre non adita, tamen ad filios trãſmittitur.*
2 *Aditio inducitur etiam ex verbis enunciatiuis.*
3 *Aditio ſolo animo fit, etiam quòd nihil hæreditarium attingatur.*
4 *Conditio ſuſpenſiua ſuſpendit animum adeuntis.*
5 *Hæredis hæredis, nedum hæredis declarationi ſtatur, an voluerit adire hæreditatem in actu dubio circa aditionem.*
6 *Filia ſuccedit in matris locum quoad ſucceſsionem ab inteſtato.*
7 *Actiones confunduntur per aditionem. & vide num. 15.*
8 *Aditio facilè præſumitur hæreditatis lucroſæ, damnoſæ verò non item.*
9 *Aditio non præſumitur ex poßeßione modica rei hæreditariæ. & quære num. 11.*
10 *Fructus decurſi quandò debeantur donatariæ.*
12 *Aditio inducitur ex contractu celebrato ſuper re hæreditaria etiam minima, intellige, prout num. 13.*
14 *Hæreditas tranſmittitur, vt adeunda, non vt adita.*
16 *Vſufructus reſeruatio habet vim traditionis.*

DVBIVM.

An conſtet d. Mariam, & conſortes adiuiſſe hæreditatem prædictæ quondam Ioannæ ad effectum, quòd teneantur pręſtare legitimam, ſeu eius ſupplementũ, agentibus, vt d. Ioannæ hæredes?

161. DECISIO. alioqui. XI.

DVbitaui, an conſtet Mariam, & Petruſleonem adiuiſſe hæreditatęm Ioannæ dona
1 tricis. Quæ hæreditas licèt etiam à Marietta † earum matre non eſſet adita; tamen tranſmiſſa fuit, iuxta tex. in l. 1. C. de his qui ante apert. tab. cum alijs alleg. hãc autem aditionem Fuccioli agẽtes ad legitimam, conantur elicere ex infraſcriptis actibus.

Primo ex tranſactione, vel compromiſſo de anno 1551. in quo Maria, Petruſleo, & procuratores alterius partis promittũt, quòd in euẽtũ, in quẽ ad eos deuenerint aliqua alia bona, quę eſſent hæreditaria, & de bonis hęreditarijs d. Ioannę, quòd Mariaantonia, & Titta deberent habere ex illis eorum ratam, videli-
2 cet legitimam, ergo ex iſtis † verbis, etiã quòd eſſent enũciatiua, inducitur aditio, Bart. in l. ge rit. num. 34. ff. de acquir. hęred. Aret. conſ.
3 136. in primo. quia aditio † ſolo animo fit, etiã quòd nihil hæreditarium attingatur. Iaſ. in l. pro hęrede. num. 4. ff. de acq. hær. & eſt tex. in l. ſi auia. C. de iur. delib. Primum hoc motiuum Dominis non placebat ex pluribus.

Primo in dicta ſcriptura compromiſſi conditionaliter dicitur in euentum, in quem &c.
4 & ſic eſt ſuſpenſiua † conditio, quæ ſuſpendit etiam animum adeuntis, vt per Bart. in d. l. gerit. ſub num. 31. verſ. pręterea id quod dicitur.
5 Secundo quia in † actu dubio circa aditionẽ, ſtatur declarationi nedum hæredis, ſed etiam hæredis hæredis, an voluerit adire hęreditatẽ. Aymo conſ. 197. ſub num. 4. verſ. amplius in actibus dubijs, poſt Bart. Bald. Socin. Corn. & alios ab eo allegatos.

Tertio quia pręſuppoſito, quòd Ioanna deceſſerit ab inteſtato, diſpoſitio illa non poteſt applicari, nec congruere ſucceſſioni ab inteſtato, ſed bene donationi. Nam, ſi ibi tractaretur de ſucceſſione ab inteſtato, rata Tittę, & Mariętantoniæ non fuiſſet legitima, ſed medietas omnium bonorum, ex quo erant filiæ Marga-
6 ritę, & Blancæ, & ſubintrabant † in locum earundem matrum ſuarum. Auctẽ. de ſucceſſ. ab int. §. 1. ſed bene erat dicta portio legitimę congrua, & conueniens prędictæ donationi. Quia, cum ipſæ eam approbent, velint tamen habere ſuam legitimam, declarant, quòd ſi detegerentur alia bona, de illis deberent etiam habere legitimã: cum enim donatio eſſet vniuerſalis omnium bonorum d. Ioannæ, ſi illa bona ſic detecta comprehendebantur in d. donatione, debebant Titta, & Maria antonia habere ſuam legiti

Digitized by Google

mam ſuper illis. Maximè quia, ſi illæ donatatiæ
voluiſſent adire hæreditatem Ioannę ab inte-
ſtato, non conficiendo inuentarium, de nihilo
ſeruiebat illa approbatio donationis : quia per
7 aditionem † confundebantur actiones, vt per
Pariſ. conſ. 16. num. 49. lib. 2. Fruſtratoria ergo
fuiſſet illa approbatio, & in omnem euentum,
ſtantibus ſupradictis, ſaltem actus allegatę adi-
tionis eſt dubius. Vnde intrate videtur regula,
8 quòd quamuis † in hæreditate lucroſa de faci
li præſumatur aditio, in damnoſa tamen ſecus.
9 Et hinc eſt, quòd ex poſſeſſione † modicæ rei
hæreditariæ non præſumitur aditio, ne quis
propter rem modicā præſumatur ſe immiſcere
voluiſſe in hæreditate, & implicare oneribus hę
reditarijs. Aymo conſ. 53. num. 12.

Secundus actus allegatus pro aditione eſt
exactio illorum fructuum 100. flor. decurſorū
tempore vitę Ioannæ. Et circa hoc fuit dictum
aduertendum eſſe, quòd ſibi debebantur fru-
10 ctus † decurſi ab obitu Ioannæ, qui fuit de an-
no 1547. vſque ad diem tranſactionis, quæ fuit
de anno 1357. & ita debebantur ſibi fructus
horum decem annorum : ita quòd ſibi debebā
tur fructus decurſi à die conſignationis, vſque
ad diē donationis, quæ donatio fuit del 1553.
cōſignatio pręſupponitur, quòd fuerit de an-
no 1527. Sed cum importent modicam quan-
titatem, & valde tenuis eſt quantitas, quæ per-
tinet ad Ioannam, quæ non eſſet debita donata
rijs (nam facto diligenti calculo per Dominos
valdè modicum erat, quod remanebat ipſi Ioā
næ) dixerūt Domini nō eſſe ex exactione iſtius
modicæ rei hęreditariæ de facili arguendam
aditionem, ſicut non arguitur, vt ſupra dictum
11 eſt, ex poſſeſſione modicæ † rei hæreditariæ.
Iaſ. in l. 1. §. veteres. num. 13. de acquir. hæred.
Aymo d. conſ. 13. num. 13. Et quamuis ex con-
12 tractu † celebrato ſuper re hęreditaria etiam
minima inducatur aditio. Natt. conſ. 448. num.
13 18. iſtud eſt verum, quando † eſt clarum, quòd
ille actus non poterat fieri citra ius, & nomen
hęredis, ſed ſecus in caſu propoſito, cū hic po-
tuerint actus fieri vti à donatarijs. Et quam-
uis fortè vti donatarijs ſibi prædicti fructus nō
deberentur; tamen fortè ipſi hoc prætendere
poterant. Non enim eſt veriſimile, quòd ex iſta
modica quantitate voluerint adire ab inteſta-
to, & confundere iura donationis, quam dona-
tionem ſemper acerrimè defenderant. Natt.
vbi ſup.

Solutio debitorum Ioannę, retentio bono-
norum, & alia per Fucciolos deducta fieri po-
tuerunt ab illis tanquam donatarijs, & ſic con-
ſtat de alio titulo, vt aliàs eſt reſolutum.

Non obſtat, quòd debita eſſent poſteriora
donatione, quia de hoc non conſtat.

Non obſtat, quòd adiuerint hæreditatem
Mariettę eorum matris, quia non propterea
ſequitur, quòd adiuerint hęreditatem Ioannæ,
14 quia hæreditas † tranſmittitur vt adeunda, non
vt adita, vt per Caſt. d. l. 1. num. 6. C. de his qui
ant. apert. tab. & ibi Corn. num. 6.

Vltimo per aliquos Dominos addebatur
pro reſponſione, quòd per aditionem ſunt con
15 fuſæ actiones. Quod † quidem obiectum tolli-
tur ex dictis per Bald. in l. ſi vxor. C. de bon.
auct. iud. poſſ. ſub nu. 2. verſ. ſed quid ſi hęres.
refert Purpur. in l. debitori. nu. 37. C. de pact.
vbi dicit, quòd non confunditur rei vendica-
tio. Quia licèt hęres teneatur in ſolidū; alia ta
men ſunt bona teſtatoris, alia hęredis, & ſic il
la bona donata remanent ſua, perinde ac ſi ab
extraneo donata eſſent: hic autem fuiſſe trans-
latum dominiū apparet ex reſeruatione vſus-
16 fructus, quę † habet vim traditionis. vulg. l. quis
quis. C. de don. Vnde pręterita bona donata
remanerent propria donatariarū, non obſtante
aditione, etiā ſi ea extaret, quia ex prædictis nō
daretur hoc caſu confuſio. Et quāuis in hypo-
thecaria Purpur. in l. debitori. num. 39. C. de
pact. conetur probare, quòd hęc quęſtio ſit inu
tilis; tamen ex hoc exemplo videtur apparere
non eſſe Inutilem. ſed de ueritate, & effectu
pręteriti dicti aliàs agetur.

Ad alia bene reſpondent informantes. Incli-
narunt ergo Domini, non videri concludenter
probari aditionem in caſu propoſito.

DE SVCCESSIONIBVS AB Inteſtatato.

Romana portionis hæreditatis. Mer-
curij 5. Maij 1574.

EPITOME.

AVct. præterea. C. vnde vir, & vxor.
ceſſat, quando mulier non eſt
pauper, imò congruè fuit do-
tata, tam reſpectu dantis, quàm recipien
tis, & in matrimonio, & poſt ſolita fuit
operari.

S V M M AE.

1 *Vxor ſi eſt vilis perſona, et ſolita laborare, viuente marito ſi cum eiſdem operis poteſt ſe alere, ceſſat Auct. praeterea. C. vnde*

C. vnde vir. & vxor. & num. 7. 20. & 21.
2 *Paupertas in terminis Auct. præterea. C. vnde vir, et vxor. remittitur iudicis arbitrio. & num. 24.*
3 *Ruſticus dicitur diues, ſi habet ſcuta centum.*
4 *Nobilis dicitur pauper, ſi habet tantùm mille ſcut.*
5 *Vilis fœmina quæ dicatur?*
6 *Vilitas viri facit vilem eius etiam vxorem.*
8 *Pater non tenetur alere filium inopem, quando ex induſtria propria is viuere poteſt.*
9 *Alimenta debentur filio de iure naturali.*
10 *Verbum, inops, exponitur id eſt, qui nihil habet.*
11 *Vilis perſona habens centum ſcuta in bonis dicitur diues.*
12 *Auct. præterea. C. vnde vir, & vx. dicitur odioſa.*
13 *Auct. præterea. C. vnde vir, & vxor. an habeat locum in fœmina dotata? & quid in dote parua num. 14. & 15.*
16 *Paruum, & nihil æquiparantur.*
17 *Nihil habere, & minimum habere, ad beneficium conſequendum æquiparantur.*
18 *Dotem habere valde modicam, & dotem non habere, æquiparantur.*
19 *Dos parua non dicitur dos ſcutorum 200. in perſona vili.*
20 *Legati dies cedit à morte mariti.*
23 *Vxoris paupertas in terminis Auct. præterea C. vnde vir, & vxor. attenditur tempore mortis viri.*
25 *Dos quando dicatur parua, vel congrua?*
26 *Dos congrua ſuccedit loco legitimæ.*
27 *Statuto ſtante, quòd exiſtentibus maſculis, fœmina ſint contentæ dote data, ea poteſt dotari infra legitimam. num. 28. ſed ſi dos eſſet nimis exigua, poſſet conqueri; ſed læſio conſideratur tempore dotis conſtitutæ. num. 29.*

PRAESVPPOSITA.

Præſuppoſito, quòd Io. Maria de Baleſtrerijs fuit vilis perſona, & ignobilis natus in villa Auiolæ Parmen. diœceſis. 1

Et quòd fuerit Vignarolus, poſtquam ad vrbem venit, laborator, & putator vinearum, caupo, & tenuit lectos locandos, & menſurator ſalis in Capitolii ſalaria vltimo vitæ ſuæ tempore. 2

Et quòd aliquas pecunias ſecum aſportauerit, quando ad vrbem venit. 3

Et quòd Antonina eius vxor fuerit primùm vxor alterius Vignaroli, & deinde ancilla cuiuſdam Hiſpani, & quòd nupſerit eidem Io. Mariæ, dederitque ſcuta ducenta in dotem, & ſunt ferè 35. anni, & ſic fuerit congruè dotata. 4

Et quòd Io. Maria eius induſtria, ac parſimonia, conſtante matrimonio, fecerit patrimonium ſex, vel ſeptem millium ducatorum. 5

Et quòd paulò ante eius obitum condiderit teſtamentum, in quo hæredem vniuerſalem inſtituerit Alexandrum Lodium Parmenſem, ſed non aliquo vinculo cognationis ſibi coniunctum, & reliquerit dictæ Antoninæ eius vxori ſcuta 30. quolibet anno, eius vita durante: item quatuor barilia vini, itē tres lectos finitos cum duobus paribus linteaminū pro quolibet lecto: item vſum cantinæ domus ipſius teſtatoris, quoad ipſa vixerit: item omnia paramenta tam linea, quàm lanea: item medietatem credentiarum, ac capſarum in domo prædicta exiſtentium: Item vſum omnium aliarum maſſaritiarum communem cum prædicto hærede, quoad ipſa vixerit: item vſum, & habitationem in domo ipſius teſtatoris: item duas cameras ad electionem d. Antoninæ, item quòd d. Antonina valeat in eius aula ſuperiori retinere duos lectos ad beneplacitum ipſius Antoninæ, vt patet ex teſtamento, cuius copia detur. 6

Et quòd d. Antonina tranſegerit cum Alexādro Lodio die 17. Maij 1569. & qui ſe obligauit vltra legata, eam ſuis ſumptibus alere, & ei dare ſingulis annis ſcuta quindecim, vſque illa vixerit, & centum alia ſcuta incontanti, & in euentum, in quem inſtrumentum dotale reperiretur, promiſit vltra ſcuta centū, ei dare vſque ad ſummam ſcut. 250. ad quam dos, & donatio propter nuptias aſcendit, vt apparet ex inſtrumento tranſactionis, cuius copia detur. 7

Item quòd acceptauerit legatum relictum ſibi à marito, & de eo fecerit quietantiam Alexandro Lodio hæredi die 4. Iulij 1570. 8

Et quòd Antonina, non obſtante legato ſibi relicto à marito, & tranſactione inita, & legati acceptatione, intentauerit remedium Auct. præterea. C. vnde vir, & vxor. 9

Et quòd ferè cœpto iudicio, morte præuenta, inſtituerit ſibi hæredē vniuerſalem d. Petrum Mancinum, illi prorſus extraneum, qui ab ea cœptum iudicium proſecutus ſententiam ad ſui fauorē reportauit. 10

DVBIVM.

An ſtantibus prædictis d. Antonina potuerit vocari indotata, & conſequenter inops ad effectū, vt illa, ſi viueret, vel eius hæres nunc poſsit habere quartam in bonis mariti prædefuncti, & vt intret §. quoniā verò. Auct. de exhib. reis auct. præterea. C. vnde vir, & vxor?

162. DECISIO. alioqui. I.

FVit reſolutum diſpoſitionem Auct. præterea. C. vnde vir, & vx. & §. quoniam verò. de exhib. reis. & §. quia verò. Auct. vt lic. matri, & auiæ. non intrare in caſu, de quo agitur, quamuis materia viſa ſit Dominis latiſsima, & difficilis, ex pluribus ſimul iunctis, quæ hic concurrunt. Quorum aliqua licèt, ſi ſigillatim conſiderarentur, fortè non ſufficerent, vel ſaltem eſſent dubia; tamen omnibus ita coniunctim attentis, viſum eſt in hoc caſu ceſſare prædictam Auct.

1 Et primo placuit ratio, quòd, quādo vxor † eſt vilis perſona, & ſolita laborare, viuente marito, ſi cum eiſdem operis poteſt ſe alere, non dicitur pauper, nec intrat Auct. præterea. cum
12 paupertas † in hoc caſu ſit remiſſa arbitrio iudicis ſecundùm qualitatem perſonæ. Corn. Bald. Rom. & alij, vt hic per informantes in d. Auct. præterea. Couarr. variarum reſol. lib. 2. cap. 6. num. 8. qui plura congerit. facit Dec. conſ. 163 nu. 5. & 6. Ruyn. conſ. 55. num. 4. & 5. lib. 1. Tiraq. de nobil. c. 20. num. 156. & 158. in terminis d. Auct. Pep. num. 72. de communi Meno-

ch.de arbitra. lib. 2. centur. 1. caſu 65.66.67.
potiſsimùm caſu 65.num.7.cum alijs allegatis
3 per Dominos.In quibus Doctores ruſticum †
diuitem vocant, ſi habeat ſcuta centum, licèt
4 nobilis † dicatur pauper, ſi habet mille &c.

Quòd ipſa Antonina, & ex ſui natiuitate, &
quia fuit vxor hortulani, & ex alijs, de quibus
5 per informantes, fuerit † vilis, pręſupponitur
probatum per teſtes. Item etiam eius maritus
mortuus, quia erat ruſticus, tabernarius, labo-
rator vinearum &c. vt ſupponitur etiam proba
6 tum; ex cuius ignobilitate † infertur etiam ad
vilitatem vxoris, per vulg. notata à Tiraq. vbi
ſupra num. 163. etiam in materia conſtituendę
dotis, per quàm plura vulg. Eo maximè quòd,
cum maritus, & eadem vxor exercerent artem
locandi lectos, quam cęnaculariam vocant, eo-
dem mortuo, potuit ipſa etiam ſenex eaſdē ar-
tes exercere, & eo modo viuere, quo hacte-
nus vixerat: quo caſu ſtante tali vilitate, &
7 exercitio, non † poteſt dici tàm inops, & ege-
na, vt intret diſpoſitio prędictę Aucten. vt per
Rolan. conſ. 14. n. 15. 16. & 45. lib. 3. Socin.
conſ. 30. nu. 12. lib. 4. ſcilicet quando mulier
exercendo officia ſuę qualitatis, ſe ſuſtentare
8 poteſt, vt in ſimili dicunt patrem † non teneri
alere filium inopem, quando ex induſtria viue-
re poteſt. l. ſi quis à liberis. in princ. iuncto. §.
ſed ſi filius, & ibi Bart. de lib. agnoſc. cum aliis
cumul. per Doctor. in prædictis locis. Qui ca-
9 ſus eſt in fortioribus terminis, quia alimenta †
debentur filio de iure naturali, vt per eos. Huc
10 pertinet verbum, inops, † de quo in d. Auct.
pręterea. id eſt, qui nihil habet, Socin. d. conſ.
30. num 16. Alex. conſ. 71. num. 3. lib. 7. Afflict.
deciſ. 179. num. 2. Cum maximè vltra exerci-
tium habeat dotem ſcutorum 200. & donatio-
nem propter nuptias 50. quę dicitur magna
dos, attenta qualitate perſonæ, per Abb. & So
cin. alleg. Bero. conſ. 520. num. 15. lib. 1. vbi vo
11 lunt, quòd perſona vilis † habens 100. in bonis
dicatur diues.

Prædicta tanto magis placent, quia. d. Au-
12 cten. præterea. † eſt odioſa, & contra ius com-
mune, quo vxor non habet legitimam in bonis
viri, & eſt exorbitans, vt dicunt ibi Doctor. &
Rolan. conſ. 14. circa princ. & alij plerique.
Item etiam, quia ſumus in fœmina dotata, in
13 qua † multi grauiſſimi auctores tenuerunt d.
Aucten, non procedere, vt Socin. in d. conſ. 30
& conſ. 121, ſub num. 38. cum ſeq. qui refert
vſque ad tempora Bald. omnes ita tenuiſſe, &
verè d. Aucten. loquitur tantùm de indotata,
14 Et licèt † hodie communis ſit contraria in do-
te parua; tamen, quia hæc materia eſt maximè
controuerſa, quia tex. de indotata clarè loqui-
tur, ponderando etiam eum, prout ponderat
particulariter Socin. d. conſ. 121. num. 38. cum
ſeq. lib. 4. & in d. conſ. 30. eod. lib. Alc. in loco
allegato, & fortaſſe etiam idem tenet Bero. in
c. Raynutius. nu. 159. & 160. dum ait, vxori in-
dotatæ debetur. & cum Socin. fortè tenet Ti-
raq. de iud. in reb. exig. fac. cart. mihi 33. verſ.
nono ex hoc infert Bald. Et in hac materia vi
debatur aliquibus Dominis potens argumen-
tum, quia prædictum remedium Aucten. præ-
terea. videtur introductum ad ſimilitudinem l.
fin. C. de repud. quę videtur procedere tãtùm
in indotata, vt per eos. Quia tamē prędictā Au
cten. pręterea. procedere in dote parua refert
communem eſſe Socin. d. conſ. 30. num. 2. ex
Salyc. in d. Aucten. pręterea. & ex Caſtren. &
Rom. in l. 2. C. ſol. matr. licèt Socin. in prę-
dicto conſ. 30. & in alio 121. ſub num. 38. vt
ſupra dixi, teneat contrarium. communem etiā
eſſe refert Rolan. à Valle d. cōſ. 14. lib. 3. in lo-
co alleg. quia eſt identitas rationis inter dotē
modicam, & nullam, in verſ. hanc quoque par-
tem, ex mente Nic. de Vbald. Aug. in tract. de
teſtam. Seyſ. in l. 1. ſol. matri. & quàm plurimo-
rum aliorum, quos congerit potiſſimùm Pariſ.
& Dec. & aliorum recentiorum, præfatam etiā
opinionem Bal. dicit communem Dec. ibi nu.
5. cum alijs allegatis, quibus addi poſſunt Nic.
de Vbald. de ſucc. ab inteſt. in 4. part, num. 8. &
Matheſil. de ſucceſſ. ab in teſt. in 4. art. princ. n.
22, cum alijs, quos etiam refert Tiraq. d. verſ.
nono.

15 Placuit † Dominis verbum, parua, intelligi
de notabili paruitate, non de ſimpliciter *par-
ua*, vt hanc eſſe communem referunt *Fab.* de
Pep. ibi nu. 6. & alij moderni in d. Auct. præte-
rea. Et ita in effectu de tali paruitate intelligi-
16 tur, de qua dicitur, parū † & nihil ęquiparãtur,
vt vr̄ eſſe de mēte Bald. ſupra alleg. & Socin. d.
conſ. 30. num. 3. Quā diſtinctionē tenet Corn.
in d. Auct. præterea. & ibi Pep. in loco alleg. cū
qua etiam tranſit Curt. Iun. num. 7. verſ. circa
iſtud ſecundum. & videtur eſſe de mente Aret.
in d. Auct. pręterea. num. 1. dum dicit, quòd iſta
17 æquiparantur † ad beneficium conſequēdum,
nihil habere, & minimum habere. Idem vide-
tur eſſe de mente Matheſ. vbi ſupra, vbi dicit
18 paria † ſunt, non habere dotem, vel habere, &
valde modicam. Paruam autem dotem dice-
19 bant Domini non † videri in quęſt. propoſita
in 200. ſcut. & donatione prædicta de 50. duca
tis per prædicta. Et addebãt aliqui Domini in
fortio-

20 fortioribus terminis, quòd in muliere, quę †
300.lib. tantùm in dotem habebat, & cui ex te
ſtamento per maritum erat factum legatũ, ex
quibus omnibus ipſa ſe alere poterat, ceſſet di
ſpoſitio d. Aucten. præterea. fuit d. Rimin.
conſ. 114. num. 7. cum plur. ſeq. maximè num.
21 14. & 15. lib. 1. vbi vult, quòd ceſſante † inopia,
& quomodocunque habeat alimenta vxor, pu
ta, quia haberet patrẽ diuitem, vel per legatũ
ſimile, quòd ſemper cenſeatur ceſſare diſpoſi-
tio d. Aucten. quaſi à ratione ceſſante, & men-
te d. Aucten. præterea. Quia tamen, quòd lega
tum faciat ceſſare d. Auctẽn. videtur contra il-
lum tex. & contra prædictos Doctores, licèt ali
quibus Dominis placerent reſponſiones, quas
idem Rimin. in fine accommodat; tamen ſuper
hoc ſolo Domini non ſe fundarunt, ſed iungen
do cum qualitatibus prænarratis, videntur eas
adiuuare, & confirmare.

Placebat etiam ad idem Cephal. conſ. 244.
num. 10. 11. 12. & 13. ſecunda parte. qui in ſpe
cie loquitur in caſu noſtro in legato facto vxo-
ri, ex quo poteſt ſe alere ea ratione, quia, cum
22 dies legati † cedat à morte mariti, eo tempore
impoſſibile videtur eam dici inopem. Qui etiã
pluribus rationibus hoc ipſum comprobat, vbi
omnino vult ceſſare d. Auctẽn. vbi tantum ha-
bet, quòd non cogatur mendicare, quomodo-
cunque habeat, & tantò magis ſi habeat ex le-
gato à viro. Qui Cephal. refert, & ſequitur d.
conſ. Rimin. 114. & multis deductis in contra-
rium reſpondet, & quòd ceſſante inopia vxo-
ris ſuperſtitis quaſi ceſſante cauſa finali. d. Au-
ctẽn. prȩterea. ceſſet eadẽ Auctẽn. placuit Dec.
conſ. 24. ante num. primum. vbi Apoſtill. Ex
23 quibus, dato etiam quòd paupertas † vxoris
non tempore contractus matrimonij, vt quàm
plures exiſtimarunt, ſed mortis attendenda fo-
ret, vt communem eſſe refert Rolan. à Valle
conſ. 15. ſub num. 5. lib. 3. qui plures rationes,
& auctoritates refert, & comprobat, & videtur
eſſe de mente tex. in d. Auctẽn. præterea. & d.
§. quoniam. & §. fin. Auct. de exhib. reis, quam
dixerunt Domini eſſe latiſſimam quæſtionẽ, vt
per eundẽ Rolan. d. cõſ. 15. qui latè diſputat, &
innumeros vtrinque congerit; tamen attenta
prȩdicta conſideratione legati cedentis à mor
te tolli, imò retorqueri videtur. De cuius tamẽ
dicti veritate non eſt viſum Dominis neceſſa-
rium in hoc caſu plenè agere, ſtantibus ſupra
conſideratis.

Cum igitur, an quis poſſit dici diues, vel pau
per, in terminis Auctẽn. præterea. C. de vnde
24 vir. & vx. ſtetur † arbitrio iudicis iuxta gloſ. or-
din. in d. Auctẽn. prȩterea. quam communiter
approbari poſt ſcribẽtes ibi refert Socin. conſ.
30. num. 1. ex mente Docto. in d. Aucten. Bart.
in l. ſi conſtante. in prima q. princip. ff. ſol. mat.
arbitrati ſunt Domini in quæſtione propoſita
mulierem non eſſe dicendam pauperem ad ef-
fectum, vt intret prædicta Auctẽn. de qua agi-
tur: cum prȩdicta eius dos fuerit congrua tam
reſpectu dantis, quàm recipientis, & cum ipſa
ſit vilis, & in matrimonio, & poſt operari ſo-
lita eſſet: & maximè placebat in hoc Socin. cõſ.
121. n. 45. cum ſeq. lib. 4. vbi loquitur in nobili
Senẽſi, & vult, quòd operari debeat, quando
ſcilicet conſuetudine patriæ non eſt dedecus,
&c. vltra ſupra deducta.

Et pro confirmatione prȩdictorũ placebat
Dominis pulchra ratio, & planè in terminis,
25 quòd, an † dos ſit parua, vel congrua ad effe-
ctum, vt in iſta materia aliqua dicatur indota-
ta, non eſt recedendum à regulis iuris commu
nis, quæ volũt, vt habeatur ratio temporis con
26 ſtitutæ dotis, quæ dos † congrua ſuccedit lo-
co legitimæ per vulg. in tantum vt nec augea-
tur, auctis facultatibus patris, ſi tempore, quo
fuit aſſignata, fuit congrua, quando ſit iuſſa à
ſtatuto eſſe contenta dote congrua. Bald. in
Auctent. res quæ. nu. 16. C. commu. de lega.
Ruyn. in l. Gallus. §. & quid ſi tantũ. nu. 174. ff.
de lib. & poſthum. & conſ. 56. num. 14. lib. 3. la-
tè Menoch. de arbitrar. lib. 2. cent. 2. caſ. 149.
Aym. conſ. 11. num. 14. & intantum eſt verum,
27 vt, ſi extat † ſtatutum, quòd extantibus maſcu-
lis, fœminæ ſint contentæ dote data, quo caſu
ſolet quæri, an poſſit infra legitimam dotari.
28 Et communiter † dicũt Docto. quòd ſic, vt per
Bal. in d. Auct. res quæ. num. 16. cum latè con-
geſtis per Menoch. ibidem. num. 2. tamen, ſi
dos eſſet ita exigua, vt conſtare poſſet filiam eſ
ſe enormiter lȩſam, tunc poſſet cõqueri: ſed hȩc
39 læſio † eſt conſideranda nõ ſecundùm tempus
mortis patris, ſed ſecundùm tempus dotis cõ-
ſtitutæ, vt per Menoch. loco citato: ſic in caſu
propoſito in iudicando, an dos ſit talis, quȩ
æquiparetur non doti, inſpiciendnm eſt tem-
pus dotis conſtitutæ: quo caſu non eſt dubium
tunc fuiſſe congruam, & decentem.

Plura ſimilia, puta in legitima, in læſione ex
contractu, in donatione inofficioſa, quæ conſi-
derantur ſecundùm ſua tempora, ponit ibi Me
noch. num. 17. & deinceps.

Ex quibus omnibus, vt dixi, ſimul conſidera
tis fuit concluſũ in caſu propoſito dictã An-
toninã non potuiſſe vocari indotatam, nec in-
opem, nec, ſi viueret, poſſe habere quartam in
bonis

bonis mariti prædefuncti, conſequenter, nec hodie eius hæredem poſſe conſequi eam, & in effectu nõ intrare in caſu,de quo agitur, diſpoſitionem §.quoniam verò. Auct.de exhib.reis, nec ſæpè alleg. Auct.præterea. C. vnde vir, & vxor. Et quoniã cauſa hęc vertebatur in Curia Capitolij coram D. Lambertino Bononienſe Capitaneo appellationis qui petijt votũ Rotę ſuper præmiſſis, & fuit me proponente reſponſum,& deciſum, vt ſupra,ideo &c.

Bononienſis Apothecarum. Mercurii. 27. Iunij 1576.

EPITOME.

Conſentiẽdo reiectioni huius oneris venientes ab inteſtato, renunciant præiudicio, quòd prætendere poſſunt circa legitimam.

SVMMAE.

1 *Venientes ab inteſtato, conſentiendo reiectioni huius oneris quando dicantur renunciaſse præiudicio, quòd prætendere poterant circa legitimam?*
2 *Conſenſus venientium ab inteſtato ex quibus probetur?*
3 *Venientes ab inteſtato ex quibus videntur renunciaße iuri,quod poterant prætendere ſuper prohibitione legitimæ,vel actionis ad ſupplementum.*

DVBIVM.

An in caſu, de quo agitur, ſit conſiderabile pręiudicium venientium ab inteſtato?

163. DECISIO. alioqui. II.

Domini dubitabant, quicquid ſit de iure communi,in hoc caſu,per allegata à Ga-
1 briele,quòd veniẽtes † ab inteſtato cõſentiendo reiectioni huius oneris,renũciauerint apertè præiudicio,ſi quod prætendere poſſent contra legitimam,de qua agitur,ſaltem ad effectũ, vt hodie tertius poſſit agere ad dictam legitimam,& dare de iure ipſorum,non ſolùm ipſis non conſentientibus, ſed magis contra eorum factum,& voluntatem.
2 Conſenſus † autem venientium ab inteſtato probari videtur clarè, tum quia acquieuerunt laudo,& ipſum approbarunt, & dederunt ſupplementum legitimæ. item conſenſerunt alienationi factę de iſtis apothecis,imò fideiuſſores extiterunt pro dicta alienatione.
3 Ex quibus videntur † remiſiſſe,& renunciaſſe cuicumque iuri,quod poterant prætendere ſuper prohibitione dictę legitimę,vel actionis ad ſupplementum.

DE SEPVLTVRIS.

Burgenſis iuris ſepeliendi. Lunæ. 17.Maij 1574.

EPITOME.

Sepulturæ electio facta pacto, iuramento,vel fideicommiſſo quòd nõ obliget, hic declaratur.

SVMMAE.

1 *Sepulturas quilibet de iure communi eligere poteſt.*
2 *Sepulturæ electio quando verè dicenda venit ſecundùm ius commune?*
3 *Sepulturæ pactum eſt improbatum, & ſimoniacum. amplia,prout num. 4.*
5 *Sepulturæ in materia verum ius commune dictat, vt ſit libera, & variabilis eius electio.*
6 *Sepulturam eligere quis poteſt,non tamen poteſt voto, iuramento,vel alio modo id firmare.*
7 *Reductio ad ius commune intelligi debet de primæuo ſtatu iuris communis.*
8 *Reductio ad ius commune interpretanda eſt ad ius commune hominis liberi,non ligati.*
9 *Præiudicij in conſequentiam non habetur ratio.*
10 *Papa procedens per modum remouendi obſtacula,nullum, ius quæſitum tollit.*
11 *Obſtacula quando dicantur remoueri?*
12 *Lex facilè aliam legis diſpoſitionem tollit.*

PRAESVPPOSITA.

Stante fideicommiſſo familiæ de Velaſco, cuius copia detur in neceſſarijs. 1
Et relaxatione iuramenti in actis præſentati. 2
Et vna ſententia in partibus ad fauorem monialium lata. 3
Et alia ſententia in rota ad fauorem capituli, reuocatoria dictę ſententiæ de partibus. 4
Et alijs duabus ſententijs in fauorem monialium confirmatorijs ſententię de partibus,& reuocatorijs ſententiæ rotalis. 5
Et Commiſsione fel. record. Pij V. pro parte monialium,ac alia vltimo loco producta,quorum in neceſſarijs copia detur. 6
Et quòd regula de iure quæſito non tollendo fuerit producta pro parte capituli ante ſecundam ſententiam. 7
Et executorialibus pro parte monialium in partibus intimatis. 8
Et reſolutionibus in huiuſmodi cauſa factis, quòd intrét reg.de iure quæſito. 9
Et vltima ſententia lata in fauorem capituli, reuocatoria aliarum latarum in fauorem monialium. 10

DV-

D V B I V M.

An dicta regula de iure quęſito non tollendo intret contra commiſsionem monialium obtentam ante ſecundam earum ſententiam, ita vt dictę tres ſententię non debeant exequi, vel potius ſint exequendæ, & reuocanda vltima ſententia.

164. DECISIO. ſiue Diſcurſus. alioqui. I.

DOmini in quæſtione propoſita ſe reſtrinxerunt, vt videretur, an ius cõmune aſſiſtat capitulo, ſtante libertate eligendi ſepulturas,
1 quę † cuilibet competit de iure communi, vt aliàs Domini dixerũt, an magis monialibus, ſtante fideicommiſſo, pacto, & iuramento, quæ pro eiſdem allegabantur, & erant varij.

Nam qui pro capitulo tenebant, allegabant verè non dici fieri regreſſum ad ius commune, reducendo negocium ad pactum, iuramẽtum, & fideicommiſſum pro monialibus allegatum: quia in materia ſepulturę, de qua agimus, concernunt ius ſingulare, & particulare Petri iurantis, non autem ius commune in materia ſepeliendi, per latè pro capitulo deducta. Et dicebant, quòd verè res dicitur redigi ad ius cõmune, quando tale ius commune eſt ſimplex iuris communis diſpoſitio ſine miniſterio, vel fa-
2 cto hominis, & ideo electio † ſepulturæ, quæ ſimpliciter, & ſine facto, & ſine miniſterio hominis, ſed ſola iuris communis diſpoſitione eſt libera, videtur verè dicenda ſecundùm ius cõmune, non ſic videtur in quęſtione propoſita in pacto, iuramento, & fideicommiſſo, quę magis facto, vel miniſterio hominis, nempe fidei cõmittentis eiuſdẽ Petri ſunt inducta, & ideo in hac materia ſepeliendi non ſimpliciter, ſed ſecundùm quid, & ſic impropriè videretur fieri reductio ad ius commune. quod non videtur dicendum ſecundùm prædictos Dominos.

Huc pertinere videntur latè tradita per Sarnen. in reg. de nõ toll. iur. quęſ. q. 6. tũ in princ. tum in verſ. iſtis tamen non obſtantibus. & pro hac parte placuit Felin. allegatus in c. ad audiẽtiam. il 2. col. 6. in fin. verſ. fallit primo. num. 9.
3 de reſcrip. vbi pactum † ſepulturæ non ſolùm non eſt ſecundùm ius commune, ſed imò reiectum, & probatum à iure tanquam ſymonia-
4 cum, etiam † quando fit de ſepeliendo in loco, vbi aliquis de iure ſepeliri debet: nec illud pactum dicitur reducere rem ad ius commune, quamuis in eodem loco de iure ſepeliri deberet: quia de iure non ita efficaciter debebat ibi ſepeliri, quin poſſet variare, & liberè alium locum eligere; ex quo loco videtur facilè deſu-
5 mi verum † ius commune in materia ſepulturę eſſe liberam, & variabilem electionem.

Placebat etiam dictum Ripę poſt alios in l. 3. num. 44. cum ſeq. de leg. 1. poſt Bart. ibi nu. 7. & Iaſ. num. 51. Placuerunt etiam admodum tradita in c. 1. de ſepult. in 6. per illum tex. & ibi
6 per Ioan. Monac. nu. 2. cum ſeq. vbi poſſum † eligere ſepulturã, non tamen poſſum voto, vel iuramento, vel alio modo id firmare. poſt Archid. ibi col. 1. in fin. in verb. eligant. & ibidẽ Io. And. num. 4. & Anchar. nu. 2. circa. med. verſ. ſed hic quęritur. & Franc. num. 3. in §. ſi verò. & Gemin. in d. §. ſi verò etiam. num. 3.

Et ſubdebant ijdem Domini, quòd redu-
7 ctio † ad ius commune debet intelligi de primæuo ſtatu iuris cõmunis. vulg. c. ab exordio. 35. q. 1. & vulg. §. pactus ne peteret, cum ibi latiſſ. trad. in l. iuris gentium. ff. de pact. Et pla-
8 cebat eiſdem reductionem † ad ius commune eſſe interpretandam ad ius commune hominis liberi, non hominis ligati, vt videtur eſſe in quęſtione propoſita, ex Sarnen. alleg. & alijs ſupradictis: cum maximè omne ius ſit præſerua-
9 tum monialibus, & præiudicij † in conſequentiam non habeatur ratio. in reg. de non toll. iur. quæſ. Sarn. in d. reg. q. 3. & vt per informantes. Ex quibus dicebant prædicti Domini colligi reſponſionem ad deducta ex aduerſo.

Alij tamen Domini contrarium ſentiebant, quòd magis ius commune aſſiſteret monialibus ex fideicommiſso, & iuramento prædictis. Et vltra doctè allegata per informantes pro hac parte placebat, quòd Pius V. in ſua commiſſione, & in clauſula, ac ſi literę pœnitentiarię non emanaſſent, magis proceſſerit remouendo obſtacula, quàm directè auferendo ius, & reponendo rem in priſtinum, ideſt in eo ſtatu, in quo erant, quando emanarunt prędictæ literæ pœnitentiariæ: Et placebat dictum Cur. Iun. conſ. 1. num. 22. Caſsan. conſ. 65. num. 73. Gozad. conſ. 1. num 35. Gomez. in reg. de iur. quæſ. q. 16. Rolan. conſ. 3. num. 113. lib. 1 Crauett. conſ. 135. num. 6. & conſ. 264. num. 9. cum alijs, de quibus per informantes. Addebant aliqui ex Dominis Brun. conſ. 1. num 56. & 57. Io. Camp. conſ. 2. num. 43. Socin. conſ. 10. nu. 30. in fin. & num. 31. Neuiz. conſ. 12. num. 182. inter conſ. Brun. Gabriel de iur. quæſ. concluſ. 1. num. 28. Si ergo Papa tollit diſpenſationem, & redigit rem ad ius cõmune ante literas pœnitentiariæ & conſequenter hoc modo procedendo, non dicitur tolle ius quæſitum, vt per Curtium prædictum, & alios ſupra alleg. ergo

non

non poteſt dici intrare reg.de nõ tol.iur.quæſ.
10 cum nullum † ius quæſitum tollatur per Papã procedentem per modum remouendi obſtacula, vt ſupra dixi, Ante ergo prædictas literas pœnitentiariæ, ius commune aſſiſtebat monialibus,ſtante fideicommiſso, & iuramento prædicto,ergo & hodie videtur aſſiſtere. Et ſubde-
11 bant aliqui ex Dominis, quòd tunc † dicuntur obſtacula remota,quando tolluntur ea,quæ ex legis diſpoſitione obſtant:ſecus autem, quando tolluntur ea, quæ ex facto priuatorum proueniunt. Suſtulit ergo commiſſio Pij aliam legem,quæ præbebat obſtaculum,nempe literas pœnitentiariæ,& remanſit pactum priuatorũ, nempe prædictum fideicommiſſum, & iuramentum,ex quibus directò dicebatur ius quęſitum monialibus, quod nõ videtur ſublatum.
12 Lex † enim de facili aliam diſpoſitionem legis tollit,non ita aufert factum priuatorum, iuxta illud,lex ſuum,non tuũ &c.gloſ.notab.& vulg. in l.aſſiduis.vbi Doctor. C.qui pot. in pig. habe.cum ſimilibus.

Reſeruabant tamen Domini videre,an literæ pœnitentiarię vitio obreptionis, vel ſubreptionis ſubiacerent, & an in eis ſit expreſſum fideicommiſſum antiquum,& aditio hęreditatis Petri,ex qua d. Petrus dicitur quaſi contraxiſſe, & ſe obligaſſe ad contenta in prędicto fideicommiſſo, & an hęc ſufficienter ſint narrata in prædictis literis.

Quia tamen omnes Domini non viderant, & aliquibus placebant rationes deductę pro parte monialium, alijs placebant deducta per capitulum, nihil voluerunt firmare in hac poſitione,ſed mãdarunt, vt iterum poneretur cum eiſdem.

Burgẽſis iuris ſepeliendi ſuper eiſdem.
Lunæ 5.Iulij 1574.

EPITOME.

SEpulturam eligens cum iuramento tenetur ad obſeruantiam.

SVMMAE.

1 *Sepulturæ ius eſt liberum.*
2 *Maioricatum qui inſtituit iure communi optimè potuit ei imponere legem,quã ipſe voluit,& pro lege eſt ſeruãda.*
3 *Donator poteſt imponere legem rebus ſuis in fauorem tertij,quæ non poteſt per eius hæredes reuocari.*
4 *Ius inſtitutionis, & fideicommiſsi maximè iurati attendendum eſt.*
5 *Literæ ſacræ pœnitentiariæ quæ contra ius dicantur?*
6 *Res cum ſua cauſa tranſire debet.*
7 *Maioricatum cum ſuo onere acceptans quaſi contrahere dicitur.*
8 *Ius quæſitum quando ex Põtificis commiſsione non videtur auferri?*
9 *Clauſulæ, ac ſi dictæ literæ non emanaſſent, effectus.*
10 *Sepeliri quis debet de iure communi in ſepulchro maiorũ ſuorum ſi nulla facta eſt electio ſepulturæ.*
11 *Sepulturam eligendi ius eſt ius peculiare, & contra ius commune.*
12 *C.cum liberum.de ſepultur.non procedit, vbi quis liberè ſe obligat ad ſepulturam in aliquo loco.*
13 *Sepulturæ electio cum ſit ſpirituale, pactio in eo interuenire non debet.*
14 *Religioſorum ſola inductio ad eligendam ſepulturam eſt prohibita.*
15 *Laici non puniuntur per canonis diſpoſitionẽ,niſi de eis expreſsim fiat mentio.*
16 *Promiſsio iurata non ad ſuggeſtionem facta per teſtatorem circa electionem ſepulturæ eſt ſeruanda.*

165. DECISIO. Alioq. II.

POſt multa dixerunt Domini ius commune magis aſſiſtere monialibus. Licèt enim in hac materia in genere,& indefinitè propoſi-
1 ta ius † ſepulturæ ſit liberum. c. 1.& c.cum *liberum*. cum c. ſeq. de ſepult. iunctis tradit. in c. 1. de ſepult. in 6. cum pluribus alijs in alia poſitione plenè deductis.

Tamen in hoc themate propoſito, vbi iuri communi ſuperuenit alia diſpoſitio à iure cõmuni pariter recepta,& permiſſa,prout in quęſtione propoſita,eſt fideicommiſſum,& alia,de quibus agimus,tunc hoc ipſum magis verè, & in ſpecie in hac ipſa materia dicendum eſſe *ius* commune,viſum eſt Dominis.& videmur omnino recedere à terminis prædicti iuris *communis* ſimplicis,& indeterminati.

2 Hinc dicebant,quòd, qui † maioricatũ inſtituit iure communi, optimè potuit eam ponere legem,quam ipſe voluit, vt in iure communi eſt frequentiſsimũ,quę diſpoſitio lex dicitur, & vt lex ſeruanda eſt. vulg.§. diſponat. Auct.de nup. faciunt latè tradita in l. 1. C. de ſacro. ſanct. eccleſ.tritum enim eſt, donato-
3 res † poſſe imponere leges rebus ſuis,& in fauorem tertij, quas velint de iure cõmuni, quę per eorum hæredes reuocari nõ poſſint. Bart. in l. qui Romæ.§.Flauius.de verb. oblig. & Alex.ibi col.pen.ſub n.9.verſ. vltimus eſt caſus. Item Iaſ.col.9.verſ.3.limit.Gabriel.de donat. concluſ.5.num.2.Clar.in §.donatio. q. 13. ad fin. qui plura allegant.& communem referunt.

4 Quibus veris exiſtentibus,placuit hoc † ius inſtitutionis,& fideicommiſſi, item iuramenti per don Petrum appoſiti ſuper eius obſeruatione

tione debere attendi, & dici in hac materia ve-
re ius commune, per multa latè deducta in po-
ſitionibus huius cauſę.

5 Literę † autem ſacrę pęnitent. quæ huic ne-
gocio ſuperuenerunt, videbantur neceſſariò
continere diſpoſitionem cōtra ius commune:
quia permittebant, quòd ille retineret maio-
ricatum, & non ſeruaret, quod promiſerat cū
iuramento, ex diſpoſitione teſtatoris: quæ lite-
rarum diſpoſitio neceſſariò videtur contra ius
commune. l. ſi diuerſa & l. ſi quis maior. C. de
tranſ. Si enim nolebat iuramento aſtringi, de-
6 bebat dimittere maioricatum: res † enim cum
ſua cauſa tranſire debet, prædictæ ergo literæ
ius ſpeciale, ſiue obſtaculum, ſiue impedimen-
tum, ſiue etiam diſpenſationem inducere vi-
dentur, quæ hanc diſpoſitionē hominis in hac
materia de re ſua diſponentis, & legem iuri cō
muni permiſſam imponentis impediunt, & dō
7 Petrum, qui acceptando † prædictum maiori-
catum cum ſuo onere quaſi contraxi, & iure-
iurando, item pacto ſe obſtrinxit diſpenſare, &
gratiam, ſiue ius ſingulare ei concedere viden-
tur, non autem ius commune.

Hinc commiſſio fel. rec. Pij Papæ V. redu-
cens omnia in priſtinum, & moderans literas
8 pœnitent. non † videbatur auferre ius quæſi-
tum, ſed magis tollere impedimentum, & ob-
ſtaculum.

Perpendebāt etiam aliqui ex Dominis clau
9 ſulam, † ac ſi dictæ literę non emanaſſent quę
videtur reducere hoc negocium ad ſtatum pri-
ſtinum, hoc eſt ad ius, in quo erat ante prædi-
ctas literas, ad trad. poſt alias per Pariſ. cōſ. 44.
num. 6. & 7. lib. 4. ergo per hoc redimus ad prę
dictum fideicommiſſum, & ſtatum ante prędi-
ctas literas, quo ius commune aſſiſtebat monia
libus per prædicta. Et addebant, quòd motus
proprius Pij. V. & hæc tota materia, non vide-
tur exorbitans, ſed fauorabilis, reducens, vt ſu-
10 pra: maximè cum de iure communi, † ſi nulla eſ
ſet facta electio de ſepultura, deberet, iure com
muni inſpecto, D. Petrus ſepeliri in ſepulchro
maiorum ſuorum. Aymo conſ. 10. nu. 6. facit.
text. in c. is qui. de ſepult. in 6. & in c. 1. & 3.
eodem tit.

11 Hinc addebant aliqui Domini, quòd ius †
eligendi ſepulturam, eſt ius ſpeciale contra ius
commune prædictum, vt per Prob. in addit. ad
Ioan. Monac. in d. c. 1. num. 3. & per Io. And. ibi
num. 5. Item Anchar. ibi ſub num. 2. verſ. item
electio. cum ſimil.

12 Non obſtat † c. cum liberum. item Felin. in
c. ad audiĕtiam. cum alijs ex aduerſo deductis:
quia non procedunt, vbi quis liberè ſe obligat,
ſed vbi ad inſtantiam parochi, vel alterius indu
ctus promittit, & ita arguebant ex. d. c. 1. de ſe
pult. in 6. per locum à contrario ſenſu, ibi, ad
promittendum inducant, vt apud eorum eccle
ſias ſepulturas eligant, & ſic nō ſimpliciter pro
miſſio prohibetur, ſed tantùm promiſſio facta
ad ſuggeſtionem religioſorum, & ſic pactio, ſeu
inductio, Et gloſ. ibid. in verb. ſepulturā, ſubdit
13 rationem: quia, † cum hoc ſit ſpirituale, pactio
interuenire non debet, vulg. c. pactiones. de
14 pact. cum ſimil. Imò ſola † etiam inductio reli-
gioſorum videtur prohibita in d. c. 1. Cū enim
15 ibi non † loquatur de laicis, ſequitur, quòd pro
hibitio, & pæna in eis locum non habet, ita ar-
guit ibi Io. And. circa princ. in verſ. quam niſi
clerici. quē ſequitur Franc. ibi in 1. not. & Ge-
min. num. 4. & prędicta ex mente Io. And. in d.
c. 1. nu. 2. & Docto. ibi. Vitalli. in Clem. cupien
tes. num. 83. de pænitent. quæ ad hoc, vt tex. in
d. c. 1. procedat, requirit inductionem prędictā
&c. cum alijs allegatis ad hoc, vt bene videtur
facere Aym. d. conſ. 10. num. 12. & 13. qui ita
videtur intelligere prędictum. c. primum, ſe-
16 cus ergo eſt in † promiſſione iurata, nō facta ad
ſuggeſtionē, vt in caſu noſtro, vbi ordinationē
huiuſmodi iuratam tenetur quis ſeruare. Spe-
cul. in §. compendioſè nu. 26. de inſtrum. edir.
& in tit. de ſepult. num. 6. Hoſtien. quem ſe-
quitur Angelica. eod. num. 40. & quicquid ſen
ſerit Anchar. in d. c. 1. ſub num. 2. & ibid. Pet.
de Rauenna, qui tamen perfunctoriè videtur
loqui, prout aliàs fuit reſolutum in hac cauſa,
quòd don Petrus ſic iurans erat aſtrictus ſer-
uare iuramentum.

Burgenſis iuris ſepeliendi. Lunæ
15. Nouembris 1574.

EPITOME.

Regula, de iure quæſito non tollē
do, an procedat in priuilegijs
apoſtolicis reuocabiliter, & pre
cario nomine conceſsis, ſeu in priuile-
gijs translatiuis, prout eſt ius ſepeliendi,
hic narratur.

SVMMAE.

1 *Ius quæſitum capitulo iam radicatum, & effectu conſūma
tum an tolli poſsit?*

2 *Priuilegia apoſtolica transferentia ius reuocabiliter, &*

 precario

precario nomine quæ ſint, & an in eis reg. de iure quæſito habeat locum? & num. 3.

4 *Priuilegia ſedis apoſtolicæ translatiua quæ dicantur, & an ſint reuocabilia?*

PRAESVPPOSITVM.

Præſuppoſita reſolutione vltimo facta die Lunæ 1. Iulij 1574.

DVBIVM.

An in caſu, de quo agitur, regul. de non tollen. iur. quæſit. procedat in iure quæſito de iure ſpeciali, vbi ex aduerſo agitur de reductione ad ius commune, & vbi ius commune aſsiſtit parti aduerſæ.

166. DECISIO. ſiue Diſcurſus. alioqui. III.

LIcèt aliqui ex Dominis inclinarẽt pro monialibus, per latè deducta in reſolutione vltimo ad earum fauorem facta, nec placeret locus Sarnẽ. ex aduerſo allegatus, cum ipſe ex propoſito magis contrarium firmarit in alleg. quæſt. 6.

1 Et ad illud motiuum, quod ius † quæſitum capitulo iam radicatum, & in effectu conſummatum difficilius tolli poſſet, dicebant, quòd, cum moniales ſtatim contradixerint, & ius earum eſſet clarum, & indubitatum ex rationibus aliàs deductis, illud non debebat obſtare.

Tamen alij Domini videbantur valdè dubij per rationes ex aduerſo allegatas, potiſſimùm illam, quòd per Coneſtabilis humationẽ effectus iuris quæſiti ſit conſummatus, & ius perfectè radicatum, & incorporatum capitulo, & in hac materia pro diſcurſu, & excitatione informantium afferebant talem diſtinctionem, nempè quód.

2 Quædam † ſunt priuilegia, & conceſsiones apoſtolicæ, quæ non præciſè, nec irreuocabiliter transferunt ius, ſed reuocabiliter, & precario nomine, prout ſunt confirmationes conſuetudinum, conceſsiones iuriſdictionum, & ſimilia, vt per Bart. in l. hoſtes. num. 4. de captiu. Bald. in c. ſicut. il terzo. num. 6. cum ſeq. de iureiur. & in l. 2. q. 9. nu. 28. C. de ſeruit. & aqua. & in conſ. 388. in princ. lib. 4. cum infinitis, quę poſſent adduci: & idem eſt in gratijs permiſſiuis, & ſucceſſiuis, prout ſunt immunitates non ſoluendi collectas: nam reſpectu futurorũ non exactorum nihil transferunt ante incorporationem, & conſiderat Bald. in l. qui ſe patris. col. 7. ſub n. 12. verſ. & adde & meliùs. in verſ. cuius opinio eſt vera, iuncto verſ. ſtatim ſeq. Item in conceſſis, & verſ. in translatis verò. C. vnde liberi. Abb. in c. nouit. num. 20. de iudic. & ibi alij. Natt. conſ. 512. num. 21. cum plur.
3 ſeq. & in ſpecie nu. 23. 24. &c. & in iſtis † *reg.*
de iure quæſito non habet locum, quia tollitur obſtaculum, & cenſetur eſſe ius quęſitum cum ſua cauſa, & iuxta naturam illius priuilegij precarij, vel reuocabiliter conceſſi.

4 Quædam † verò ſunt priuilegia translatiua, quę trãsferunt ius aliquod, vel dominiũ, prout eſt iſtud de iure ſcpeliendi poſt effectuationẽ illius, & iſtud ius non videtur reuocabile, quando fuit ſemel radicatum, vt per Bald. in d. l. qui ſe patris. col. 7. & Abb. & Natt. vt ſupr. *quia* iſtud ius, licèt ſit quæſitum per modum iuris ciuilis; tamen, poſtquam fuit radicatum, eſt de iure gentiũ, & non licet reuocare, niſi ex cauſa concernente vtilitatem publicam, & quando aliter haberi non poteſt illud bonum publicũ. vltra prædicta Aym. conſ. 7. num. 10. & conſ. 135. nu. 20. Viuius de com. opin. in verb. *prin*ceps. Et in iſto caſu videntur procedere, quę dicunt Mohed. deciſ. 82. & Sarnen. q. 15. in fin. cum alijs, & ſic regula habet locum.

Præterea non diſplicebar conſideratio de §. pactus ne peteret. in l. iuris gentium. de *pact.* de qua per informantes capituli, & ſuper prædicta diſtinctione, & dictis motiuis mandarunt particulariter informari.

Burgenſis iuris ſepeliendi. Mercurij. 5. Decembris 1576.

EPITOME.

LIteræ ſacræ pœnitentiariæ infraſcriptæ à pluribus obreptionibus, & impugnationibus ſaluantur.

SVMMAE.

1 *Clauſula, quorum tenores &c. minimè ſupplet, præcipuè in tertij præiudicium?*

2 *Regula de iure quæſito non toll. derogatio, quando eſt neceſſaria? & num. 7.*

3 *Iuramenti in relaxatione citatio requiritur, fallit, vbi extraiudicialiter proceditur. num. 9.*

4 *Aditio hæreditatis quando tacitè intelligatur?*

5 *Papa ſi vult præiudicare quoad proprietatem, ergo multò magis quoad poſſeſsionem.*

6 *Narratio, quæ non dicatur ſufficiens ad reddendum Papã difficiliorem ad concedendum?*

8 *Regul. Clement. vij. de iure quaſ. non tollen. loquitur de gratijs impetratis, lite dumtaxat pendente.*

DVBIVM.

An ex aliquo capite impugnari poſsint literæ pænitentiariæ pro parte monialium.

167. DE-

167. DECISIO. alioqui. IV.

DVbitaui, an ex aliquo capite impugnari
poſſint literæ ſacræ pœnitentiariæ ad fa-
uorẽ don Petri de Velaſco emanatæ. Pro par-
te monialium vltra ſubreptiones diſcuſſas co-
ram RR. PP. DD. Robuſterio, & Sarmiento,
de annis 1563. & 1564. Cõtenditur extare etiã
alias quatuor ſubreptiones, & ſequentes im-
pugnationes.

Prima, quòd in dictis literis non fuerit ſacta
mentio de fideicommiſſo antiquo.

Secunda, quòd nec de aditione hęreditatis
don Petri impetrantis, ex qua aditione quaſi
contraxit.

Tertia, quòd nec de accepiatione ipſarum
monialium per publicum inſtrumentum.

Quarta, quòd nec de earum poſſeſſione iuris
ſepeliendi, quę omnia prætenduntur eſſe extra
inſtrumentum fundationis, & per conſequens
1 non † potuiſſe ſuppleri per clauſulam, quorum
tenores &c. vt per Dec. in conſ. 142. num. 7.
maximè in præiudicium tertij. Socin. in conſ.
115. num. 2. lib. 3.

Secundo impugnabantur dictæ litterę, etiã
2 propter non † derogationem regul. cancel. de
non toll. iur. quæ.

3 Tertio ex defectu citationis † in relaxatione
iuramenti, vt de communi teſtatur Couuar. va-
ria. reſolut. lib. 1. c. 4. ſub num. 5.

Quarto ex multiplicitate iuramentorum. Nã,
vt dicitur, primũ iuramẽtum fuit de ſepeliendo
in monaſterio. Secundum de non petendo ab-
ſolutionem. Tertium de non vtendo illa, licèt
fuiſset conceſsa motu proprio.

Verùm reſponſiones pro parte capituli ad
ſingula prędicta motiua Dominis placebant.
Nam quoad ſubreptiones aſſeruntur duæ deci
ſiones. Vna ſub die 28. Iunij 1563. corã D. Sar
miento. Altera corã Robuſterio ſub die 3. No-
uembris eiuſdem anni, in quibus apertè dici-
tur dictas lireras non eſse ſubreptitias, ex diuer
ſis deductis pro parte monialium.

Sed & particulariter reſpondebant Domini
deducta per moniales in primo motiuo non eſ
ſe releuantia, ex quo prima ſubreptio de fidei-
commiſso ceſsat, ex eo quia de fideicommiſso
nullibi conſtat, niſi in ipſa fundatione, de qua
fundatione, & eius natura, forma, & continen-
tia in literis clara habetur mentio etiã per clau
ſulam, cuius tenor &c.

4 Secunda etiam ceſsat, ex quo aditio † tacitè
ſubintelligitur. Nam, ſi don Petrus nõ adiſset
hęreditatem, vtique illi non erat neceſsaria ali-
qua abſolutio à iuramẽto. Tollitur etiã, quòd
ſit narrata, quia ex illis verbis, cuius tu domi-
nus temporalis exiſtis, de quibus in literis, ſa-
tis colligitur aditio, non enim aliunde poteſt
eſse dominus maioricatus, quàm ex aditione.

Pariter ceſsat tertia, quia, cum in literis fiat
mentio, quòd ex inſtitutione maioricatus cada
uera ſint ſepelienda in monaſterio s. Clarę, &
quòd don Petrus iurauit omnia in dicta inſti-
tutione contenta obſeruare, vtique videtur, ſi
non expreſsè, ſaltem tacitè fuiſse narratam ac-
ceptationem ipſarum monialium, quarum fa-
uorem concernit.

5 Pariter ceſsat quarta, quia, ſi Papa † vult prę-
iudicare quoad proprietatem, ergo etiam mul
6 to magis quoad poſseſſionem. Præterea iſta †
narratio non eſt viſa Dominis talis, quæ Papã
ad concedendum difficiliorem reddidiſset.

Ad ſecundam impugnationem, quòd non
fuerit derogatum reg. de nõ toll. &c. reſponde
7 tur non ſuiſse † neceſsarium, ex quo cum reg.
8 Clem. vij. loquatur de gratijs impetratis lite †
pendente, vt per Sarnen. in prædicta reg. pro-
pe finem. ergo non habet locum in gratia iſta,
quæ fuit impetrata ante litem, & verba reg.
Clem. vij. ſunt, ne, quia pro cõmiſſionibus ha
bendis in cauſis plerumque fiũt ſuggeſtiones,
iuſtitia poſtponatur &c. ponderando verbum,
cauſis.

Addebant etiam, quòd poſtea à Paulo iij.
fuerunt addita verba, ante motam litem, quę
in prioribus regulis non legebãtur ante Adria-
num, quem in hoc Clemens ſequi voluit, ſed
bene ſecutus eſt poſtea Paulus iij. vt per Sar-
nen. pręal. leg.

Ad tertiam de defectu citationis, reſponde-
9 batur non † habere locum, vbi extraiudiciali-
ter proceditur, pro vt factum fuit in caſu iſto,
vt per Gabriel. de citat. concl. 1. nu. 20. Quod
Domini dicebant confirmari etiam ex ſtylo in
huiuſmodi ſeruari ſolito.

Ad quartam, de multiplicitate iuramento-
rum, reſpondebatur ſuper hoc extare deciſio-
nem coram d. Meo Robuſterio ſub die 3. No-
uembris 1564. in qua fuit reſolutum non exta-
re, niſi vnicum iuramentum, & quatenus eſſent
plura, ab omnibus eum fuiſſe abſolutum, ſtanti
bus illis verbis, tibi quoad omnia &c. prout cẽ
ſuerunt patres in illa reſolutione, iuncto etiam
verbo, præmiſſa, quod repetit fundationem, cũ
clauſula, cuius tenor, &c.

DE PAROCHIIS, &c.

Vlixbonenſis impoſitionis onerum. Veneris. 26. Martij 1574.

EPITOME.

Populi numeroſitate aucta, prouidendum eſt rectori de adiutore.

SVMMAE.

1 *Adiutor aſſumendus eſt ob populi numeroſitatem.*
2 *Viſitatio Ordinarij enuncians maximum eſſe in loco numerum animarum, & neceßitatem adiutoris, probat. & num. 6.*
3 *Ordinario creditur in ſpectantibus ad eius officium. & n. 6.*
4 *Verbum, habet, eſt pręſentis temporis.*
5 *Teſtium conciliatio facienda eſt, vt vitetur repugnantia.*
7 *Teſtes promotoris fiſci quando alijs ſint pręferendi?*

PRAESVPPOSITVM.

Stantibus teſtibus hinc inde examinatis, & relatione viſitatoris, quorum breue ſummarium detur.

DVBIVM.

An in caſu, de quo agitur, conſtet, quòd populus de Loures ſit ita numeroſus, vt pro adminiſtratione ſacramentorum adiutor aſſumi debeat?

168. DECISIO. alioqui. vnic.

Circumſcripta nullitate examinis teſtium, placebat Dominis populũ de Loures pro
1 bari † ita numeroſum, vt adiutor aſſumi debeat in caſu, de quo agitur. Et placuerunt deducta per informantes pro promotore fiſcali, potiſ-
2 ſimùm autem viſitatio † Ordinarij, quę videtur teſtari de maximo numero animarum, item de neceſſitate adiutoris, & vt plenè in ea refertur.
3 Cui † Ordinario, cum ſimus in ſpectantibus ad eius officium, credendum eſt. Ruin. conſ. 56. col. 3. num. 5. lib. 1. Gram. conſ. ciuil. 24. col. 2. Gabriel. de teſt. concluſ. 1. num. 19. cum concord. iungendo dicta teſtium pro eadem parte examinatorum, quòd parochia eſt valdè magna, & habet 450. domos, & vltra, & magnum numerum animarum, vt etiam latè deducitur per eoſdem informantes. Quod ipſum confirmari Domini dicebant ex teſtibus ipſius pręceptoris, qui dicunt vicarium, vel rectorẽ egere capellano, ſiue coadiutore. Item ex primo teſte eiuſdem præceptoris in ſpecie, qui repetitus ad interrogatorium additionale, deponit, quòd parochialis de Loures habet 300. focos, de publica voce, & fama, & deponit per ver-
4 bum, † habet, quod eſt præſentis temporis. Et perpẽdebant, quòd teſtis ſupra dixerat locum de Loures habere tantum 40. focos. Vnde, ne idem teſtis dicatur ſibi contrarius, & pro con-
5 ciliatione etiam aliorũ dicebant † Domini fortè poſſe diſtingui hoc modo, quòd locus de Loures habeat tantùm 30. vel 40. focos, ſed comitatus, vel loca eidem adiacentia, & domus, quæ ſub eadem parochiali morantur, computatis maximè, qui è ciuitate, vel aliàs quomodocumque illò accedũt, poſſunt conſtituere 300. vel etiam 400. focos, & magnum illum numerum, de quo deponunt teſtes Archiepiſcopi.

Diuiſio parochianorum ex aduerſo allegata non bene viſa eſt Dominis probari, & maximè videtur excludi ab illis teſtibus, qui deponunt per verbum, eſt. Plures enim dicunt, eſt magna parochia, & ſic etiam de præſenti, quòd non eſſet verum, ſi eſſet facta prædicta diuiſio.

Firmatum eſt ergo probari numerum, & ne-
6 ceſſitatem adiutoris, tũ ex viſitatione, † cui maximè Domini detulerunt: cum, vt dixi, ſumus in his, quæ pertinent ad proprium officium viſita-
7 toris, tũ ex teſtibus pro promotore fiſcali, qui † alijs ex aduerſo deductis viſi ſunt præferendi, quia adiuuantur ab eadem viſitatione, cui ſunt conformes, & bonas cauſas deducunt, vt per eoſdem informantes aduertitur.

DE IVRE PATRONATVS.

Legionenſis Capellaniæ S. Vincentij. Lunæ. 6. Iunij. 1575.

EPITOME.

Patroni, qui non ſunt de collegio, non debent de iure cõmuni ad præſentandum omnes conuenire, ſed ſufficit maiorem partem ſeparatim præſentare, aliæq. de præſentatione quæſtiones deciduntur.

SVMMAE.

1 *Patroni poſſunt de iure ſeparatim præſentare pro maiori parte, ſi non ſunt de collegio, ex communi.*
2 *Iuspatronatus in dubio non cenſetur competere, vti collegio, ſed vti particularibus.*
3 *Teſtator cenſetur in dubio ſe conformare cum iure communi.*
4 *Præſentatio non dicitur nulla, ſi rector, qui ex forma erectionis adhibere debebat, in electione vnum parochianum,*

num,duos adhibuit,imò ille ſecundus acquirit ius eligẽdi.num.5.

6 *Forma non dicitur violata ex maiori numero teſtium adbibito in teſtamento,ſeu alia diſpoſitione.*

7 *Præſentatio fieri poteſt per ſcripturam,& ſufficit,vt ea ſuperiori præſentetur.num.8.*

9 *Gratificationi eſt locus quoad præſentatos,cæteris paribus exiſtentibus.*

10 *Paupertatis ratione quis præferatur.*

11 *Neceſsitati vnius magis ſuccurrendum eſt,quàm hoſpitalitati alterius.*

12 *Præſentatus exiſtens de loco beneficij,præfertur ei,qui ſaltem non eſt de diæceſi.*

13 *Domicilium fateri quis non dicitur,ſi appellat ſe incolam, & habitatorem vnius loci.*

P R AE S V P P O S I T V M.

Pręſuppoſita clauſula teſtamenti fundationis capellę, de qua agitur,& inſtrumentis requiſitionum,& præſentationum hinc inde factarum,& duabus ſententijs latis in partibus in fauorem Iacobi Nauę,& contra Gaſparē de Leone,& ſupplicatione gratiæ,ſi neutri,in fauorem dicti Gaſparis,& teſtibus, & alijs iuribus,de quibus in ſummario,quod datur. 1

D V B I V M.

An prędictus Iacobus, vel Gaſpar ſit inſtituendus, & reuocandæ, vel confirmandæ ſententiæ de partibus?

169. DECISIO. ſeu Diſcurſus alioqui. I.

PRo grauitate, & difficultate cauſarum hodiè propoſitarum nō potuit hæc cauſa plenè per Dominos omnino diſcuti,cum & ipſa ſatis plena,& difficilis ſit iudicata,ab aliquibus tamen fuerunt hæc per modum diſcurſus relata. Dicebatur enim reſultare plures difficultates in iure,item plures in facto. & in iure infraſcriptas ſex referebant.

Prima,an de iure communi patroni ad pręſentandum debeant ſimul conuenire?

2 Secunda,an in hoc caſu ſaltem requireretur ex forma fundationis,vt ſimul conuenirent.

Tertia,an præſētatio Gaſparis ſit nulla,quia rector non vnum ſolum, ſed duos adhibuit parochianos?

Quarta,an,ex quo pręſentatio non fuit facta ſuperiori,non valeat, ex deciſ. Achill. vnic. de præſent.

Quinta,an ambobus exiſtentibus per omnia paribus,quoad numerum patronum ipſos præſentantium, Epiſcopus bene fecerit inſtituendo licentiatum Nauam, & ſic an eſſet locus gratificationi.

Sexta dato,quòd ſit locus gratificationi, an intret gratia,ſi neutri,obtenta à Gaſpare? Facti verò ſunt ſequentes.

Prima,an probetur, quòd licentiatus Naua plura poſſidebat beneficia?

Secunda,an illa ſint compatibilia,vel incompatibilia?

Tertia,an probatum ſit, quòd idem licētiatus ſit diues,vel pauper?

Quarta,an Gaſpar ſi naturalis loci,in quo ſitum eſt beneficium,nec ne?

Quoad primam iuris difficultatem quidam
1 ex Dominis credebant, quòd verior † ſit opinio Io.And.in c.quoniam.de iur. patron. licèt cōtrarium ibi teneat Abb.in princip. quem ſequitur Felin.in.c. cum omnes.ſub nu. 29. verſ. ex iſtis infert vtiliter d.Abbas. tamen ipſe fatetur,quòd alij Doctores communiter non animaduertunt,vt per eū ibi de conſtitut.& Rocc. in loco allegato: quia contraria eſt communis, vt conſtat ex latiſſimè congeſtis per Lambert. art.8.2.q.princip. 2.part.2.libri num. 1.& ſeq. vbi de communi ſub num. 13.ibi & ſic opinio Io.Andr.tenenda eſt,& ſub num.14. verſ.& cū Io.And.etiam concurrunt fol.mihi 141. de iur. patron.

Quoad ſecundam dicebant ijdem, quòd in
2 dubio non † cenſetur ius patronatus competere,vti collegio,ſed vti particularibus.Felin.vbi ſupra ſub num.29.Lambert.fol.141. ſub d.nu.
3 14. & in dubio teſtator † cenſetur ſe conformare cum diſpoſitione iuris communis.§. cum ita.l.hęredes.ad Trebel.ſi tamē pars ſuper hoc velit audiri,audietur.

4 Quoad tertiam non † credebant propterea nullam,per text.in c.cū eccleſia Sutrina.de cau. poſſ.& propriet.ex quo textu apparet,quòd licèt admiſceatur cum electoribus perſona extranea,tantum abeſt, quòd electio ſit nulla, vt
5 imò ille † alius acquirat ius eligendi, neque in
6 hoc caſu dicebant violatam formam,ſicut nō † eſſet violata,ſi in teſtamento adhiberentur nouem teſtes.

Quoad quartam credebant aliqui, quòd,cū
7 præſentatio † poſſit fieri per ſcripturam. c. co-
8 gnoſcitur. de his quę fi.à præl. ſufficit, † quòd ſcriptura ſuperiori pręſentetur. Rot. in nou.3. de iur.patron.Rocc.in verb.honorificū. n. 32.

Quò verò ad quintam difficultatem, res pēdet ex ſequentibus quæſtionibus facti. Docto-
9 res quidem omnes conueniunt, quòd,† omnibus paribus exiſtentibus,ſit locus gratificationi.Abb.in c.cum autem.ſub num.3.& ibi pulchra apoſt. in verb. gratificationi. de iure patron.Lambert.in 11.articul.4.quæſtione principal.

cipal. 3. par. 2. libri fol. 225. Sed difficultas ſtat in hoc, quia vterque habet parem numerum patronorũ, item eſt æquè idoneus quoad ſcientiam. Licentiatus habet iſtas qualitates; eſt licẽtiatus, eſt de loco, eſt ſenior. Vice uerſa Gaſpar eſt pauperior, ſuppoſito quòd omnia, de quibus ſupra ſint probata. Secundùm aliquos Do
minos, ſi Gaſpar nõ poteſt dici exterus, vel ad-
10 uena, illum volebant † præferri ratione pauper-
tatis: quia, etiam quòd alius ſit magis idoneus, ſi tamen alter eſt idoneus, & pauperior, ille debet præferri, latè Lãbert. in 3. articul. 5. q. princip. 3. par. 2. lib. fol. 225.

Nec obſtat, quòd iſte licentiatus plurimum
expẽdat hoſpitandorũ &c. quia dicebãt, quòd
11 magis † ſuccurrendum eſt neceſſitati: ſi verò iſte
12 licentiatus eſt de loco, † & alter ſaltem non eſt
de diœceſi, tunc ſine dubio tenebant, quòd deberet præferri licẽtiatus. Abb. in c. ad decorẽ. de inſtit. latiſſimè Lambert. fol. 102. 1. 2. & 3. artic. 10. q. princ. 1. part. 2. lib. & fol. 227. in 4. articul. num. 5. & ſeq. & articul. 5. v. q. princip. 3. part. 2. libri.

An autem in facto hæ qualitates probentur? Aduertebãt in primis in præſentatione Gaſparis, idem appellatur incola alterius loci, & Epiſcopatus: teſtes verò ſuper eius naturalitate examinati cum non norũt, benè dicunt, quòd, ſi eſt filius Antonij de Leone, quòd Bernardinus eius auus fuit naturalis dicti loci: & ſecundus etiã dicit de patre. Sed cum potuerit ipſe mutaſſe domiciliũ, videbatur, quòd ſtante præſentatione, in qua appellatur, & denominatur
incola alterius loci, iſtud erit domicilium origi
13 nis, & alterum incolatus. Et, cum † appellet ſe
incolam, & habitatorem loci de Manſilla, non propterea fatetur domiciliũ. Ruin. conſ. 18. nu. 1. lib. 5. & ideò ſi conſtaret, quòd eſſet filius Antonij, eum haberent pro naturali, non obſtantibus quibuſcunque.

Reliqua volebant particulariter videre, an preſertim bene probatum ſit, ꝙ licentiatus ſit diues? quia teſtes Gaſparis, vt plurimũ videtur deponere de auditu. Eos mouebãt teſtes licẽtiati, dum dicũt, ꝙ indiget 400. ducat. quia hoſpitatur multos &c. Similiter eiſdem videbatur nõ bene probari nominatim, quę beneficia poſſideat, an ſint compatibilia, vel incompatibilia, ideo ſe reſtringebant, & volebant particulariter videre, num probetur, quòd Gaſpar ſit aduena, vel potius originarius, & vtrùm ſit pauper, & licentiatus diues, item an aliquis eorum habeat beneficium requirens reſidentiã.

Quoad vltimam, & ſic 6. quęſt. ſcilicet de gratia, ſi neutri, illa, vt dicebant, eſt conditionalis, literæ non ſunt expeditæ, atque non eſt iuſtificata, & hoc pendet à ſuperioribus quæſtionibus. Quòd ſi aliquo ex dictis tribus capitibus cauſa finiri nõ poſſet, quia per partes in eis probetur paritas, tunc bene firmẽtur omnes qualitates vtriuſque in facto, & in præſuppoſitis ſingulę cuiuſque qualitates ſigillatim referantũr, & tunc Domini dabunt reſolutionem in iure, quę præualeant.

Legionenſis capellaniæ S. Vicentij. Lunæ. 5. Decembris 1575.

EPITOME.

PRæſentatio facta ſeparatim à compatronis valet, quando ius præſentandi eis competit tamquam ſingulis, non autem iure collegij.

SVMMAE.

1 *Patronorum præſentatio facta ſeparatim quando valeat?*
2 *Patroni in dubio non præſentant, vt collegium, ſed vti ſingulares.*
3 *Præſentare poſſunt quatuor patroni ſeparatim, dato quòd inſtitutio dicat, quòd omnes quatuor poſsint præſentare.*
4 *L. non diſtinguemus. ff. de arbitr. intell.*
5 *Dictio, omnis, eſt collectiua plurium, non tamen inducit collegium.*
6 *Dictio, omnis, ſiue in ſingulari, ſiue in plurali capitur ſecũdùm ſubiectam materiam.*
7 *Teſtator in dubio cenſetur ſe conformare cum diſpoſitione iuris communis.*
8 *Electio non vitiatur, ſi ex fundatione vnus tantùm conuocari debebat, & duo fuerunt conuocati.*
9 *Viciare non ſolent, quæ abundant.*

PRAESVPPOSITVM.

Stante fundatione, cuius copia detur. 1

DVBIVM.

An præſentatio facta de perſona Gaſparis de Leone, non requiſitis alijs compatronis, valuerit in caſu, de quo agitur?

170. DECISIO. alioqui. II.

FVit reſolutum præſentationem ſeparatim factam de perſona Gaſparis, non requiſitis alijs cõpatronis, valuiſſe in caſu, de quo agi
1 tur: quia ius pręſentandi † competit iſtis patro
nis tanquam ſingulis, non tanquam iure collegij.

gij, ex doctrin. Io. And. in c. 3. col. 1. verſ. diſtingue. de iur. patron. & ibi Docto. Itẽ in c. quoniam. eod. tit. & c. cum omnes. de conſtit. & eſt communis opin. vt atteſtatur Abb. conſ. 76. in 2. dub. in 2. part. Idem teſtatur Dec. in d. c. cum omnes. in 1. lect. col. penulr. ſub num. 9. verſ. retenta tamen hac 2. de conſtit. Lãbert. in tract. de iur. patron. in 8. art. 2. q. princ. 2. part. 2. lib. num. 4. & 5. Aym. in conſ. 63. num. 1. vbi etiam atteſtatur de cõi, & fuit per Dominos dictum doctrinam Io. And. fuiſſe per Rotam receptam in vna Piſtorien. beneficij 17. Februarij 1574. coram R. D. Aldobrandino, & fuit etiam aliàs reſolutum in hac cauſa.

Quoad autem hoc ius præſentandi competat, vt ſingulis, non vt vniuerſis, placebant dicta per informantes pro Gaſpare. In dubio
2 enim patroni † non pręſentant, vt collegium, ſed vt ſingulares. Lambert. in loco prealle. fol. 284. num. 14. cum nullum extet ſignum vniuerſitatis, vel collegij, ex quo dicamus hoc ius patronatus ſpectare iure collegij. Abb. in c. dilecta. num. 1. de exceſſ. pręl. Rom. conſ. 436. ſub num. 5. cum ſeq.

Nec obſtant verba, de quibus in inſtitutio-
3 ne iuris patronatus, nempe quòd omnes † quatuor poſſunt præſentare: quia nõ placebat Dominis ex hoc ſequi, quòd ad illos quatuor, vti collegium ſpectat ius præſentandi. Nã licèt ipſum ius patronatus ſit inſolidum apud vnumquemque; tamen ius pręſentandi ſacerdotem dicitur eſſe apud omnes pro parte, ita ꝙ apud nullũ eorum ſolũ ſit. glo. 1. in c. 1. & ibid. Card. col. 2. verſ. quęro de intellectu. de iure patron. bene Lambert. in 8. art. 2. q. princ. 2. part. 2. lib. ſub num. 1 paulò poſt princip. verſ. ſubdit non obſtare. vbi ait, quòd hoc non impedit, quin quilibet det votum ſuum.

Nec obſtat tex. in l. non diſtinguemus. de ar
4 bit. cum plur. concord. quia procedit † in actis iudicialibus, quę conſultè expediri ſolẽt, & vbi agitur de pręiudicio tertij, ſecus in patronis, qui pro ipſorũ intereſſe requiruntur, vt in ſpecie bene reſpondet Dec. in d. c. cum omnes. in 1. lect. ſub num. 20. verſ. non obſtat illa ratio. de conſtitut. Bero. in c. quoniam. de iur. patron.

Non obſtat dictio, omnes, & dictio, todos, ſecundùm fundationem originalem, quę idem importat, vt bene per Dec. conſ. 594. ſub nu. 1.
5 ibi, illa verba, ſe tutti, quia licèt hęc † dictio ſit collectiua pluriũ: non tamẽ reperitur, quòd inducat collegiũ. Colligit ergo iſtos, vt omnes pręſentent, ſed quòd propterea efficiant collegium, non videtur neceſſariò ſequi. Nam hæc
6 dictio, omnis, † ſiue in ſingulari, ſiue in plurali. capitur ſecundùm ſubiectam materiam. Bald. in l. 3. in 1. lectura. ff. de ſtat. homi. Syluestr. Aldobrand. Inſtit. de iur. perſon. in prin. num. 17. Vnde, cum ſubiecta materia noſtra iuris patronatus hunc ſenſum expoſtulet, quòd nõ vt collegium per ſupradicta, ita eſt interpretandum.

Primo, quia, vt dixi, in dubio ius patronatus cenſetur, vt ſingulis competere, non vt vniuerſis, per ſupra alleg.

7 Secundo, quia teſtator † in dubio cẽſetur ſe conformare cum diſpoſitione iuris communis. §. cum ita l. hęredes mei. ff. ad trebell. cum ſua materia.

Cum ergo pro forma non ſit dictum in fundatione, quòd omnes quatuor iunctim, vel ſimul, vel per verbum æquipollens præſentent, ſatis conſtat teſtatorem in hoc iuri communi ſe remiſiſſe, & intrant prędicta.

Nec obſtat, quòd Parochus duos conuocauerit, cum vnum tantùm conuocare in ipſa fun
8 datione iubeatur: quia per hoc non † viciatur electio, imò illi ius eligendi acquiritur. c. cum
9 eccleſia ſutrina. de cau. poſs. & pro nec ſolẽt † quæ abundant, vitiare.

Libri Quarti Decretalium.

DE SPONS. ET MATRIM.

Vlixbonenſis adminiſtrationis capellæ. Lunæ. 8. Febr. 1574.

EPITOME.

Matrimoniũ ex infraſcriptis dicitur plenè probatum.

SVMMAE.

1 *Teſtis deponens articulum verum, probat, quando deponit de viſu.*
2 *Probatio concludens perficitur, quando vnus teſtis deponit de veritate facti, & duo de fama.*
3 *Notarij fides in executorialibus, teſtans de præſentia vxoris, an probet matrimonium.*
4 *Adminiſtratio ſimplex ſiue maioricatus temporalis qua dicatur?*
5 *Valor non dicitur iuſtificatus per teſtes non percutientes tempus, de quo agitur, & per alios teſtes ſingulares.*
6 *Teſtibus ſingularibus non ſtatur.*

PRAESVPPOSITA.

Stante gratia Balthaſaris, & teſtibus pro parte eiuſdem tam ante, quàm poſt ſententiam examinatis. 1

Et articulis datis, & teſtibus examinatis pro parte Saluatoris coram bon. mem. Fab. de anno 1541. in alia cauſa, & contra Gomezium de Rocha, & Lupum Triguero. 2

Et gratia nuncij in fauorem dicti Saluatoris, & ſententia in eiuſdem fauorem per bon. memor. Fabium, contra Gomeſium, & Lupum prędictum lata. 3

Et alia ſententia in huiuſmodi cauſa lata, in prima inſtantia, per Ordinarium Vlixbonensẽ in fauorẽ dicti Saluatoris, & contra Balthaſarem, pro eiuſdem Balthaſaris parte in Rota producta. 4

DVBIVM.

An prędicta gratia Balthaſaris ſit iuſtificata quoad modum vacandi, & valorem, ita vt ſit procedendũ ad vlteriorem executionem rei iudicatæ?

171. DECISIO. alioqui. I.

QVia propoſita in dubio ſunt duo, primo iuſtificatio quoad modum vocandi, ſecundo quoad valorem.

Circa primum, quia prætenditur modus vocationis eſſe per contractum matrimonij Saluatoris, duo dixerunt Domini circa hoc videnda eſſe primo, an probetur prædictum matrimonium. ſecundum, dato quod probetur, an capella, ſiue adminiſtratio, de qua agitur, ſit beneficium eccleſiaſticũ, & tale, quòd vacet per contractum matrimonij, an magis ſit adminiſtratio temporalis, quæ cadere poſſit in laicũ, & vxoratũ?

Circa primum, an matrimonium Saluatoris ſit probatum ante annum 1564. quo tempore Balthaſar obtinuit ſuam gratiam, & Domini dixerunt conſtare de matrimonio per teſtes.

1 Et primo per Antonium Gomalez, qui dicit † articulum verum, & deponit de viſu. Secundo per Antonium Murquez, qui plura ad hoc deponit, & ex expreſſis per eum concludit de tẽpore, cum multa narret etiam ante illud tempus, & deponit de fama. Tertiò per Didacum

2 Murez, qui pariter probat famam, & viſa † eſt concludens probatio, quando vnus teſtis deponit de veritate, & duo de fama, ita tenet Seyſel. qui etiam reprobat Alex. in l. Gallus. §. fin. num. 13. poſt Bald. ibi. de lib. & poſthu. ſuade-

3 tur etiam ex fide † notarij in executorialibus, qui atteſtatur de præſentia vxoris, cum etiam adſint teſtes de auditu. Quæ omnia iuncta cũ alijs adminiculis, viſa ſunt Dominis probare concludenter prædictum matrimonium.

Circa ſecundum, an capellania, de qua agitur, poſſet cadere in laicum, vel vxoratum, an autem verè ſit beneficium eccleſiaſticum, fuit

4 reſolutum, quòd eſſet ſimplex † adminiſtratio, ſiue maioricatus temporalis, & quæ optimè caderet in laicum. Moti ſunt potiſſimùm ex narratis in gratia Nuncij, itẽ eius diſpoſitione, & in ſpecie modo impetrandi inſpecto.

Licèt enim in eadem gratia vocetur capellania perpetua; tamen vocatur etiam adminiſtratio, ſiue maioricatus, quæ cadit in laicum. Impetratur enim narrando, quòd eius anteceſſores, quorum vnus ſaltem erat laicus, malè eã adminiſtrabant, nec voluntati domini fundatores ſatisfaciebant. Item conceditur per Nuncium, ſtante huiuſmodi negligentia adminiſtratorum, quorũ, vt dixi, alter erat laicus, ex quibus omnibus iunctis, placuit adminiſtrationẽ, de qua agitur, magis dici laicalem, quàm perpetuum beneficium eccleſiaſticum.

Circa ſecundam partem dubij, an valor ſit

5 iuſtificatus, dixerunt Domini non † eſſe iuſtificatum, quia teſtes non percutiunt tempus, *de* quo agimus: quia aliqui probant de 24. annis ante hoc tempus, alij teſtes, qui poſt illud tem-

6 pus deponunt, ſunt ſingulares. † igitur eis non eſt ſtandum.

Vlixbobenſis Matrimonij. Veneris. 31. Ianuarij. 1575.

EPITOME.

NObilitatis paritas, ſeu diſparitas ex infraſcriptis probationibus in cauſa matrimoniali elicitur.

SVMMAE.

1 *Nobilitas ex quibus dicatur probata? & num. 4.*
2 *Ignobilitas ex quibus probetur?*
3 *Nobilis non poteſt dici, qui vendebat merces.*
5 *Nobilitatis diſparitas ex quibus probata dicatur?*
6 *Nobilibus tradere filias nuptui, magna cum pecunia, nõ concludit nobilitatem.*
7 *Nobilium ſecundùm leges viuere, non efficit quem nobilem. & num. 11.*
8 *Nobilitas non pendet ex ſe, ſed à maioribus.*
9 *Nobilitas ex parte matris non ita attenditur, prout ex parte patris.*
10 *Filij ſequuntur familiam, & nobilitatem patris, non autem matris.*
12 *Cardinalis literæ priuatæ non probant.*
13 *Fides non probat tamquam ſcriptura priuata.*
14 *Pulchritudo ſponſæ iuncta cum amore ſponſi, & cum difficultate eam conſequendi multum faciunt ad fauorem matrimonij.*
15 *Alimenta præſtat vir vxori, pendente lite ſuper matrimonio.*

PRAE-

PRAESVPPOSITA.

Stantibus teſtibus in partibus hinc inde examinatis circa diſparitatem inter don Petrum, & donnam Mariam. 1

Et quòd ſub die 27. Iunii 1567. dato coram R. P. D. Cotta dubio, an conſtet de paritate, vel diſparitate qualitatis perſonarum d.Marię,& d.Petri ad effectũ, de quo agitur,& datis omnibus Dominis eorundem teſtium hinc inde, vt præfertur, examinatorum ſummarijs, fuit facta reſolutio ſequẽs: Domini dixerũt, quòd ex teſtibus aliqualiter probetur aliqualis inæqualitas reſpectu nobilitatis, & diuitiarum inter d. Petrum,& d.Mariam; quo autem ad effectum iſtius inęqualitatis, Domini reſeruarunt arbitrio. 2

Et quòd ſub die 1. Februarij 1572. dato coram bo.me. Oradino Decano dubio, an ex ſummario, quod datur, conſtet de aliqua ſubornatione, vel ſuſpicione ſubornationis teſtium pro parte d. Petri, vel ex parte d.Mariæ, fuit etiam facta reſolutio ſequens videlicet, Domini tenuerunt, quòd, ſi conſtat, quòd d. Petrus examinauit Alcorconadam, quòd ex eo, & ex alijs circunſtantijs, de quibus in puncto, oritur ſuſpicio ſubornationis contra ipſam. Si verò de hoc non conſtat, dixerunt oriri aliquam ſuſpicionem ſubornationis ex retractatione Gaſparis, & ex ſolito modo extorquendi ſcripturas à teſtibus, & ex ijs, quæ dicuntur per teſtes de auditu à dicta muliere, ſed cuius ponderis ſit iſta aliqua ſuſpicio, Domini ſuo loco determinabunt. 3

Et ſtantibus alijs quatuor teſtibus in Curia pro parte don Petri examinatis, quorum omnium breue ſummarium in neceſſarijs detur? 4

DVBIVM.

An conſtet de notabili diſparitate inter don Petrum, & donnam Mariam ad effectum, de quo agitur?

172. DECISIO. alioqui. II.

DOmini primo collegerunt propoſitiones pro vtraque parte probatas, vt appareat earum releuantia. Et in primis dixerunt bene,
1 & concludenter probatam † eſſe nobilitatem don Petri ex infraſcriptis quatuor concluſionibus.

Prima eſt, quòd dõ Petrus ex omnibus quatuor lateribus eſt ex nobilioribus Regni, quã probant quintus teſtis. 7.8.9.10.11.12. & 13. ſuper primo articulo diſparitatis, 14. ſuper primo, 16. ſuper 11.

Secunda, conſanguinei don Petri ſunt propinqui, ſeu conſanguinei Regum, quam probant 6.& 8. qui dicit, quòd ex parte omnium ſuorum conſanguineorum eſt de genere Regum, nonus, qui idem dicit.

Tertia, don Petrus eſt illuſtriſ. quam probãt 14. ad 9. 15. ad 11. addens, quòd nunc ſui vocãtur illuſtres.

Quarta, eius maiores de illa familia officia magna habuerunt à Regibus. 6. 11. 12. 13. ſuper d. articulo diſparitatis, decimusquartus ſu
2 per primo, & ſecundo.

Secundo dixerunt probari † etiam diſparitatem notabilẽ ex parte donnę Marię, ex ſequentibus ſex concluſionibus.

Prima, Ioannes Roderici fuit factor mercatorum, & ſeruiuit Eduardo fratri. primus, & ſecundus ſuper tertio.

Secunda, Ioannes Roderici erat Chriſtianus nouus. ſecundus ſuper tertio, qualiter dicebatur. tertius ibidem, quòd ita erat tentus.

Tertia, auia paterna Mariæ erat habita pro Chriſtiana noua. ſecũdus vnicus ſuper ſecũdo.

Quarta, auia paterna vendebat merces. ſecundus, tertius, & quartus ſuper ſecundo, er
3 go non † poteſt dici nobilis. Bald. in l. nobiliores. C. de commerc. & mercat.

Quinta, diſparitas magna inter Chriſtianos nouos, & antiquos, & ſi aliquando coniunguntur, id fit propter magnam quantitatem pecu
5 niarum, & odio habentur à conſanguineis, & parnipenduntur. decimustertius ſuper quinto decimusquintus ad 4. interr. 16. ad primum, & vlt. interrogat. addictionale.

Sexta, diſparitas magna inter venditores mercium, & arrendatarios, & familiam de Maſcarenas. decimusquartus ſuper 5.

Tertio colligebant concluſiones nobilita
4 tis, † item pulchritudinis pro prędicta donna Maria num. 15.

Prima, Ioannes Roderici locauit in matrimonium ſuas filias principalioribus illius loci, Primus ad 6. ſecundus ſuper interrogatorijs de auditu. Tertius ad interrogatoria. Sed dicit magna cum pecunia.

Secunda, Ioannes Roderici viuebat ſub lege nobilium. primus ad quartum, tertius ad interrogatoria, & quòd viuebat tamquam valde nobilis.

Tertia, familia de Brito eſt admodum nobilis. decimuſtertius ad decimumnonum. 15. ad 19. familia de Brito eſt verè antiquiſſima.

Quarta ex parte aui materni Maria deſcendit ex familia de Brito, quæ eſt nobilis, quia mater Mariæ fuit filia Eduardi de Brito. Primus in ſummario donnę Marię, ſuper primo. quartus ſuper 8. & quòd reputabatur nobilis. ſeptimus ſuper. 3. & 8. ſuper 8. quòd ſunt nobiles iſti de Brito.

Quinta Eduardus de Brito reputabatur nobilis, & erat valde diues, & tractabat ſe, vt nobilis. primus ſuper primo, tertius ſuper 8.

Sexta,iſti de Brito plura magna officia habuerũt. primus ad tertium interrog. tertius ſuper octauo,quartus ſuper decimo,ſeptimus ad interrog.

Septima,ex parte auiæ maternæ deſcendit ab illis de Belmonte,qui ſunt nobiles.tertius ſuper 9.de auditu,& ſextus ibidem.

Octaua, proauia materna fuit etiam multùm nobilis.ſeptimus ſuper 11.

Nona,Maria eſt nobilis.ſeptimus ſuper 11. octauus ſuper eoſdẽ, quodq.eſt valde nobilis.

Decima,Ioannes Rodericus auus paternus Mariæ, qui viuebat tanquam nobilis. quintus ſuper ſecundo. nonus ſuper ſeptimo audiuit, quòd erat Biſcainus. cum iſtis iungitur epiſtola Cardinalis, & illa fides ſuper ea.

Vndecima,matrimonio collocauit filias cũ nobilibus.quintus,& ſextus ſuper ſecundo.

Duodecima,Franciſcus Roderici pater Marię,qui ſe tractauit vt nobilis.quintus ſuper tertio.6.ibidem,quòd viuebat abundanter,& nitidè,& degebat,vt principalis inſulæ.

Decimatertia,Franciſcus pater Mariæ habuit quoddam officium.5.& 6.ſuper 6.

Decimaquarta,conſanguinei matris ſunt magni.6. & 5.teſtis ſuper 10.

Decimaquinta, Maria valde pulchra, ferè omnes teſtes, à num.10.cum ſeq. & probatur etiam,quòd fuit petita in matrimonio à nobilibus.14.15.16.& 24.

Quibus omnibus hinc inde vt ſupra conſi-
5 deratis, & perpenſis,fuit concluſum † dari notabilem diſparitatem nobilitatis inter d. don Petrum, & donnam Mariam. & propterea ex nouis huiuſmodi probationibus eſſe recedendum à reſolutione R.P.D. Cottę aliàs facta in hac cauſa:quia, vt ſupra relatum eſt,prędicti teſtes don Petri probant plenè nobilitatem ipſius ex omnibus quatuor lateribus,& quòd sũt coniuncti cum familia Regum.Item quòd eius maiores plura, & magna officia in Regno habuerunt.item quòd eſt illuſtris.&c.

Maria è cõtra probatur neptis ex patre Ioãnis Roderici,qui fuit factor mercatorum.Item probatur,quòd auia paterna vendebat merces &c.Itẽ adeſt aliqua ſuſpicio,quòd ſint ex Chriſtianis nouis.Vnde placebat,quòd non poſsẽt comparari, ſed apparere notabilem diſparitatem inter eos.

Non obſtant 15. concluſiones pro donna Maria ſupra adductæ. & prima, quòd Io. Rodericus auus Mariæ matrimonio collocaue-
6 rat †filias nobilibus:quia, vt dicit tertius ad in
terrogatoria,fuit magna cũ pecunia, & id per
ſæpe euenit, vnde non concludit nobilitatem.
7 Item nec ſecunda, quòd viueret † ſecundùm
leges nobilium,quia non propter hoc efficitur
8 nobilis:nobilitas † enim non pendet ex ſe,ſtan
tibus maximè claris coniecturis contra eum,
quòd erat factor,& alijs ſupradictis.

Non obſtãt aliæ multæ concluſiones *nobili*-
tatis familię de Brito,& quòd mater ſit ex *illis*
9 de Brito:quia huiuſmodi nobilitas † eſt ex par
10 te matris, quæ non ita attenditur: filij † enim
patris,non matris familiam, & nobilitatem ſequuntur per vulg.Felin.in c.nouit.verſ.vtrum nobilitas.num.2. de iudic. Bart. in l.exemplo. C:de decurio.lib.10.

Non obſtat, quòd iſti Chriſtiani noui iunguntur etiam cum antiquis: quia hoc etiam reputatur dedecori antiquis, vt ſupra in 5. concluſione pro don Petro.

Non obſtat, quòd Franciſcus *pater Mariæ*
11 ſe tractaret,vt nobilis:quia † non propterea efficiebatur nobilis,nec enim probatur communis tractatio, & reputatio tanquã nobilis. Aliæ etiam concluſiones nobilitatis donnæ Mariæ non placuerunt, ſaltem, vt non dicatur *longè* impar nobilitati don Petri, qui eſt *illuſtris*, & conſanguineus Regum.

Non obſtat illa epiſtola Cardinalis Mondra
12 gon:quia † eſt litera priuata.Similiter non ob-
13 ſtat illa † fides:quia pariter eſt ſcriptura priuata,& modicum eſt ſalarium, vnde non probat vltra alias reſponſiones informantium.

Non obſtat pulchritudo donnę Mariæ,quia
14 non † probatur amor don Petri,& canon in c. ſuper eo.il ſecondo. de teſt. exẽplificat, quando nobilis amat plebeiam valde pulchram,& parẽtes ſunt valdè honeſti, vt per Abb.ibi *ſub* num.8.verſ.poſſent enim eſſe circumſtantię.& Butr.ibi ſub num.9.verſ. poſſet tamen. Dicebant tamen dñi, quòd, ſi probatur amor don Petri,itẽ quòd cum difficultate potuerit eam conſequi(quam difficultatem conſequendi aliqui dicebant probari ex confeſſione eiuſdem don Petri)pulchritudo, vt ſupra probata,multam faceret præſumptionẽ pro matrimonio. ex Abb. & Butr. præallegatis poſt alios ibi. Quoad diuitias non adeſt niſi 15. teſtis ſuper 12. qui dicit, quòd habet don Petrum potiùs pro paupere ſecundùm ſuam nobilitatem. Sed
15 hęc diſparitas probatur,ex quo don † Petrus donnę Mariæ tanquam pauperi dat alimenta, ex quo Domini dixerunt firmandam etiam eſſe diſparitatem aliqualem circa prædictos don Petrum,& donnam Mariam, & hæc circumſcripto effectu, an ſcilicet ex prædicta conſide-

rabili

rabili diſparitate nobilitatis, & ex aliquali diſparitate diuitiarum inferatur ad exceptionem contra teſtes donnæ Mariæ, & ad inuerisimilitudinẽ omninam prædicti matrimonij, de quo in effectu erit in ſpecie agendum.

Vlixbonenſis matrimonij. Lunæ. 18. Aprilis 1575.

EPITOME.

Pulchritudo mulieris, & alia pleraque hoc pacto dicuntur probata.

SVMMAE.

1 *Viſu quicquid percipitur, aut eſt pulchritudo, aut turpitudo.*
2 *Pulchra ſi aliqua erat tempore examinis, eo magis præſumitur ante, & quare?*
3 *Confeſsioni primæ alicuius ſtatur ſine qualitate factæ, quãuis ſecundæ confeſsioni qualitatem addiderit.*
4 *Teſtium inhabilitas ſuppletur partis confeſsione. & nu. 8.*
5 *Abſentia eſt remedium ſalutare contra amores.*
6 *Pulchrum eſt, ergo amabile, valet conſequentia.*
7 *Bonus quilibet præſumitur.*
8 *Conſanguinitas facilè excludit inhoneſtatis præſumptionem.*
10 *Præſumptio inhoneſta, & turpis eſt concluſè, & plenè neceſſariò probanda.*

PRAESVPPOSITA.

Stantibus teſtibus deponentibus de prætenſa pulchritudine d. Mariæ, de quibus in ſummario dato ſub die 31. Ianuarij num. 14. vſque in finem ſummarij. 1
Ac alio ſummario teſtium, & aliorum, quod pro parte d. Mariæ nunc datur. 2
Ac reſolutione facta ſub die 15. Martij 1574. & alia vltimo loco facta ſub die 31. Ianuarij, quòd conſtat de notabili diſparitate nobilitatis, & etiam de aliquali in diuitijs inter d. Petrum, & d. Mariam. 3
Ac copula ſecuta. 4
Et teſtibus datis pro parte don Petri. 5

DVBIVM.

An conſtet, quòd Maria erat valdè formoſa, & quòd d. Petrus multùm illam amaret; quòdque illam habere non poterat, niſi contraheret matrimonium?

173. DECISIO. alioqui. III.

Propoſui dubium, an conſtet de tribus concluſionibus.

Prima, quòd Maria eſſet valde puchra ſeu formoſa.

Secunda, quòd don Petrus multùm eam amaret.

Tertia, quòd eam conſequi non poſſet, niſi mediante matrimonio.

Prima probatur per Mariã Pereyeram ad articulum accumulatiuum, & interrogatoriũ, vbi dicit, quòd eſt valde pulchra, & valde elegans, adeò quòd non eſt mulier in ea ciuitate, quæ eã excellat, & ſuper interrogat. reddit rationem, & quòd ſic videtur omnibus.

Donna Philippa ait, quòd eſt ex pulchrioribus, quas ipſa viderit, & ſuperinterrogatorio primo, eſt pulchra, & videtur teſti valdè pulchra, & ſic videtur omnibus, & in ſumma idem dicunt omnes teſtes, de quibus in puncto.

Motiua ex aduerſo facta non placuerunt, nempe quòd pulchritudo non percipiatur ſen-
1 ſu: quia † imò quicquid ſenſu viſus percipitur, eſt pulchritudo, aut turpitudo.

Minus obſtat, quòd deponunt de tempo-
2 re pręſenti, & non in præteritum: quia † ſi erat de tempore pręſenti examinis, tanto magis debebat eſſe ante, cum eſſet adhuc magis iuuenis. Tiraq. in l. 2. num. 19. de legib. connub. in qua lege infinita de pulchritudine tractat.

Quoad ſecundam concluſionem, nempè de amore don Petri fuit tentum, quòd & ille probatur ex confeſſione ipſiuſmet in primis reſpõ-
3 ſionibus. Et quamuis in ſecundis † dicat, quòd ipſa magis faciebat amorem cum ipſo, quàm ipſe cum ea; tamen in dictis primis reſponſionibus hoc non dicit, & benè eius amor colligitur ex dictis Franciſcæ Saluatoris, Helenæ, &
4 Catharinę, qui † teſtes licèt paterentur aliquã exceptionem; tamen tollitur hoc ex ipſiuſmet d. Petri cõfeſſione. Quod etiam fit valdè veriſimile ex pluribus, non ſolùm, vt dixi, ex ſua cõfeſſione, ſed etiam, quia fuit amor diuturnus.
5 item quia abſentia eum non extinxit, quæ † ſolet eſſe remedium amoris, & fit etiam veriſimile ob nimiam pulchritudinem, iuxta illud, pul-
6 chrum † eſt, ergo amabile. Tiraque. vbi ſupra num. 45.

Non obſtat, quòd teſtes dicant, quòd faciebant ad inuicem amorem, & teſtes videntur dicere, quòd amor erat mutuus: quia dato etiã quòd hoc eſſet, non per hoc tollitur, quin adeſſet magnus amor don Petri ex ſupradictis.

Minus obſtat, quòd non probantur ſigna furoris, quia de hoc nunc non agitur, & non dicitur in dubio, quòd fureret.

Quoad tertiam concluſionem, pariter fuit tentum eam videri ſatis probatam. Primo ex
7 pręſumptione iuris: quia quilibet † pręſumitur bonus. l. meritò. ff. pro Soci. cum vulg. ergo in

Maria non eſt præſumendum delictum, &
inhoneſtas.

Secundo quia ipſemet Petrus confitetur,
quòd nutrix ſibi obſtabat, & id dicit eadem &
8 nutrix: quæ confeſſio † Petri ſupplet fidem il-
lius nutricis, coniungendo maximè cum prædi
ctis dictum Helenę de Conto, quæ dicit, quòd
cum eo non eſſet allocutura, niſi prius contra-
xiſſet matrimonium. & idē dicit Franciſca Co-
laca, & ſic iuncta, vt dixi, pręſumptione iuris
communis cum iſtis teſtibus, ac confeſſione
eiuſdemmet don Petri Domini videbant con-
cluſionem ſatis videri probatam.

Non obſtant teſtes, qui dantur ad docendũ
de impudicitia donnę Marię propter conuer-
ſationem cum illa Pereyra: quia, ſi attenda-
mus datos per don Petrum, non probatur niſi
rumor, quòd eſſent contracturi matrimonium.
Hoc autem nihil ad impudicitiam, ſi aliàs con-
uerſabatur cũ matre, & ſorore illius Pereyra
vti cõſanguinea. Et hoc modo ſaluatur etiam,
quòd veheretur ab eo ad clunes equi, ſeu, vt
dicunt, in groppa. Nam vltra quòd vnus tantũ
eſt teſtis, qui hoc probet, cum alij ſint de audi-
tu, & ſic in effectu illud concludenter nõ pro-
9 batur, dicebant Domini, quòd ſtante † conſan-
guinitate prędicta facilè hoc ipſum eſſet excu-
ſandum, ad euitandum turpem, & inhoneſtam
10 pręſumptionem: quę eſſet † concludenter ma-
gis, ac plenè neceſſariò probanda. Dixerunt ta
men Domini, quoad prędictam tertiam con-
cluſionem, quatenus in ea dicitur, quòd non
poterat illam habere niſi &c. quòd hoc non
intelligunt de impoſſibilitate præciſa.

Vlixbonenſis Matrimonij. Lunæ. 30. Maij 1575.

EPITOME.

PRobatio concludens emanat ex pluribus veriſimilitudinibus, præſumptionibus, & coniecturis.

SVMMAE.

1 *Probatio, quòd aliquis, nonniſi per matrimonium aliquã habere potuerit, ex quibus concludatur?*
2 *Teſtes quamuis patiantur multas exceptiones, poſſunt nihilominus ex pluribus coadiuuari, & ſuppleri.*
3 *Teſtis inhabilitas ſuppleri poteſt ex iuris communis præſumptione, item ex confeſsione partis. num. 4.*
5 *Mulierum ſtimuli carnis ſunt naturaliter acutiores.*
6 *Mulier quare citius pubeſcat?*
7 *Quadrageſimæ tempus minus conueniens videtur ad delicta præſumenda.*
8 *Probatio concludens inſurgit ex pluribus veriſimilitudinibus ſimul iunctis. & num. 13.*
9 *Honeſtati puellæ quando conueniat verſari in amore?*
10 *Conuerſatio cum inhoneſtis tunc nocet, cum notitia conuerſantis probatur.*
11 *Præſumptio l. meritò. ff pro ſocio. non ſufficit ad condemnandum, ſed benè ad abſoluendum.*
12 *Teſtis vnus iungitur cum præſumptione ad plenam probationem perficiendam.*

PRAESVPPOSITA.

Stantibus reſolutionibus donnæ Mariæ ad primas, & ſecundas interrogationes ſibi per Vicarium Vlixbonenſem factas. 1
Teſtibus, ac alijs, de quibus in ſummarijs in vltima poſitione facta ſub die 18. Aprilis proximè præteriti hinc inde datis. 2
Et copula ſubſecuta. 3

DVBIVM.

An probetur difficultas, quam donna Maria allegat, quòd ipſa aliter, quàm mediante matrimonio per don Petrum haberi non poſsit, ita vt non ſit recedendum à reſolutione ſub dicta die 18. Aprilis facta?

174. DECISIO. alioqui. IV.

1 DOmini fuerunt concordes probati † diffi-
cultatem per donnam Mariam allegatã,
quòd don Petrus aliàs, quàm per matrimoniũ
eam habere non poſſet, & ideo non eſſe recedē
dum à reſolutione vltimo facta.

Et mouebantur, quia ad probandam hanc
difficultatem extant dicta trium teſtium, ſcili-
cet nutricis, Helenæ de Conto, & Franciſcæ
2 Colaca: quę † licèt patiantur multas exceptio-
nes; tamen dicebatur, quòd ex pluribus coa-
diuuantur, & ſupplentur.

3 Primo ex † iuris communis pręſumptione,
cum pro his, quę teſtes deponant, concurrat
iuris communis præſumptio, ſtante honeſtate
Mariæ, & alijs aliàs allegatis.

4 Secundo ex confeſsione † ipſiuſmet don Pe
tri, qui fatetur, quòd nutrix ſibi obſtabat, &
quòd dicebat, quòd volebat eos videre in
coniugio.

Tertio ex euentu ipſo, quia eſt in confeſſo
inter ambas partes, quòd amor fuit recipro-
cus tam don Petri, quàm donnę Mariæ, & du-
rauit per ſex annos, in quibus etiam nunquã
probatur interueniſſe copula. Vnde, ſi hæc mu
5 lier, cuius † ſtimuli ſunt naturaliter acutiores,
vt bene notatur per illum text. Inſtit. dę nupt.
6 in princ. & quę ideo † citiùs pubeſcit, per tan-
tum tẽporis perſtitit in amore, & tamdiu eius
ſtimu-

ſtimulum ſuſtinuit, & honeſtatem ſeruauit, &
toto hoc tempore ipſam conſequi non potuit
don Petrus, clarum videtur, quòd, ſi interue-
nit copula, & adſunt teſtes deponentes de ma
trimonio per aliquot menſes ante dictam co-
pulam, vt prætenditur, contracto, quòd reddi-
tur valdè veriſimilis, & benè videtur probari
prędicta difficultas conſequendi donnam Ma-
riam. maximè conſiderando tempus habitæ
copulæ, nempè quadrageſimę, vt fatetur ipſe-
7 met don Petrus. quod tempus † minus conue
niens videtur ad delictum præſumendum poſt
tam longam, & diutinam continentiam.

Quibus omnibus veriſimilitudinibus ſimul
8 iunctis videtur inſurgere † ex eis concludens
probatio, & maximè iunctis prędictis dictis te-
ſtium. Aym. poſt Socin. quem allegat, conſ.
61. propè fin.

Non obſtant ex aduerſo cunſiderata, & primo
dum dicitur, quòd conuenit honeſtę puellę
9 verſari in amore, quia ſtante † prędicta hone-
ſtate, item fine contrahendi matrimonj nil re-
pugnat ſupradictis.

Secundo non obſtat, quòd conuerſationes
10 habuerit cum inhoneſtis mulieribus; quia nõ †
probatur notitia Marię: delicta enim illarum
mulierum ſi vera ſunt, abſque dubio ſecretò
fiunt, vltra alias reſpõſiones ex aduerſo datas.

Tertio non obſtat, quòd cælauerit matri,
quia fortè verebatur, ne mater contentaretur,
quòd matrimonium eſſet clandeſtinum, & ita
impediretur, quia don Petrus volebat prius
certa negocia cum Rege perficere.

Non obſtat quarto, quòd d. Maria potuit,
quando voluit, introducere in domum don Pe
trum, inſcia matre, & etiam alijs inſcijs: quia
alij negant copulam, quam ipſa fatetur; quia, ſi
diſputaretur, an data voluntate ipſius, proba-
retur difficultas, argumentum concluderet for
taſſe, ſed non data voluntate ipſius Mariæ ex
ſupradictis, nihil concluditur. Hanc enim Ma-
rię voluntatem non habemus, niſi poſt hoc
tempus, quo dicitur matrimonium contractũ.

Non obſtat, ꝙ impedimentum eſſet verbale,
quia nihil ex hoc ſequitur: nullum enim dubiũ
eſt, quin ſufficeret impedimentum verbale,
quia ſufficiebat negare.

Non obſtat, quòd præſumptio l. meritò. ff.
11 pro ſocio. non † ſufficiat ad condemnandum,
ſed bene ad abſoluendum, & quòd non ſuffi-
ciat actori probare intentionem ſuam ex præ-
ſumptione: quia hæc preſũptio deducitur ad
reddendũ veriſimile dictũ teſtiũ, vt dictũ eſt,
12 vnus † enim teſtis iungitur cum præſumptione
ad plenã probationem faciendam. Arch. in c.
oueſ. col. 1. 6. q. 1. Aym. conſ. 35. n. 6. Gabriel
13 de probat. concl. 1. n. 62. Tanto igitur magis †
præſumptio iuris, confeſſio partis, tot veriſi-
militudines ſimul iunctæ tollunt ſuſpicionem.
Et hęc maximè confirmarentur, ſi eſſet verum
id, quod per Mariam allegatur, quòd Sereniſ-
ſima Principiſſa Hiſpaniarum eiuſdem Marię
curam ſuſceperit poſt hanc litem, & expenſas
miniſtrarit, & repoſuerit eam in monaſterio
monialium ſanctæ Clarę, vbi adhuc fauore
eiuſdẽ Principiſſę ſuſtentatur. Non enim vllo
modo eſſet veriſimile, quòd, ſi ipſa Maria ali-
quam inhoneſtatem commiſiſſet, quòd dicta
Sereniſsima Regina illam fouiſſet, nec mona-
ſterium illum candidi exempli ſanctę Claræ
recepiſſet. Quæ tamen, quia apud acta non cõ-
ſtant, Domini noluerunt ſuper eis fieri funda-
mentum, ſed moti ſunt ex ſupradictis.

Vlixbonenſis matrimonij. Lunæ. 16. Ianuarij 1576.

EPITOME.

MAtrimonium ex infraſcriptis di
citur abundanter probatum.

SVMMAE.

1 *Opinio fauens matrimonio in dubio amplectenda eſt.*
2 *Probationi fauenti matrimonio ſtandum eſt in dubio. Am plia etiam in matrimonio clandeſtino. num. 3.*
4 *Matrimonij clandeſtini probatio eſt fauorabilis, & in eo ſufficit ordinaria probatio. nu. 7. intelligendo prout hic.*
5 *Matrimonium domi contractum eſt difficilis probationis, & præſertim, ſi id fuit de nocte. num. 6.*
8 *Teſtium defectum ſupplet numerus, & num. 11. amplia, etiam quòd omnes patiantur exceptiones nu. 9. & 10. vbi dicitur, quòd id iudici eſt arbitrarium.*
12 *Conceſsio partis conformis depoſitionibus teſtium ex aduer ſo examinatorum, eas roborat.*
13 *Diſparitas quando inter coniuges conſideratur? & nu. 14.*
15 *Matrimonium redditur veriſimile, ſtante amore.*
16 *Teſtes non fuiſſe ſubornatos quæ arguant?*
17 *Cauſam bonam habere illum, qui prius ad iudicium prouo-cauit, de iure non probatur.*
18 *Varietas in teſte toleratur, quando inter vnum examen, & aliud fuit ſpacium ſeptem annorum.*
19 *Memoria hominum eſt labilis.*
20 *Teſtis quamuis eſſet abſconditus, poteſt nihilominus eſſe, quòd fuerit viſus.*
21 *Teſtium plures contrarietates optimè conciliantur, & pariter teſtium cum parte. num. 24.*
23 *Teſtes concordandi ſunt, etiam ad effectum, vt probent.*
25 *Negatiua principalis aſſerentis ſe non vidiſſe ſupradictos teſtes, eſt vera, etiam quòd vidiſſet quemque ex eis.*

Teſtium

26 *Teſtium depoſitio per præmeditatum ſermonem quando toleretur?*
27 *Honeſtas regulariter reddit matrimonium veriſimile.*

PRAESVPPOSITVM.

Stante ſummario teſtium, & iurium inter partes concordatione. 1

DVBIVM.

An prætenſum matrimonium ſit ſufficienter probatum.

175. DECISIO. alioqui. V.

DOmini in hac graui, & ardua cauſa, quædã
ante ingreſſum cauſæ, & eius reſolutionẽ
conſiderabant in materia matrimonij.
1 Et in primis, quòd ſicut in dubio ea † ample
ctenda eſt ſententia, quę matrimonio fauet. c.
fin. de re iud. Hoſtien. in c. ſicut. de cognat. ſpi-
rit. Felin. in rub. de ſponſal. ſub num. 6. ita in du
2 bio ſtandum † eſt probationi fauenti matrimo-
nio. And. Sicul. conſ. 6. col. 2. verſ. & ſic ex iſtis.
3 lib. 1. eſt tex. in l. Iulia. ff. de manumiſſ. quod †
procedit etiam in matrimonio clandeſtino. Nã
4 ipſius † etiam probatio eſt fauorabilis. Ferret.
conſ. 383. num. 42. & 43. lib. 2.
Secundo aduertebant, quòd agitur de ma-
5 trimonio domi † contracto, quod eſt difficilis
probationis. Aret. conſ. 13. num. 1. Item con-
6 tracto de nocte, † quod auget difficultatem di-
ctæ probationis. Dec. conſ. 163. col. 3. verſ. non
obſtat quòd clãdeſtinè. bene Ferret. cõſ. 364.
num. 14. & conſ. 389. num. 22. lib. 2.
7 Tertio quòd in probatione † matrimonij
clandeſtini ſufficit ordinaria probatio, quando
nõ agitur in præiudicium alterius matrimonii,
vel de dicti matrimonii ſeparatione, vt fuit re-
ſolutum in cauſa Tullen. matrimonij, coram
R. P. D. Aldobrandino.
Quarto quòd extat reg. vulg. quòd nume-
8 rus † ſupplet defectum teſtium, gloſ. in l. 3. in
verb. numerus. ff. de teſti. vbi Docto. latè. Ga-
briel de teſti. concluſ. 6. quæ regula, & conclu
9 ſio procedit † etiam, quòd omnes patiãtur ex-
ceptiones. fuit enim hoc dictũ Iacobi Butrig.
ibid. Et licèt contrarium voluerit Ang. conſ.
128. & Anchar. conſ. 246. quẽ refert Dec. cõſ.
133. col. pen. prope fin. Ferret. conſ. 199. nu.
14. & idem etiam in effectu videtur velle Marſ.
conſ. 88. num. 22. tamen, etiam quòd omnes, vt
dictum eſt, patiantur exceptiones, Doctores
volunt, quòd numerus ſupplet. Solùm enim vi
detur dubium inter Doctor. in numero trium
patientium exceptiones: quo caſu aliqui volue
runt, quòd ſoli tres probent. Iacob. Butrig. in
d. l. 3. quem ſequuntur Felin. & alij relati à Ga
briele, vbi ſupra num. 3. quibus addebatur per
Dominos, quòd hanc opinionem tenet Alciat.
in l. latę. §. amicos. ff. de verb. ſignific. quem re-
fert, & ſequitur Socin. Iun. conſ. 127. num. 17.
lib. 3. alioqui, vt conſiderat Purpur. in l. 1. num.
76. C. de ſum. trinit. & fid. cath. regula illa glo.
in l. 3. nunquam haberet locum. Et propterea
Aret. & Felin. in c. licèt vniuerſis. voluerunt,
10 quòd eſſet † arbitrarium iudici. quod idem di-
cit Iacob. de S. Georg. in l. prætor ait. §. cogen-
tur. num. 5. de eden.
Quibus ſtantibus, fuit reſolutum matrimo-
nium, de quo agitur, eſſe ſufficiẽter probatum.
Nam, cum habeamus duos teſtes non patien-
tes conſiderabiles exceptiones, & propterea
ſimpliciter reſeruatos arbitrio, de quibus in vl-
tima reſolutione: & inſuper quatuor alios, *iſte*
11 numerus † ſuperabundans ſupplet fidẽ. Quod
tanto magis in caſu noſtro placebat Dominis
procedere: quia ex reſponſionibus ipſius don
Petri verificantur dicta ipſorummet teſtium in
multis. Fatetur enim dõ Petrus *fuiſſe ibi ea no*
cte, fatetur cum donna Maria locutum fuiſſe, &
eius manum tetigiſſe, de quibus circumſtantijs
deponunt ſupradicti teſtes. Confirmatur ergo
12 teſtimonium † prędictum, & redditur magis ve
riſimile, & concludens ex dicta confeſſione par
tis conformi, & concordi cum dictis prædicto-
rum teſtiũ, in omnibus prędictis qualitatibus.
Quod vrgens argumentum viſum eſt, maximè
in hac materia difficilis probationis, & fa-
uorabili.
Non obſtant modo ex aduerſo per don Pe-
13 trum deducta. Et primo nõ obſtat diſparitas, †
quia ea ſolet conſiderari reſpectu conſangui-
neorum, quando illi de matrimonio teſtifican-
tur. c. ſuper eo. el ſecondo. de teſtib. quæ nihi-
14 lominus non obſtat in hoc caſu, cum † adſit pul
chritudo Marię, item amor, item difficultas
conſequendi illam, quæ diſparitate non obſtan
te reddũt matrimonium hoc veriſimile, vt per
15 Abb. in d. c. ſuper eo. el ſecondo. ſtante † enim
amore, matrimonium redditur veriſimile. Dec.
conſ. 163, col. pen.
Minus obſtat, quòd fama non ſit probata,
quia potuit id contingere facto don Petri, quia
voluit, quòd teneretur ſecretum matrimoniũ.
Pręterea ſumus in matrimonio ſecretè con
tracto, vnde non potuit oriri fama ita de facili,
imò ſecundùm Dominos hoc ipſum arguit te-
16 ſtes † nõ fuiſſe ſubornatos: quia faciliùs potuiſ-
ſent dicere, ſi fuiſſent corrupti, ſe publicè hoc
audiuiſ-

Digitized by Google

audiuiſſe, quàm deponere de his omnibus par ticularibus,de quibus deponunt.

Sicut non obſtat,quod adhibuerit illas duas mulieres inhoneſtas:quia potuit ipſa probabiliter inhoneſtatē hanc ignorare, & fortaſſe noluit adhibere vicinos, ne faciliùs in vicinia diuulgaretur matrimonium, ſi uiderent ipſi vicini accedere don Petrū ad domum Mariæ, vel illac tranſeuntem:ſicut nil eſt,quòd matri cela uerit hoc matrimonium, quia potuit fortaſse Maria timere,ne mater recuſaret,quòd clandeſtinè contraheretur. Et ſi hoc verum non eſſet, non videtur dari ratio, quare Maria, & teſtes hoc dixiſſent. Nam ex iſta celatione Mariæ nihil contra hanc probationem reſultat. Nec pro pterea, ſi dixiſſent matrem hoc ſciuiſſe matrimonium, non ideo eſſet probatum. Quod idē dicebant de eo, qui dicit matrimonium cōtractum fuiſſe in capite ſcalæ. Nam quo magis ad certum locum ſe coarctabant teſtes, eo faciliorem modum parabant don Petro probandi cōtrarium. Vnde, ſi vera non fuiſſent, non eſt veriſimile, quòd ad hoc ſe arctaſſent.

Prout nec obſtat, quòd don Petrus prius ad iudicium prouocauerit. nam ex hoc pariter nihil infertur contra matrimonium. Potuit enim ipſum facti pęnitere, & fortè putare, quòd illis teſtibus nō eſſet adhibenda fides. Nec iure cau
17 tum reperitur, quòd ex eo, † quòd quis prior ad iudicium prouocet, habeat propterea bonam cauſam.

Nec Dominos mouit oblatio Don Petri de ſtando dictis teſtibus, ſi incontinenti illos Maria produceret: quia imò hoc retorquebant cō tra ipſum don Petrum: quia eadem die prędicti teſtes fuerunt producti, & examinati, vt fuit reſolutum, & nihilominus non obſtante dicta ſua oblatione, adhuc ſuſtinet litem, imò probationem hanc reddit admodum veriſimilē hoc ipſum, quòd fuerint illico examinati, & ſic non dato tempore ad inſtruendos teſtes, cum præſertim fuerint examinati à Vicario Archiepiſcopi auunculi ipſiuſmet don Petri aduerſarij.

Non etiam obſtat laceratio literarum don Petri facta per Mariam: quia potuerunt lacerari prius quàm contraheret, timens matrem. Item fieri poteſt, quòd cautè Petrus in illis ſcriberet.

Varietates etiam teſtium non videbantur Dominis obſtare: nā etſi Franciſca Colaca in ſecundo examine dicat, quòd don Petrus non poterat videre ſaluatorē, & in tertio, quòd eū videre poterat; tamen dupliciter reſpondebāt.
18 Primo quia inter † vnum examen, & aliud interceſſit ſpatium ſeptem annorum & propte
19 rea non eſſet mirum, cum memoria † ſit labilis. vulg. l. peregrè. de acquir. poſſ. ſi in aliquibus variarent.

Secundo quia in ſecundo examine non dicit, quòd don Petrus eum videre non poterat, ſed quòd erat abſconditus inter illas mulieres, quę erant à tergo d. Marię, Et fieri poteſt,
20 quòd licèt † eſſet abſconditus, videri nihilominus poſſet.

21 Non obſtat, quòd Anna, † Agnes, & Saluator dicant, quòd eum don Petrus videre non poterat, & Franciſca dicat, quòd eum optimè videre poterat: quia illæ tres reddunt rationē, quia erat abſconditus inter eas, & Frāciſca potuit videre, qui etſi eſſet abſconditus, poterat nihilominus videri. Sicut nil eſt, quòd Agnes in priori examine dicat, quòd don Petrus non cauebat à Saluatore, & alij dicant, quòd erat abſconditus, quia potuit Saluator velle ipſe cauere à don Petro, timens fortaſsè, ne, ſi don Petrus eum videret, abſtineret ſe à contrahendo. Nec quicquam facit, quòd Saluator dicat fuiſſe vocatum ex alia domo, & veniſſe currendo, & quòd Catherina in tertio examine dicat, quòd ſedebat ſuper quadam capſa, quia, poſtquam cucurrit, potuit ſedere.

Non obſtant variationes conſideratæ, quomodo fuerunt vocatę illæ duę mulieres: quia licèt Franciſca dicat, quòd fuerint vocatę, vt eſſent teſtes, & Anna dicat, quòd, poſtquā peruenerunt domum Marię, Maria hoc ſibi dixit &c. ſtare enim poſſunt hæc omnia ſimul, & quòd fuerint vocatę ad hunc effectum, & quòd, quando Maria illas vidit, eis propalauerit, ad quid eas vocauerit. Et quamuis in tertio examine dicat, quòd fuerunt vocatę, vt eſſent teſtes huius matrimonij, & ad hunc effectum venerunt, ſtare poteſt cum eo, quod ſupra dixit, quòd, poſtquam peruenerunt domum Mariæ, ea ſibi dixit &c. Et quamuis Agnes Aluarez dicat, quòd Maria miſerat eas vocari pro quadam re ſibi importanti, & quòd Maria, quando fuit eius domi, ſibi dixerat, ad quid eas vocari fecerat, hæc, & omnia ſupradicta poſſunt in ſimul ſtare. Et licèt Catherina dicat, quòd iuit eas vocatum per duos dies ante, & expoſuit cauſā, & ipſæ acceptarunt, poteſt eſſe, quòd ſibi dixerit, quòd eſſent teſtes pro matrimonio, & non pro iſto. poteſt etiam eſſe, quòd ipſa id ſibi dixerit, & quòd poſtea etiam Maria, quando fuerunt domi, & ipſa hoc eis ſignificauerit, & ad
22 iſtas, & alias ſimiles varietates benè † reſpōdet Dec. conſ. 163. col. 6. verſ. vnde & imò obſtat.

Regu-

23 Regula enim ordinaria eſt, quòd teſtes † cõcordandi ſint, etiam ad effectum, vt probent. c. cum tu. de teſti. vbi Docto. Ruin. conſ. 5. nu. 17. lib. 4.

24 Similiter varietates † Marię à dictis teſtiũ non viſę ſunt conſiderabiles. Nam, quatenus ipſa primo dicit, quòd don Petrus non viderat teſtes, & tamen alij teſtes dicunt, quòd viderat tres, aduertendum eſt, quòd Maria dicit, quòd don Petrus non vidit dictos teſtes, & ſic per relationem ad ſuperius dicta, intelligir, quòd non vidit illos ſex teſtes. Felin. in c. auditis. nu. 24. in fin. de præſcript. Dec. conſ. 100. num. 7. 25 quæ negatiua † non vidit ſupradictos teſtes, eſt vera, etiam quòd vidiſſet quinque. l. ſi is qui ducenta. §. vtrum. ff. de reb. dub.

Non obſtat, quòd neget adfuiſſe promiſſiones matrimoniales: quia potuit intelligere de formalibus promiſſionibus explicitis, & fieri poteſt, quòd d. Petrus ei ſignificauerit, quòd volebat facere, quod ipſa volebar, & tamen ipſa vti mulier, cui licitum eſt ius ignorare, putaret hanc nõ eſſe promiſſionem matrimonialẽ.

Non obſtat, quòd aliqui dicant non audiuiſſe verba præcedentia: quia non potuerunt omnes eſſe ibi in ictu oculi, & ſic modico interuallo vna poſt aliam potuit ibi adeſſe, & conſequẽter potuit audire verba matrimonialia, & non præcedentia.

26 Non obſtat, quòd † per eundem præmeditatum ſermonẽ teſtes videantur deponere, quia multipliciter reſpondebatur.

Primo, quia, cum iam eſſent moniti, & ordinati, vt matrimonio interuenirent, vt teſtes, veriſimile eſt, quòd attentè admodum verba audierint, & ſic conformitas hoc caſu magis arguere videtur veritatem.

Secundo quia verba in matrimonio videntur ſubſtantialia, ex quibus colligitur conſenſus contrahentium, vnde teſtes diligenter ea attendere debuerunt.

Tertio videtur purgare ſuſpicionem duplex quantitas ſupra relata.

Prima quòd ex improuiſo à Maria coacta metu cenſurarum, fuerunt inducti, & incontinenti examinati, vnde non facilè cadit pręmeditatio.

Secunda quòd confeſsio don Petri in multis particularibus verificat eorum dicta. In alijs placuerunt reſponſiones datę per informantes d. Mariæ.

Et hęc ſint dicta, vt plenè partibus ſatisfiat, ſaluis tamen alijs reſolutionibus, quę ſuper prædictis teſtibus in ſpecie fuerunt firmatæ, quibus inhærere Domini intendunt, & nullo modo ab eis recedere, quia cum maturitate fuerunt factę.

Firmarunt ergo matrimonium dici ſufficienter probatũ ex ſupradictis, ſtãte maximè ſentẽtia de partibus fauorabili pro matrimonio, vbi qualitas teſtium meliùs potuit eſſe nota, & ſtãte honeſtate donnę Marię, & difficultate eam conſequendi, aliàſue in ſpecie fuit coram me 27 reſolutum, quæ honeſtas † regulariter reddit matrimoniũ veriſimile, vt aliàs fuit reſolutum in vna Palentina matrimonij de anno 1553. coram bo. mem. Fantuccio, & in dubio pro matrimonio, vt ſupra in princip. eſt iudicandum.

QVI FILI SINT LEGITIMI.

Panormitana, & Valentina illegitimitatis. Lunæ. 10. Ianuarij 1575.

EPITOME.

Filius in dubio an præſumatur legitimus, vel illegitimus, quoad omnes effectus, pulchra ponitur diſtinctio.

SVMMAE.

1 *Probandi onus incumbit dicenti.*
2 *Filius in dubio an præſumatur legitimus? & num 3. atque 8. & 9. vbi pulchrè diſtinguitur.*
4 *Cohabitatio diuturna non ſufficit ad inducendum matrimonium, quamuis ſufficiat ad legitimationem præſumendã.*
5 *Paleottus Cardinalis Illuſtriſs. in tract. de Noth. cap. 20. ſub num. 3. & ſeq. declaratur.*
6 *Legitimatio procedit à matrimonio, vti filia à matre.*
7 *Probatio à communiter accidentibus quando ſufficiat?*
10 *Matrimonium vti quid facti non præſumitur.*
11 *Aymo conſ. 166. reprobatur per Nattam, vbi hic.*
12 *Matrimonij inualiditate obijciens ipſe debet probare.*
13 *Prætenſi matrimonij verbis vtens in narratiua commiſſionis, non dicitur matrimonium fateri.*
14 *Diffamatus de illegitimitate, debet ſe purgare, ſi autem non eſt diffamatus, ſed ſemper vixit vti legitimus, relinquitur eius conſcientiæ.*
15 *Legitimus quis præſumitur, vt manuteneatur in poſſeßione beneficij.*
16 *Poſſeßio cauſat aliquam præſumptionem pro poſſeſſore beneficij, etiam illegitimo.*
17 *Actor debet plenè, & concluſè probare intentionem ſuã, etiam quòd conſiſtat in negatiua, nec ei ſufficit præſumptiuè probare.*
18 *Vitam allegans eam probare debet, non obſtante præſumptione l. fin. C. de ſac. ſanct. eccl. limit. prout num. 19.*
20 *Actor quis dicatur, & quis reus?*
21 *Poſſeſsionis maximum eſt commodum.*

Eccleſia-

22 Eccleſiaſticus iudex poteſt terminum præfigere ad proban dam quaſi poſſeſsionem legitimitatis.

DVBIVM.

Cui partium incumbat onus probandi legitimitatẽ, vel illegitimitatem in caſu,& ad effectũ,de quo agitur?

176. DECISIO. ſiue Diſcurſus. alioqui. I.

PRopoſui dubium. Materia viſa eſt Dominis latiſſima,varia, & difficilis, & ideo nihil potui per modum reſolutionis capere. Sed quia aliqui Domini benè viderant ex multis, quę fuerunt relata,diſcurſus gratia excerpſi infraſcrip ta,vti principaliora.

1 Et in primis dicebant regulam † eſſe,quòd
dicenti incumbit onus probandi iur. vulg. ergo Laurentius,& Antonia, qui committũt cau
ſam ſuper illegitimitate, videntur, quòd eam
teneantur probare, & ad hoc videtur tendere,
c.lator. qui fil.ſint legit.gloſ.in c.ſi ſortè. §.defectum.de elect.in 6.Bero.in conſ.19.lib.2.&
2 illi,qui pro hac parte allegantur, quòd filius †
in dubio præſumiẽ legitimus.sũt gloſ. & Abb.
in d.c.lator.num.6.Felin.in c.per tuas.col.fin.
de probat.Dec. in c. eccleſia.num.39.de conſtit. & conſ.54. num. 2. Iaſ.conſ.164.lib.4.
Curt.Iun.conſ.52.col.1.Ioa.Fab.in §. fin. Inſtit.de adopt.Alber.in l.filium.num.11.ff. qui
ſunt ſui vel alie.iur.& in l. ſenatores.num.4.ff.
de ſenat.Bald.conſ.437. lib.5.& illuſtriſſimus
Paleot.in tract.de noth.& ſpur.c.20.& eſſe veriorem, & receptiorem opinionẽ teſtatur Couar. in epito.par.2.c.1.num.5.

Sed hoc magnam habere videtur difficultatem,quia etſi hęc ſit regula;tamen multi,& ma
3 gnę auctoritatis voluerunt,quòd quis † in dubio præſumitur illegitimus potius,quàm legitimus prout Rot. 1.de pręſumpt. in ant.Bart.
conſ.42.num.5.lib.1.Archid.in c. ſi ſortè.col.
2.num.2.de elect. in 6.videtur potius tranſire
ad contrariam opinionem contra gloſã.Corn.
conſ.68.nu.3.lib.3.Dec.in l.ſi emancipati. nu.
3.Iaſ.in d.l.ſi emancipati.num.31.C. de collatio.idem Iaſ.in l.poſt dotem.col.1.ſol.matrim.
Alciat. de præſumpt. reg. 2. pręſumpt. 2. nu.
5.& reg.3.præſumpt.1.nu.12. Aymo in cõſ.
138.num.1.per l.liberorum.vbi Ang.ff.de his
quę not. infam. Iaſ.in l.nec profectò.C. de teſtam.cum alijs, de quibus per Couar.in epit.
par.2.c.8.§.3.in princip.Cagnol.ibidem,num.
78. Alciat.conſ.268.Menoch.cõſ.60.Cephal.
conſ.32.num.65.lib.1. Docto. Canoniſt. magis communiter in c.lator.& in c.peruenit.qui
fil. ſint legi.Id enim expreſsè dicit Abb.antiq.
in d.c.lator.in fin.vbi ait,quòd is, qui dicit aliquem illegitimum,id probare debet. Hoſtien.
& alij, vt infra particulariùs referã. Et quamuis illuſtriſſ.Paleottus de noth.& ſpur.in c.20.
ſub num.3.& ſeq.contrarium tenuerit; tamen
contrariam opinionem aliqui ex Dominis credebant eſſe magis receptam,vt ex ſupradictis,
& infradicendis conſtabit. Quamuis enim multi Docto.allegentur pro hac parte; tamen, vt
plurimùm ſequuntur Abb.in d.c.lator.qui loquitur in caſu, in quo conſtabat, quòd ſaltem
4 diu cohabitauerant inſimul. Quamuis enim †
inter ipſos hoc non ſufficiat ad inducendum
matrimonium;ſufficit tamen ad legitimitatem
præſumendam:qui eſt caſus ſeparatus, vt conſiderant Doctores,quos infra citabo. Et reſpõ
5 ſio,quam tradit Paleott. † ad illud obiectum,
quòd matrimonium,vti quid facti non præſumatur,non omnino placebat. Dicit enim ipſe,
quòd quocumque quis ſe vertat,agitur de pręſumendo facto, quia homines non naſcuntur
ſine parentum coniunctione. Nam reſpondebatur per aliquos Dominos, quòd nõ agimus
de præſumenda coniunctione, quia ea ſatis eſt
probata, ex quo filius eſt ortus,ſed agimus de
pręſumendo, vltra coniunctionem, vt alio facto,nempè quod parentes cõtraxerint matrimonium. Et quamuis Innoc.in d.c.lator.diſtinxerit, aut quæritur, an pręſumatur matrimonium quoad ipſum matrimonium inter cõtrahentes, & non præſumitur;aut quoad legitimitatẽ,& pręſumitur matrimonium, adeo vt obijciẽs de illegitimitate eam probare debet:quia
illud eſt in fauorem matrimonij, vt matrimonia clandeſtina fiant manifeſta,hoc in fauorem
filij,vt illi ſint legitimi. Tamen Henric Boich
Id reprobat,& eius ratio videtur bona,quia le
6 gitimatio † procedit à matrimonio; vti filia à
matre, nec poteſt pręſumi pro legitimitate,
quin præſumatur pro matrimonio. Et proptérea Abb.Ant.& Collect.ſummant c.peruenit.
qui fil. ſint legit. vbi non conſtat de matrimonio,qui dicit id,probare debet.

Et quamuis etiam Corn.in d.l.ſi emancipati.num.3.cum ſeq. & ibi etiam Rimin.in 2.notab.voluerint, quòd, cum à communiter accidentibus matrimonia contrahantur, & à communiter accidentibus homines legitimi naſcan
7 tur,quæ probatio † à communiter accidentibus ſufficit.l.neque natales.C.de probat.tamẽ
animaduertit ibi Cagnol. quòd hæc probatio
à communiter accidentibus in hoc caſu non

ſufficit:quia non quandoque, ſed perſæpe na-
ſcuntur homines illegitimi. Docto. igitur in
hac materia duobus in locis magiſtraliter di-
ſtinguere videntur, nempe in d. c. lator. & in c.
peruenit.

8 Prima enim eorum diſtinctio eſt iſta: † aut
non conſtat de matrimonio, nec de quaſi poſ-
ſeſſione matrimoniali, ſed tantùm de coniun-
ctione de recenti, & tunc viuis parentibus, ea
non ſuffragatur, ipſis autem mortuis, ſi fuit lon
ga, & res non eſt de recenti, hoc ſufficit, ad hoc
vt filius probare non teneatur ſe legitimum;
alioquin ſi nihil conſtat de matrimonio, neque
de poſſeſſione, ſed ſolùm, quòd fuit tractatus
tamquam filius, præſumitur illegitimus. Ant.
de Butr. in d. c. lator. nu. 14. & 15. Hoſt. in §. ſi
verò. Io. And. in gloſ. penult. quod idem vide-
tur ſentire ibi Præpoſ. in 2. q. & in hac diſtin-
ctione intrat dictum Abb. in d. c. lator. quòd
defunctis parentibus, qui ſe tractarunt vt vir,
& vxor ad effectum legitimitatis, præſumitur
matrimonium: quia minor requiritur probatio
ad effectum legitimitatis, ſecundùm conſ. 27.
Gemin.

9 Alteram etiam † tradunt diſtinctionem in c.
peruenit. eod. tit. quòd aut filius agit ad hære-
ditatem, & ipſe debet probare legitimitatem:
quia, cum hoc iudicium ordinetur ad petitio-
nem hæreditatis, videtur, quòd filius, vti actor
debeat id probare: aut contra ipſum agitur, &
tunc ſubdiſtinguitur. aut negatur filius, & ip-
ſe debet probare ſe filiũ, & legitimum: aut ne-
gatur qualitas, & ſic legitimitas, & tunc aut
quis negat etiam matrimonium inter parẽtes,
& tunc debet filius probare, quia matrimo-
10 nium, † vti quid facti non præſumitur, & negãs
habet intentionem fundatam de iure: aut non
negat matrimonium, ſed dicit non fuiſſe legiti-
mum, & tunc dans de impedimento, debet hoc
probare. Ant. de But. in d. c. peruenit. col. pe-
nult. prope fin. Abb. ibi in fin. Præpoſ. num. 3.
11 Natt. conſ. 425. vbi reprobat † Aym. in conſ.
166. Et iſte caſus videtur magis proximus ter-
minis noſtris. in quibus Laurentius, & Anto-
nia petunt committi cauſam ſuper inualiditate
12 prætenſi matrimonij &c. Et ſic cum ipſe det †
de inualiditate matrimonij, videtur etiã, quòd
ipſi dantes de inualiditate, & ſic de impedimen
to, illam etiam probare debeant.

Dubium tamẽ faciebat circa hoc, quia Ant.
de Butr. & Abb. videntur, velle, & præſuppo-
nere, quòd quis fateatur matrimonium; hic au
13 tem dicitur † prætẽſi matrimonij, & ſic orato-
res non videatur fateri matrimonium. & Hen.
Boich in d. c. peruenit. in fin. dicit, quòd *illo*,
qui iure non opponit, quòd non adſit matrimo
nium, ſed opponit matrimonium non legiti-
mum, ipſe probare debeat. Ideò aliquibus pla-
cebat particulariter videri, an verſemur in hoc
caſu, quòd matrimonium dicatur confeſſatum.
Sed aduertebant, quòd nec hoc videretur tu-
tum ad expeditionem dubij: quia in omnẽ euẽ
tum reuocabuntur confeſſiones, & opponetur
ſimpliciter de illegitimitate, &c.

Faciebat etiã aliquam difficultatem, quod di
cit Io. And. in c. 3. de cler. non ordin. miniſtr. re
fert, & ſequitur Pręp. in rub. qui fil. ſint legit.
14 vbi dicit, quòd, quando quis † eſt diffamatus
de illegitimitate, debet ſe purgare, ſi non eſt in
famatus, & ſemper vixerit, vt legitimus, relin-
quitur conſcientię ſuæ. Sed fuit dictum, quòd
fortè id procedit in foro conſcientiæ, quia al-
legat c. mulieri. de iureiur. & ita intelligit *Præ*
poſ. qui expreſsè hoc dicit in foro conſcientiæ.
15 Et quamuis † quis pręſumatur legitimus, vt ma
nuteneatur in poſſeſſione beneficij. Rot. in ant.
deciſ. 1. de præſumpt. illud eſt, quia quis non
debet ſpoliari &c. Et quia aliqua adeſt *pręſum*
16 ptio, poſtquam † eſt in poſſeſſione eius, quod
non competit niſi legitimis, alioqui ſecus per
prædicta.

Alij Domini dicebant primo inſpiciendum
eſſe, quis actor, & quis reus verè dicatur in hac
17 cauſa. Nam actor † debet plenè probare inten
tionem ſuam, etiam quòd conſiſtat in negati-
ua ex allegatis per informantes: nec ſufficit ſi-
bi præſumptiuè probare, ſed concludenter. A-
chill. meus frater Germanus dec. 1. de probat.

18 Hinc vitam † allegans, debet probare, non
obſtante præſumptione. l. fin. C. de ſacroſanct.
eccle. quòd tamen alij ex Dominis di*cebant* eſ
19 ſe limitandum, niſi † pro actore eſſet præſum-
ptio vehemens, quę releuaret ab onere pro-
bandi. Couar. varia. reſolut. lib. 2. cap. 6. in
princ. ex Abb. & But. alleg. & dicebant acto-
20 rem † eſſe, qui cauſam committit, licèt ipſe *poſ*
ſideat, niſi commiſſio eſſet talis, in qua poſſet
comprehendi cauſa moleſtationum. iuxta de-
ciſ. d. Achill. primam de actore: hoc enim caſu
committens cauſam, diceretur reus. Ideò dice
bant videndam eſſe diligenter ad hunc effectũ
commiſſionem, & ſi in ea poſſent comprehen-
di moleſtationes &c. Dicebant alij videri tres
vias expediendi cauſam, Prima quis dicatur
actor, & reus iuxta ſupradicta. Altera, bene fir-
mare in iure, an quis præſumatur legitimus,
vel illegitimus ad effectum ſuccedendi & c.
21 tertia quis poſſideat, propter † commodum
poſſeſ-

poſſeſſionis. vulg. §. commodum. Egid. deciſ.
76. in fin. & 475. etiam in fin. cum alleg. & di-
cebant poſſeſſionem hoc caſu debere intelligi
legitimitatis, vel illegitimitatis, non bonorum,
quæ ad præſens negocium non relenat: quia
non agitur in hoc iudicio de bonis, ſed de vali-
ditate, vel inualiditate matrimonij. & an Pe-
trus Ximenius ſit in quaſi poſſeſſione legitimi
tatis, vel minus; iuxta gloſ. in d. c. lator. Gemin.
12 in d. c. ſi fortè. nu. 4. de elect. in 6. Nã hoc † caſu
dicebant poſſe iudicem eccleſiaſticum præſige
re terminum. iuxta tex. in d. c. lator. Dec. in c.
ex literis. num. 4. in fin. de prob. Rip. in c. ſæpe.
de reſt. ſpol. Alij dicebant videndũ, an oppo-
natur de illegitimitate incidenter, an principa-
liter. fuit tandem dictum, quòd iterũ ponatur.

Bononienſis apothecarum. Lunę. 24. Ianuarij. 1575.

EPITOME.

Legitimato plenè cum clauſula, ſine præiudicio venientium ab inteſtato, non debetur legitima, vbi venientes ab inteſtato concurrunt.

SVMMAE.

1 *Diſpenſatus non contratabulat, neque petit ſupplementum legitimæ, intellige, prout num. 10.*
2 *Alciat. eſt ſibimet contrarius illa in quæſtione, an dari poſſit legitima cum reſtrictione effectus legitimationis?*
3 *Clauſulę, ſine præiudicio venientium ab inteſtato, intellectus.*
4 *Legitima an debeatur legitimato cum clauſula, ſine præiudicio venientium ab inteſtato? & num. 9.*
5 *Legitimi qui ſunt effecti, habent per conſequens ius vniuerſale, & ius filiationis.*
6 *Limitatio, quæ fit de legitimatione filiorum, quo pacto intelligatur.*
7 *Legitimæ ſupplementi petitio ſi eſt prohibita, an legitimatus grauatus ex fideicõmiſſo, capiat legitimam, & trebellianicam?*
8 *Legitimatur ſi quis ad ſucceſsionem ab inteſtato, quamuis cum clauſula, ſine præiudicio venientium ab inteſtato, hæc clauſula nihil operatur, niſi quando tractatur de præiudicio venientium ab inteſtato.*
11 *Supplementum petendi ius, & contratabulandi, & querelandi teſtamentum, regulatur à ſucceſsione ab inteſtato.*
12 *Legitima ſumit initium à ſucceſsionè ab inteſtato.*
13 *Clauſula, ſine præiudicio venientium ab inteſtato, quæ legitur in facultatibus, an cẽſeatur repetita in legitimatione.*
14 *Dat nemo quod non habet.*
15 *Legitimatio an dari poßit, ita vt habeat effectũ limitatũ.*
16 *Filiationis ius an poßit diuidi à iure ſucceſsionis.*

PRAESVPPOSITA.

Præſuppoſito ſine veri præiudicio, prætenſo priuilegio facultatis legitimandi Dominos de Gozadinis. 1
Et inſtrumento legitimationis Philippi Paſij. 2
Et particula teſtamẽti Iacobi Paſij ſenioris, in qua ſunt relictę apothecę, de quibus agitur. 3
Et inſtrumento tranſactionis inter Philippum, & executores teſtamenti d. Iacobi initæ, quæ in neceſſarijs informantes referent. 4
Et quòd Philippus dictas apothecas vendidit. 5

DVBIVM.

An Philippus potuerit vendere apothecas, vt legitimam, aut potius illę vt fideicommiſſo Iacobi ſubiectæ poſsint per filios Philippi auocari.

177. DECISIO. ſiue Diſcurſus. alioqui. II.

PLacuit Dominis, quòd hæc materia reſtrin
geretur, & particulariter videretur, an ſi-
mus in legitimatione. Nã primo caſu, ſi ſumus
in diſpenſatione, materia aliquibus non vide-
1 batur habere difficultatem: quia diſpenſatus †
non contratabulat, neque petit ſupplemẽtum
legitimæ. Alex. in rubr. de lib. & poſthum. ſub
num. 3. verſ. niſi forma legitimationis, & poſt
eum ibi per Iaſ. clariùs num. 13. & 14. Dec. in
l. 1. nu. 10. verſ. & quòd dictum eſt. C. de bon.
poſſ. con. tab. Zuccard. in l. poſthumo. num. 45.
C. eod. tit. in repetit. facta ſuper præludijs, quę
incipit. poſthumorum ſpecies quinque. Curt.
Iun. conſ. 75. num. 1. 8. & per tot. In qua dubita
tione licèt Alciat. conſ. 202. num. 1. cum ſeq.
videatur velle, quòd non poſſit dari legitima
cum reſtrictione effectus legitimationis; tamẽ
2 ipſemet con. 217. tenet † contrarium. Hãc opi
nionem etiam poſt multos videtur tenere Ti-
raq. in l. ſi vnquam. in verb. donatione largitus.
num. 317. ſecundùm magnam impreſſionem,
alioqui ſecundùm paruam impreſſionem. nu.
259. cum duobus ſeq. C. de reuoc. donat. An
autem hæc ſit legitimatio, vel diſpenſatio dixe
runt particulariter videndum eſſe. Et licèt di-
ſtinguat Zuccard. in d. l. poſthumo. num. 43. an
reſtrictio fiat circa ipſam reſtitutionem nataliũ
&c. tamen putabant ſuper hoc meliùs eſſe co-
gitandum.

Secundo autem caſu, nempè ſi eſſet legiti-
matio, credebant aliqui non eſſe elaborandum
circa intellectum clauſulę, ſine pręiudicio ve-
nientium ab inteſtato: quia ſiue teneamus opi-
nionem, quam Rota aliàs dixit eſſe magis com
3 munem, quòd hæc † clauſula pręſeruet ſucceſ-
ſiones etiam tranſuerſalium ab inteſtato: ſiue
opinionem Anchar. conſ. 153. num. 5. & Socin.

conſ.41. num. 9.lib.3. quòd ſolùm præſeruet
ius ſuccedendi deſcendẽtibus: ſiue opinionem
eiuſdem Socin. d.conſ.41.& ſequitur Zuccard.
vbi ſupra num.59.quòd propter verbum, de-
ſcendẽtium,intelligitur de filijs:ſemper ſumus
in iſtis caſibus. Et licèt Rota videatur aliàs trã
ſiuiſſe cũ hac opinione, quòd hęc clauſula ope
retur ſolùm, quòd iſte legitimatus poſſit ſucce
dere ex teſtamento, non autem ab inteſtato,
vt per Put.deciſ.303.in cauſa Piſanen.hæredi-
tatis.propoſui dubium.2. Maij 1550.lib.3.Vn
4 de plano videretur intrare,quòd non † debea-
tur legitima huiuſmodi legitimato:quia ſucce-
dere non poteſt ab inteſtato ex allegatis, qui-
bus infinita poſſent addi.

Tamen hoc non obſtante, in caſu, quòd eſ-
ſemus in legitimatione, materia magnam ha-
5 beret difficultatem. Stante enim, † quòd ſunt
effecti legitimi, ſequitur, quòd ex conſequenti
ius habent vniuerſale,& ius filiationis. Limita-
6 tio † igitur, quæ fit de legitimatione, intelligi-
tur in illis caſibus propriè, in quibus limitat,
nec vltra extenditur. Vnde Alciat. conſ. 217.
ait, quòd intelligitur, quatenus de neceſſitate
infert. & propterea ibi voluit, quòd in legiti-
matione,in qua aderat clauſula,prout pater in
teſtamento ſibi relinquet, quòd hæc limitatio
ſolùm intellgatur,quando ſuccederet ex teſta-
mento,quòd tunc in plus non poſſet ſibi ſuc-
cedere, quàm pater ſibi relinquet. Similiter
Curt.Iun.conſ. 254. lib.3. conſuluit in caſu, in
7 quo erat † prohibita petitio ſupplementi legi-
timæ, quòd ſuccederet ſolùm in partibus, in
quibus eum inſtituit pater, quòd nihilominus
poſſit legitimatus,ſtante legitimatione vniuer-
ſali,etiam ſi ſit grauatus fideicommiſſo,retine-
re ex fideicommiſſo legitimam, & trebelliani-
cam.Qui caſus videtur proximus huic caſui no
ſtro.His accedit,quod dicit Pariſ.con.7.n.95.
cum ſeq. lib.2.Cephal.conſ.117.num.7.lib.1.
Applicando igitur hęc quęſtioni propoſitæ,cũ
8 Philippus † legitimetur etiam ad ſucceſſionem
ab inteſtato,licèt cum clauſula,ſine præiudicio
veniẽtium ab inteſtato,hæc clauſula nihil ope-
ratur, niſi quando de prǫiudicio venientium
ab inteſtato tractatur. Cum igitur pater inſti-
tuerit venientes ab inteſtato,& per reiectionẽ
huius oneris non præiudicetur venientibus ab
9 inteſtato, ſequitur,† quòd ſit plenè legitima-
tus. Et quòd, cum limitatio non loquatur in
hoc caſu,ipſe debeat habere legitimam. quod
benè comprobatur ex his,quæ latè ponit Zuc-
card.in d.l.poſthumo. num.46. cum plur. ſeq.
10 vbi vult,quòd ſtante † hac,& ijs ſolitis clauſu-
lis, legitimatus poſſit nihilominus contratabu
late teſtamentum, quando non præiudicatur
venientibus ab inteſtato: vt quia in teſtamen-
to nõ ſunt inſtituti veniẽtes ab inteſtato:quòd
ſi ſibi non deberetur legitima,& non ſuccede-
ret ab inteſtato, ſecus eſſet dicendum. ex latè
trad.per Corn.conſ.57.num.4.& conſ.116. n.
11 2.lib.2.vbi ius † petendi ſupplementum,& cõ-
tratabulandi, ac querelandi teſtamentum, re-
gulatur à ſucceſſione ab inteſtato. & vt dicit
Socin.Iun.conſ.87.num.2.& 7.lib.4.quòd le-
12 gitima † ſumit initium à ſucceſſione ab inteſta
to.Cum ergo nunc non prǫiudicetur venienti-
bus ab inteſtato,non videtur excludendus.

Quę tamen fuerunt conſiderata non gratia
decidendi,ſed diſcurſus pro informatione par
tium,& vt ipſa materia reſtringeretur, quia vi-
ſa eſt admodum difficilis. Et addebant, quoad
prǫdictam clauſulam,ſine prǫiudicio,quę legi-
tur in facultatibus,non autem in ipſa legitima-
13 tione. An † cẽſeatur repetita in legitimatione,
& dicebant videri quòd ſic,per c.porro.de pri
ui.Socin.Iun. in conſ.120. ſub num. 20. lib. 2.
14 quia nemo † dat quod non habet.

Dicebant etiam poſſe videri,quatenus opus
15 ſit,an † poſſit dari legitimatio,quæ habeat effe
ctum limitatum, & ſic ſit vera opinio Paul. de
Caſt.in l.ſed ſi hac.§.patronum.ff.de in ius vo-
can. cum plur. cumul. in deciſ. 5. Achill. de
16 legitim. & an † poſſit diuidi ius filiationis
à iure ſucceſſionis. de qua per Dec. in l. ſoler.
de iuriſdict. om.iud. Gabriel.de legit. concluſ.
vltima.

Fuit tandem reſtricta adhoc, vt dubitarem,
an ſimus in legitimatione,vel diſpenſatione?

Bononienſis apothecatum ſuper eiſdẽ.
de quibus 24. Ianuarij præteriti
Veneris 27.Maij. 1575.

EPITOME.

LEgitimatus cũ clauſula, citra præ-
iudicium venientium ab inteſta-
to,poteſt contratabulare ceſſante
illorum præiudicio.

SVMMAE.

1 *Clauſula ſine, præiudicio venientium ab inteſtato, quan-
do nihil operetur?*
2 *Legitimatus cũ clauſula,ſine præiudicio veniẽtiũ ab inte
ſtato poteſt contratabulare, quando ob id non infertur
præiudicium venientibus ab inteſtato.*

178. DE-

178. DECISIO. alioqui. III.

Domini dixerunt materiam eſſe reſtringendam ad duo capita.

1 Primum, an ſimus in retentione, quia † clauſula, ſine præiudicio venientium ab inteſtato, nihil operatur in hoc caſu. Curt. Iun. conſ. 254. quod eſt inter conſ. Dec. conſ. 257. ſeu 510. quod aliqui Domini dicebant eſſe conſ. Dec. non Curtij prędicti, quia idem Dec. ſe allegat in l. precibus. num. 24. C. de impub. & alijs ſubſt. & Dec. ſequitur Rip. in l. centurio. num. 48. de vulg. & pupill. & apoſtill. ad Dec. in d. conſ. qui plura allegant, quæ aliquibus Dominis placebant.

Secundum caput eſt, an ea reiectione huius oneris inferatur aliquod præiudicium venien-
2 tibus ab inteſtato: quia legitimatus † etiam cũ prædicta clauſula, poteſt contratabulare teſtamentum, quoties ex contratabulatione non infertur præiudicium venientibus ab inteſtato: quia prædicta clauſula, de qua agimus, ſolùm prouidet venientibus ab inteſtato, & non attẽditur, neque obſtat, vbi non datur eorum præiudicium, per allegata per Dominos tũc, & per plur. vulg. aliàs in hac cauſa allegata.

Bononienſis apothecarum. Mercurij 28. Martij. 1576.

EPITOME.

Legitima debetur filio legitimato cum clauſula, ſine præiudicio venientium ab inteſtato, non obſtante, quòd adſint filij legitimi, & naturales à patre hæredes inſtituti.

SVMMAE.

1 *Legitima numquid debeatur filio legitimato? & num. 12. & 15.*
2 *Legitimato plenè debetur legitima.*
3 *Clauſula, ſine præiudicio venientium ab inteſtato, ſtrictè debet intelligi, in ſolo ſcilicet caſu ab inteſtato, non autem facto teſtamento. & num. 17.*
4 *Legitimatus non debet plus conſequi, quàm legitimus.*
5 *Legitima eſt portio eius, quod quis eſſet habiturus ab inteſtato.*
6 *Succedere qui ab inteſtato non poteſt, ſi eſt præteritus, teſtamentum regulariter impugnare non poteſt.*
7 *Extenſio paſsiua non procedit, vbi adeſt diuerſa ratio.*
8 *Teſtamentum rumpitur, & res reducitur ad cauſam inteſtati, quando nihil eſt relictum.*
9 *Inteſtati ad cauſam non reducitur res, quando agitur ad ſupplementum.*
10 *Dec. conſ. 264 col. final. intell.*
11 *Iaſ. conſ. 202. lib. 2. intell.*
13 *Ab inteſtato qui non admittitur, non admittitur ad rumpendum teſtamentum, neque ad illud impugnandum.*
14 *Filia excluſa ab inteſtato cenſetur etiam excluſa à petitione legitimæ, teſtamento facto.*
16 *Legitimatus non poteſt voluntatem paternam impugnare.*
18 *Filia de iure communi poteſt ab inteſtato ſuccedere.*
19 *Teſtator teſtando, & aliquid filiæ relinquẽdo, an videatur voluiſſe recedere à diſpoſitione ſtatuti, & tranſire ad ius commune.*
20 *Teſtator videtur cogitare, & velle illud, quod ius diſponit.*

DVBIVM.

An Philippo filio legitimato amplisſimè à Comite Palatino, habente facultatem legitimandi cum clauſula, ſine præiudicio venientium ab inteſtato tantùm, extantibus filijs legitimis, & naturalibus Iacobi ſenioris ab ipſo hæredibus inſtitutis ſit debita legitima in hoc caſu ad effectum, de quo agitur.

179. DECISIO. alioqui. IV.

Quia aliàs de hac materia in diſcurſu partibus dato latè eſt dictum, ad quẽ diſcurſum nunc Domini in multis ſe retulerũt; ideo multis tũc dictis omiſſis, fuit tentũ quoad dubium propoſitum per maiorem partem Dominorum, qui viderant, aliquibus tamen con-
1 tradicentibus, legitimam † deberi Philippo legitimato cum clauſula, ſine præiudicio venien. ab inteſtato, non obſtante, quòd adſint filij legitimi, & naturales à patre hæredes inſtituti.

Moti ſunt Domini hanc opinionem ſequen-
2 tes, quia, cum Philippus fuerit legitimatus † plenè, ſequitur, quòd debeatur ei legitima, ac ſi eſſet legitimus, per Docto. aliàs alleg. quorum partem recenſet. d. Parentius in ſua informatione.

Hoc ſtante ex Dec. & Alci. aliàs allegatis, di-
3 cebatur, quòd hęc † clauſula ſtrictè eſt intelligenda in caſibus tantùm, in quibus loquitur. Vnde, cum dicat, ſine pręiudicio veniẽtium ab inteſtato, debet intelligi in ſolo caſu ab inteſtato, non autem facto teſtamento. Gozad. conſ. 6. num. 33. & nu. 77. Zuccard. in l. poſthumo. num. 48. de bon. poſſ. cont. tab.

Ex quo inferebatur, quòd, cum nõ ſimus in ſucceſſione ab inteſtato, ſed ex teſtamento, ſufficit, quòd fiat præiudicium venientibus ab in-
4 teſtato, & ſufficit, quòd legitimatus † non poſſit plus conſequi, quàm ipſe legitimus. Zuccard. vbi ſupra ſub num. 58.

Non obſtant ea, quæ in contrarium deducuntur: quia omnia ad vnum fundamentum reducuntur,

5 cuntur, quòd legitima † eſt portio eius, quod
quis eſſet habiturus ab inteſtato. Vnde,cũ legi
timatus hoc caſu non poſſit ab inteſtato ſucce-
dere,non eſt locus huic detractioni. Nam om-
nibus ijs rationibus bene reſpondet Ruin. cõſ.
40.lib.3.allegatus, vnà cum aliis adductis per
d.Patentium. Maximè quia hoc caſu res redu-
ci non poteſt ad cauſam inteſtati: bene tamen
verum eſt,quòd idem Ruin.in §.& quid ſi tan-
tùm.in 1.lect.nu.177.l. Gallus.ff.de lib. & po-
ſthu. in ſimili quoad hoc videtur tenere con-
trariũ,& in addit.nou.ad d.§.& quid ſi tantùm.
ſub num.60.addit iſtam rationem,nempe quia
6 regula eſt, quòd qui † ab inteſtato ſuccedere
non poteſt, præteritus non poteſt teſtamentũ
impugnare. quæ regula per paſſiuam interpre-
tationem extenditur ad filium,cui minus eſt le
gitima relictum. Vnde in caſu noſtro idem for
raſſe videtur dicendum, ſcilicet quòd, cum iſte
filius ſit prohibitus ſuccedere ab inteſtato,quo
caſu regula eſt,quòd non poſſit contratabula-
re teſtamentum, non poterit etiam impugna-
re, quando aliquid ſibi eſt in teſtamento reli-
ctum, vt ſic iſta diſpoſitio recipiat paſſiuam in-
terpretationem à iure communi &c. Sed pro
7 reſponſione dicebatur, quòd iſta † extenſio
paſsiua non procedit, vbi adeſt diuerſa ratio,
prout declarat Rom. in Auct. ſimiliter.ſub nu.
101.C.ad l.falcid.Hic autem adeſt diuerſa ra-
8 tio,quia,quando nihil † eſt relictum,teſtamen-
tum rumpitur, & res reducitur ad cauſam inte
9 ſtati;cum verò agitur † ad ſupplementum, res
non reducitur ad cauſam inteſtati. & ita pun-
ctualiter reſpondet Ruin.d.conſ. 40. ſub num.
12.lib.3.

10 Nec obſtat conſ.Dec. † 264.col.fin.quia ibi
legitimatio erat facta cum alia clauſula, nem-
pe quòd filius non poſſet ſuccedere,niſi in eo,
11 quod pater voluerit. Iaſ. autem conſ. † 202.
lib. 2.& in rub. de lib. & poſth. loquitur etiam
in diuerſa materia,nempè in clauſula,quòd ſuc
cedere poſſit,ſi pater conſenſerit.

Et licèt pro maiori parte pręedicta opinio
teneretur.

Tamen aliqui Domini contrariam ſenten-
tiam veriorem exiſtimabant, & id quidem vr-
gentiſsimis etiam rationibus, & in primis ali-
quas communes traditiones pręmittebant.Et
12 primò ſtatuebant regulam, quòd legitimato †
cum hac clauſula,ſine pręiudicio &c. non debe
tur legitima ex eo,quòd ab inteſtato excludi-
tur à legitimis,& naturalibus. Et hanc eſſe cõ-
munem opinionem tradit Dec. conſ. 296. nu.
2.poſt multos,quos ibi allegat, reprobata con
traria opinione. Salyc. in Auct.nouiſſima. C.
de inoff.teſtam.Ruin.conſ.17.nu. 5. verſ.ſed
præmiſſis.lib.2.addit.ad d. conſ. Dec.296.idē
Dec. conſ. 525. num. 4. cum alijs, quos citat
d.Gabriel.

Secundo addebant aliam regulam, quòd,
13 qui † non admittitur ab inteſtato, non admitti
tur ad rumpendum teſtamentum,nec illud im-
pugnãdum.l.cum quęritur.et l. omni modo. in
fin. C.de inoffic.teſtam. Alex.conſ.19. num.4.
lib.6.& latè ibi additio ſub litera A.

Tertio corroborabant iſtas regulas ex his,
quæ communiter tradunt Docto.in l. Gallus.
§. & quid ſi tantùm. ff. de lib. & poſth. quòd
14 filia † excluſa ab inteſtato cenſeatur etiam
excluſa à petitione legitimæ, teſtamento fa-
cto. Et huius dicti ratio communiter recepta
eſt: quia aliàs ſequeretur, quòd filia *veniens*
contra voluntatem patris,eſſet melioris condi
tionis,quàm veniens pręter voluntatem. con-
tra tex.in l.maximum vitium. circa med. C. de
lib.pręter.Alex.in d.§.& quid ſi tantùm.num.
16.verſ.1.caſu. Si ergo ab inteſtato *nihil po-*
teſt conſequi,ſequitur, quòd neque etiam ex
teſtamento quicquam conſequetur contra pa-
tris voluntatem,& ideo etiam præteriri, & ex-
hęredari potuit.

His ſtantibus, clara videtur dubij reſolutio
15 negatiua non † deberi legitimam Philippo,
quicquid conſuluerit,& malè ſecundùm prædi
ctos Dominos.Pariſ. conſ. 7. lib.2. & Cephal.
qui eum ſequitur conſ.117.lib.1. meliùs Dec.
qui contrarium reſpondit.con.264. col penul.
verſ.ſed quicquid ſit.

Neque obſtat,quòd hic non agatur de *præ-*
iudicio venientium ab inteſtato: quia *talis legi*
timatio non ſolùm pręſeruat hoc pręiudicium,
ſed etiam facit, vt ſola voluntas teſtatoris at
16 tendi debeat,cum non poſſit legitimatus † vo-
luntatem paternam impugnare per ſupradicta,
& ita quamuis ceſſaret vnus effectus legitima-
tionis;tamen alijs per hoc non ceſſant.

Secundo bene ſecundùm prædictos *Domi-*
nos reſpondetur,quòd hic agitur etiã de *præ-*
iudicio venientiũ ab inteſtato, nempe filiorum
legitimorum. Nam,ſi debeatur legitima,pote-
rit onus ſubſtitutionis reijci,& per conſequens
annullari ſubſtitutio vltimo in eorum fauorem
facta.

Tertio ex alio, & magis in ſpecie conſide-
ratur eorum præiudicium,ratione quotæ legi-
timæ, vt hic deducitur per D.Gabrielem.

Quoad dicitur clauſulam,ſine præiudicio &c.
17 non habere locum facto † teſtamento, vt per
Gozad.

Gozad. & alios ex aduerſo allegatos, tollitur
ſecundùm prædictos: quia hoc eſt verum ad
effectum, vt relictum in teſtamento teneat, etiã
nolentibus filijs; ſed quòd ideo legitimatus
fiat capax impugnationis paternæ voluntatis,
hoc videtur contra communes concluſiones,
& in ſpecie Ang. conſ. 264. per Gozad. alleg.
tenet, quòd clauſula illa, ſine præiudicio venië-
tium ab inteſtato, operatur, quòd legitimatus
non poteſt venire contra teſtamentum, ſi reper-
riantur inſtituti illi, qui ſucceſſiſſent ab inteſta
to. Curt. ſen. conſ. 37. tenet quidem, quòd filia,
per ſtatutum, extantibus maſculis, ab inteſtato
excluſa, non cenſeatur excluſa petere ſupple-
mentum legitimæ ex teſtamento, ſed loquitur
in caſu, in quo non erant inſtituti in teſtamen-
to aliqui maſculi ex illis, qui ab inteſtato eam
excludebant, vt videre eſt ſub nu. 23. & Ruin.
conſ. 40. lib. 3. non ſolùm non facit contra iſtã
opinionem, quin potius eam confirmat. Nam
ſub num. 12. conſiderat, quòd de iure commu-
18 ni filia † poteſt ab inteſtato ſuccedere, ſed in ca
ſu iſto neque iure communi hic illegitimus po
teſt ſuccedere, neque vigore legitimationis;
quia fuit limitata ſine præiudicio &c. ideò non
habet facultatem impugnandi teſtamentum.

Ideo aduertendum eſt Doctores iſtos loqui
in longè diuerſa quæſtione, & in qua eſt præ-
cipua ratio, quòd filia habet pro ſe diſpoſitio-
nem iuris communis, quę non militat in caſu
iſto, in quo ius commune nec illegitimo aſſi-
ſtit, nec legitimato cum illa clauſula, quoties
adſint alij filij legitimi, & ideo ſequitur, quòd
ratio, quam maximè ponderant iſti Docto-
19 res, quòd teſtator † teſtando, & aliquid re-
linquendo, videtur voluiſſe recedere à diſpo-
ſitione ſtatuti, & tranſire ad ius commune,
non poteſt in iſto caſu applicari: quia totum
id, quod ex teſtamento capit legitimatus, id ca
pit iudicio teſtatoris, non legis beneficio; cum
nõ poſſit, vt ſupra dictum eſt, teſtamentum im-
pugnare de iure communi, quemadmodum po
teſt filia præterita, vel in minori quantitate,
quàm ſit legitima, inſtituta, & ideo non poteſt
habere locum in hac ſpecie facti conſideratio
illa voluntatis. Ideo valde dubitabant ijdem
Domini de deciſione Dec. cõſil. 257. vbi vult,
quòd legitimatus vſque ad eam portionẽ, quæ
patri videbitur, poſſit ex fideicommiſſo detra-
here legitimam, & trebellianicam. Nam pro
fundamentali deciſione adducit rationẽ, quia
20 in dubio teſtator † videtur cogitare, & velle
illud, quod lex diſponit: quę ratio reſpectu tre-
bellianicæ, quę detrahitur etiam ab hærede ex-
traneo, poteſt procedere; reſpectu verò legiti-
mæ, minimẽ: cum de iure tali diſpenſato nulla
debeatur legitima, niſi pater inſtituendo eum,
dixiſſet iure legitimę, tunc enim ex patris vo-
luntate legitimam conſequeretur.

Legionenſis capellaniæ de Manſilla. Veneris, 8. Martij 1577.

EPITOME.

ORiginarius vnius loci quis non dicitur reſpectu eius aui, cuius non eſt ſub poteſtate.

SVMMAE.

1 *Originarius loci an dicatur nepos reſpectu aui?*
2 *Nepos non naſcitur in poteſtate aui.*
3 *Matrimonij ex contractu ſoluitur in totum patria poteſtas in Hiſpanijs.*
4 *Totum dicens nihil excludit.*
5 *Verbum, ſemper, omne tempus, & omnem caſum complectitur.*

PRAESVPPOSITVM.

Stãtibus reſolutionibus ſub die 23. Martij, & 28. Octo-
bris 1576. in eadem cauſa factis. 2

DVBIVM.

An Gaſpar reſpectu Bernardini aui poſsit dici natu-
ralis ad effectum, de quo agitur?

180. DECISIO. alioqui. V.

DOmini dixerunt Gaſparem non eſſe origi
1 natium † loci de Manſilla reſpectu Ber-
2 nardini aui, quia ipſe non † eſt natus in poteſta
te dicti aui. Luc. de Pen. in l. filios. in fin. C. de
municip. & orig. lib. 10. & ibi etiã Io. de Plat.
Bart. in l. aſſumptio. §. 1. numer. 1. circa fin. de
munic.

Quòd autem natus non fuerit in poteſtate
aui, apparet: quia ex l. Tau. 47. in Hiſpanijs, per
3 contractum matrimonij † ſoluitur in totum pa
tria poteſtas, ita vt etiam quòd diſſoluatur ma
trimonium, nihilominus remaneat ſui iuris, d. l.
47. & ibi gloſ. in verb. ſea auido, & in verb. para
ſiemper, & ibi etiam Palatruu. Item Couaruu.
ſuper 4. decret. part. 2. cap. 7. §. 1. num 15.

Licèt autem prædicta per modum reſolutio
nis ſit capta, tamen aliqui Domini dubitabant:
an prædicta diſpoſitio l. Tau. intelligatur in pręiudicium ipſius filij, item an poſſit dici inducta

ad

ad eius fauorem, vel matrimonij? quò caſu non
videtur retorquenda in odium eorum. Sed tamen, vt dixi, ſimpliciter eſt capta prædicta reſolutio hoc non obſtante, ſtante clata, & generali diſpoſitione d.l. cuius verba ſunt hæc, vide
licet el hyo, ò hya caſado, ſea auido por emancipando en todas las coſas para ſiempre, ponderando prægnantiam verborum; en todas las
4 coſas: qui enim totum † dicit, nihil excludit. nã
5 verbũ ſemper † omne tempus, & omnem caſũ
complectitur, prout notatur in l. 1. per illũ tex. vbi Docto. ff. ſol. mat. cum vulg. & hanc opinionem ibi tenet gloſ. in verb. por emãcipado, in ver. intellige.

Valentina, ſeu Panormitana illegitimitatis. Lunę 18. Martij. 1577.

EPITOME.

Legitimitas in antiquis probatur per publicam vocem, & famam ad effectum ſuccedendi.

SVMMAE.

1 *Probationes leuiores ſufficiunt ad probandum legitimitatem ad effectum ſuccedendi.*
2 *Fama ſola ſufficit ad probandam filiationem, & transfert onus probandi contrarium in aduerſarium. nu. 3. præſertim quando adminicula concurrerent. num. 8.*
4 *Teſtes dicentes aliquem eſſe de tali familia ſine aliqua macula illegitimitatis, quid importent?*
5 *Filius etiam legitimatus per ſubſequens matrimonium, nõ caret macula originali.*
6 *Dictio, aliqua, eſt præciſa, & omnia comprehendit.*
7 *Teſtis de auditu adminiculatur.*
9 *Legitimi ſi aliqui ſæpè vocãtur in teſtamentis, præſumuntur potius legitimi, quàm legitimati.*
10 *Filiatio legitima antiqua probatur per famam, etiam ſine alijs adminiculis & quando dicatur antiqua? num. 11.*
12 *Legitimitatem auctoris probationes leuiores cõſiciunt, & non requiruntur probationes adeo exactæ.*

PRAESVPPOSITVM.

Prǽſuppoſitis teſtamento quondam Petri Sanchez, cõmiſsione, teſtibus, & alijs hinc inde deductis. 1

DVBIVM.

An don Ximenius Perez Iunior probauerit Ximenium prætenſum auum, & Ludouicum proauum, & Ximenium abauum eſſe legitimos, & capaces ad ſuccedendum in bonis q. Petri Sanchez ſenioris teſtatoris;

181. DECISIO. alioqui. VI.

Domini inhærentes reſolutioni vltimo in hac cauſa factę, perſtiterunt in ſententia, quòd auus, abauus, & proauus don Petri Sanchez probentur legitimi ad effectum ſuccedendi in bonis, de quibus agitur.

Moti ex regula aliàs deducta, ſcilicet: quia non agitur de viribus matrimonij, ſed ad effe-
1 ctum ſuccedendi: quo caſu † ſufficiunt leuiores
probationes, vt per gloſ. in c. lator. qui *fil.* ſint legit. Bald. in l. filiũ. in 2. lect. col. 2. ff. de his *qui* ſunt ſui vel alie. iur. Salyc. in l. non nudis. col. fin. ſub nu. 6. verſ. ſi autem incidenter, vbi pulchram rationem differentię aſsignat, ſcilicet fauorem legitimitatis ſine periculo animæ. C. de probat. Gemin. vulg. conſ. 27. bene refert, & ſequitur Pariſ. conſ. 57. num. 41. cum ſeq. & ſub num. 46. ait communem lib. 4. Ferret. conſ. 49. num. 1. cum ſeq.

Quo ſtante, dicebant Domini, vltra dicta in prædicta deci. in qua perſtiterũt, & quæ adhuc ſibi placuit, probari legitimitatem prædictorũ
2 per famam, quæ ſola † ſufficit ad probandam filiationem legitimam, vt per Alber. in d. l. filiũ. ſub nu. 6. verſ. item probatur per communem opinionem, & famam. Ruin. in conſ. 51. ſub nu. 18. vol. 7. & conſ. 128. num. 10. vol. 4. *Alciat.* reſponſ. 6. ſub num. 19. illuſtriſ. d. meus Cardinalis Paleottus, vita, docrina, & moribus præſtantiſſ. dicens communem, in c. 23. ſub num. 3. 4. 5. de nothis &c. Conſtituitur enim don Petrus in quaſi poſſeſſione legitimitatis ex prędicta fama ſola. Bart. in l. de minore. §. plurimum. ſub num. 30. verſ. idem dico. ff. de quæſtio. Tiraquell. de nobilit. cap. 10. num. 8. qui plures addit. Dec. conſ. 54. & eſt bonus tex. in l. ſi mater.
3 C. ne de ſtat. defunct. & transfertur † onus probandi contrarium in aduerſarium. l. ſi *filius. l.* circa. ff. de probat. Alciat. Paleot. ferret. *& alij* pręalleg. & alios refert Duenas reg. 299. numer. 13.

Satis autem videtur probari publica vox, & fama legitimitatis, non ſolùm trium, de quibus agimus, ſed etiam omnium aſcendẽtium ipſius don Petri, ſiue don Ximenij, per primum *teſtẽ* Franciſcum dell'Ort. item per quartum Balthaſarem,
4 ſuper primo articulo: quatenus dicunt †
don Petrum Sanchez eſſe de domo, & familia de Calataynt, per lineam maſculinam ſine aliqua macula illegitimitatis. quæ verba ſecundùm Dominos de neceſſitate videntur referẽda ad totam familiam, & lineam de Calataynt, vſque ad Petrum vinculatorem, ex vi, & ſignificatione verborum prędictorũ. Si enim aliquis
5 ex aſcendentibus prędictis eſſet natus † ex illegitimo matrimonio, licèt per ſubſequens matrimonium legitimaretur; tamẽ remaneret ma

cula

Digitized by Google

cula originalis. Rolan. alleg. conſ. vltimo num.
19. cum ſeq. potiſſimùm num. 26. 31. 32. 37. li.
2. Anton. de Roſel. in tract. de legitim. de cau-
ſin. in princ. Gephal. conſ. 82. num. 29. qui plu-
ra congerit, & 111. num. 14. lib. 1. maximè ſtã-
tibus verbis, ſine aliqua macula, de quibus per
6 primum teſtem: Dictio † enim illa, aliqua, eſt
pręciſa, & omnia cõprehendit. Aym. conſ. 294.
num. 4. cum alijs ab eo allegatis.

Seruiebant pro adminiculo dicta per 6. te-
7 ſtem iuxta 17. inter. de auditu † à quibuſdam ſe-
nibus, quòd Ximenius auus, & alij eius anteceſ
ſores deſcendebant ex legitimis matrimonijs
per lineã maſculinam ex familia de Calataynt,
perpendendo verba, de legitimis matrimonijs
per lineam &c. multùm ſignificantia. Eandem
publicam famam reſpectu aui incluſiuè probãt
ſecundus, & quintus, aui, & proaui etiam inclu
ſiuè tertius, & ſextus omnes ſuper primo arti-
8 culo. Et hęc maximè procedunt, quando † cũ
probatione famæ alia adminicula concurrunt,
etiam ſecundùm aliam opinionem. Abb. in c.
tranſmiſſę. num. 10. qui fil. ſint legit. Salyc. in l.
ea quidem. num. 140. C. de accuſat. Pariſ. conſ.
10. num. 10. & 57. vol. 2. Grat. reſpon. 146. nu.
5. vol. 2. Ferret. d. conſ. 49. ſub num. 3. in verſ.
præterea in caſu noſtro.

Pro adminiculis autẽ ſatis placebant plura
teſtamenta ponderata, vt per informantes don
Petri, & alia in vltima deciſ. conſiderata: potiſ-
ſimùm quatenus ſępe vocantur nobiles legiti-
9 mi, quæ † qualitates magis propriè, vt in potio
ri ſignificatu ſignificant legitimos, quàm legi-
timatos, ad excludendum delictum. Item fauo-
re prolis, & matrimonij, & alijs pręſumptioni-
bus ſimilibus relatis per Barba. conſ. 68. in
princ. ferè per tot. 1. col. quod incip. omnipo-
tentem. vol. 4. & vt plenè per pręfictos infor-
mantes, & aliàs fuit deciſum per Dominos.

Quin potius ſubdebant aliqui Domini iſta
10 adminicula † non eſſe neceſſaria, quando tra-
ctatur de probãda filiatione legitima antiqua,
vt per Salyc. in d. l. ea quidem. nu. 140. Prob.
in addit. ad Monac. reg. ſcienti. nu. 15. de reg.
iur. Præpoſ. c. tranſmiſſæ. num. 9. qui fil. ſint le-
git. Imò Ferrett. d. conſ. 49. ſub d. nu. 3. inquit,
11 quòd in hac † materia probandę filiationis le-
gitimæ tempus 20. annorum, dicitur antiquũ,
ſecundùm Barba. d. conſ. 68. col. 3. verſ. itẽ nec
etiam. vol. 4. Videmus enim in ſimili, quòd in
12 legitimitate † auctoris ſufficiunt probationes
leuiores, & non requiruntur exactæ. Put. deciſ.
76. incip, fuit reſolutum in vna Aſtoricenſi. lib.
3. cum ſimil.

Fuit ergo firmatum per Dominos non eſſe recedendum à reſolutione iam facta, etiam reſpectu trium prędictorum ex Gemin. & alijs ſup. deductis. quam opinionem Rota ſępius eſt ſecuta, nempè vt in caſu propoſito ad effectũ ſuccedendi, & quando non agitur principaliter de viribus matrimonij, prædictæ probationes ſufficiant, pręſertim in cauſa Mediolanenſi coram R. P. D. meo Decano, & in reſolutionibus per informantes allegatis.

Ad deducta ex aduerſo ſatis placuerunt reſponſiones accommodatę pro parte don Petri, quę etiam ex prędictis virtualiter dixerunt eſſe ſublata.

DE DIVORTIIS.

Romana ſeparationis thori. Veneris. 18. Iunij. 1574.

EPITOME.

Thori ſeparatione canonicè facta, ſi mulier per ſententiam iubetur permanere in loco honeſto, bene poterit moram trahere in domo patris, cum matre, fratre, & alia ſorore nubili, neque debet permanere in monaſterio.

SVMMAE.

1 *Permanere in loco honeſto dicitur mulier à viro ſeparata, ſi moratur in eadem domo cum patre, matre, ſorore nubili, & fratre.*

2 *Monaſterio reponi quando non debeat vxor, quamuis à viro ſeparata?*

PRAESVPPOSITVM.

Præſuppoſita ſententia ſeparationis thori lata per d. Randonium, de voto Rotę proponente R. P. D. meo Seraphino die 22. Martij præteriti, dicente videlicet. Declaramus dictam ſeparationem thori matrimonialis, pro parte dictæ dominæ Prudentiæ contra d. dominum Firmum maritũ petitam, fuiſſe, & eſſe concedendam, & faciendam, & dictũ thorum matrimoniale ſeparandum, & eiſdem d. Prudentiæ, & Firmo continentiam indicendam, prout concedimus, & reſpectiuè ſeparamus, & indicimus, ac eandem dominam Prudentiã in honeſto loco, & penes honeſtas perſonas eadem ſeparatione durante permanere debere decernimus, &c. 1

DVBIVM.

An dicta d. Prudentia ponenda ſit in monaſterio?

182. DECISIO. alioqui. vnic.

FVit per Dominos vnanimiter reſolutum,
1 dominam Prudentiã † debere permanere in d. domo patris, in qua vnà cũ matre, fratre, & alia ſorore iam nubili honeſtè habitat iuxta
2 formam dictę ſententiæ, nec † voluerunt eam eſſe reponendam in monaſterio, & mandarunt cauſam pro iuſtitia eſſe expediendam.

Libri Quinti Decretalium.

DE ACCVSATIONIBVS.

Calaguritana matrimonij. Lunæ nona Aprilis 1576.

EPITOME.

SPecificatio diei, menſis, anni, & loci, quãdo, & in quibus criminibus requiratur, hic traditur.

SVMMAE.

1 *Dies, quo iuit quis Valliſoletum, ſatis dicitur ſpecificata in accuſatione.*
2 *Menſis, annus, & alia qualitates l. libellorum. ff. de accuſat ſunt omnino ſpecificanda, quando magnum crimen articulatur.*
3 *Delicti ſucceſsiui in accuſatione, prout eſt ebrietas, non requiritur maior ſpecificatio.*
4 *Delictum leue eſt ebrietas, in cuius accuſatione non requiritur ſpecificatio qualitatum. l. libellorum.*
5 *Dies non eſt exprimendus in materia l. libellorum. niſi id aduerſarius petat, quoniam tunc iudicis arbitrio committitur. num. 6.*
7 *Solemnitatum l. libellorum. ff. de accuſat. ſpecificatio, quando non requiratur?*
8 *Concubinatus habet tractum ſucceſsiuum, & an requirat ſpecificationem ſolemnitatum. l. libellorum. in eius accuſatione?*
9 *Inimicitia an requirat maiorem ſpecificationem?*
10 *Lenocinium dicitur graue, & turpe delictum, & deſiderat ſpecificationem ſolemnitatum l. libellorum. in eius accuſatione.*

DVBIVM.

An requiratur maior, & clarior ſpecificatio diei, mẽſis, anni, & loci pretenſorum criminum, quàm quæ in articulis contineatur.

183. DECISIO. alioqui. I.

QVoad primum articulum, Domini non curabant de alia maiori ſpecificatione:
1 quia ſatis † explicatur dies, cum dicatur eo die, quo iuit Valliſoletum.
2 Circa quartum, & quintum deſiderabant † omnino ſpecificationem anni, & menſis, & aliarum qualitatum iuxta materiam l. libellorum. ff. de accuſat. quia magnum crimen articulatur.
3 Quoad ſeptimum de inebriatione † non curabant de maiori ſpecificatione: quia eſt delictum ſucceſſiuum. Bart. in d. l. libellorum. num. 16. Alc. in l. edita num. 29. C. de eden. & ibi Purpur. num. 54. Rom. conſ. 191. num. 8. Item quia
4 leue † videtur delictũ, quo caſu talis ſpecificatio non requiritur. Alc. vbi ſupra, & Purpur. ibidem verſ. ſexto in leuibus, per doctr. Bart. in l. leuia. ff. de accuſat.

Similiter quoad octauum non curabant de maiori ſpecificatione: quia exprimitur menſis,
5 & annus, dies † autem non eſt exprimendus. d.
6 l. libellorum. & ibi. Bart. Et quamuis, † quando pars petit iſtam ſpecificationem, ſit arbitrarium iudici, an ea facienda ſit? Bart. in l. ſi quis reos. num. 10. de public. iudic. Boſſ. tit. de inquiſit. num. 92. Clar. in pract. crim. q. 12. verſ.
7 dixi etiam, cum tamen ſimus † in procuratore in curia, qui non poteſt eſſe ita informatus, & cum materia nõ ſit recens, Domini arbitrabantur ſufficere hanc ſpecificationem, vt fuit etiã dictum in vna Auximana bonorum.

Quoad nonum articulum continentem con-
8 cubinatum, cum iſtud delictum † neceſſariò habeat tractũ ſucceſſiuum, exiſtimabãt ſufficere dictam ſpecificationẽ, maximè quia eſt ſpecificatus menſis, & annus.

9 Quoad decimum de inimicitia † non requiritur maior ſpecificatio, ſed, ſi probatio non cõcludit, damnum erit articulantis.

Circa 11. deſiderabant maiorem ſpecifica-
10 tionem: agitur † enim de graui, & turpi delicto, nempè lenocinio; & ſic fuit dictum, quòd quartus, quintus, & vndecimus meliùs ſpecificẽtur, reliqui ſatis clari viſi ſunt.

Calaguritana de Subizana. Mercurii. 13. Iunij. 1576.

EPITOME.

AAccuſatio, & detentio alicuius per infraſcripta non probãtur.

SVMMAE.

1 *Teſtis de auditu non probat.*
2 *Fama non ſufficit in materia obiectiua.*

Inditio-

3 *Indiciorum aliqualis cognitio præcedere debet capturam perſonæ.*
4 *Infamiam incurrit detentus in ſancto officio Inquiſitionis.*

PRAESVPPOSITVM.

Stantibus hinc inde deductis. 1

DVBIVM.

An probetur Didacum de Guizuz fuiſſe accuſatum, & detentum coram officialibus ſanctæ Inquiſitionis.

184. DECISIO. alioqui. II.

REſolutum fuit per Dominos, quòd accuſatio probatur per teſtes allegatos, & Didacus ipſe in poſitionibus eam fatetur.

Detentio autem, ſiue carceratio non proba-
1 tur ſecundùm Dominos: quia primus teſtis †
eſt de auditu, ſecundus in ſecundo examine de
fama, tertius ſimiliter de fama, quartus de fa-
2 ma: quæ fama † nõ ſufficit in materia obiectiua,
in qua probationes debẽt eſſe cõcludẽtiſſimæ.
Oldrad. & alij latè alleg. in cameracen. vnionis
coram R.P.D. Lancellotto anno præterito, &
eſt in Rota tritiſſimum, & extant plures deci-
ſiones tum Aegydij, tum aliorum.

Nec valet conſequẽtia, cum eſſent examina-
ti teſtes, qui etiam ratificarunt, ergo Didacus
fuit carceratus: quia fortè iudicia non apparue
3 runt talia, per quæ debuerit carcerari. Debet †
enim præmitti cognitio, vt per Bald. in l. quod
euitandi. in fin. C. de cõdict. ob turp. cau. Aret.
in l. ſi quis poſt accuſationem. col. fin. ff. de teſt,
quod maximè videbatur exiſtimandum fuiſſe
obſeruatum in ſancto officio Inquiſitionis pro
4 pter infamiam, † quam incurrit detentus ex cau
ſis concernentibus dictum tribunal.

DE MAGISTRIS &c.

Giennenſis iuris conferendi gradus. Lunæ 18. Martij. 1577.

EPITOME.

GRadus cõfert in vniuerſitate Giẽnẽſi non ſcholaſticus, datò etiã quòd eſſet præſens, ſed alia dignitas adminiſtratori bene viſa.

SVMMAE.

1 *Alternatiuè eum cenſeri vocatum, in quo cadit maior ratio affectionis, quomodo intelligatur?*
2 *Verba, more vniuerſitatum ſtudiorum generalium Hiſpaniæ, quomodo intelligantur?*
3 *Scholaſticus, quamuis præſens non confert gradus in vniuerſitatibus Iſpalenſi, Granatenſi, & de Alcalà.*
4 *Alternatiua in gratia electio eſt gratiati.*
5 *Obſeruantia ſubſecuta attenditur.*
6 *Obſeruantia ſubſecuta bene declarat verba dubia.*

DVBIVM.

Cui competat ius conferendi gradus in caſu, de quo agitur, an ſcholaſtico, vel perſonæ per adminiſtratores collegij eligenda?

185. DECISIO. alioqui. vnica

DOmini perſiſtebant in reſolutis ex aliàs allegatis: nec enim nouiter deducta pro ſcholaſtico viſa ſunt vrgentia.

Addebantur pro confirmatione deciſionis iam factæ multa de vi electionis per adminiſtratores pro tempore faciendæ. Nõ enim propriè, & verè eſſet electio, ſi de neceſſitate ſcholaſticus eſſet primo eligendus, per allegata.

Nec placuit argumentum ex §. peto. l. hære
des mei. ff. ad trebell. cum alijs plur. ex aduerſo
1 alleg. quòd etiam in alternatiua † ille prius vo-
cetur, in quo cadit maior ratio affectionis: quia
illud procedit inter perſonas, inter quas cadit
ordo charitatis, vel veriſimilis affectio. Par. cõſ.
21. num. 11. in 3. Dec. conſ. 95. num. 4. circa fin.
refert Clar. §. teſtamentum. q. 80. concl. 3. cum
alijs, quæ poſſent addi: hic autẽ in ſcholaſtico
non cadit talis probabilis ratio prædilectionis,
ſecundùm Dominos.

2 Nec enim viſa ſunt obſtare illa verba, † mo-
re vniuerſitatum ſtudiorum generalium Hiſpa
niæ: quia non neceſſariò referuntur ad electio-
nem, nec ad verbum eligendum, ſed magis ſe-
cundùm aliquos Dominos innuunt ſeruari de-
bere in examinando, & doctorando, morem in
ſimilibus ſtudijs ſolitum, vt eis aſſiſtant Magi-
ſtri, Licentiati, vel Doctores illius facultatis, in
qua quis profitetur, & nullo modo placuit in
hoc intellectus ex aduerſo pro ſcholaſtico ac-
commodatus. Imò varij mores circa graduum
collationem in diuerſis Hiſpaniæ partibus ſer-
uantur, & in vniuerſitatibus Iſpalẽſi, Granaten-
3 ſi & de Alcalà Scholaſticus † ipſe, quamuis ſit
præſens non confert gradus, vt bene dicunt te-
ſtes de viſu in hac cauſa examinati ſuper articu
lo additionali. Et aliqui Domini verbo appro-
babant.

Confirmantur prædicta ex reg. quòd in gra
4 tia † alternatiua in dubio electio eſt gratiati.
Alex. in l. qui duos. num. 4. de lega. primo. re-

fert,& ſequitur Felin.in c.inter cæteras. col. 2. num.4.limit.4.de reſcript.Pariſ.conſ.7.nu.42. vol.2.Non eſt autem dubium, quòd indultum eſt conceſſum in gratiam ipſius adminiſtratoris impetrantis, cui etiam dirigitur.

5 Placuit etiam obſeruātia † ſubſecuta, quòd ſemper ad electionē Adminiſtratoris,nō Scholaſticus, quamuis ibidem præſens, ſed alia dignitas,prędicto Adminiſtratori benè viſa contulit gradus,vt bene dicunt teſtes multùm cla-
6 rè ſuper 3. & 4. articulis. Ex qua † obſeruantia bene declarantur verba dubia,prout vltra Ruin.aliàs allegatum benè habetur per Socin. conſ.145.num.2.lib.1.

Vniuerſitas Toletana nō debet allegari, quia in ea adeſt ſpecialis conſtitutio,quæ hoc mandat.in Salamantina idem videtur: quia & hoc particulari ſtudio cauetur,ſed nec in eo ſtatuto datur facultas conferēdi ipſi Scholaſtico. Et ſtāte varietate prædicta circa hoc in varijs locis Hiſpaniarum, item contraria obſeruantia in loco, de quo agitur, vt bene probant ſupradicti teſtes, illatio videtur à remotis,& non concludens.

Ad alia ex aduerſo deducta placuerunt informationes per Adminiſtratores aliàs datę.

DE HAERETICIS.

Iſpalen. penſionis 200. ducatorum. Mercurij 27. Martij. 1577.

EPITOME.

Haereticus contumax cōdemnatur per viam monitorij, etiam vti relapſus;ſed eo poſtea comparente, & negante monitorium, auditur in carceribus.

SVMMAE.

1 Tempus longum intelligitur per 10.annos.
2 Hæreticus dicitur etiam condemnatus in contumaciam.
3 Saluumcōductum importare, vt donec quis auditur in eius iuribus, pœna, & ſententia contumaciales contra eum latæ ſint in ſuſpenſo.
4 Sententia condemnatoria criminalis non niſi tollitur per aliam reuocatoriam prima, vel aliàs abſolutoriam.
5 Sepultura conceditur, viſo aliquo ſigno pœnitentiæ ante mortem.
6 Relapſus hæretici declarati in contumaciam ſuſpenditur per comparitionē inquiſiti, & apertam eius negationē.

PRAESVPPOSITVM.

Stantibus hinc inde deductis. 3

DVBIVM.

An in caſu, & ad effectum,de quo agitur, conſtet de hæreſi,vel relapſu Franciſci Mudarrę de tempore prouiſionis canonicatus, & reſeruationis penſionis, de qua agitur?

186. DECISIO. Alioq. vnic.

Domini diſtinguebant duo tempora. Primum ante annum 1448.& ante cōfirmatoriam Pauli iij. Secūdum poſt dictum tēpus.

Et quoad primum tempus,ſcilicet ante prædictam confirmatoriam, pro maiori parte Domini videbantur concordes, quòd non ſit nūc dubitandum propter latiſſimas clauſulas dictæ confirmationis apoſtolicæ.

Quoad ſecundum tempus ſcilicet ab inde poſtea, Domini erant varij, & materia videbatur difficilis. faciebant dubium aliquibus pro relapſu,tum monitorium,tum ſententia ipſa,licèt in contumaciā lata, ponderādo hoc modo.

Nam penſio fuit reſeruata de anno 1549: poſt quam reſeruationem de anno 1553.emanauit monitorium contra Mudarram, inſtantibus inquiſitoribus, in quo dicitur, quòd ex fide dignorū relatione peruenit ad aures eorū, quòd d.Mudarra incidit in plures hęreſes,quibus adhæſit animo pertinaci longo temporis interuallo,& alios plures errores tenuit,de quibus in actis,quæ ſunt verba monitorij. Ex quibus verbis ſcilicet longo temporis interuallo, videtur inferri, quòd etiam tempus aſſignatæ penſionis ſit comprehenſum. Verbum enim il-
1 lud,longum, † importare videtur de iure 10.annos:quæ cum ſint verba Cardinalium iudicū, multam videntur inducere præſumptionem pro eorum veritate, in hac præſertim *materia* hæreſis. Quæ coadiuuantur ex ſententia eorundem Cardinalium, poſt dictum monitorium, quæ etiam refert ſe ad acta. Ex quibus videbatur aliquibus Dominis inferri relapſum Mudarræ.

Nec obſtat ſecundùm prędictos Dominos, quòd ſententia ſit lata in contumaciam, *quia*
2 nihilominus † talis ſic condemnatus eſt hæreticus.c.cum contumacia.de hæret.in 6.

Et quia ad capita monitorij, & ſententiæ pro dominico replicabatur, quòd adeſt atteſtatio notarij, quòd Mudarra obtinuit remitti relapſum,dicebant hoc intelligi debere quoad
3 ſaluumconductum † ei conceſſum ad effectum, vt audiatur, & interim pęnæ, & ſententia ipſa ſint in ſuſpenſo,quamdiu iudicium ſit finitum, non quoad reuocationem ſententię iam latæ.

quæ

4 quæ †non tollitur, niſi per aliam reuocatoriam
primę, vel aliàs abſolutoriam. quod non fuit in
caſu Mudarrę, imò obijt in ipſis carceribus. Et
licèt eius corpus fuerit traditum ſepulturę; ta-
men dicebatur hoc ex benignitate factum fuiſ-
5 ſe, quia ſufficit † pro ſepultura aliquod ſignum
pænitentiæ.

Sed & prædicto motiuo per aliquos replica
6 batur, quòd imò relapſus†ex prædicto monito
rio, & ſententia reſultans eſt negatus, & in con
trouerſiam reuocatus per comparitionem Mu
darrę, & apertam eius negationē: quo caſu non
videtur intrare relapſus. Gundiſal. de hęr. q. 11.
ſub num. 3.

Quia tamen aliqui Domini credebant prædicta poſt abſolutoriam Pauli iii. in perſonam Mudarrę geſta non debere nocere tertio, per allegata pro Dominico.

Iſta via tanquam breuior, & fortè expeditior, omiſſo arduo illo capite hæreſis, Dominis viſa eſt, & dixerunt, vt detur dubium ſequens, videlicet pręſuppoſito monitorio, ſententia, & aliis, ſi quę ſint legitimę, poſt annum 1549. contra Mudarram geſtis, an huiuſmodi acta pręiudicent Dominico tertio in caſu, de quo agitur.

DE VSVRIS.

Tyburtina intereſſe, ſeu caſtri ſancti Angeli. Ven. 19. Martij 1574.

EPITOME.

INtereſſe etiam conuentum dummodo correſpectiuum ad perceptos fructus per emptorem, debetur adhuc per ceſſum.

SVMMAE.

1 *Contractus in dubio præſumitur licitus, non autem fæneraticius.*

2 *Intereſſe taxatum, certum, & vniforme reddit contractū vſurarium, limita, quando taxatio correſponderet fructibus perceptis etiam ex actione ceſſa per pecuniam. nu. 3. 6. & ſeq.*

4 *Intereſſe etiam certum, & taxatum non eſt illicitum, quādo veriſimiliter fructus aſcenderent ad intereſſe, idque etiam in foro conſcientiæ, & de iure diuino ſecundùm aliquos. num 5.*

6 *Actio ad rem vendi poteſt.*

7 *Actionis vendita precium, non debet æſtimari tanti, quanti res ipſa, ſed minoris, computato dubio litis euentu.*

8 *Aequitas locum habet in omni contractu correſpectiuo tam nominato, quàm innominato.*

9 *Intereſſe taxatum ratione precij, non fructuum, dicitur vſura, intellige, prout num. 10.*

PRAESVPPOSITA.

Præſuppoſito quòd in ciuitate Theatina de anno 1518. d. Antonellus de Petrutijs ſenior ceſſerit quondam illuſtri d. Camillo Vrſino omnia iura ſibi quomodolibet competentia in, & ſuper aſtro S. Angeli Tiburtinæ diæceſis, pro precio, & precij nomine ducatorum 3000. ſoluendorum, quam primum d. Camillus adeptus fuerit corporalem poſſeſsionem d. caſtri: & caſu quo non ſoluerit dictos ducatos 3000. promiſit ſingulo anno ſoluere ducatos 150. pro intereſſe precij non ſoluti donec ſoluerit dictos ducatos 3000. prout in inſtrumento ceſsionis, cuius copia in neceſſarijs detur. 1

Et quòd oon conſtet ex actis, quòd d. quondam Antonellus ſenior vllo vnquam tempore poſſederit dictū caſtrum Sancti Angeli, nec ex illu fructus perceperit. 2

Et pręſuppoſito ſine veri præiudicio, quòd Ioānes Franciſcus Vrſinus, & ſucceſsiuè prædictus d. Camillus illius frater egerint coram diuerſis iudicibus contra Nicolaum, & ſucceſſiuè Iulium della Rouere eius filium pro recuperatiooe dicti caſtri ſuſtinuerint litem per 40. annos, vel circa. 3

Et quòd prædictus Camillus de anno 1546. egerit ad recuperationem dicti caſtri vigore dicti iuris ceſsi, prout in regiſtro fol. 414. & tamen vigore fideicommiſsi, & ſpolij obtinuerit ſententiam, & rem iudicatam de anno 1548. cuius ſententiæ copia detur in neceſſarijs. 4

Et quòd apparet io actis ante dictam ſententiam latam in fauorem q. d. Camilli, quòd actor, ſeu curator d. Antonij iunioris nepotis, & hæredis d. Antonelli ſenioris, & tunc minoris ætate, viuēte Camillo ſupradicto, petijt ſupradictos ducatos 3000. prout in commiſsione io regiſtro coram Cardinalibus fol. 900. & 1070. & ſic ante adeptam poſſeſsionē dicti caſtri. 5

Et quòd Camillus de anno 1553. acceperit poſſeſsionem dicti caſtri, & deinde illuſtriſ. d. Marchioniſſa eius vxor, & hæres illud poſſederit, prout hodie poſſidet, & fructus ex illo percipit. 6

Et quòd actor, ſeu curator d. Antonelli inoioris ante ſententiam latam in fauorem d. Camilli comparuerit, & allegauerit velle audiri, prout in comparitione, cuius copia detur. 7

Et quòd non cōſtat in actis, quòd d. Antonellus iuoior poſt latam ſententiam, & poſſeſsionem adeptam viuente d. Camillo nihil ab eo petierit. 8

Et præſuppoſitis articulis medio iuramento per prædictum q. d. Camillum datis, io quibus deducit, & declaratius fideicōmiſsi, quòd habet in dicto caſtro, quorum articulorum copia in neceſſariis detur, & obtinuerit ſententiam ſupradictam vigore fideicommiſsi, & ſpolii. 9

DVBIVM.

An dictum intereſſe conuentum, vel aliud debeatur dicto d. Antonello, & ad illud teneatur illuſtriſ. d. Marchioniſſa, à die dictę poſſeſsionis habitæ de dicto caſtro.

187. DECISIO. alioqui. I.

IN quęſtione propoſita,an d. Antonello de-
beatur intereſſe conuentum, vel ſaltem pro
portionabile in caſu,de quo agitur, Domini in
primis pro validate huiuſmodi contractus con
1 ſtituebant regulam, nempe in dubio † contra-
ctum pręſumi licitum, nó autem fœneraticiũ.
gloſ.per illum tex. in c. fin. in ver. dubitatur.
de vſur.Bald.in l.rogaſti.§.ſi tibi ff. ſi cert. per.
Duo in propoſita difficultate aduerſus con-
tractum,de quo agimus,opponuntur.
Primo,quòd intereſſe,de quo agimus, eſt ta
2 xatum, † certum,& vniforme, ergo huiuſmodi
cõtractus redditur vſurarius,& illicitus. Rom.
con.520.num.8.Dec.conſ. 116. col.2. ſub nu.
2.verſ.circa ſecundum dubium,& in conſ.119.
col.3.& penult.Natt.conſ.417.num. 3.ex men-
te But.Abb.& Io.And.in c.ſalubriter.de vſur.
Imol. &Alex.in l.inſulam.§. vſuras. ff.ſolut.ma
trim.cum pluribus ab eo cõgeſtis.In huiuſmo-
di enim certa,& vniformi taxatione videtur ha
beri reſpectus ad pecuniam, & quantitatem de
bitam, non autem ad intereſſe, & fructus, qui
ſunt incerti,varii,& non vniformes, pro varie-
tate temporum,vt per Grat. qui plures cumu-
lat,in conſ.11.num.29.& 30.cum plur.de qui-
bus per informantes.
Sed circa hanc primam oppoſitionem viſa
3 eſt Dominis contraria † opinio verior,concur-
rente veriſimilitudine, & proportione reſpe-
ctu fructuum,vt in effectu huiuſmodi intereſſe
ſit correſpectiuũ ipſis fructibus. Et in hoc pla
cuit dictũ Dec. in c. cũ venerabilis.col.6. nu.
14.de except.quem refert,& ſequitur Cagnol.
in l.curabit.num.57. C.de actio empt. Couar.
lib.3.variarum reſolut.c.4.num. 5.verſ. 7. qui
4 volunt promiſſionem † etiam certam, & taxa-
tam non cenſeri illicitam,quando,vt dixi, fru-
ctus veriſimiliter aſcenderent ad intereſſe ta-
xatum, ex mente eiuſdem Dec.conſ. 111. col.
fin. cum plur. cumul. per Gabriel. de empt. &
vend.concluſ.4.ſub num.21. verſ.contrarium.
Quibus aliqui ex Dominis addebant Bald.No
uell.in tract.de dote.par.7.priuil.3.num.3.Ri-
min.latè conſ.118.num.12. cum plur. ſeq.vol.
2.Gozad.conſ.55.num.11.Neuiz.conſ.74.nu.
5.Alciat.conſ.8.in fin.Aymo de retract. in cõ
ſuet.Aluern.art.11.num.8.vbi vſuræ etiam ta-
5 xatę recompenſatiuæ fructuum,& in foro † cõ
ſcientię,& ſecundùm aliquos,etiam de iure di-
uino dicuntur deberi.& Neuiz.in ſpecie ſub d.
num. 5.cum plur.quos allegat refert eſſe licitã
recompenſationem quinque pro centenario:
qui vidétur termini quęſtionis noſtrę, & quòd
hoc approbatur à conſuetudine, poſt Cepoll.
de ſimul. contract. Afflict. de iure prothom.
Brun.Roc.& Cagn.quos allegat.
Secundo opponitur,quòd cum Antonellus
ſenior numquam fuerit in poſſeſſione *caſtri*, &
conſequenter cum ipſe non habuiſſet *fructus*
dicti caſtri,non debet illos poſſe petere. *Sed*
pro reſponſione conſiderabant Domini, quòd
6 actio † ad rem vendi poteſt,& in hoc multi Do
ctores voluerunt, quòd actio ęſtimaretur, ſeu
de ea tanti iudicaretur, quanti de re ipſa, ad
quam competit, ex deductis per Abb. in c. ex
parte.num.6.poſt Innoc.ibi de alien.mut. iud.
cau.fact. Sed in hoc aliqui ex Dominis contra-
7 rium tenuerunt,nempè precium † actionis ven
ditę non debere ęſtimari tanti, quanti res ipſa,
ſed minoris,computato dubio litis euentu, &
difficultate,quæ aliquando in exigendo *oritur*,
ita videtur eſſe ex mente Sylu. in verb.vſura.
2.nu.14.& tradunt alij *Summiſtæ* in verb. vſu-
ra.Qua ratione ergo,re vendita,ſi emptor non
ſoluit precium,poſtquam res eſt ſibi tradita, &
eam poſſidet,intrat æquitas d.l.curabit.& tene
tur ad intereſſe recompenſatiuum, ita pariter
actione ceſſa,vel vendita pro certo precio,poſt
adeptam poſſeſſionem debet intrare eadẽ ęqui
tas.d.l.curabit.&l.Iulianus.§. ex vendito.ff.de
actio.empt. & ſicut reſpectu emptoris,qui tra-
dit precium rei,nec rem habet,non eſt contra-
ctus vſurarius,ſi ſibi promittatur iuſtum, & ve-
riſimile intereſſe recompenſatiuum,ita nec de-
bet dici contractus vſurarius reſpectu vendito
ris,vt in quæſtione propoſita.
Cum igitur æquitas. l. curabit. locum ha-
8 beat † in omni contractu còrreſpectiuo tam no
minato,quàm innominato.Cyn.& *Caſtren.* in
l.de diuiſione. ſol.matri. Corn.conſ.145.nu.7.
lib.2. ſequitur, quòd debet etiam habere locũ
in hoc contractu, in quo Antonellus cedit,vt
Camillus det.
Et illud videtur tollere omnem difficultatẽ,
quòd Camillus non obligatur ad huiuſmodi
fructuum præſtationem,niſi poſt adeptam poſ
ſeſſionem:quo caſu, cum verum ſit, quòd rem,
& rei fructus,reique etiam precium habeat in
manibus,non eſt dubium habere locum æqui-
tatem l.curabit.
Non obſtant, quòd caſtrum non ſit recupe-
ratum vigore huius ceſſionis: nam, cum exce-
ptio huius ceſſionis ſit deducta in actis, & in ſẽ
tentia ipſa dicatur etiam vigore fideicommiſſi,
conſequens eſt,quòd ſit lata etiam vigore ceſ-
ſionis, & eam partem, quam capiebat Trebel-
lianica

lianica, & legitima cedentis, dicatur ceſſionarius habere virtute dictæ ceſsionis.

Tertio contra prędictum contractum vide-
9 batur facere difficultatem, quòd intereſſe, † de quo agitur, non videtur taxatum ratione fructuum, ſed precij, & ſic videtur induci vſura, ex diſtinct. Plot. poſt alios ab eo relatos in l. ſi quando. num. 452. 453. & 454. C. de reuoc. donat. Tamen hoc non attento, fuit dictum poſ-
10 ſe † ſuſtineri taxationem prædictam: quia licèt dicatur intereſſe precij non ſoluti; veritas tamen eſt, quòd hoc intereſſe precij non ſoluti habet relationem, & correſpectum ad fructus per ſupradicta, & fuit dictum Rotam aliàs tenuiſſe valere taxationem etiam certam, vbi eſt proportionabilis ad redditũ in cauſa Ianuen. pecuniaria corã Fabio, & liquidatis fructibus, valere intereſſe eis correſpectiuũ promiſſum.

Placebat etiam creditum Trebellianicę, & legitimæ finitum per ſententiam, non poſſe reuocari in dubium: quia tanti fecerunt illud in venditione, & ſententia, niſi oſtendatur iam fuiſſe exactum eo tempore: quo caſu, cum prędicta ceſſio fuiſſet prorſus inutilis, nulla eius ratio habenda foret.

Ex quibus Domini firmarunt intereſſe conuentum deberi d. Antonello, à die habitæ poſſeſſionis dicti caſtri, præſuppoſito quòd eodẽ tempore prędictum intereſſe ſit veriſimile, & proportionabile fructibus, de qua proportione, ſi dubitetur, poterit videri ad partes.

Tyburtina caſtri S. Angeli. Veneris 17. Iunij 1575.

EPITOME.

INtereſſe poteſt per contrahentes taxari à principio, ad rationem ſcutorum quinque pro quolibet centenario ob moram ſolutionis, & prętertim in vrbe.

S V M M Æ.

1 *Intereſſe poteſt à principio intra legitimum modum taxari ob moram ſolutionis, & præcipuè in vrbe, & quare. num. 2.*

3 *Intereſſe taxatio de iure ciuili dicitur intra legitimum modum, ſi eſt intra dimidiam centeſimam, nempè quinque.*

4 *Intereſſe ratione moræ in ſolutione, taxatum in quinque pro quolibet centenario, eſt intra legitimum modum.*

5 *Expenſarum redditus fructuum caſtri, nulla habetur ratio, in taxatione intereſſe certi, & conuenti, correſpondentis ipſis fructibus.*

PRAESVPPOSITA.

Stante inſtrumento ceſsionis, & articulis Camilli, medio iuramento ſpecificatis, quorum copia detur. 1

Et reſolutione in huiuſmodi cauſa facta ſub die 19. Martii 1574. 2

Et inſtrumento liquidationis fructuum prędictorum, cuius copia &c. 3

DVBIVM.

An intereſſe, de quo in dicto inſtrumento ceſsionis, ſit proportionabile, taliter quòd debeatur?

188. DECISIO. alioqui. II.

DOmini concorditer firmarunt intereſſe, de quo in inſtrumento ceſſionis, eſſe proportionabile, & deberi, ac dicebant rem videri carere difficultate, ſiue inſpiciamus intereſſe conuentum, ſiue redditus caſtri.

Primo enim caſu, inſpecta diſpoſitione iuris communis, item conſuetudine, intereſſe non
1 eſt exceſſiuum. Nam à principio † poſſunt partes taxare intereſſe, quòd non excedat legitimum modum ob moram ſolutionis, vt latè fuit dictum in illa Rom. 2000. coram R.P.D. Cotta ſub die 3. eiuſdem menſis propoſita.

At, quòd non excedat legitimum modũ, pa-
2 tet ex eo, quòd in vrbe † facilis, & frequens eſt collocatio pecuniarum in montibus, cenſibus, & alijs creditis ad rationem 7. & 8. pro centenario, ideo ſuccedit id, quod tradit Couarr. ex mente Baldi, variar. reſol. lib. 3. cap. 1. verſ. ſeptimo. in fin. & credebant, attento hoc capite moræ, non tam ſpectandum valorem fructuum, quàm intereſſe illuſt. d. Antonelli: quia hoc intereſſe non datur in recompenſam fructuum, ſed ratione morę, in qua ratio habetur lucri ceſſantis. Quod poteſt, vt dixi, ab initio taxari, & tazatio eſt intra modũ legitimum, tã inſpecto
3 iure † ciuili. l. eos. ſ. 1. C. de vſur. eſt enim hęc vſura infra dimidiam centeſimam, nempe quinque, quàm inſpecto, vt dixi, vſu vrbis. Et hæc ſententia ſuadetur ex tradit. per eund. Couarru. lib. 3. cap. 4. num. 6. vbi in taxatione intereſſe ob moram, non habetur ratio valoris fructuum, imò nec etiam in conſtituendo redditu, vt ibi per eum.

Placebant etiam in argumẽtum ad hoc aliàs tradita in hac cauſa, & in ſpecie Neuizan. conſ.
4 75. num. 5. qui loquitur † in ſpecie, vbi dantur quinque pro centenario, quòd non ſit intereſſe exceſſiuum &c. cum concord.

Secundo caſu, ſi inſpiciamus redditus caſtri, dicebatur etiam attenta ſola quarta parte fru-

ctuum

Digitized by Google

ctuum caſtri (ſine tamen veri præiudicio) prædictum intereſſe reſpondere fructibus, inſpecta liquidatione per illuſtr. iudices olim facta, & factis computis, vt per informantes d. Antonelli, quarta enim pars fructuum bene videtur aſcendere ad ſcut. 150. vt per eoſdem.

5 Nec placuit Dominis expenſas † ex aduerſo allegatas eſſe deducendas, vel earum habendam eſſe rationem: quia vltra rationem prædictorum informantium, quòd adſunt etiam alij redditus, qui non ſunt computati in liquidatione, ex quibus facilè potuit ſatisfieri dictis expenſis: fuit dictum, quòd huiuſmodi officiales, vt quotidie in huiuſmodi caſtris fieri obſeruamus, ſolent eſſe contenti ſola mercede banchę, & officij, & pœnæ ipſæ, quæ ſoluuntur ratione officij excedunt has expenſas. Quas in effectu Domini nulla cõſideratione dignas arbitrati ſunt in caſu propoſito. Imò dicebant aliqui nõ videri in hoc caſu attendendum, an fructus ex re ipſa percepti verè ſint æquiualentes, ſed debere attendi, quod ius ceſſum tanti potuit æſtimari, & valere tempore ceſſionis, iure fideicommiſſi: quod in effectu exiſtebat, attẽto, vti verè partes tanti fecerunt.

Ex quibus omnibus iunctis, nec non ex alijs deductis in informationibus, Domini ita vnanimes cõcluſerunt, & addebant alias rationes, per quas honeſtum, & proportionabile eis videbatur hoc intereſſe.

DE PRIVILEGIIS.

Iſpalenſis penſionis 250. ducatorum. Veneris 22. Martij 1577.

EPITOME.

Priuilegium aliàs per Pontificem conceſsũ Scutiferis, & Cubicularijs, de obtinendis penſionibus &c. dicitur conceſſum contemplatione officiorum, & ideo cenſetur reuocatum per bullam Pij V.

SVMMAE.

1 *Priuilegium Scutiferorum &c. de obtinendis penſionibus, an cenſeatur reuocatum per bullam Pij. V.*

2 *Meritorum, & honeſtatis ratio contenta in priuilegio conceſſo Scutiferis, reputatur cauſa impulſiua, non autem finalis.*

PRAESVPPOSITA.

Præſuppoſitis motu proprio fel. rec. Iulii 3. de obtinẽ. penſionibus, conceſsis collegiis Scutiferorũ, & Cubiculariorum. 1

Et bulla diſpenſationis felic. re. Pii. V. in fauorẽ d. Melchioris del Rio. 2

Et reuocatione eiuſdem fel. re. Pij V. facultatum retinendi penſionẽ poſtmodum edita, *etiam poſt dimiſſionem* dimidij officij ſcutiferatus, per d. *Melchiorẽ* obtenti. 3

Et lite in Rota coram R. P. D. Cotta ſuper validitate huiuſmodi diſpẽſationis d. Melchioris tempore, quo fuit edita dicta reuocatio Pij V. & ſententia poſtmodum ſubſecuta in fauorem d. Melchioris. 4

Et quòd d. Melchior poſt publicationẽ dictę reuocationis Pij V. & prædictæ ſententiæ contraxerit matrimonium. 5

Et fide diligentiarum in actis pro parte Ferdinandi de Sayauedra producta, quorum omnium in neceſſarijs, copia detur. 6

DVBIVM.

An dicta diſpenſatio d. Melchioris comprehendatur ſub prędicta reuocatione Pij quinti.

189. DECISIO. alioqui. vnic.

1 Reſolutum fuit per Dominos *priuilegiũ* † d. Melchioris eſſe conceſſum tantùm, vt militi, & officiali, & contemplatione officiorũ ſæpè in d, priuilegio memoratorum, ideo cenſeri reuocatum per bullam Pij v.

2 Et ratio † meritorum, & honeſtatis reputatur cauſa impulſiua, non finalis. Rebuff. in tit. de declarat. formę nouę prouiſ. num. 15.

DE SENTEN. EXCOMMVN.

Palentina abſolutionis. Vener. 13. Nouembris 1573.

EPITOME.

Abſolutio ad cautelam, etiam ſine cauſæ cognitione, & cum reincidentia ad beneplacitum, d*atur* ex ſtylo rotæ à cenſuris latis extra curiã.

SVMMAE.

1 *Abſolutio conceditur ad cautelam, ad beneplacitum, cum reincidentia à cenſuris latis extra curiam, & num. 2. præſertim ſi commiſſa eſt cauſa appellationis, & nullitatis. num. 3.*

PRAESVPPOSITA.

Pręſuppoſito quòd Ferdinandus Arias canonicus Palẽtinus fuerit à ſuo Epiſcopo excommunicatus, quia

monitorio

Digitized by Google

monitorio,à quo appellauit ſibi ab eodem epiſcopo ſub excommunicationis,& pecuniariis pœnis factiſ-ſe à ciuitate Palentina recederet,ſed viſitationi eiuſ-dem Epiſcopi ſe ſubijceret non paruerit. 1
Et commiſſione ſignaturæ producta appellationis, & nullitatis,cuius copia detur. 2

DVBIVM.

An ſaltem ad cautelam debeat dictus Ferdinandus, abſolui?

190. DECISIO. alioqui. I.

1 RESoluerunt Domini, quòd Ferdinandus abſoluatur ad † cautelam cum reincidentia ab beneplacitum; & quòd interim partes informent, cur non ſit in totum abſoluendus.
2 Moti ſunt Domini, quia ex ſtylo Rotæ à † cenſuris latis extra curiam datur ad cautelam abſolutio ad beneplacitum, etiam abſq. cauſæ cognitione. Anto. Aug. deciſ. 131. lib. 3. & in
3 eius repertor. ver. abſolutio, verſ. 2. præſertim† in caſu, in quo fuit commiſſa cauſa appellationis,& nullitatis. Pute. deciſ. 41. fuit dictum. lib. 1. & in deciſ. 3. de ſentent. excommunic.

Calaguritana beneficij de ſubizana. Lunæ. 7. Nouembris 1575.

EPITOME.

AGens via monitorij,ſi comparuit procurator ex aduerſo,&produxit mandatum cum proteſtatione nihil fieri,niſi ipſo citato, non poteſt poſtea agere via executiua,in qua requiritur confeſſio debiti pro peculiari fundamento.

SVMMAE.

1 *Procuratoris renocatio facienda eſt in camera, & cancellaria.*
2 *Agens via monitorij, quando poſtea agere nequeat via executiua?*
3 *Alex. conſ. 58. num. 3. vol. 5. intellectus.*
4 *Deciſ. 198. illuſtriſ domini Cardinalis Paleotti intellectus.*
5 *Proceßus per contradictas eſt regulariter nullus, procuratore ex aduerſo comparente, & num. 11.*
6 *Proceſſus per contradictas ceſſat, quando adeſt principalis in curia.*
7 *Cenſuræ ſunt indiuiduæ.*
8 *Cenſuræ latæ ad inſtantiam F. & P. ſi non adeſt mandatum P. non ſubſiſtunt reſpectu F. limita, prout num. 9.*
10 *Confeſſio debiti, tanquam fundamentum proceßus executiui, præcedere debet.*
12 *Excommunicato niſi intra tres, etc. collatio beneficij facta, non tenet, ſi is non obtemperauit in termino, nec declaratoria eſt neceßaria. num. 13.*
14 *Declaratio non eſt de ſubſtantia excommunicationis.*
15 *Excommunicatio trahit ſecum executionem.*
16 *Excõmunicationis declaratio facta intra terminum trium dierum præfixum iuxta ſtylum curiæ, niſi infra tres &c. an valeat.*
17 *Contrariorum vnum vitiat aliud.*
18 *Proteſtatio nan requiritur in hoc caſu.*
19 *Nullitas reſpiciens potius iniuſtitiam, quàm nullitatem quæ ſit?*
20 *Collatio facta excommunicato, non tenet.*
21 *Proceſſus factus per audientiam contradictarum, non valet, ſi non fuerunt intimatæ literæ.*
22 *Conſenſus ſi deficit, ſententia eſt nulla.*

DVBIVM.

An excommunicatio, de qua contra Didacum, coram ordinario pro parte Bartholomęi fuit oppoſitum, fuerit ita valida, vt Didacus ad beneficium, de quo agitur, validè præſentari non potuerit?

191. DECISIO. alioqui. II.

PLures deducuntur difficultates.
Prima eſt, quòd iſta excommunicatio nõ ſuſtinetur, ſtante reuocatione mandati. Hæc nullitas apud aliquos Dominos habuit difficultatem, quia reuocatio prædicta facta eſt ſolùm
1 in camera, non etiam in cancellaria: vtrobique†
enim videbatur facienda, quia vtrobique poſſunt fieri expeditiones literarum. Creſ. deciſ. 105. Achill. de procur. deciſ. 10. & 12. Nec obſtat additio Papaz. ad deci. 2. de procu. in nou. quia ipſe ſecundùm prædictos Dominos, negligenter refert deciſ. Achill. in eo enim caſu erat facta intimatio in camera, & cancellaria.
2 Secunda nullitas eſt, quia cœptum † fuit agi
per viam monitorij, & comparuit procurator ex aduerſo, & exhibuit mandatum, item proteſtatus fuit nihil fieri, niſi ipſo citato; & tamen dimiſſa hac prima via electa, poſtea proceditur per audientiam contradictatum. Et ſic conſtat de conſenſu actoris, qui obtinet monitorium, & de conſenſu rei, qui produxit mandatum. Vnde non videtur, quòd potuerit conuolare ad viam executiuam, & ſic videtur intrare, quod dicit Roman. conſ. 133. in pręſuppoſito caſu, ſub num. 1. verſ. ſecus autem. refert Galles. part. 3. q. 2. nu. 4. Gram. conſ. ciuil. 95. num. 28. bona gloſ. in l. perinde. §. notandum, in verſ. ſed æſtimandæ. in fin. ff. ad leg. Aquil. quam in iſtis terminis dicit ſingularem Bald. in l. diffamari. col. 2. num. 13. C. de ingen. &c. quẽ ſequitur Iaſ. in l. 1. in fin. num. 50. ff. de eden.

Bald.in l.neque natales. alleg.à Galles.vbi ſu-
pra, num.5.
3 Nec obſtat Alex.† conſ.58, ex aduerſo alleg.
num.3.vol.5.quia non dicit,quòd iam electa al
tera via,liceat ad aliã ꝓcedere. Huic enim fun
damẽto replicatur, quòd forſan procedit,quã-
do citatus fuit contumax. Abb. in c.ex tenore.
de iudic.Sed quicquid ſit de hac opinione in
facto prçſupponitur, quòd non detur huiuſmo
di contumacia, imò quòd procurator cõparue
rit,& produxerit mandatũ, & proteſtatus fue-
rit nil fieri,niſi parte citata,vt ſupra eſt dictum.
Allegatur in contrarium deciſ. Paleot. 198.
Sed ſtantibus doctrinis prædictis, pro reſpon-
ſione aliquibus Dominis placebat illam non †
4 procedere, quando actum eſt altera via de cõ-
ſenſu vtriuſque partis.
Secundo modo inducebatur hęc nullitas,
quia comparente procuratore, nullo modo po
terat procedi per contradictas: quia regulari-
ter procuratore ex aduerſo† comparente, pro-
5 ceſſus per contradictas eſt nullus. Mohed, de-
ciſ. 312. Aug.de contumac. deciſ. 1.& 3. ſicuti
enim, quando † adeſt principalis in curia, non
6 proceditur per contradictas, ita videtur dicen
dũ, quando adeſt certus procurator acceptãs.
Tertio opponitur, quòd, cum cenſuræ † ſint
7 indiuiduæ. Curt.ſen, conſ.20. num, 25. & ſint
latæ † ad inſtantiam Franciſci, & Petri, & non
8 adeſſet mandatum Petri, non ſubſiſtunt reſpe-
ctu Petri. Galles.part.5.de perſon.peten. exe-
cut.num. 7. & propterea nec reſpectu Franci-
ſci. Galles, part.vlt.num,36.
Sed ſatis placuit reſponſio, quòd, cum adeſ-
ſent duæ penſiones debitę duobus, dicantur †
etiã duæ diuerſę ſententię, per l.non idcirco.ff.
9 de iud.vbi omnes. Felin.in c.cum inter.ſub nu.
10.verſ. ſimiliter dixit Bal.de re iud. Ruin.cõſ.
11.ſub num.9. verſ.nam licèt vbi vnus.in 4.
Quarta opponitur nullitas, quòd non præ-
10 ceſſit † confeſſio debiti, & conſequenter defi-
cit fundamentum proceſſus executiui. Galles.
vbi ſupra, part. vlt,tit.de liquid.num, 7. & tit.
reliqua de proceſſu.nu. 5. Et licèt reſpondea-
tur, quòd imò prçceſſit confeſſio debiti in caſu
noſtro; tamen verè in actis non legitur, niſi ci-
tatio ad confitendum debitum, & ea quidem ci
11 tatio eſt per contradictas, quæ † & ipſa dicitur
nulla, cum eſſet procurator in actis; qui debuit
citari. l. item illa, de qua per Mohed. & Augu.
vbi ſupra. & hoc fundamentum ſatis vrgens, &
concludens Dominis viſum eſt pro nullitate
cenſurarum.
Quinta nullitas oppoſita eſt, nam declaratio
fuit lata intra terminum triũ dierum, cum præ-
cederet decretum, niſi infra tres. Sed hęc tolli-
tur, quia, quicquid ſit de declaratoria; tamen
12 ſatis eſt, † quòd virtute primæ ſententiæ, cum
ille non ſoluerit infra tres, illico fuit excommu-
nicatus; declaratoria autem fit reſpectu alio-
rum. Vnde licèt etiam occultus eſſet excom-
municatus, etiam nõ publicatus, & declaratus,
collatio tamen non tenet. c. poſtulaſtis. ibidem
Abb.num.4.de cler.excomm. Caſſad.dec.1.de
prçben, vbi loquitur in excommunicato vigo-
re obligationis cameralis. Franc. Marc,q.969.
13 num. 1. cum ſeq. lib. 1. declaratio † enim non
eſt neceſſaria.c. Rodulphus. vbi Felin. ſub nu.
38. verſ. limita 4. de reſcript. & dec. conſil.
145.num.4.cum.vulg. & non ligat, ſed excom-
14 municatio ipſa. Et propterea declaratio † non
eſt de ſubſtantia excommunicationis. Nam ex-
15 communicatio † trahit ſecum executionem, vt
per Felin. vt ſupr. facit c.paſtoralis. §. verum.de
appell.
Aliqui tamen domini dicebant, quòd, cum
16 declaratio † videatur contraria excommunica-
tioni in hoc caſu, excommunicatio eſt, *niſi in-
fra tres*, declaratio autem ſit ante lapſum triũ
dierum, & ſic videtur cõtra formam ipſius ex-
communicationis, & pugnare cum illa. Vide-
tur ergo illam virtualiter tollere, propter pu-
gnantiam. l.1. C.de furt, argumento not.per Ti
raquell.de retract.conuent.in fin.ſub nu. 142.
ibi quãdo ſunt diuerſa: nec vnum aliud vitiat.
17 Secus ergo, ſi ſint contraria, † vnũ vitiet aliud:
videtur enim iudex voluiſſe duo contraria, &
incõpatibilia, quę ſe inuicem tollunt, & elidũt.
quod tamen motiuum aliquibus omnino non
placuit.
Sexto dicitur, quòd non conſtat, quòd iſti
habuerint procuratorem in partibus.
Ex aduerſo replicatur, quòd debitor non
fuit proteſtatus. Quæ reſponſio aliquibus non
18 placuit, quia non † requiritur proteſtatio ſe-
cundùm opin. Rot. Io. Paul. dec. 164. Sed ta-
19 men hæc nullitas † ſecundùm aliquos potius
reſpicit iniuſtitiam, quàm nullitatem; & tamen
20 collatio † facta excommunicato, non tenet.
Couar. in c. alma mater. §.7.num,7.verſ. hinc
decimoquarto.de ſent. excom.in 6.
Septima deducitur nullitas, quòd non po-
tuit procedi per audientiam contradictarum:
21 quia † non fuerunt intimatæ literę, vt per Caſ-
ſad. dec. 12. de reſcript. & 2. de penſion. Sed
credebant aliqui, quòd iſtæ deciſiones proce-
dant, quando quis vellet agere tantùm vigore
literarum, ſed quando vult agere vigore obli-
gationis

gationis cameralis contractæ per procuratorē, Gallcſius atteſtatur, quòd ſtylus eſt in contrarium in loco alleg. Subdebat etiā vnus ex Dominis, quòd fieri poteſt, quòd obligatio ipſa ſit nulla defectu mandati. Nam veriſimile eſt, quòd iſte dederit mandatum ad conſentiendū in euentum, quòd Franciſcus, & Petrus in ſui fauorem cederent: ſed, ſi non eſt præſtitus conſenſus à Franciſco cōcordię, fortaſſe obligatio erit nulla, niſi conſenſus poſtea colligatur ex facto ipſo. Dubitabat tamen, an poſſet conuali dare illam obligationem, ſi iam eſſet data certa forma procuratori.

Et hæc omnia ſint dicta in gratiam partium, quæ ab aliquibus ex Dominis tantùm dicta fuerunt. Domini enim omnes non viderant prædictam ſeriem omnium nullitatum, ſed be-
ne fuerunt concordes in prędictis duabus nul-
litatibus, ſcilicet in ſecunda pro maiori parte, &
in quarta, quæ omnibus placuit, ſcilicet defe-
ctus confeſsionis debiti, per ſupradicta. Adde-
bant pro confirmatione Ant. Aug. deciſ. 92.
12 lib. 3. quòd etiam † ratione defectus conſen-
ſus ſententia videtur nulla.

Calaguritana beneficij de Subizana. Lunæ 6. Februarij 1576.

EPITOME.

EXcommunicatio lata per contradictas ab A. C. eſt nulla, quando procurator, qui conſentit confirmationi concordiæ, fuerat iam reuocatus in camera, & cancellaria.

SVMMAE.

1 *Procurator ad conſentiendum reuocatus in camera, & cancellaria non poteſt amplius conſentire in quacumque materia.*
2 *Fraudem non poteſt opponere tertius.*
3 *Nullitatem alienationis rei eccleſiaſticæ non poteſt opponere tertius, niſi eccleſia volente.*
4 *Volenti non fit dolus, neque fraus.*
5 *Nullus ſi eſt conſenſus præſtitus penſioni, ita eſt etiam nulla cameralis obligatio ab eo dependens.*
6 *Concordiam ſat eſt fuiſſe confirmatam à Papa ante reuocationem procuratoris, & ſic ante pœnitentiam principalis.*
7 *Mandatum quando non poſſit reuocari?*
8 *Pœnitentia quando eſt licita?*
9 *Mandatum reſtrictum ad cauſam ordinariam, non extenditur ad executiuam.*

DVBIVM.

An in caſu, & ad effectum, de quo agitur, excommunicatio lata per contradictas ab A.C. contra Didacum, ad inſtantiam Franciſci Perez, quæ fuit in partibus producta, & de ea oppoſitum coram Ordinario, fuerit nulla. Vel ex eo, quòd procurator, qui cōſenſit concordię, & obligauit Didacum ad ſolutionem penſionis, erat reuocatus, & reuocatio fuerat intimata in camera, & cancellaria, vel eo, quod Franciſcus Perez obtinuerat monitorium ab A.C. & Didacus comparuerat per procuratorem, & qui proteſtatus fuerat nihil fieri, niſi ipſo citato?

192. DECISIO. alioqui. III.

FVit reſolutum excommunicationē, de qua
agitur, fuiſſe nullam ex eo, quòd procura-
tor, qui conſenſit confirmationi concordiæ, &
obligauit Didacum ad ſolutionem penſionis,
erat reuocatus in camera, & cancellaria: quia
1 ſtante † reuocatione, non potuit procurator
conſentire, vt per Achill. de procur. 12. cum
alijs concord. Et licèt deciſio loquatur in re-
uocatione mandati ad reſignandum; tamen di-
cebatur per Dominos, quòd idem eſt in qui-
buſcunque materijs, ſuper quibus expediun-
tur literæ. Huic reuocationi plura opponūtur.

Primo quòd fuit fraudulenta: ſed reſponde-
2 batur, quòd Bartholomęus † tertius hanc frau-
dem opponere non poteſt. Bart. & doct. in l. 2.
de except. rei iud. Caſſad. de loca. deciſ. 3. vt in
ſimili coram R.P.D. Seraphino in vna Ceruien-
ſi bonorum 16. Decembris. dictum eſt de alie-
3 natione † rei eccleſiaſticæ, de cuius nullitate
non poteſt dare tertius, niſi volente eccleſia,
4 vel eo, cuius intereſt. volenti enim † non fit do
lus, neque fraus.

Reſpondebatur ſecundo, quòd non conſtat cōcludenter de aliqua fraude, & in ſpecie, quia illi Didaco nil ceſſum fuit, nec apparet, quòd ex dicta ceſſione ipſe aliquod ius acquiſierit.

Secundo opponitur, quòd iſte habebat mā-
datum ad conſentiendum penſioni, & obligan-
dum, &c. vnde licèt teneat reuocatio prædicta
quoad actum conſentiendi; non tamen tenet
quoad actum obligandi. Reſpondebatur reuo-
cationem tenere quoad vtrumque: quia obli-
gatio ipſa eſt dependens, & acceſſoria primæ,
præſertim cùm facta ſit coram eodē notario
cancellariæ, ex latè trad. per Tiraquell. de cō-
ſtit. in 3. part. in 7. limit. Iſte enim procurator
ideo obligauit Didacum, quia conſenſit penſio
5 ni. Sicut igitur eſt nullus † conſenſus, ita eſt nul
la obligatio ab ea dependens, ex ibi traditis.

Tertio opponitur per Bartholomæū, quòd,
cum quilibet poſſet impetrare confirmationē
6 concordiæ, ſatis eſt, quòd † concordia fuerit cō
firmata à Papa ante reuocationem, & ſic ante

pænitentiam. Io. Paul. deciſ. 54. alias 55. Surrōtina nullitat. Sed dicebatur, quòd id reſpicere poſſet viam ordinariam, non obſtante dicta reuocatione poſt confirmationem iam obtētam, vt prędicta cōcordia teneat, & ex ea poſſit agi etiam abſque prædicto conſenſu, non autem poſſe reſpicere viam executiuam à ſolo conſenſu præſtito per dictum procuratorem reuocatum proueniente: non enim ineſt in concordia obligatio cameralis, ſed tantùm in ipſo conſenſu præſtito.

7 Quarto opponitur, quòd madatum non † potuit reuocari: quia id, quod in mandato continebatur, erat deductum in cōtrouerſiā. Ruin. conſ. 116. num. 15. lib. 1. Reſpondebatur, quòd huiuſmodi conſenſus eſt à iure reprobatus an-
8 te prędictam confirmationem, vnde eſt † licita pęnitentia, vt per Io. Paul. vbi ſupra deciſ. 54. & 55. ibi, niſi conſtet de illius irritatione, & ita ſemper eſt practicatum, quòd in iſtis eſt licita pęnitentia, donec fuerint pręſtiti conſenſus.

Alia nullitas aliquibus Dominis nō placuit, quia non poteſt ille, qui obtinuit monitorium, renunciare viæ, quæ ſibi adhuc non competebat. Et quamuis ille procurator Didaci comparuerit; habebat tamen mandatum reſtrictum ad reſpondendum cuidam monitorio per A. C. decreto, & ſuper præmiſſis, &c. Vnde manda-
9 tum † ſeruiebat tantùm ad illam cauſam ordinariam, non autem ad iſtam cauſam executiuā obligationis in forma camerę.

Alijs tamen pluribus Dominis placebat etiā prędicta nullitas, & videbatur eis mandatū prędictum poſſe dici ſufficiens ex ſua generalitate, & ex deductis per informantes Didaci, & ignorantia per Bartholomæum allegata non fuit viſa probabilis, cum eſſet apud acta: & præſertim cum ſimus in eadem cauſa, & inter eaſdem perſonas, vt per informantes.

Primum tamen caput reuocationis mandati omnibus indifferenter placuit, & maximè quòd Bartholomęus tertius non poſſit dare de iure tertij.

DE VERBORVM SIGNIFIcatione.

Burgenſis iuris ſepeliendi 4. Maij. 1576.

EPITOME.

VErba regulæ de iure quæſito non tollendo, & eorum ſignificatio intrant iſto in caſu.

SVMMAE.

1 *Regulæ, de iure quæſito, quando ſit locus?*
2 *Regula, de iure quæſito, præſeruat ius quomodolibet quæſitum.*
3 *Verbum, quomodolibet, de quo in regula, de iure quæſito, vbi refertur? & quid importet? num. 4.*
5 *Verba, quibuſcunque, & quæcunque, trahuntur ad caſus etiam improprios, & abuſiuos.*
6 *Principum beneficia ſecundùm ius auferre odioſum eſt.*
7 *Præſcriptio quamuis dicatur odioſa, & contra ius, vbi tamen eſt acquiſita, dicitur ſecundùm ius.*
8 *Fauendum eſſe actibus, per quos redimus ad ius commune, quo pacto intelligatur?*
9 *Sarnen. in regul. de non tollendo iure quęſito. q. 12. declaratur.*
10 *Regulæ, de non tollendo iure quæſito, eſt locus etiam in ſtatutis, & priuilegijs, quando tollitur ius quæſitum ex eis, & quare?*
11 *Statuta dāt ius conſiderabile, & de eis habenda eſt mētio.*

PRAESVPPOSITA.

Stantibus verbis iuramenti Domini Comeſtabilis. 1
Et teſtamento, & legato per ipſum relicto monialibus, & per moniales acceptato. 2
Et literis pænitentiariæ. 3
Et quòd ius fuit radicatum in perſonam capituli. 4
Et reſolutione in huiuſmodi cauſa facta, corā R. P. D. Gropperio, quòd eſſet locus regulę, de iure quęſito non tollēdo, contra commiſsionem, de qua agitur. 5
Et alia ſub die 3. Iulij 1574. in qua Domini dixerunt, ius commune magis aſsiſtere monialibus. 6
Et alia reſolutione ſub die 10. Iunij 1575. quòd regula requirit ſpecialem derogationē, non obſtante ſcientia Papæ pręiudicij alterius. 7

DVBIVM.

An in caſu, de quo agitur, intret regula, *de iure* quæſito non tollendo?

193. DECISIO. alioqui. L

1 REſolutum fuit per Dominos intrare † in caſu, de quo agitur, regulam, de non tollendo iure quęſito, ad fauorem capituli, etiā quod ius commune magis aſſiſtat monialibus.

2 Mouebantur Domini, quia prędicta regula † præſeruat ius quomodolibet quæſitum. Et di-
3 cebant verbum, quomodolibet, † de quo in regula, referendum eſſe ad verba, ius quęſitum, non autem ad verbum ſequens, tollatur. & hūc videri eis rationabiliorem intellectum, & perpendebant vim, & energiam dicti verbi, quo-
4 modolibet, quod † importat ius qualecunque, quantumuis minimum, & cuiuſcunque generis

directi,

directi, vel indirecti, & etiam impropriè ſum-
pti.gloſ.in clem. 1. §.in verb.quomodolibet.de
ſtat.monach. & in clem. 2. pariter in verb. quo-
modolibet.de ſenten.excom. ſicut in ſimili ver
5 bum, quibuſcumque, † ſiue quęcumque, pro-
pter eorum generalitatem trahuntur ad caſus
etiam improprios, & abuſiuos per vulg. doctr.
Alciat.in l.mouentium.num.6. de verb. ſignif.
refert, & plures addit Tiraquell. de retract. li-
gnag.§.1.gloſ.7.num.20 cum plur.ſeq.

Non eſt autem dubium, quòd ius competés
capitulo, etiam quòd ſit quæſitum de iure ſpe-
ciali, dicitur ius aliquo modo quęſitum, ergo &
in eo intrat regula.

6 Allegabant etiam Domini videri odioſum †
auferri beneficia principum, quę non dicuntur
contra ius commune, ſed de iure communi.l.1.
ff.de conſtit.princ.c.decet.de reg.iur.in 6.cum
concord. vt in ſimili de præſcriptione dicit Pa-
riſ.in c.veniens.ſub num. 16. in verſ.tamen.de
7 præſcript.quæ † licèt dicatur odioſa, & con-
tra ius; vbi tamen eſt acquiſita, dicitur ſecundũ
ius, cuius dictum ſatis aliquibus Dominis pla-
cebat.

Eo maximè, quia dicebant, quòd illa regu-
8 la, † quòd fauemus actibus, per quos redimus
ad ius commune, debet intelligi, quando redi-
tur ad ius commune quoad omnes, non autem
quoad præiudicium particulare alicuius.iuxta
eundem Pariſ.nu.10.verſ.nã regula. & Apoſt.
ad Abbatẽ in d.c.veniens. ſub nu. 22. in verb.
pactum.in fin.apoſtill.

9 Non obſtant tradita † per Sarnen.in reg. de
nõ tollendo iure quęſito.quęſt.12. Primo, quia
nec ipſe firmat, ſed ſe remittit ad id, quod ſu-
per eo Rota ſentiret.

Secundo eius rationes non placebant Do-
minis: nam allegat Curt.Iun.conſ.1.num.22.&
Caſſan.conſ.66.num.63.qui loquuntur de po-
teſtate principis, quando redimus ad ius com-
mune, de qua nos non agimus, nec enim prędi-
cti Doct. in terminis huius regulę, vel de ea lo-
quuntur. Et ita etiam poteſt reſponderi Capu-
taqu.deciſ.41.incip.de regula nõ tollendo, quę
pariter fundatur ſuper dicto Sarnen.& ſuper di
ctis conſilijs Curt. & Caſſan. ita etiam ad Ga-
briel.de iure quęſito.concluſ.1.num.29.& ad
Curt.Iun.conſ.5.num.19.& ad plura alia ex
aduerſo deducta. Gozad. conſ. 1. num. 35. &
conſ.8.nu.4. quia loquuntur de poteſtate, non
de voluntate, & nihil prorſus dicit de materia
iſtius regulę, de qua ſola agitur; Et circa hoc
placuerunt reſponſiones accõmodatæ per infor-
mantes capituli, quę videbantur bene applicari.

Et pro confirmatione præſentis reſolutio-
nis, & reſponſione ad prętatum dictũ Sarnen.
allegabant eundem Sarnen.q.15.in fin.in ead.
reg.vbi refert eſſe reſolutum in Rota, locum eſ
10 ſe † prædictę regulæ etiam in ſtatutis, & priui-
legijs, quando tollitur ius quæſitum ex eis, etiã
quòd eſſet per Papam ampliſſimis verbis eis
derogatum: quia regula requirit indiuiduam
mentionem &c. & ſic etiam vbi rediremus ad
ius commune.

Placuit etiam deciſ. Mohed. 82. Item Put.
Deciſ.32.in 1.in iure conſiderabili, & maximè
in iure radicato, & incorporato, Rom.alleg.per
Put.deciſ.263.in 2.cõcluſum. fuit etiam alleg.
11 deciſ.eiuſdem 233. ſtatutum. vbi ait, ſtatuta †
dare ius conſiderabile, & de eis habendam eſſe
mentionem. Quæ tamen ſtatuta, vt plurimùm
ſunt contra ius commune, per vulg. & in effe-
ctu hæc ſententia viſa eſt magis ęqua, & ratio-
nabilis.

Placuerunt etiam aliqua alia deducta pro
hac parte, ex quibus dicebant ſatis reſultare re
ſponſiones ex aduerſo deductis, vltra applica-
tas per capitulum.

Reſeruarunt tamen præiudicium monia-
lium ex clauſula, ſine pręiudicio &c. vt ſi quid
ſentiant, audiantur. Non enim intendunt Do-
mini vllo modo eis præiudicari debere per ſu-
pradicta, ſi verè doceretur de aliquo pręiudi-
cio, extra tamen humationem ipſam. cum enim
fuerit narrata in literis capituli, ſatis conſtat Pa
pam voluiſſe præiudicare.

Ianuenſis ſpolij bonorum. Veneris
9. Maij. 1578.

EPITOME.

VErba, ſine pręiudicio dotium, nũ
quid conditionem importent,
diſcutitur.

SVMMA.

1 Conditionem nunquid indicant verba illa, ſine præiudicio dotium? & num. 2.

194. DECISIO. ſeu Diſcurſus. alioqui. II.

DOmini erant in varia opinione, circa vim,
& effectum illorum verborum, ſine præiu
dicio dotium.

Aliqui

Aliqui enim perſiſtebant in antiqua opinio
1 ne ſua, quòd importarent †conditioné, & ideo,
quòd non poſſet dici translata poſſeſſio in reli-
gionem, niſi purificata dicta conditione, nem-
pe quòd talis poſſeſſio eſſet ſine præiudicio do
tium. Moti ex ſępe allegata deciſ. 32. Put. lib.
2. & ex alijs in vltima poſitione deductis. Ad-
dentes maximè, quòd camera ipſa apoſtolica,
in quam prius fuit translata iſta poſſeſſio, eam
acceptarit cum iſtamet qualitate, ſcilicet ſine
pręiudicio pręd ictarum dotium, &c. Vnde, ſi
eandem poſſeſſionem poſtea ceſſit, & tranſtu-
lit in religionem, nó potuit dare niſi ius, quod
habebat, & eo modo, quo babebat, & ſic cum
iſta dicta conditione.

Alij Domini ſequi magis videbantur deciſ.
9. de conceſſ. præb. aliàs 39. de reſtit. ſpol. in
ant. quæ videtur velle totum cõtrarium, quòd
dicta verba non importent conditionem verá,
& propriam, & ſuſpenſiuam, ſed tacitam, & quę
tacitè ineſt, & à iure ſubintelligitur, & quæ in
effectu non eſt de ſubſtantia, per ibi dicta. Et li-
cèt alij dicerent iſtam non eſſe deciſionem, ſed
quòd potuit eſſe votum ipſius compilatoris;
tamen alij dicebant rationes illas ſibi multùm
placere, nec aliquid ibi apparere, quòd non po
tuerit eſſe deciſio, cũ maximè referatur bis in-
ter deciſiones impreſſas in locis prædictis.

Aliqui concordabant has deciſiones, quę vi
dētur cõtrariæ, ex diſtinctione Abb. in c. olim.
ſu. num. 8. verſ. vel poteſt dici. & potiſsimùm
in verſ. nec obſtat, quòd ſupradixi. de reſtit.
2 ſpol. vbi diſtinguit †hoc modo. Aut tradens poſ
ſeſſionem ſub conditione, ipſe poſsidet, & tunc
procēdit deciſ. Put. vt non transferatur poſſeſ-
ſio, niſi cõditione impleta, & ita in caſu c. olim.
ſecundùm caſum ibi formatũ per Abb. vbi hu-
miliati, & fratres illi præſupponuntur poſside-
re illas poſſeſsiones, & oratorium illud, & tradi
derant poſſeſsionem illi magiſtro militum ſub
conditione, ſi Epiſcopo, & capitulo placuerit,
& ideo ibi, non purificata illa conditione, quòd
placuerit epiſcopo, poſſeſsio nõ tráſfertur, ſed
reſtat apud ipſoſmet antiquos poſſeſſores, &
hic non eſt caſus noſter. Si verò tradens non
poſſideat, tunc poſſeſſio licèt ſub conditione
tradita ſit; tamen acquiritur ei, cui traditur, nec
tollitur, aut deſinit eſſe ob non exiſtentiam con
ditionis: quia dicitur multum facti habere, & fa
cto tolli. & ita procedit dictum Innoc. in d. cap.
olim. num. 5. & Abb. in 2. memb. dictę diſtin-
ctionis in dicto loco. Et iſte videtur caſus no-
ſter, in quo officiales, qui tradiderũt poſſeſſio-
nem, ipſi non poſſidebant, & ſic non intrant ter-
mini c. olim. quod præſupponit tradenté poſ-
ſeſſionem poſſidere. ex diuerſis ergo non infer-
tur, iuribus vulg.

Dicebatur etiam, quòd, ſi Iſabetta, vel alij tē
pore captæ poſſeſsionis per religionem poſſe-
diſſent, quòd tunc eſſet inſpiciendum earum
pręiudicium: & dato præiudicio, proculdubio
Domini in hoc videbantur concordes, quòd
obſtaret conditio illa, ſine pręiudicio: nec vlla
poſſeſſio tráſiuiſſet in religionem, Sed, cum nul
la in caſu noſtro probetur poſſeſſio iſtarũ mu-
lierum, nullum videtur conſiderabile earum
præiudicium in iudicio poſſeſſorio. Vnde nihil
videtur obſtare, quin intret dicta poſſeſſio per
dictos Officiales tradita, & tunc bene videtur
applicari deciſ. Biſig. 9. de conceſ. pręb. & aliud
membrum diſtinctionis Abb. in d. c. olim. pari-
ter ſup. alleg. & dictum Innoc. ibi num. 5.

Videbatur quidem ſine difficultate, quòd
reintegranda eſſet poſſeſſio religionis in iſtis
caſibus, in quibus erat tradita ſimpliciter poſ-
ſeſſio, & ſine clauſula illa, ſine præiudicio, &c.
Et prędicta fuerunt deducta per modum exci-
tationis in gratiam partium, & diſcurſus, non
autem deciſionis: quia Domini ſuper prædicta
difficultate, ac penè contrarietate deciſionum
pleniùs ſibi ſatisfacere, & ei occurrere cupie-
bant. Igitur voluerunt differri ad primam, &
omnes viderent, vt haberetur reſolutio: inte-
rim pars cogitaret, & diligenter informaret ſu-
per prædictis.

Ianuenſis ſpolij bonorum. Lunæ
12. Maij 1578.

EPITOME.

POſſeſsione tradita per iudicem cũ
clauſula, ſine pręiudicio dotium,
tacitè inducitur conditio, data
autem à parte non item.

SVMMAE.

1 *Conditio quando inducatur ex poſſeſsione tradita, vel à iu-*
dice, vel à parte cum clauſula, ſine præiudicio dotium?
2 *Iudex ſicut non poteſt aliquem non citare, ita non præſumi-*
tur velle aliquem priuare ſua poſſeſsione.
3 *Putei deciſ. 32. lib. 2. declaratur.*
4 *Tertius poteſt impedire executionem rei iudicatæ, quando*
poſſeſsio eſt vacans, ſecus autem, quando eſt plena.

195. DECISIO. aliàs. III.

TVm in præſenti, tũ per aliàs deducta in prę
cedẽtibus poſitionibus huius cauſę, & po
tiſſimùm

tiſsimũ ex deciſ.9. Biſig. de conceſſ. præb. alias
39. de reſtit. ſpol. in antiquio. & vltra reſpõſio-
nes datas in vltima præcedenti poſitione ad
deciſ. 32. Put. lib. 2. aliqui ex Dominis crede-
bant poſſe applicari talem diſtinctionem, nẽpe.

An poſſeſsio tradatur cum illa clauſula ſine
prȩiudicio à iudice ipſo, an à parte, quia ſi à iu-
1 dice † verè ineſt tacitè dicta clauſula: quia iu-
2 dex, † ſicut non poteſt quem non citare, ita nõ
prȩſumitur velle aliquem priuare ſua poſſeſ-
ſione, vt bene declarat Bald. in l. 2. num. 14. vbi
in rem actio, & Socin. conſ. 18. num. 19. lib. 1.
Quando verò traditur a parte poſſeſsio, iſta cõ
ditio non poteſt ſubintelligi: quia pars ſibi prȩ
iudicaret, & propterea, cum non ſubintelliga-
tur tacitè illa conditio, expreſsio illius ſuſpen-
dit, & in primo caſu procedere fortè poſſet de-
3 ciſ. Biſign. 9. de conceſſ. præben. deciſio † Put.
32. autem loquitur, quando à parte traditur,
vel quando pars cõſentit. Quòd apparet, quia
prior ibi proteſtatus fuit, quòd traderetur ſine
ſuo p̃iudicio, & ſic conſentiebat traditioni, dũ-
modo illa fieret ſine ſuo prȩiudicio. Vnde iſta
conditio tacitè non inerat, & propterea expreſ
ſa poteſt operari hunc effectum.

Dicebatur præterea, quòd, ſi in quæſtione
noſtra non cõſiſtat, quòd iſte mulieres poſside
rent, videri, quòd ſatis ſit purificata conditio:
quia intelligebant illa verba ſub conditione,
nempe ſi ex traditione poſſeſſionis non infera-
tur prȩiudicium. Sed, cum ipſæ mulieres non
poſſiderent, ex traditione facta religioni, nul-
lum eis infertur prȩiudicium: quia, cum poſſeſ-
ſio non eſſet vacans, non dicitur agi de prȩiudi
cio; ſecus ſi eſſet vacans. Er in ſimili dicitur de
4 tertio, † qui poteſt impedire executionem rei
iudicatȩ, quando poſſeſsio eſt vacans, quia agi-
tur de ſuo prȩiudicio, quia difficiliùs recupera-
tur. Sed, quando erat plena, non dicitur agi de
prȩiudicio. latè Couar. pract. quȩſt. ca. 16. ſub
num. 3. verſ. ſecundus caſus, niſi fortè ratione
durioris aduerſarij, quȩ militat, quando cœpiſ-
ſet agere ante latam ſententiam, vt per Couar.
in num. antecedenti.

Si enim mulieres fuiſſent in poſſeſſione, tũc
ageretur de earum præiudicio in immiſſione,
quia ipſæ ſpoliarentur, ſed quando ipſe nõ ſunt
in poſſeſſione, immiſſio ſibi nõ præiudicat, quia
jus, quod habent in petitorio, ex hoc non læ-
ditur.

F I N I S.

INDEX EPITOMATVM
Deciſ. R. P. D. Cæſaris de Graſsis.

Vt quis confeſtim de omnibus in hoc volumine contentis informari valeat.

A

ACCVSATIO, & detentio alicuius per infraſcripta probatur, & non probatur reſpectiuè. deciſ. 184. pag. 218

Aditio hæreditatis non dicitur concluſiuè probata ex infraſcriptis actibus. deciſ. 161. 185.

Adminiſtrator Collegij Giennen. poteſt eligere aliam perſonam in dignitate eccleſiaſtica conſtitutam præter ſcholaſticum Giennen. ad conferendos gradus, nec d. ſcholaſticus poteſt conferre gradus priuatiuè ad dictam perſonam per adminiſtratorem electam. deciſ. 13. 15

Agens via monitorij, ſi comparuit procurator ex aduerſo, & produxit mandatum cum proteſtatione nihil fieri, niſi ipſo citato, non poteſt poſtea agere via executiua, in qua requiritur confeſsio debiti pro peculiari fundamento. deciſ. 191. 225

Appellationi locum eſſe, ſi ſententia condemnat ad retinendam poſſeſsionem bonorum, donec fuerit creditori ſatisfactum, pugnantes auctoritates adducuntur. deciſ. 30. 32

Attentata per procuratorem non ſunt à principio purganda. deciſ. 109. 117

Auct. præterea. C. vnde vir, & vxor. ceſſat, quando mulier non eſt pauper, imò congruè fuit dotata, tam reſpectu dantis, quàm recipientis, & in matrimonio, & poſt ſolita fuit operari. deciſ. 162. 186

B

BEneficiati quinque conficiunt maiorem partem beneficiatorum de Fuentemayor. deciſ. 130. 138

Beneficij eccleſiaſtici vera expoſitio, & declaratio adducitur. deciſ. 124. 138

Beneficium eccleſiaſticum dicitur illa eccleſia, quæ eſt erecta auctoritate Epiſcopi, & dotata, præcipuè ſi habet onus ſpirituale annexum. deciſ. 127. 135

C

CApitulum habet intentionem fundatam priuatiuè ad beneficiatos in adminiſtratione anniuerſariorum canonicis, & beneficiatis cõmunium. deciſ. 131. 138.

Capitulum non poteſt dare de iure tertij, abſque eius conſenſu, mandato, ſeu declaratione, & plura ad intellectum cuiuſdam conſtitutionis eccleſiæ Calaguritan. adducuntur. deciſ. 3. 5

Capitulum tenetur probare extare, vel non extare alia ſtatuta, ſiue aliam facultatem iſto caſu. deciſ. 55. 61

Cauſæ materia apparente obſcura, Rota mandare ſolet, vt videatur de bono iure. deciſ. 62. 69

Cenſuræ contra aliquem relaxatæ iſto caſu dicuntur vberrimè iuſtificatæ. deciſ. 49. 57

Citationis nullitati expreſsim narratæ in commiſsione, & per Papam ſanatæ non præiudicatur per clauſulam generalem ſubſequentem, videlicet dummodo non ſit ex tribus. deciſ. 10. 11

Clericatus non eſt probandus per militem Hieroſolymitanum, qui expeditis literis penſionis appellatus non eſt clericus, quamuis in ſupplicatione clericum ſe nominauerit: quia, præterquam quòd literæ attenduntur, is dicitur clericus ſaltem largè, & eccleſiaſtica perſona, atque ſubeſt iudici eccleſiaſtico. deciſ. 47. 54

Commiſsio appellationis non tribuit iuriſdictionem, nec ſuffragatur ei, qui non appellauit. deciſ. 8. 9

Compenſatio, ſatisfactioue iniuſta, & turbida eſt refellenda, pluraque de notoria ſententiæ iniuſtitia afferuntur. deciſ. 147. 161

Conceptus, & natus poſtquam eius pater, deſerta prouincia, vel loco originis, domicilium aliò tranſtulit, non poteſt dici originarius, vel naturalis loci iam prius deſerti à patre, ſed patris domiciliũ ſequitur. deciſ. 61. 68

Confeſsionis debiti vigore in inſtrumento camerali contentæ, cum pacto retrouendendi caſtrum intra quadriennium per Papam tamen prorogato, agi poſſe executiuè, hic ambigitur. deciſ. 46. 50

Congrua non debetur habenti præſtimonium carens reſidentia, & eccleſiæ ſeruitio. deciſ. 115. 123

Conſentiendo reiectioni huius oneris venientes ab inteſtato, renunciant præiudicio, quod prætendere poſſunt circa legitimam. deciſ. 163. 190

Conſenſus maioris partis omnium ſimul duarum eccleſiarum vnitarum tamquam vnius corporis ſufficit: nec eſt neceſſarius conſenſus etiam maioris partis vnius ex dictis eccleſijs, etiam quòd eſſent minores in capitulo. deciſ. 128. 136

Conſuetudo etiam contra ius dicitur de iure canonico probata per teſtes deponentes de viſu à 40. annis, & verbum ſemper. deciſ. 11. 12

Creditori hypothecario agenti ex tribus conformibus ad vlteriorem executionem, obſtat exceptio compenſationis fructuum perceptorum è domo hypothecata, per eum inhabitata, ſi fructus iam dicti ſunt liquidi. deciſ. 105. 112

D

DEciſio ſuperior 135. confirmatur, & ad nouiter deducta reſpondetur. deciſ. 136. pag. 147

Decretũ de immittendo in poſſeſsionem interpoſitum ad fauorem aliorum, quàm comprehenſorum in citatione, eſt nullum. deciſ. 98. pag. 105

Derogatio expreſſa regulæ Pij. V. de iure quęſito non tollendo eſt neceſſaria. deciſ. 9. 10

Diſtributiones quotidianæ, quæ dantur tempore interessentiæ in diuinis tantùm, non includuntur ſub penſione aſsignata ſuper fructibus, redditibus, & prouētibus in continua reſidentia lucrari ſolitis. deciſ. 116. 124

Diſtrictuales probantur per teſtes dicentes vidiſſe eos habitare per 18. annos aliquo in caſtro diſtanti ab vrbe intra 40. milliar. deciſ. 51. 59

Donatio facta per Iulium filiumfamil. ſine conſenſu patris, & ſine inſinuatione, eſt nulla, dato quòd ſit iurata. deciſ. 150. 166

Donatio mobilium in domo, vel in certo loco exiſtentium, comprehendit omnia, quæ ita ſunt in domo, vt perpetuò ibi ſint ad vſum domus, non autem pecunias in archa repoſitas. deciſ. 149. 165

Dotem promittens dare, & ſoluere de proprijs pecunijs, quamuis promittens ſit extraneus, inducta dicitur obligatio dotandi de proprijs pecunijs, commixtione ſecluſa. deciſ. 148. 163

Dotis congruæ ſupplementum non petit filia excluſa à ſucceſsione per ſtatuta præſertim Almæ Vrbis habentia, quòd dote data ſit contenta. deciſ. 2. a

E

ECcleſiæ vtilitas attendenda eſt tempore poſtremi contractus alienationis eius rei, non autem primi. deciſ. 135. 144

Emptor non dicitur in culpa, quominus poſſeſsionem bonorum emptorum haberet, ſi ea venditionis tempore non erant per vendentem poſſeſſa, ſed per aliũ, cui ex licitatione fuerunt adiudicata. deciſ. 140. 151

Emptor non tenetur ſoluere precium venditori, niſi venditor rem tradat. deciſ. 146. 161

Epiſcopus, & eius vicarius quamuis poſſint eſſe iudices in cauſa propriæ eccleſiæ; tamen poſſunt recuſari, & aliquæ cauſæ recuſationis legitimæ afferuntur. deciſ. 93. 102

Error detectus in tranſactione, facit vt ceſſet renunciatio facta. l. de his. ff. de tranſactio. deciſ. 14. 15

Exceptiones non probationis valoris, item quòd quis non dicatur de genere, quòdque non obſtet regula de annali, proſternuntur. deciſ. 91. 100

Exceptio, quòd alius ſit hæres, non impedit executionem inſtrumenti, & ſententię Rotalis ſuper damnis, & intereſſe paſsis. deciſ. 90. 97

Exceſſus valoris fructuum portionis expreſsi in prouiſione Nuncij apoſtolici hoc pacto probatur. deciſ. 118. 126

Excommunicatio lata per contradictas ab A.C. eſt nulla, quando procurator, qui conſentit confirmationi concordiæ, fuerat iam reuocatus in camera, & cancellaria. deciſ. 192. 217

Extremum primum, & ſecundum in ſpolio hoc pacto probantur. deciſ. 42. 45

F

FAlſi accuſatione pendente contra teſtes, in quibus ius cauſæ conſiſtit, & contra partem, ſuperſedetur in cauſa ciuili, alioqui non item. dec. 92. 100

Fatalia neceſſariò non prorogantur, ſed ſat eſt petere bis ſibi terminum præfigi ad proſequendam appellationem iuxta formam præſentatæ commiſsionis. deciſ. 110. 117

Fideicommiſſarij vniuerſales in bonis aliunde quæſitis ſoluere tenentur legatum particulare factum per teſtatorem, non autem hæres. deciſ. 158. 182

Fideiuſsio hæc præſtita pro reuocatione ſequeſtri, non eſt reſtricta ad cauſam pecuniarum ſequeſtratarũ, ſed ad cauſam, & creditum inter creditorem, & debitorem. deciſ. 145. 158

Fideiuſſor obligatus ſub expreſſa conditione, ſi principalis non ſoluerit, caret beneficio excuſsionis, dummodo principalis fuerit prius interpellatus. deciſ. 144. 157

Fideiuſſor, vel ſponſor infraſcriptus dicitur, non autem expromiſſor, & ideo habet locum excuſsionis exceptio. deciſ. 143. 155

Filij quando cenſeantur vocati ſimul cum eorum matribus, vel ordine ſucceſſiuo? dec. 154. 174

Filius in dubio an præſumatur legitimus, vel illegitimus, quoad omnes effectus, pulchra ponitur diſtinctio. deciſ. 176. 208

G

GRadus confert in vniuerſitate Giennenſi non ſcolaſticus, dato etiam quòd eſſet præſens, ſed alia dignitas adminiſtratori bene viſa. deciſ. 185. 219

Gratia alicuius capit expreſſam adminiſtrationem capellaniæ per laicũ adminiſtrari ſolitæ, quando prouiſio non fuit reſtricta ad ipſam capellaniam, vti beneficium eccleſiaſticum. dec. 114. 122

Gratia expectatiua intrat, non obſtantibus infraſcriptus. deciſ. 126. 135

Gratia non redditur ſubreptitia ex his ſupplicatis, quæ non mouerunt Papam. deciſ. 119. 127

H

HAereticus contumax condemnatur per viam monitorij, etiam vti relapſus, ſed eo poſtea comparente, & negante monitorium, auditur in carceribus. dec. 186. 220

I

IMpetrans gratiam certo modo, ſi in ſupplicatione appoſuit clauſulam, ſiue præmiſſo, ſiue alio quouis modo &c. capere poteſt beneficium vacans ex reſignatione expreſſa, ob publicationem non facti, quamuis non vacet ob contractum matrimonium æquè per impetrantem expreſſum. deciſ. 125. 133

Impetrans tenetur verificare narrata in literis, alioqui non poteſt A.C. executiuè procedere. deciſ. 58. 66

Inhibitio non conceditur neque vigore commiſsionis in præiudicium poſſeſſoris. deciſ. 30. 33

Inſtrumento relationis intimationis factæ in partibus, in quo non ſit inſertus locus loci, non ſtatur, poteſt tamen eidem notario præcipi, vt illum addat. deciſ. 45. 49

Intereſſe etiam conuentum dummodo correſpectiuum ad perceptos fructus per emptorem debetur adhuc per ceſſum. deciſ. 187. 221

Intereſſe

Digitized by Google

Intereſſe poteſt per contrahentes taxari à principio ad rationem ſcutorum quinque pro quolibet centenario ob moram ſolutionis, & præſertim in vrbe. deciſ. 188. 223

Iuramentum ab Epiſcopo præſtitum de ſeruando ſtatutum de correctione, & viſitatione à Papa confirmatum, eſt ab eo, vita eius durante ſeruandum, & intelligitur, quoad omnem correctionem tam in viſitatione, quàm extra. deciſ. 89. 96

Iuramentum per Epiſcopum præſtitum is tenetur ſeruare totum in inſeparabilibus, ſecus in ſeparabilibus. deciſ. 88. 95

Iuriſdictio inter tres diuiditur, vt ſinguli adminiſtrent quatuor menſibus anni. deciſ. 66. 504

L

LAeſio enormis interueniens in prima conceſsione bonorum eccleſiæ facta ſine ſolemnitatibus, numquid præiudicet, quando dicta bona erant ſolita locari, & quo pacto læſio hæc probetur? deciſ. 134. pag. 142

Legata pia in ſecundo teſtamento relicta, ſi abſorbeant maiorem partem facultatum, teſtamentum dicitur ad pias cauſas, alioqui non item. deciſ. 155. 575.

Legatarius particularis poteſt conuenire poſſeſſorem bonorum, quibus facta eſt reſtitutio fideicommiſsi vniuerſalis, etiam quòd extarent alia bona. deciſ. 153 pag. 173

Legitimam deberi filio legitimato cum clauſula, citra præiudicium venientium ab inteſtato, contenditur. deciſ. 159. 183

Legitima debetur filio legitimato cũ clauſula, ſine prȩiudicio venientium ab inteſtato, non obſtante, quòd adſint filij legitimi, & naturales à patre hȩredes inſtituti. deciſ. 179. 213

Legitimæ in conſecutione attendi debet tempus mortis reſpectu bonorum ipſorum, & corporum hæreditariorũ, non autẽ reſpectu valoris. deciſ. 16 . 184

Legitimato plenè cum clauſula, ſine præiudicio venientium ab inteſtato, non debetur legitima, vbi venientes ab inteſtato concurrunt. deciſ. 177. 211

Legitimatus cum clauſula, citra præiudicium venientium ab inteſtato, poteſt contratabulare, ceſſante illorum præiudicio. deciſ. 178. 213

Legitima, vel eius ſupplementum debetur ſecundùm quantitatem bonorum exiſtentium tempore mortis teſtatoris non ȩſtimandorum ſecundùm valorem illius temporis, quo præſtantur, & indiſtinctè attendi debet & quantitas, & valor bonorum tempore mortis, nec nocet, ſi poſtea valor mutetur. deciſ. 156. pag. 177

